




Handwritten text on a small rectangular fragment, possibly a label or piece of paper, with some illegible characters.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21



Handwritten text, possibly a signature or name, located in the upper left quadrant of the document.



libda
stao
tebt
113
19 fu

libda
stao
tebt
113
19 fu

libda
stao
tebt
113
19 fu

libda
stao
tebt
113
19 fu

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala _____

DIVI AVRELII ^{13.088}

AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, OPERVM,

Tomus secundus,



Complectens illius Epistolas ad amicos, transmissas: cum
nonnullis responsis eorum ad ipsum.

*In quo, prater locorum multorum restitutionem, secundum collationem vetustio-
rum exemplarium: curauimus remoueri ea omnia, quae fidelium mentes,
haeretica prauitate possent inficere, aut à catholica,
& orthodoxa fide deuiare.*

*Nomenclaturam eorum, ad quos, Augustinus literas dedit, ad
calcem huius Tomi facile reperies.*

Nunc recens impressus, recognitus, & emendatus.

*Libraria ...
...*



VENETIIS, M D LXXXIII.

Jo. Lupatella

Granada

D I V I
A V R E L I I A V G V S T I N I
H I P P O N E N S I S E P I S C O P I,
Liber epistolarum foelici-
ter incipit .

Augustinus Volusiano, exhortans illum ad scribendum, & indi-
cans quid ex literis sacris illi potissimum sit legen-
dum. Epistola Prima.

DOMINO illustri, & merito præstantissimo filio Volusiano Augustinus Episcopus. De salute tua quam & in hoc seculo, & in Christo esse cupio, sanctæ matris tuæ uotis sum fortasse etiam ipse non impar. Vnde meritis tuis reddens salutationis obsequium, hortor (ut valeo) ut literarum uere certæque sanctarum studio te curam non pigeat impedere. Sincera enim & solida res est, nec fucatis eloquiis ambit ad animum, nec ullo linguæ tectorio inane aliquid accipit. Multum mouet, non uerborum sed rerum audium, & multum terret factura securum. Præcipue Apostolorum linguas exhortor ut legas, ex his enim ad cognoscendos prophetas excitaberis, quorum testimonium uiuatur Apostoli. Siquid autem uel cum legis uel cum cogitas tibi oritur quaestio, in quo dissoluendo uidear necessarius, scribe, ut rescribam. Magis enim hoc forte domino adiuuante, potero quam præsentialiter loqui tecum, non solum propter occupationes uarias & meas & tuas, quoniam non, cum mihi uacat, occurrat tibi & tibi uacat, uerum etiam propter eorum irruentem præsentiam, qui plerumque non sunt apti tali negotio, magisque linguæ certaminibus, quam scientiæ luminibus delectantur. Quod autem scriptum habetur, semper uocat ad legendum cum uacat legenti, nec onerosum sit præsumitur, cum uoles, ponitur.

Volusianus Augustino proponens illi quaestiones quomodo Deus iam uisus claudi potuerit utero uirginis, & an mundum curanda deseruerit interim, & an miraculis satis declarata sit eius diuinitas.

Epistola. I I.

Domino uere, sancto ac merito uenerabili patri Augustino Episcopo Volusianus. Petis a me uir probitatis iustitiæque documentum, ut aliqua ex ambiguis lectionis periculis discenda præceter. Amplector gratiam muneris imperati, meque libens in disciplinas tuas offero, ueteris sententiæ autoritate sequutus, quæ nullam ad prædicandum abundare creditur. Neque in merito sapiens prudentiæ studia nullus terminis neque sine conclusit, quoniam primordiis suis remota uirtus nunquam adeo referatur ad euentum, ut omnes protinus ad agnitionem pateat. Domine uere sancte ac merito uenerabilis pater, est operæ præcui cognoscere habitam inter nos præximè confabulationem. Quibusdam amicorum conuentionibus, aderamus frequenter, proferebantur illic pro ingenii studiisque sententiæ. Erat tamen sermo Rhetoricae partis [apud agnoscentem loquor] nam etiam ista paulo ante docuisti. Adstruebatur quid esset inuentionis acrimonia quam tuus disponendi labor, quæ translationis, gratia, quæ iconismatum pulchritudo, & pro ingenio naturaque materiæ, appositae etiam didicisti facultas. Alii rursus poeticam eleuabant fauentes. Ne hanc quidem eloquentiæ partem tacitam aut inhonoratam reliquis, ut conuenienter poeta dixerit, inter uictrices Hederas tibi serpere lauros. Dicebatur ergo quantus iconiæ esset ornatus, quæ metaphorarum uenustas, quanta in comparatione sublimitas iam leues enodesque uersus, atque ut ita dixerim, casurarum modulata uariatio. Tunc

epa expurgata esse libro
conforme a laenza de 12

Ante lincedera
de lo clerico y menoris

Caract
Augustinus

ad familiarem tuam philosophiam sermo defleat, quam ipse Aristotelico more tamquam Elocratiam fouere consueueras. Querrebamus & quid egerit praeceptor ex Lycio: quid Academiae multiplex & continuata cum catio: quid ille disputator ex porticu: quid Physicorum peritia: quod Epicureorum voluptas: quid inter omnes infinita disputandi libido. Tuncque magis ignorata veritas, postquam praesumptum est, quod possit agnoscere. Dum in his confabulatio nostra remoratur, vnus e multis: & quis, inquit, est sapientia ad perfectum Christianitatis imbutus, qui ambigua in quibus haereo possit aperire dubios, que sensus meos vera vel verisimili credulitate firmare? Stupemus tacentes. Tunc in hac sponte prorupit: Miror vtrum mundi dominus & rector, intemeratę foeminae corpus impleuerit, pertulerit decem mensum longa illa fastidia mater, & tamen virgo enixa sit solennitate pariendi, & post hęc virginitas putetur intacta. His & alia subnectit. Intra corpusculum vagientis infantię later, cui parua putatur vniuersitas: patitur puerilitatis annos, adolefcit, iuuentute solidatur: tam diu a sedibus suis abest ille regnator, atque ad vnum corpusculum totius mundi transfertur. Deinde in somnos resoluitur, cibo alitur, omnes mortalium sentit affectus, nec illis competentibus signis tantę maiestatis indicia clarescunt, quoniam larualis illa purgatio, debiliū cura, reddita vita defunctis, hęc si & alia cogites, Deo parua sunt. Interuenimus vterius inquirenti, solutoque conuentu, ad potioris peritię merita distulimus, ne, dum incautius secreta temerantur, in culpam defleat error innocuus. Accipisti vir totius glorię capax imperitię confelsionem, quid a partibus nostris desideretur agnosceis. Interest famę tuę, vt quę sita nouerimus. Vt cunq; absq; detrimento cultus diuini in aliis sacerdotibus toleratur inscitia, at cū ad antistitem Augustinum venit, legi deest, quicquid contigert. In columen venerationem tuam diuinitas summa tueatur domine vere sancte ac merito venerabilis pater.

Neua ne ro quæst.

Significat leprofos mandatos aegrotos factos, & mortuos excitatos.

Subscripsit

Augustinus Volusiano ad singula respondet. Epistola, III.

Domino illustri & merito insigni, & prestantissimo filio Volusiano, August. in domino salutem. Legi literas tuas, in quibus vidi magni cuiusdam dialogi specimen, laudabili breuitate comprehensum. Respondere igitur debui, nec pro dilatione aliqd exultationis opponere. Accidit. n. opportune, ut ab aliis negociis mihi aliquantulum vacaret. Quibus aut dictandis hoc oculi statueram impendere, paululum distuli, nequaquam iustum esse arbitratus, vt quę ad quęrendum exhortatus ipse fueram, differrem quęrentem. Quis aut nostrum, qui Christi (vt pulsumus) gratiam intramus, cū tua verba legerit, ita te velit doctrina instrui Christiana, ut tibi tantum sufficiat ad salutem, non huius vitę vaporis esse simillimam, tantillum apparētis & illico vanescentis atq; perentis, sermo diuinus ad monere curauit, sed illam salutem propter quam adipiscendam & in æternum obtinendam Christiani sumus? Parum est ergo nobis sic te instrui, ut tibi sit liberandum satis: Ingenium quippe & eloquium tuum tam excellens tamque luculentum, prodesse debet et ceteris, contra quorum tarditatem seu puerilitatem, conuenientissime defendenda est tantę grę dispelatio, quā superbe animulę nihil pendunt, quę nimis affectat plurimum posse, & ad sua vitia lananda vel et refrenanda, nihil parat. Quęris igit: Vtrum mundi dominus & rector intemeratę foeminae corpus impleuerit, pertulerit decem mensum longa illa fastidia mater, & tamen virgo enixa sit, solennitate pariendi, & post hęc uirginitas inuiolata permanserit? Virum intra corpusculum vagientis infantię lateuerit, cui parua putatur vniuersitas, passus fuerit puerilitatis annos, adoleuerit, iuuentute solidatus sit, tam diu a sedibus suis abfuerit regnator ille, atque in vnum corpusculum totius mundi cura translata sit, deinde in somnos resolutus sit cibo alitus, oēs mortalium senserit affectus, neque vllis competentibus signis claruerint tantę maiestatis indicia, quę larualis illa purgatio, debiliū cura, reddita vita defuncti, hęc & alia si cogites, deo parua sunt. Hanc scribis in quodam conuentu amicorum ab vno ex multis qui aderant, illatam esse quæstionem, vos autem interuenisse vterius inquirenti, solutumque conuentum ad

Eximia cuiusdam humanitatis in Augustino, quod superiorē epistolam responso dignatur. Et sic de hęc dicitur in scriptis.

G

laco. 4.

H Larualis purgatio

Scriptura profunda.

Lux corporis.

ad potioris peritię merita distulisse, ne, dum incautius secreta temerant, in culpam defleat error innocuus. Deinde ad me literarum dirigit intentionem, & post hanc imperitię confelsionem admones vt a partibus nostris quod desideretur agnosca. Adiungis et famę meę interesse ut quę sita noueritis, quod ut cunq; absq; detrimento diuini cultus in aliis sacerdotibus toleretur inscitia, at cū ad me antistitem uenit, legi deesse quicquid contigerit ignorari. Primum igitur hanc de me opinionem facile praesumptam, quęlo, deponas, eumque animum quis erga me beneuolentissimum soluas atq; exuas, ac de me mihi magis quam ulli alii credas, si mihi dilectionis vicem repedis. Tanta est enim Christianarum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usq; ad decrepitam senectutem maximo ocio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere. Non quo ad ea quę necessaria sunt salutem, tanta in eis pueniat difficultate, sed cū quisq; ibi fidem tenuerit, sine qua pie recteque non uiuit, tam multa tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantaque non solum in uerbis quibus ista dicta sunt, ueruetiam in rebus quę intelligendę sunt, latet altitudo sapientię, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimisq; cupiditate discendi hoc contingat, quod eadē scriptura quodam loco habet. Cū consummauerit homo, tunc incipit. Sed quod hic plura? Veniendum potius est ad rem quā requiris. Vbi primum scire te uolo, non hoc Christianam habere doctrinam quę ita sit Deus infusus carni quę ex uirgine nasceret, ut curam gubernandę uniuersitatis, uel deseruerit uel amiserit, uel ad illud corpusculum quasi contractam materiam collectamque transtulerit. Hominum iste sensus est, nihil nisi corpora ualentium cogitare, siue ista crasiora, sicut sunt humor atq; humor, siue subtiliora, sicut aeris & lucis, sed tamen corpora, quorum nullum potest esse ubique totum, quoniam per innumerabiles partes aliud alibi abeat, necesse est. Et quantumcunq; sit corpus seu quantumcunq; corpusculum loci occupet spatium, eundemque locum sic impleat, ut in nulla eius parte sit totum, ac per hoc densari ac rarefcere, contrahi & dilatari, in minutias deteri, & gradiscere in mole, non nisi corporum est. Loge aliud est anima natura quę corporis, quanto magis Dei, qui crea-

tor est & anima corporis? Non sic Deus dicitur implere mundum, uelut aqua vel ut aer, uelut ipsa lux, ut minore sui parte, minorem mundi impleat partem, & maiore maiorem. Nouit ubique totus esse, & nullo contineri loco. Nouit uenire non recedendo ubi erat. Nouit abire non deferendo quo uenerat. Miratur hoc mens humana, & quia non capit, fortasse nec credit, seipsam primis ingrata miretur, seipsam paululum (si potest) atollat a corpore, & ab eis rebus quas solet sentire per corpus, & videat ipsa quod sit, quę utitur corpore. Sed forte non potest. Magni quippe est ingenii, ut ait quidam, seu ocare mentem a sensibus, & cogitationem a consuetudine abducere. Ipsos ergo corporis sensus, aliquanto insuetius & uigilantius perscrutetur. Sunt certe quinque partiti corporis sensus, quę nec sine corpore, nec sine anima esse possunt, quia neque sentire est nisi uiuentis, quod ab anima est corpori, neque sine corpore instrumentis, & quasi uasis atq; organis uidemus, audimus, ceterisque tributimur sensibus, intendat hæc anima rationalis, & sensus corporis non sensibus corporis, sed ipsa mente atq; ratione consideret. Certe sentire homo non potest nisi uiuat, uiuit autem in carne, antequam morte utraq; dirimatur. Quo igitur anima quę utitur extra carnem suam sentit, quę non nisi in carne sua uiuit? An non ab eius carne longissime absunt sidera in celo? An non in celo uidet sol? An sentire non est uidere, cū sit in quinque sensibus ceteris excellentior uisus? An & in celo uiuit, quia in celo sentit, & sensus esse non potest ubi uita non est? An sentit, & ubi non uiuit, quia cum in sua tantum carne uiuat, sentit etiam in his locis quę præter eius carnem continent ea quę tangit aspectu? Videt ne quam hoc sit latebratum in sensu tam conspicuo qui uisus dicitur? Attende & auditum. Nam & ipse se foras quodammodo diffundit a carne: Vnde. n. dicimus: Foris sonat, nisi ibi sentiamus ubi sonat? Et & illic extra carnem nostram uiuimus, An sentire possumus, & ubi non uiuimus, cū sensus sine uita esse non possit? Ceteri tres sensus, apud seipsos sentiunt, quamuis de olfactu ut cunq; possit dubitari. De gustu autem atque tactu, nulla controuersia est, quę ea quę gustamus & tangimus, non alibi quę in carne nostra sentimus. Proinde isti tres sensus, ab hac consideratione se moueantur. Visus auditusque afferunt.

Cicero.

Sensus corporis.

M

mo pōt vincere concupiscētiā vitiofas, & si qua earū residua non vicerit veniali remissione purgari. Qd̄ ergo ad magisteriū eius attinet: quis nunc extremus idiota, vel q̄ abiecta muliercula non credit aīa immortalitatem, vitamq̄. post mortē futuram? Qd̄ apud Grēcos olim primus Pherecydes Assyrius cū disputasset, Pythagorā Samiū illius disputationis nouitate permotū ex athleta in philosophum vertit. Nunc ergo qd̄ Maro ait, & oēs videmus, Ammomū Assyrium vulgo nasci. Qd̄ aut̄ ad adiutoriū gratiā pertinet q̄ in Christo est, ipse est oīno. Quo duce si qua manent sceleris vestigia nostri Irrita p̄petua soluent formidine terras. Sed nullis inquit, cōpetentibus signis claruerunt tantæ maiestatis indicia, quā larualis illa purgatio, debiliū curæ, reddita vita defunctis, si & alia considerentur, Deo parua sunt. Fatemur quidem & nos talia quēdā fecisse p̄phetas. Nam in his signis quid excellētius quā mortuos resurrexisset? Fecit hoc Helias, fecit hoc Helisæus. Nam de magorū miraculis, vtrum etiā mortuos suscitauerint, illi uiderint, q̄ & Apuleiū se p̄ magicarum artium crimina copiosissimē defendentem, conantur non accusando sed laudando conuincere. Nos legimus magos Aegyptiorum artium istarum peritissimos, a Moyse famulo Dei fuisse superatos, cum illis quēdā mira nefandis artibus agerent, ille Deo suppliciter inuocato, machinamenta eorū cuncta subuerteret. Sed & ipse Moyses & ceteri prophete veracissimi dominū Christū prophetauerunt, & gloriā magna ei dederunt, hunc non tanq̄. parem sibi nec in eadē miraculorū potentia superiorē, sed planē dñm Deū oīum & hoīem p̄ homines factum venturum prænunciauerunt. Qui propterea & ipse talia facere voluit, ne esset absurdum, quē p̄ illos fecerat, si ipse nō faceret. Sed tñ & aliquid proprium facere debuit: Nasci de virgine, a mortuis resurgere, in coelū ascendere. Hoc Deo q̄ parū putat, quid plus expectet, ignoro. Arbitror. n. talia flagitari qualia gerens hoīem facere non debuit. Nā in principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt. Num homine assumpto, aliū mundum facere debuit, vt eū esse crederemus, p̄ quē factus est mundus? Sed nec maior mundus, nec isti equalis in

Pherecydes.

Pythagoras.

Cicero in Tusculanis. Virg. Aegl. 4.

1. Re. 17. 4. Re. 4.

Apuleius

Exo. 7. & sequenti.

Ioan. I.

hoc mundo fieri posset. Si autem minorem faceret infra istum, similiter hoc quoq̄. parū putaretur. Quia ergo non oportebat, ut nouum faceret mundū, noua fecit in mundo. Hō. n. de virgine procreatus, & a mortuis in aternā vitā resuscitatus, & sup̄ coelos exaltatus; potentius fortasse opus est q̄ mundus. Hic forte rudent, se factum hoc esse nō credere. Quid ergo fiet hoībus, qui minima cōtemnunt maiora non credunt? Reddita vita defunctis, iō credit quia & alij fecerūt, & parum est Deo. Caro propria de virgine creata, & a morte in aterna vita sup̄ coelos leuata, iō non credit, q̄ nemo fecit, & competit Deo: ac per hoc quæ sibi quisq̄. facilia non factu sed captu putat, æquo aīo accipit, supra ea veluti ficta, p̄ falsis ducit. Noli eis esse similis obsecro te: Disputant hęc latius, & oīs q̄onum necessariorū sinus perscrutati discussiq̄. pandunt: sed intellectui fides aditū aperit, infidelitas claudit. Quē non moueat ad credendū tantus ab initio ipse rerum gestarū ordo, & ipsa connexio tpum: p̄teritis fidē de p̄ntibus faciens, priora posterioribus & recentioribus antiqua confirmans? Eligif vnus ex gente Chaldeoꝝ, pietate fidelissima p̄ditus, cui promissa diuina post tantam seculorū seriē nouissimis tpibus complenda, pdantur, atq̄. in eius semine omnes gentes habituræ benedictionē p̄nunciantur. Sic vnum Deū verū colens vniuersitatis creatorē, gignit filium senex, de coniuge q̄ spe pariendi penitus destitutam sterilitas ætasq̄. iam fecerat. Propagatur ex illo numerosissimus populus, multiplicat̄ in Aegypto, quo illā stirpem ex orientalibus partibus, promissis effectisq̄. crebescens dispositio diuina transmiserat. Educit̄ ex Aegypti seruitute gens valida, horrendis signis atq̄. miraculis, pulsasq̄. impiis gentibus, in terrā promissionis perducta & constituta, regno ēt sublimatur. Deinde p̄ualecente peccato, sacr̄ legis ausibus Deū verū q̄ eis tanta beneficia cōtulerat sapissime offendens, variisq̄. flagellata cladibus, & p̄sp̄ritatibus consolata, vsq̄. ad Christi incarnationem declarationemq̄. perducitur. Quem Christū, Dei verbum, Dei filiū, Deum in carne venturū, moriturū, resurrecturū, in coelum ascensurū, p̄pollentissimo suo nomine, in omnibus gentibus dicatos sibi populos habiturū. Inq̄. remissionem peccatorum

Salustius

Series fidei Christi.

Gen. 12.

M

rum

rum salutemq̄. aternam futurā esse credentibus, oīa gentis illius promissa, oēs prophetiā, sacerdotia, sacrificia, tēplum, & cuncta oīno sacra sonuerunt. Venit Christus, complet̄ in eius ortu, vita, dictis, factis, passionibus, morte resurrectione, ascensione oīa p̄conia prophetarū. Mittit spiritū sanctum, implet fideles vna in domo p̄gregatos, & hoc ipsum promissum orando atq̄. desiderando expectantes. Impleti aut̄ spiritu sancto, loquuntur repente linguis omnium gentium, arguunt fidenter errores, p̄dicant saluberrimam veritatem cohortantur ad poenitentiam p̄teritæ culpabilis vitæ, indulgētiā de diuina gratia pollicentur, p̄dicationem pietatis veræque religionis signa congruentia & miracula consequuntur. Excitatur aduersus eos sæua infidelitas, tolerant p̄dicta, sperant p̄missa, docent p̄cepta, numero exigui per mundū disseminantur, populos facilitate mirabili cōuertunt, inter inimicos augentur, persecutionibus crescunt, p̄ afflictionum angustias vsq̄. in terrarū extrema dilatantur. Ex imperitissimis, ex abiectissimis, ex paucissimis illuminantur, nobilitantur, multiplicantur, p̄clarissima ingenia, cultissima eloq̄a, mirabilesq̄. peritias acutorū, facundorū atque doctorū subiugant Christo, & ad p̄dicandum viā pietatis salutisq̄. conuertunt. Alternam aduersitatibus & prosperitatibus rerum, patientiam & temperantiā vigilanter exercent: mundo declinante in extrema sefsisque rebus ætatem vltimam protestante, multo fidentius, quia & hoc p̄dictum est, aternam ciuitatis coelestis foelicitatem expectāt. Atq̄. inter hęc omnia p̄ ecclesiam Christi impiarum gentium infidelitas fremit: euincit illa patiendo, & in concussam fidem inter obfistētium sc̄uitiā profitendo: reuelata veritatis, q̄ diu promissis mysticis velabatur, sacrificio succendente, illa sacrificia quibus hoc figurabatur, templi ipsius euersione tollūtur: reproba per infidelitatem gens ipsa Iudæorū a sedibus extirpata, per mundum vsq̄. quaque dispergitur, vt ubiq̄. portet codices sanctos, ac si prophetiæ testimonium, qua Christus & ecclesia p̄nunciata est, ne ad tēpus a nobis fictum existimaretur, ab ipsis aduersariis proferatur, vbi etiam ipsos p̄dictū est non fuisse credituros. Tempia & simulacra demonum, ritusq̄. sacrilegi paulatim atque

alternatim sm p̄dicta prophetica subuertunt: hæreses aduersus nomen Christi, sub uelamento tñ noīs Christi, ad exercendam doctrinā sanctæ religionis, sicut prænunciatae sunt, pullulant. Hęc oīa sicut legunt̄ p̄dicta, ita cernunt̄ impleta, atq̄. ex his iam tot & tantis q̄ restant, expectant̄ implenda. Quæ tandē mens auidā æternitatis, vitæq̄. p̄sentis breuitate permota, contra huius diuinæ autoritatis culmen lumenq̄. contendat? Quæ disputationes, q̄ literē quorumlibet philosophorum, quæ leges quarumlibet ciuitatū, duobus p̄ceptis, ex quibus Christus dicit totā legem prophetasq̄. pendere, vllō modo sint cōparadē, Diliges dñm Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota mēte tua, & proximū tuū tanq̄. teipsum? Hic physica, qm̄ oēs oīum naturarū causæ in Deo creatore sunt: Hic Ethica, qm̄ vita bona & honesta nō aliunde formatur, quā cū ea quæ diligenda sunt, quemadmodum diligenda sunt diligunt̄, hoc est Deus & proximus: Hic logica, qm̄ veritas lumenq̄. aīa rōnalis non nisi Deus est. Hic etiam laudabilis reipublicæ salus: neq̄. n. condit̄ & cultodit̄ optima ciuitas, nisi fundamento & vinculo fidei, firmeq̄. cōcordiæ, cū bonū cōe diligitur quod summū ac verissimum, Deus est, atq̄. in illo inuicem sincerissime se diligunt hoīes, cū p̄ illū se diligant, cui quo animo diligant occultare non possunt. Modus aut̄ ipse dicendi, quo sancta scriptura contextitur, q̄ omnibus accessibilis quāuis paucissimis penetrabilis, ea quæ aperta continet quasi amicus familiaris sine fūco ad cor loquitur indoctorum atque doctorum. Ea vero quæ in mysteriis occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quo non audeat accedere mens tardiuscula & in erudita, quasi pauper ad diuitem, sed inuitat oēs humili sermone, quos non solū manifesta pascat sed etiam secreta exerceat veritate, hoc in promptis quod in reconditis hīs. Sed ne aperta fastiderēt eadē rursus operata desiderantur, desiderata quodammodo renouantur, renouata suauiter intimantur. His salubriter & praua corriguntur, & parua nutriuntur, & magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus est animus, qui vel errando eam nescit esse saluberrimā, vel odit ægrotando medicinam. Vides quā prolixam epistolam fecerim? Si quid ergo te

Mat. 22.

D

Scriptura & doctis & indoctis proditam illisque.

mo-

mouet, atq; inter nos praefari tati habes, non tibi faciat angustias vitarum epistolarum, velut custodiendus modus quae & optime nosti quae grandes eas veteres habuerunt, cum aliquid agerent quod explicare bene non valerent, & si haud thorum ad alias literas pertinentium, mos est alius, non strorum nobis in hac re dignius imitanda praebere auctoritas. Inspice itaque modum epistolarum apostolicarum, vel eorum est quae illa diuina eloquia tractauerunt, & non pigeat te vel multa quae ren da proponere, si multa te promouent, vel aliquod diutius versare quod quibus, ut quae fieri per tales quales nos sumus, praeter non remaneat dubitationis nubili, quod obstat lumini veritatis. Scio enim excellentiam tuam quorundam praeter obstinatissimas praedictiones, qui praeter putat, vel putari voluit, Christianam doctrinam utilitati non conuenire reipublicae, quae noluit stare rempublicam firmitate virtutum, sed impunitate vitiorum. Non autem sicut regi homini vel cuilibet principi ciuitatis, ita est Deo quicquid a multis peccatum inultum est. Misericordia vero eius & gratia praedicata hominibus per hominem Christum, impartita autem per Deum, Dei quod filium eundem ipsum Christum, non deserit eos qui ex eius fide viuunt, eumque pie colunt siue mala huius vitae patienter fortiterque experiantur, siue bonis eius misericorditer ac temperanter utantur, eternum pro vitroque praemium recepturi in ciuitate superna atque diuina: ubi iam non sit moleste toleranda calamitas, nec laboriose frenanda cupiditas, sed sola sine vlla difficultate, & perfecta libertate retinenda Dei & proximi charitas. Incolumem foelicitemque te misericordissima Dei omnipotentia tueatur domine illustris & merito insignis, ac praesentissime fili. Sanctam & in Christo dignissime honorandam matrem, cuius pro te Deo praerogative exaudiat pro meritis vestris officiosissime saluto. Sanctus frater & coepus meus Possidius praestantiam vestram multum salutat.

Marcellinus Augustino: Narrans quosdam calumniari, quod Deus veterem legem abrogarit, quodque doctrina Euangelica sit inutilis reipublicae. denique Christianos principes multum malorum inuexisse reipublicae. Epist. IIII.

Domino nimiumque venerabili, & omnibus mihi officiis vnice percolendo, patri Augustino Marcellino. Vir illustris Vo

lufianus beatitudinis tuae mihi literas legit, inuadit me quidem cogente pluribus legit, quae scilicet omnia quae a te domine, quia vera miranda sunt, vique quaque miratus sum. Sermonis enim diuini gratia humiliter tuum, facile, ut placeret, emeruit. Hinc enim plurimum placuit quod hominis gressus aliquando titubantes, boni propositi exhortatione statuere & firmare contendis. Est enim nobis cum eodem quotidiana pro viribus nostris, & pro ingenij paupertate disputatio. Sanctae siquidem matris eius precatione compulsus, cura mihi est eum frequentius salutandi gratia conuenire, licet vicem in hac parte reddere, est ipse dignus. Accepta autem venerabilitatis tuae epistola, homo qui a veri Dei stabilitate, multum (quorum in hac urbe copia est) persuasione reuocatur, ita motus est, ut si quantum ipse confirmat literarum prolixitatem minime formidasset, oem beatitudini tuae, quod hunc potius inuadisset ambiguum. Sed tamen satis, sicut et ipse probare dignaberis, culto accuratoque sermone, & Romanae eloquentiae nitore praespicuo, aliqua sibi exolui impendio postulauit. Quae quidem quod vique quaque detrita est, & eorum super hac parte satis nota calliditas, qui dispensationem dominicae incarnationis infamant. Sed tamen et ego in hac parte, quia plurimis quicquid rescripseris, profuturum esse confido, precator accesserim, ut ad ea vigilatius ruerere digneris, in quibus nihil amplius dominum quam alij homines facere potuerunt, fecisse vel gessisse mentiuntur. Apollonium siquidem suum nobis, & Apuleium aliosque magicae artis homines in medium proferunt, quorum maiora contendunt extitisse miracula. Ipse autem vir illustris superius memoratus, multa esse dixit praesentibus aliquantis, quae huic possent iungi non immerito quaestioni, si, ut antea dixit, non ab eius partibus, epistolae considerata breuitas fuisset. Quae tamen licet scribere noluerit, tacere non est passus. Dicebat enim quod & si sibi hodie incarnationis dominicae ratio redderetur, reddi vix ad liquidum possit, cur hic Deus qui & veritatis testamenti Deus esse firmatur, spretis veteribus sacrificiis delectatus est nouis. Nihil enim corrigi posse asseribat, nisi quod ante factum non recte probaretur, vel quod semel recte factum sit, immutari vllatenus non debuisse. Recte enim facta dicebat mutari nisi iniuste non posse, maxime quia

Solacium

Apollonius Apuleius

ista uarietas inconstantiae domini possit arguere. Tum deinde quod eius praedicationis atque doctrina reipublicae moribus nulla ex parte conueniat, utpote sicut a multis dicitur, cuius hoc constat praecipuum ut nulli malum pro malo reddere debeat, & praecipiente aliam praebere maxillam, & palium dare persistenti tunicam tollere, & eum qui nos angariare voluerit ire debere spatio itin eris duplicato, quae omnia reipublicae moribus asserit esse contraria. Nam quis tolli sibi ab hoste aliquid patiat, vel Romanae provinciae de praedatore non mala uelit belli iure remanere? &c. quod dicit ad rem posse intelligit venerabilis tua. Haec ergo omnia, ipsi posse adiungimus praestimo quoniam, intum ut per Christianos principes, Christianam religionem maximam ex parte seruantes, tanta (etiam si ipse de hac parte taceat) reipublicae mala euenisse manifestum sit, vnde beatitudo tua mecum dignetur agnoscere. Ad haec omnia, quoniam multorum manibus sine dubio tradit sanctitatis tuae desiderata non sio, plenus debet & elucubratus solutionis splendor ostendi, maxime quia cum ista geretur, eximius Hipponensis regionis possessor & dominus praesens aderat, qui & sanctitatem tuam suae ironiae adulatione laudaret & sibi cum de iis quaereret, minime satisfactum esse contenderet. Ego uero ad haec omnia promissionis non immemor sed exactor, libros confici deprecator ecclesiae, hoc maxime tempore, incredibiliter praefuturos.

August. Marcellino ad haec rueret. Epist. V.

Domino eximio & merito insigni, charissimo ac desideratissimo filio Marcellino, Augustinus in domino salutem. Illustri uiro & eloquentissimo nobisque dilectissimo filio Volufiano, non amplius quam ad illud quod inquirendum putauit, respondendum fuit. Ad ea uero quae mihi pertractanda atque soluenda in epistola tua ipse misisti, siue ab illo, siue etiam ab aliis, uel suggerantur vel ingerantur, ad te potius pro uiribus nostris pertractata & soluta mitti debuerunt, non sic quemadmodum agendum est de his librorum negotio, sed quemadmodum potest epistolae sicut esse colloquio, ut si tibi visum fuerit, qui eorum motus quotidianis disputationibus experiris. & illis legantur haec literae. At si auriculis eorum minus pietas fidei praeculis, sermo iste non sufficit, prius inter nos quod

eis putas sufficere peragatur, tum demum ad illos quod per actum fuerit, praefera. Multa enim sunt a quibus sensus eorum si adhuc abhorret & resistit uel uberiore uel subtiliore ratione uel certe auctoritate, cui resistere indignum putet, praesuaderi aliquando forsitan possit. Ergo in epistola tua posuisti, moueri quosdam, cur hic Deus qui & veteris testamenti Deus esse firmatur, spretis ueteribus sacrificiis, delectatus sit nouis. Nihil enim corrigi posse asserit, nisi quod ante non recte factum probaret, uel quod semel recte factum sit, nullatenus immutari debuisset. Recte enim facta, domine, mutari nisi iniuste non posse. Haec uerba ex literis tuis in has meas traustuli. Quibus si ruerere copiose uelim, tempus me citius quam exempla deserit, quibus rerum ipsa natura, & opera humana certa ratione pro tempore opportunitate mutantur, nec tamen eadem ratio sit mutabilis qua ista mutantur. Vnde pauca commemorare, ut ex his excitata quodammodo iam pro plura similia uigil currat intentio. Nonne hyemi aestas addito sensim calore succedit? Nonne diurnis, tempore nocturna vertuntur? Quoties nostrae uariantur aetates? adolescentiae pueritia non reditura cedit, iuuenis adolescentiae non mansura succedit, finis iuuentutis senectus, senectus autem morte finit. Haec omnia mutantur, nec mutat diuina praedicta ratio, qua fit ut ista mutantur. Non autem opinor, cum agricola aestate aliud iusserit, quam iusserat hyeme, ratio mutat agriculturam. Et cum mane surgit quod nocte quiescebat, uitae consiliu non mutauit. Aliud magister adolescenti quam puero solebat, imposuit. Doctrina igitur constans, mutato praecipito non mutat instructionem. Nam magnus ille nostrorum temporum medicus Vindicianus consultus a quodam, dolori eius adhiberi iussit quod in tempore congruere uidebat, adhibuit sanitas consequuta est. Deinde post annos aliquot eadem rursus corporis causa commota, hoc idem ille putauit adhibendum, adhibuit uertit in peius. Miratus recurrit ad medicum, iudicat factum, at ille, ut erat acerrimus, ita respondit: Iam male acceptus es, quia non ego iussi, ut omnes qui audiissent, parumque hominem nossent, non eum arte medicinali fidere, sed nescio qua illicita potentia putarent. unde cum esset a quibus poterat stupentibus interrogatus, aperuit quod non intellexerat, uidelicet illi aetati iam non hoc se fuisse iussurum. Tantum igitur ualet ratione atque etatibus non mutatis, quid secundum eas sit temporum

M

Vindiciani dictum

A

porum

porum varietate mutandū. Non itaq; verū est quod dicitur, Semel rectē factū nullatē esse mutandū. Mutata quippe tēpō ca, quod rectē ante factum fuerat, ita mutari vera ratio plerunq; flagitat, vt cū ipsi dīcāt rectē nō fieri si mutetur, contra veritas clamet. Rectē nō fieri nisi mutetur, quia utrunq; tunc erit rectū, si erit pro tēpōrū varietate diuersum.

Terent. in Adolph.

Quod n. in diuersitate personarū vno tēpō accidere potest, ut huic liceat aliquid impune facere quod illi non liceat, non q̄ dissimilis sit res, sed quod is qui facit, ita ab vna eadem que persona diuersis tēporibus tunc oportet aliqd fieri, tunc non oportet, non q̄ suis dissimilis sit q̄ faciat, sed q̄n facit. Hęc q̄ q̄ latē pateat, profecto uidet q̄ quis pulchri aptiq; distantia sparsam quodāmo in vniuersitate rerū ualet neq; negligit inueniri. Pulchrū. n. p̄ seipsum cōsideratur atq; laudatur, cui turpe ac deforme contrariū est. Aptum uero, cui ex aduerso, est ineptum, quasi religatum, p̄det aliunde, nec ex semetipso, sed ex eo, cui connectitur, iudicatur, nimirū ēt decēs atq; inde cens, vel hoc idē est vel perinde habetur. Age nunc ea q̄ diximus, refer ad illud vnde agit. Aptū fuit primis tēpōibus sacrificium, quod p̄ceperat Deus, nunc verō non ita est. Aliud. n. p̄cepit qd̄ huic tēpōi aptum esset, qui multo magis q̄ hō nouit, qd̄ cuiq; tēpōi accommodatē adhibeat, qd̄ q̄n impertiat, addat, auferat, detrahat, augeat, minuatve, immutabilis mutabiliū, sicut creator ita moderator, donec vniuersi seculi pulchritudo, cuius particulæ sunt quæ sunt quibusq; tēpōibus apta sunt, velut magnum carmen cuiusdā ineffabilis modulationis excurrat, atq; inde transeat in æternam contemplationem speciei q̄ Deum ritē colunt, ēt cum tēpō est fidei. Falluntur autem qui existimant hęc Deum inbere causa suæ utilitatis vel voluptatis. Et meritō mouentur, cur Deus ista mutauerit, quasi delectatione mutabili aliud sibi iubens offerri illo prius tēpō, aliud isto: Non autem ita est. Nihil. n. Deus iubet quod sibi profit, sed illi cui iubet. Ideo verus est dñs, qui seruo non indiget, & quo seruus indiget. In ea quippe scriptura quæ uetus dicitur testamentum, & eo tēpō quo adhuc illa offerrebantur sacrificia, q̄ hoc tēpō non offeruntur, dictum est: Dixi dño, Deus meus es tu, qm̄ bonorum meorum non eges. Nec illorum ergo sacrifi-

12. de ciuita. Dei cap. 5.

ciorū egebat Deus, nec cuiusquā eget vnq̄, sed rerū diuinitus impartitarū, vel imbuendo virtutibus aīo, uel æternæ saluti adipiscēdæ q̄dā signa sunt, quorū celebratione atque functione, non Deo sed nobis uilia pietatis officia exercent. Nimis autē longū est conuenienter disputare de uarietate signorū, q̄ cum ad res diuinas pertinent sacramenta appellātur. Sicut autē non ideo mutabilis hō, q̄a mane aliud, aliud uespere, illud hoc mēse, illud alio, non hoc isto anno qd̄ illo, ita non ideo mutabilis Deus, q̄a uniuersi seculi priore uolumine aliud, aliud posteriore sibi iussit offerri, quō conuenienter significationes ad doctrinā religionis saluberrimā pertinentes, p̄ mutabilia tēpora sine ulla sui mutatione disponeret. Nam ut nouerint homines, quos hęc mouent, iam hoc fuisse in ratione diuina, nec cum ista noua constituerētur, subito priora displicuisse uelut mutabili uolūtate, sed hoc iam fixum, & statutū fuisse in ipsa sapientia Dei, cui de maioribus ēt rerū mutationibus, eadē scriptura dicit, mutabis ea & mutabuntur, tu autē idē ipse es, insinuandum est eis mutationem istā sacramentorum testamenti ueteris & noui ēt p̄dictā fuisse prophetis uocibus. Ita. n. uidebūt, si poterunt, id quod in tēpō nouum est, non esse nouū apud eum qui condidit tēpō, & sine tēpō hēt omnia q̄ suis quibusq; tēpōibus pro eorum uarietate distribuit. Nā & in illo psalmo vnde commemorauit aliquid, quo demonstrare non eger Deum sacrificiis nostris cui dicitur: Dixi domino Deus meus es tu, qm̄ bonorū meorum non eges: Paulo post legitur ex persona Christi: Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, hoc est pecorum uictimis, quibus prius congregabantur conuenticula Iudæorum, & alibi dicit: Non accipiam de manu tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Et alius propheta: Ecce, inquit, dies uenient, dicit dñs, & confirmabo sup̄ domū Iacob testm̄ nouū, non sicut testamentum quod disposui patribus eorum cum eduxi eos de terra Aegypti, & alia multa sunt de hac re testimonia, quibus hoc Deum facturum esse p̄dictum est, quæ cōmemorare nunc longum est. Hic iam si satis constitit, quod rectē alto tempore constitutum est, itidem alio tempore posse mutari, mutantis opere non dispositione mutata, quam

10. de ciuita. Dei cap. 5.

quam dispositionē intelligibilis ratio continet, ubi sine tēpōre simul sunt q̄ in tēporibus simul fieri nō possunt, q̄a tēpora non simul currunt. Quispiā fortassis expectet causas a nobis ipsius mutationis accipere qd̄ ipse nō sit q̄ proluxi sit negocij. Veruntamē breuiter dici potest, quod homini acuto fortasse susceperit, aliis sacramentis p̄nunciari Christū cum uenturus esset, aliis, cum uenisset, annūciari oportuisse, sicut modo nos id ipsum loquentes diuersitas rerū cōpulsit ēt uerba mutare. Siquidē aliud est p̄nunciari aliud annūciari, aliud cū uenturus esset, aliud cum uenisset. Nunc deinde uideamus quale sit aliud quod in epistola tua sequitur. Adieci si .n. eos dicere, q̄ Christi p̄dicatio atq; doctrina reipublice moribus nulla ex parte cōueniat, cuius hoc constat esse p̄ceptum, ut nulli malū pro malo reddere debeamus, & percutienti, aliā p̄bere maxillam, & pallium dare ei, qui tunicam auferre perstiterit: & cum eo qui nos angariare uoluerit, ire de bere spatio itineris duplicato. Quæ oīa reipublicæ moribus asseruntur esse contraria. Nā quis, inquit, tolli sibi ab hoste aliquid patiat, uel Romanæ prouinciæ depredatoribus non mala uelit belli iure rependere? Hęc atq; huiusmodi uerba obtrectantiū, siue non obtrectando, sed quærendo talia loquētū operosius fortasse resellerem, nisi hæc disceptationes haberentur cum uiris liberaliter institutis. Vnde quid opus est ut diutius laboremus, ac nō ipsos potius percōtemur, quomodo poterant gubernare atq; augere rempublicam, quam ex parua & inopi, magnam opulentāq; fecerūt, qui accepta iniuria ignoscere q̄ plequi malebāt? Quomodo Cæsari ad ministratori utique reipublice mores ei extollēs Cicero dicebat, q̄ nihil obliuisci soleret nisi iniurias? Dicebat. n. hoc tam magnus laudator, aut tā magnus adulator, sed si laudator, talem Cæsarem nouerat. Si autē adulator, talē esse debere ostēdebat principē ciuitatis, qualē illum fallaciter p̄dicabat. Quid est autē non reddere malū pro malo, nisi abhorre ab uiscendi libidine? Quid est accepta iniuria ignoscere malle q̄ persequi, & nihil nisi iniurias obliuiscit? Hęc eū in eorū leguntur autoribus, exclamatur & plauditur, describi atq; p̄dicari mores uir, q̄bus dignū esset exurgere ciuitatem, q̄

Psal. 15.

tot genibus imperaret, q̄ accepta iniuria ignoscere q̄ persequi malebāt. Cū uerō legit p̄cipiente autoritate diuina non reddēdū malū pro malo, cū hęc tā salubris admonitio congregationib; populorū tanq̄ publicis utriusq; sexus, aq; omniū ætatū & dignitatū scholis de superiore loco p̄sonat, accusatur religio tanq̄ inimica reipublice. Quæ si (ut dignū est) audiretur, longē melius Romanulo, Numa, Bruto, cæterisq; illis Romanę gēcis p̄claris uiris cōstitueret, cōsuetaret, firmaret, augetq; rempublicā. Quid. n. est respublica nisi res populi? Res ergo cōis, res utique ciuitatis. Quid est autem ciuitas, nisi multitudo hominū, in quoddā uinculū redacta concordie? Apud eos. n. ita legit: Breui multitudo diuersa atq; uaga, cōcordia ciuitas facta erat. Quæ porō p̄cepta concordie in suis tēplis vnq̄ illi legēda cētuerūt, q̄n quidē miseriq̄rere cogebant, quoniam nō sine offensione cuiusquā eorū discordes inter se deos suos colere possent? Qd̄ si imitari discordates uel lēt, rupto cōcordie uinculo ciuitas laberet, qd̄ postea paulatim decoloratis corruptisq; moribus, agi cepit p̄ bella ciuilia. Quanta uerō p̄cepta cōcordie nō humanis disputationibus exquisita, sed diuina autoritate conscripta in Christi ecclesiis lectentur, quis uel ab illa religione alienus, ita surdus est ut ignoret? Ad hoc enim & illa pertinent q̄ malunt exagitare q̄ discedere, alterā pcutienti p̄bendā eē maxillā, uolētī auferre tunicā dā dū ēt palliū: cū angariate duplicandā uiam. Hoc q̄ppe fit, ut uincatur bono malus, immo in hoīe malo, uincatur bono malum, & homo liberet a malo, non exteriorē & alieno, sed intimo ac suo, quo grauius & perniciosius, quam cuiusuis hostis extrinsecus immanitate uastatur. Qui ergo uincit bono malū, patienter amittit temporalia cōmoda, ut doceat quam p̄ fide atq; iustitia contēnenda sint, q̄ ille nimis amando fit malus, ac sic iniuriolus ab eo ipso cui fecit iniuriā, an discat qualia sint p̄p̄ que fecit iniuriam atque in concordiam qua nihil est uilius ciuitati, p̄nitens acgrat, uictus nō leuētis uiribus, sed bñuolentia patientis. Tūc. n. rectē fit, cum uir ei profuturū esse propter quē sit, ad operandam in eo correctionem atque cōcordiam. Hoc certē animo faciendum est, etiā si alius exitus consequat, nec corrigi uelit atq; paca

quam dispositionē intelligibilis ratio continet, ubi sine tēpōre simul sunt q̄ in tēporibus simul fieri nō possunt, q̄a tēpora non simul currunt. Quispiā fortassis expectet causas a nobis ipsius mutationis accipere qd̄ ipse nō sit q̄ proluxi sit negocij. Veruntamē breuiter dici potest, quod homini acuto fortasse susceperit, aliis sacramentis p̄nunciari Christū cum uenturus esset, aliis, cum uenisset, annūciari oportuisse, sicut modo nos id ipsum loquentes diuersitas rerū cōpulsit ēt uerba mutare. Siquidē aliud est p̄nunciari aliud annūciari, aliud cū uenturus esset, aliud cum uenisset. Nunc deinde uideamus quale sit aliud quod in epistola tua sequitur. Adieci si .n. eos dicere, q̄ Christi p̄dicatio atq; doctrina reipublice moribus nulla ex parte cōueniat, cuius hoc constat esse p̄ceptum, ut nulli malū pro malo reddere debeamus, & percutienti, aliā p̄bere maxillam, & pallium dare ei, qui tunicam auferre perstiterit: & cum eo qui nos angariare uoluerit, ire de bere spatio itineris duplicato. Quæ oīa reipublicæ moribus asseruntur esse contraria. Nā quis, inquit, tolli sibi ab hoste aliquid patiat, uel Romanæ prouinciæ depredatoribus non mala uelit belli iure rependere? Hęc atq; huiusmodi uerba obtrectantiū, siue non obtrectando, sed quærendo talia loquētū operosius fortasse resellerem, nisi hæc disceptationes haberentur cum uiris liberaliter institutis. Vnde quid opus est ut diutius laboremus, ac nō ipsos potius percōtemur, quomodo poterant gubernare atq; augere rempublicam, quam ex parua & inopi, magnam opulentāq; fecerūt, qui accepta iniuria ignoscere q̄ plequi malebāt? Quomodo Cæsari ad ministratori utique reipublice mores ei extollēs Cicero dicebat, q̄ nihil obliuisci soleret nisi iniurias? Dicebat. n. hoc tam magnus laudator, aut tā magnus adulator, sed si laudator, talem Cæsarem nouerat. Si autē adulator, talē esse debere ostēdebat principē ciuitatis, qualē illum fallaciter p̄dicabat. Quid est autē non reddere malū pro malo, nisi abhorre ab uiscendi libidine? Quid est accepta iniuria ignoscere malle q̄ persequi, & nihil nisi iniurias obliuiscit? Hęc eū in eorū leguntur autoribus, exclamatur & plauditur, describi atq; p̄dicari mores uir, q̄bus dignū esset exurgere ciuitatem, q̄

Mat. 5

Sallust.

Psal. 10.

Psal. 15.

E Psal. 49. Hic. 31.

Li. 1. de sermo. do. mini in monte. c. 2. et 21.
K *Luc. 6.* *Ioan. 18.* *Luc. 22.*
 ri pp quem corrigendū atq; pacādū , velut curandū & sanādū adhibita est ista medicina. Alioquin si verba attenderimus , eorūq; proprietati seruiēdū putauerimus, nō est prābēda maxilla dextera, si sinistra fuerit percussa. Qm̄ siqs te, inqt, percusserit in maxillam dexterā, p̄be illi & sinistra. Magis aut sinistra percutit, qđ in eā partē, qđ ad dexterā, ferientis facilius ictus est. Sed sic intelligi solet ac sic dictū esset, Si qs in te meliora fuerit p̄sequutus & inferiora ei prēbe, ne uindictę potius, qđ patientiæ studēs, contēnas æterna temporalibus, cū potius tēporalia p̄ æternis cōtēnēda sint, tanqđ sinistra pro dextris. Hęc semp fuit sanctorū martyrū intentio, vindicta. n. ultima iustē poscitur, qñ nullus iā restat correctionis locus, extremo scilicet, sūmoq; iudicio. Nunc uero cauendum est ne vindicandi cupiditate amittat, ut nihil aliud dicā, ipsa patientia, quæ pluris est habenda, quam oē qđ pōt ēt inuito inimicus auferre. Nāque alius Euangelista in eadē sententia nullā fecit dexterę mentionē, sed tantū maxillā & alteram nominauit, ut aliquanto distinctius intelligeretur in altero, ipsum alterum simpliciter eandē patientiam cōmendare. Paratus itaq; debet esse homo iustus & pius patienter eorū malitiā sustinere, quos fieri bonos querit, ut numerus potius crescat bonorū, non ut pari malitia se quoque numero addat malorum. Denique ista p̄cepta magis ad p̄parationem cordis, qđ in rus est peruenire, qđ ad opus quod in aperto fit, vt teneatur in lecreto animi patientia cū beneuolentia, in manifesto autem id fiat qđ eis uidetur prodesse posse, quibus bene uelle debemus, hinc liquidō ostēditur, quod ipse dominus Iesus exēplū singulare patientię cum percuteretur in faciē, respondit, Si malē dixi, exprobra de malo, si autem bene, quid me cædis? Nequaquam igitur p̄ceptum suū si uerba intueamur impleuit, neque. n. p̄beuit percutienti alterā partē, sed potius prohibuit, ne qui fecerat iniuriā auferret, & tñ paratus uenerat, non solū in faciē percuti, uerum etiā pro his quoq; a quibus hęc patiebatur, crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens, Pater, ignosce illis quia nesciunt quid faciūt. Nec Paulus Apōstolus p̄ceptum domini & magistri sui uidetur impleuisse, ubi, etiam ipse percus-

sus in faciem dixit principi sacerdotū, Percutiet te Deus paries dealba te, sedens iudicet me scđm legē, & cōtra legē iubes me percutit. Et cū a circumstantibus diceret, Iniuriā facis principi sacerdotū, incidenter eos admonere uoluit qđ dixerit, ut qui saperēt intelligerent iā destruēdū esse aduentu Christi parietē dealbatū, hoc est, hypocritarū sacerdotū Iudæorū. Ait quippe, Nesciuit fratres quia princeps est, scriptum est. n. Principi populi tui non maledices. Cum p̄culdubio qui in eodem populo creuerat, atque ibi lege fuerat eruditus, illū principē sacerdotū nescire non posset, nec eos quibus ita notus erat, ullo modo falleret quo nesciret. Sunt ergo ista p̄cepta patientiæ semper in cordis p̄paratio ne retinēda, ipsaq; beneuolentia ne reddatur malū p̄ malo, semp in uoluntate cōplenda est. Agenda sunt autē multa, etiā cū inuitis benigna quadam asperitate p̄lectendis, quorū potius utilitati cōsulendū est qđ uoluntati, quod in principe ciuitatis luculentissime illorū litera laudauerunt. Nā in corripiendo filio quālibet asperere, nūquā profecto amor paternus amittitur. Et tñ quod nolit & doleat, qui etiā inuitus uidetur dolore sanandus. Ac per hoc si terrena ista res publica p̄cepta Christiana custodiat, & ipsa bella sine beneuolētia nō gerentur, vt ad pietatis iustitięq; pacatam societatem uictis facilius consulat. Nā cui licētia iniquitas eripit, utiliter uincit. Qm̄ nihil est infelicius in foelicitate peccantium, quæ poenalis nutritur impunitas, & mala uoluntas uelut hostis interior roboratur. Sed peruersa & aduersa corda mortalium, foelices res humanas putant, cum rectorum splendor attenditur, & labes non attenditur animorum, cum theatrorum moles extruuntur, & effodiuntur fundamenta uirtutum, Cum gloriosa est effusionis insania, opera misericordiæ deridentur, Cum ex his quæ diuitibus abundant, luxuriantur histriones, & necessaria uix habent pauperes, Cum Deus qui doctrinæ suæ publicis uocibus cōtra hoc malum publicum clamat, ab impiis populis blasphematur, & dii tales requiruntur, in quorum honorem ea ipsa theatra corporū & animorū decorata celebrent. Hęc si Deus pollere p̄mittat, tunc indignatur grauius, Hęc si impunita

Belli p̄sroc n. 6. Luc. 3. *4. de Ciuita. Dei. Cap. 2.* *2. de Ciuitate. c. 18.* *Sancti.*
 punita dimittat, tunc punit infestus. Cū uero euerit sub hū uirtorū, & copiosas libidines inopes reddit, misericorditer aduersatur. Misericorditer. n. si fieri posset, etiā bella gereret a bonis, vt licentiosis cupiditatibus domitis, hęc uicia p̄deretur, quę iusto imperio uel extirpari uel de primi debuerunt. Nā si Christiana disciplina oīa bella culparet, hoc potius militibus consiliū salutis petentibus in Euangelio diceret, vt abicerent arma, seq; militię omnino subtraherēt. Dictū est at eis: Neminē concusseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat uobis stipendiū v̄rm. Quibus proprium stipendiū sufficere debere p̄cepit, militare utique nō p̄hibuit. Proinde qui doctrinam Christi aduersam dicūt esse reipublicę, dent exercitū talē quales doctrina Christi esse milites iussit, dent tales maritos, tales coniuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales seruos, tales reges tales iudices, tales denique debitorū redditores & exactores ipsius fisci, quales esse p̄cepit doctrina Christiana, & audeant eā dicere aduersam esse reipublicę. Immo uero non dubitent eā confiteri magnā, si ei obtēperetur, salutē esse reipublicā. Vt qđ aut ad illud rōdeā qđ dicūt p̄ quosdā, Imperatores Christianos multa mala imperio accidisse Romano? Hęc generalis cōquestio calumniosa est. Nam si apertius certe de p̄teritis Imperatoribus aliqua cōmemorarēt, possēt similia uel fortasse ēt grauiora de Imperatoribus nō Christianis & ego cōmemorare, vt intelligerent uel hominū hęc esse uicia non doctrinę, uel non Imperatorum, sed aliorū sine quibus Imperatores agere nihil p̄nt. Ex quo. n. tpe pessum ire cœperit Romana res publica, satis liquet, litera loquunt ipsorū, longe ante quā Christi nomē eluxisset in terris, dictū est, O urbem uenale, & mature periturā, si emptorem inuenerit. In libro etiā belli Catilinæ, ante aduentum utique Christi, idem nobilissimus historicus eorū, non tacet quādo primū insueuerit exercitus, populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, uasa cęlata mirare, & ea priuati & publice rapere, delubra spoliare, sacra prophanaque oīa polluere. Quādo ergo nec hominibus, nec ipsis etiā, quos deos putabant, morū corruptorū & p̄ditorū auaritia rapitalque parcebat, tunc capiti perire lauda-

bile illud decus salusq; reipublica. Quos deinde uicia pessima successus habuerint, & quanto humanarū rerū malo illa iniquitas prosperata sit nūc longū est dicere. Audiant satyricū suū garrēdo uera dicentē, Seruabat castas humilis fortuna Latinas. Quando, ne uitiis contingi parua sinebat Teستا labor, somnique breues, & uellere thusco. Vexata dureque manus, ac proximos urbi Hānibal, & stantes Collina in turre mariti. Nunc patimur longę pacis mala, sc̄uor armis Luxuria incubuit, uictumque uicifit orbem. Nullum crimē abest, facinusq; libidinis, ex quo Paupertas Romana pit. Quid ergo expectas, vt ergo exaggerē, quāta mala importauerit successu p̄spero iniquas subleuata, qñquidē & ipsi, qđ aliquanto prudentius attenderunt, plus dolendā uiderūt paupertatē, qđ opulentiam perisse Romanā? In illa. n. morum integritas seruabatur, per hanc aut non muros urbis, sed mētes ipsius ciuitatis diranequitia omni hoste peior irrupit. Gratias domino Deo nostro qui cōtra ista mala miseret nobis adiutoriū singulare. quo. n. non tolleret, quē nō inuolueret, in qđ profundum nō demergeret fluiuis iste horrendę nequitia generis humani, nisi crux Christi in tanta uelut mole auctoritatis eminentius firmiusq; figeretur, cuius apprehenso robore stabiles essemus ne male suadentiū in mala impellentiū, tā uasto huius mūdī gurgite abrepti torberemur? In ista. n. colluue morū pessimorū, & ueteris p̄ditę disciplinæ, maxime venire ac subuenire debuit cœlestis auctoritas, quę uoluntariā paupertatē, quæ cōtinentiā, beneuolentiā, iustitiā atque concordiā, ueramq; pietatē persuaderet, ceterasque uirtę luminosas validasq; uirtutes, non tm̄ propter istam uitā honestissime gerendā, nec tm̄ propter ciuitatis terrenæ concordissimā, societate, uerum etiā propter adipiscendam sempiternā salutem, & sempiterni cuiusdā populi cœlestem diuinamq; rempublicam, cui nos ciues adsciscit fides, spes charitas, vt quādiu inde peregrinamur, seramus eos, si corrigere nō ualemus, qđ uitiis impunitis uolunt stare rempublicā quam primi Romani constituerunt, auxeruntque uirtutibus, & si non habentes ueram pietatem, erga Deū uerum, quę iam illos in æternā ciuitatē posset salubri religione perducere, custodientes tamen

tamen quandā sui generis p̄bitatē, q̄ posset terrenæ ciuitati cōstituendæ, augendæ, cōseruandæq; sufficere. deus. n. sic ostendit in opulentissimo, & p̄claro Imperio Romanorū quantū valeret ciuiles, et sine vera religione virtutes, vt intelligeret hac addita fieri hoies ciues alterius ciuitatis, cuius res veritas, cuius lex charitas, cuius modus æternitas. Quis aut vel risu dignū non putet q̄ Apollonium & Apuleium cæterosq; magicarum artium peritissimos, conferre Christo, vel et p̄ferre conantur? quāquā tolerabilius ferendū sit, q̄n̄ istos ei potius cōparant, q̄ deos suos? Multo. n. melior (quod fatendū est) Apollonius fuit, q̄ tot stuprorum auctor & peccator, quē Iouem nominant. Ista inquit fabulosa sunt. Adhuc ergo laudat reipublicæ luxuriosam, licentiosam, planeq; sacrilegā felicitatē, quē ista deorum probra confinxit q̄ non solum in fabulis audiēda posuit, verū etiam in theatris spectāda proposuit: vbi crimina plurā essent q̄ numina, q̄ ipsi dii sibi exhiberi habebant libenter, qui in suos cultores vindicare debuerunt, q̄ ea saltē viderent patienter. Sed non sunt ipsi, inquit, qui talium fabularum mendacio celebrantur. Qui ergo sunt isti, q̄ talium turpitudinum celebratione placantur? Horum dæmonum peruersitatem atque fallaciam, per quos & magicæ artes, humanas mentes decipiunt, quia prodidit Christiana doctrina, quia mundo vniuerso patefaciat, quia angelos sanctos ab eorum malignitate distinxit, quia cauēdos potius, & quemadmodum cauerentur, admonuit, reipublicæ dicitur inimica, quasi non si omnino per istos esset temporalis obinēda felicitas, quælibet potius fuerit infelicitas eligenda. Sed neque hinc Deus voluit dubitari, qui primum populum vnum verum Deum colentem, deos autem falsissimos cōtinentem, quandiu oportuit testamentum vetus vbi velamentum testamenti noui est, obumbrari; tāta rerū terrenarū felicitate honestauit, vt quis intelligat, nec ipsam esse in dæmonū p̄tate, sed in illius vnius, cui angeli seruiunt, quē dæmones cōtremiscunt. Apuleius. n. vt de illo potissimū loquamur, q̄ nobis Aphris Apher est notior, nō dico ad regnū, sed nec ad aliq̄ quē iudiciaria reipublicæ potestātē, cū oibus suis magicis artib. potuit puenire. Honesto patrię suę loco natus,

Apuleius magni

& liberaliter educatus, magnaq; p̄ditus eloquentia. An forte ista, vt philolophus voluntate contēpsit, q̄ sacerdos puincæ p̄ magno fuit, vt munera æderet, venenatoresque velliret, & pro statua sibi apud Coenses locanda, ex qua ciuitate habebat vxorē, aduersus contradictionem quorundā ciuū litigaret? Quod posteros ne lateret, eiusdē litis orationem scriptam, memorię cōmēdauit. Qd̄ ergo ad istā terrenā pertinet felicitatem, fuit magus ille quoad potuit. Vnde apparet eum nihil amplius fuisse, non quia noluit, sed quia non potuit. Quamquam & aduersus quosdā, qui ei magicarū artium crimen intenderent, eloquentissimē se defendit. Vnde miror laudatores eius, qui eū nescio quē fecisse miracula illis artibus p̄dicāt, contra eius defensionem testes esse conari, Sed viderint vtrū verū ipsi perhibeant testimonium, & ille falsam defensionem illud si sapiunt, attendant, q̄ magicas artes, non vti que nisi pro felicitate terrena vel damnabili curiositate conquirunt, vel ab eis innocentes, periculosa tñ eas admiratione collaudant, & videant David nostrum sine vllis talibus artibus ex pastore ouium peruenisse ad regiam dignitatem: cuius & peccata & merita fidelis scriptura nō tacuit, vt sciremus & quibus modis non offenderetur Deus, & quibus modis placaretur offensus. Quantum aut̄ attinet ad miracula, quæ humanis sensibus stupenda monstrantur, multum erant qui p̄phetis sanctis miraculorum magnorū nobilitate p̄stantibus magos cōparāt: quanto magis si eos comparant Christo, quem p̄phetæ illi quibus magis quilibet nullo modo sunt comparandi, p̄nūnciauerunt esse venturū, & secundum carnem, quam suscepit ex virgine. & secundum diuinitatem, qua nunquam separatur a patre? Video me fecisse prolixam epistolam, nec tamen de Christo dixisse omnia, quæ vel eis, qui tardiore ingenio diuina nō valent assequi, vel eis, qui licet acutē mouentur, contentiosum tamen studium & p̄occupatio diuturni erroris ab intelligendo impedit, sufficere vtcunque possint. Veruntamē cognosce, quid eos cōtra moueat, atq; rescribe, vt vel epistolis, vel libris, si adiuuerit Deus, ad oīa respōdere curemus. Sis in dño felix: gr̄a & misericordia eius dñe eximie & merito insignis, charissime ac desiderantissime fili.

Augu-

Augustinus. Italica viduæ consolans illam super obitu mariti, ac resellēs eorum opinionem, qui dicebant Deum videri corporeis oculis. Epistola VI.

Domina eximia & meritō p̄stantissima atq; in Christi charitate honorādē filia Italica, Augustinus Episcopus in Dño salutē. Non solū literis tuis, verumetiam ipso referente qui p̄tulit, comperi, multum te flagitare literas meas, credētē q̄ ex eis consolationē habere plurimā possis: Tu itaq; videris qd̄ exinde capias, ego tñ eas negare vel differre non debui. Consoletur aut̄ te fides & spes tua, & ipsa charitas quæ diffunditur in cordibus piorū, per spiritum sanctū, cuius nunc aliquid p̄ pignore accepimus, vt ipsam plenitudinē desiderare nouerimus. Non. n. te de solatam putare debes, cum in interiore homine habeas p̄sentē Christum per fidem in corde tuo: Aut sic te contristari oportet quē admodū gentes, quæ spem non habēt, cū veracissima promissione speremus nos hac vita, vnde migraturi quosdā nostros migrantes non amisimus, sed p̄missimus ad eam vitā esse venturos, vbi nobis erūt quanto notiores, tāto utiq; chariores, & sine timore vllius dissensionis amabiles. Hic autem & coniunctus, cuius abcessu vidua diceris, tibi notissimus erit, qui quamuis & hic tibi notus esset, sibi tamen notior erat quā tibi. Et vnde hoc cum tu eius corporālē faciem uideres, quā ipse utique non uidebat, nisi quia notitia nostri certior intus est, ubi nemo scit q̄ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: sed cum uenerit dominus & illuminauerit abscondita tenebrarū, & manifestauerit cogitationes cordis, tunc nihil latebit proximū in proximo, nec erit qd̄ suis quisq; aperiat, abscondat alienis, ubi nullus erit alienus. Lux uerō ipsa qua illuminabuntur hæc omnia, q̄ modo in cordibus reconduntur, qualis aut quanta sit, quæ lingua proferat, quis saltē infirma mente cōtingat? Profecto lux ille Deus ipse est q̄n̄ Deus lux est, & tenebræ in eo nō sunt ullæ, sed lux mentium purgatarum, non istorum corporis oculorū. Erit ergo tūc mēs idonea, quæ illam lucem uideat, quod nunc uidendum non est. Hoc autem oculus videre corporis neq; nunc potest, neque tūc poterit. Omne quippe quod oculis corporis cō-

spici potest, in loco aliquo sit necesse est, nec vbiq; sit totū, sed minore sui parte minorē locū occupet, & maiore maiorem. Non ita est Deus inuisibilis, & incorruptibilis q̄ solus habet immortalitatē, & lucē habitat inaccessibilē, quē nemo hominē vidit nec uidere pōt. Per hoc. n. uideri ab homine non pōt, p̄ qd̄ uidet homo corporeus corpora. Nā est mētibus piorum esset inaccessibilis, non diceretur: Accedite ad eū & illuminamini. Esti mētibus piorum esse inuisibilis non diceretur: Videbimus eum sicuti est. Nā perspice totam ipsam in epistola Ioannis sententiam: Dilectissimi, inquit, filii Dei sumus, & nondū apparuit qd̄ erimus: Scimus q̄n̄ cū apparuerit similes ei erimus, quū uidebimus eum sicuti est. In tñ ergo uidebimus, inquit, similes ei erimus, quā & nunc intantū non videmus, inquantū dissimiles sumus. Inde igitur videbimus, vñ similes erimus. Quis autem demens dixerit, corpore nos vel esse, vel futuros esse similes Deo. In interiore igitur homine ista similitudo est, q̄ renouatur in agnitionē Dei, s̄m imaginē eius qui creauit illū. Et tanto efficimur similiores illi, quanto magis in eius cognitione & charitate proficimus, quā & si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem: Ita sanē ut in hac uita quātuscunq; profectus sit, lōge absit ab illa perfectione similitudinis q̄ idonea erit ad uidedū Deū, sicut dicit Apostolus facie ad faciē. In quibus certē uerbis si corporālē faciem uoluerimus accipere, consequens erit, vt et Deus talē habeat faciē, & sit aliq̄ interuallū inter nostram & ipsius, cū eū uidebimus facie ad faciē. Et si interuallū, utiq; finis & membrorū habitus terminatus, & cætera absurda dictūq; & cogitatu impia, quibus animalis hō non percipiens ea q̄ sunt spiritus Dei, fallacissimis vanitatibus luditur. Dicunt. n. quidam eorū qui talia garriūt, quātum ad me potuit peruenire, nos Deū videre nunc mente, tunc corpore, ita vt et̄ impios eū pari mōdo asseuerent esse uisuros. Vide quantū in peius proficiunt, cū sine limite timoris uel pudoris, hac atq; illac uagabunda fertur impunita loquacitas. Antea dicebant carni suæ tñ hoc p̄stitisse Christū, ut corporeis oculis uideret Deū, Deinde addiderūt et̄ et̄ sanctos receptis in resurrectione corporibus, eodem mōdo Deū esse uisuros: Nunc Aug. Tomus secundus. iam


1. Tim. 6.

Psal. 33. 1. Ioan.

Colof. 3.

2. Cor. 4.

B



iam ista possibilitate et impijs donauerunt. Donent sane quantum voluit et quibus voluit: quis audeat contradicere hominibus de suo donantibus? Qui. n. loquit mendacium, de suo loquitur. Tu autem ihs qui sanam doctrinam tenent, nihil istorum audeas usurpare de tuo: Sed cum legis: Beati mundo corde quam ipsi Deum vident, intellige impios non viuos, neque. n. beati et mundo corde sunt impij. Item cum legis. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem: Intellige inde nos tunc viuos facie ad faciem, vnde videmus nunc per speculum in enigmate. Hoc autem utrumque interioris hominis munus est, siue cum in ista peregrinatione adhuc per fidem ambulatur, in qua vult speculo et enigmate, siue in illa patria, cum per speciem contemplabitur. Pro qua visione positum est: Facie ad faciem. Audiat caro carnalibus ebria cogitationibus. Spiritus est Deus, et ideo quod adorant Deum, in spiritu et veritate oportet adorare. Si adorare, quomodo magis videre? Quis. n. audeat affirmare Dei substantiam corporaliter videri, cum eam noluerit corporaliter adorari? Sed argute sibi videntur dicere, et quasi interrogando premere, potuit Christus carni suae prestare, ut oculis corporeis videret patrem, an non potuit? Vt si non potuisse responderimus, omnipotentiae Dei nos derogasse proclamemus: Si autem potuisse concesserimus, argumentatione sua ex nostra responsione concludant. Quomodo iam tolerabilius desipiunt, qui carne asserunt conuersum iri in substantiam Dei, et hanc futuram esse quam Deus est, ut sic eam saltem videndo Deo faciant idoneam, non tanta diuersitate dissimilem. Quam uanitate credo istos abigere a fide sua fortasse et ab auribus. Et tamen si interrogatione de hoc similiter urgeatur, possit ne Deus hoc, an non efficere possit, vtrum eius potestati detrahatur, si non posse responderint, an hoc futurum fatebunt, si posse concesserint? Quo ergo exierint de hoc laqueo alieno, sic exeant de suo. Deinde cur solis oculis corporeis Christi hoc donum attributum esse contendunt, non et ceteris sensibus? Sonus ergo erit Deus, ut possit eius et auribus percipi? Et halitus erit ut sentiri possit eius olfactu? Et liquor aliqis erit ut possit et bibi? Et moles erit ut possit et tangi? Non inquit. Quid ergo? An illud potest Deus, et hoc non potest? Si non posse dixerint, cur derogat omnipotentiae Dei? Si posse et nolle responderint, cur solis oculis fa-

uent, inuidet autem ceteris sensibus corporis Christi? An quousque volunt desipiunt? Quanto nos melius, quam non eorum insipientiae terminos figimus, sed ut desipiatur profus nolumus? Multa proferri possunt ad istam dementiae refutandam. Sed si aliqui irruerint auribus tuis, haec interim eis lege, et quid respondeant non pigeat te rescribere, ut potes. Ad hoc. n. fide corda nostra mundant, quia nobis fidei merces visio Dei promittitur. Quae si per corporis oculos erit, frustra ad eam percipiendam sanctorum animus exercetur. Imo vero tam peruersae sententiae animus non in se exercetur, sed totus in carne est. Vbi. n. tenacius habitabit et fixius, nisi vnum se Deum visurum esse presumit? Quod certe quantum malum sit, intelligentiae potius dimitto tuae, quam longum sermone moliar explicare. In protectione domini spiritus habitet cor tuum dominam eximia et merito prestantissima, atque Christi charitate honoranda filia. Honorabiles tecum nobisque in domino dilectissimos filios tuos debito meritis nostris officio resaluta.

Augustinus Marcellino, respondens quaestiuunculae, mox ostendens, quantum suis scriptis tribui vellet, explicans locum taxatum ex libris de libero arbitrio. Deinde tractat varias opiniones de origine animarum. Postremo rejicit quorundam argumentum, qui ideo non credebant Mariam virginem peperisse, quod id nunquam aliis factum sit. Episto. VII.

Domino eximio, et merito insigni, multumque charissimo filio Marcellino: Augustinus in domino salutem. Epistolam tuam quam per sanctum fratrem et coepiscopum meum Bonifacium accepi, quaesivi ut rescriberem, nec inueni. Recolui tamen te in ea quaesivisse, quo inuenerint Magi Pharaonis, conuersa in sanguinem tota aqua Aegypti, vnde simile aliquid facerent. Quae duobus modis solui quaestio solet: Siue cum marina aqua potuerit offerri, siue (quod est credibilius) quia in ea regione in qua erant filii Israel, istae plagae non fiebant. Hoc enim quibusdam scripturae illius locis apertissime expressum, admonet etiam vbi non dictum est, quid intelligi debeat. Illae autem literae tuae, quas presbyter Urbanus attulit, habent quaestionem mihi propositam ex libris non diuinis, sed meis, quos scripsi de libero arbitrio. In talibus

libris autem quaestionibus non multum laboro, quia et si defendi sententia mea liquida ratione non potest, mea est, non eius authoris cuius sensum improbare fas non est, et cum in eo non intelligo hoc vnde sentitur quod improbandum est. Ego proinde fateor, me eorum numero esse conari, qui proficiendo scribunt, et scribendo proficiunt. Vnde si aliquid vel incautius, vel indoctius a me positum est, quod non solum ab aliis qui videre id possunt merito reprehendatur, verum etiam a me ipso, quia et ego saltem postea videre debeo si proficio, nec mirandum est, nec dolendum, sed potius ignoscendum atque gratulandum, non quod erratum est, sed quia improbatum. Nam nimis peruersae seipsum amat, qui et alios vult errare, ut error suus lateat. Quomodo. n. melius et utilius, ut vbi ipse errauit, alij non errent, quorum admonitu errore careat. Quod si noluerit, saltem comites erroris non habeat. Si. n. mihi Deus quod volo presiterit, ut omnium librorum meorum quaecumque mihi rectissime displicent, opere aliquo ad hoc ipsum instituto colligam atque demonstrare: tunc videbunt omnes homines quod non sum acceptor personae meae. Vos autem qui me multum diligitis, si tale me asseritis aduersus eos, quorum malitia, vel imperitia, vel intelligentia reprehendor, ut me nusquam scriptorum heorum errasse dicatis, frustra laboratis, non bonam causam suscepistis, facile in ea me ipso iudice superamini, quam non mihi placet, cum a charissimis meis talis esse existimor qualis non sum. Profecto. n. non me, sed pro me alium sub meo nomine diligit, si non quod sum, sed quod non sum, diligit. Nam in quantum me nouerunt, vel de me verum credunt, ego ab eis diligor: in quantum autem mihi tribuunt quod in me non cognoscunt, alium tale, quale me putant, pro me diligit. Romani maximus auctor Tullius eloquij, nullum unquam verbum inquit quod reuocare vellet emisit. Quae quidem laus quamuis preclarissima videatur, tamen credibilior est de nimium fatuo, quam de sapiente perfecto. Nam et illos, quos vulgo moriones vocant, quanto magis a sensu communi dissonant, magisque absurdum et insulsum sunt, tanto magis nullum verbum emittunt, quod reuocare velint, quae dicti mali vel stulti vel incommodi penitere, utique cordatorum est. Sed si in bona parte accipiat, ut quae pia tale fuisse credamus, qui cum sapienter omnia loqueretur, nullum unquam verbum quod

reuocare vellet, emisit: hoc potius de hominibus Dei, qui spiritu sancto acti, loquuti sunt, quam de illo, quem sic Cicero laudat, saluberrima pietate credendum est. Ab hac ergo excellentia tam longe absum, ut si nullum verbum quod reuocare vellem protulerem, fatuo sum quam sapienti similiber. Illius quippe scripta summa sunt auctoritate dignissima, qui nullum verbum non quod reuocare vellet, sed quod reuocare deberet emisit. Hoc quisquis nondum est assequutus, secundas habeat partes modestiae, quia primas non potuit habere sapientiae, quia non valuit omnia non penitenda diligenter dixisse, peniteat quae cognouerit dicenda non fuisse. Cum ergo non ficut quidam charissimi mei putant, nulla vel pauca, sed potius plura fortasse quam et maledicij opinantur verba dixerim, quam mallem reuocare, si possem, non mihi Vulliana illa blandimenta, qua dictum est, nullum unquam verbum quod reuocare vellet, emisit: sed angit me plane Horatiana. Nescit vox missa reuerti. Hinc est quod periculosissimarum quoniam librorum, de Genesi. scilicet et de Trinitate, diuini teneo quam vultis et fertis, ut si non potuerunt nisi habere aliqua quam merito reprehendant, saltem pauciora sint quam esse possent, si precipiti festinatione inconsultius aderent. Vos. n. ut vestrae indicant literae (nam hoc mihi est sanctus frater et coepiscopus meus scripsit Florentius) ideo ut adantur urgetis, quo possint a me dum in hac carne uiuo, defendi, cum vel ab inimicis mordetibus, vel et ab amicis parum intelligentibus, fortasse in quibusdam ceperint accusari. Quod utique propea dicitis, quia non putatis esse in eis aliquid quod vera possit ratione culpari. Alioquin non me ad eorum aditionem, sed ad diligentem emendationem potius hortaremini. Ego autem iudices veros, et veritate seueros magis inuitueor, inter quos et me ipsum primitus constitutuere volo, ut ad illos ea tantum reprehendenda perueniant, quae a me, quamuis sedulo perscrutante minime videri potuerunt. Quae cum ita sint, hoc tamen quod in tertio libro de Libero arbitrio, cum de substantia rationali agerem, sic a me positum est ut dicerem, in corporibus aut inferioribus anima post peccatum ordinata, regit corpus suum, non omnimodo pro arbitrio, sed sicut leges vniuersitatis sinunt: diligenter aduertant, qui putant me aliquid de anima humana velut certum statuisse atque fixisse, quod vel ex parentibus

Joan. 8.
Matt. 5.
1. Cor. 5.

Joan. 4.

Secunde partes modestiae.

Lucanij versus.

a. l. quod.

F

Augustinus Hieronymo: de noua post. lxx. ve-
teris testamēti versione, deq; Petro repre-
henso à Paulo Gala. 2. ventilas qōnem de
mēdacio officioso. Hęc epistola nō est red-
dita Hiero. q̄ is cui tradita fuerat, mutato
cōsilio nō est profectus, eam scripserat ad
huc Presbyter. Epistola. VII.

Domino dilectissimo & cultu sincerissi-
mo charitatis obsequēdo, atq; ample-
ctēdo fratri & cōpsbytero Hieronymo, Au-
gustinus. Nunq̄ aq; quisq̄ tā facile cui libet
innotuit, q̄ mihi tuorū in dño studiorū quie-
ta leticia, & vere exercitatio liberalis. Quā-
quā ego percipiam omnino te nosse, tñ exi-
guū quiddā tui manus habeo, præsentiā vi-
delicet & corporis, quā ipsam ēt postea q̄ te
beatissimus nunc episcopus, tūc vero iā epi-
scopatu dignus, frater Alypius vidit, remeās-
que à me vilius est, negare nō possum magna
ex parte mihi esse relatū eius impressam, &
ante reditū, cū te ille ibi videbat, ego videbā
sed oculis eius. Nō. n. animo me atq; illum,
sed corpore duos, qui nouerit, dixerit, con-
cordia duntaxat & familiaritate fidissima, nō
meritis quibus ille antecellit. Quia ergo me
primitus cōione spiritus, quo in vnum niti-
mur, deinde illius ex ore iā diligis, nequa q̄
impudenter quasi aliquis ignotus commen-
do germanitati tuæ fratrē profuturum, quem
nostris conatibus adiutorio tuo vere profu-
turum speramus, nisi forte quod talis est vt
ipse tibi per eum fiam commendatior, q̄ ille
p̄ me. Hactenus fortasse scribere debuerim,
si esse vellem epistolarum solennium more
contentus: Sed scater animus in loquelas cō-
municādas tecū de studijs nostris quæ habe-
mus in Christo Iesu dño nostro, qui nobis
multas vtilitates & viatica quædā demōstra-
ti a se itineris etiā per tuā charitatē non me-
diocriter ministrare dignatur. Petimus ergo
& nobiscum petit omnis Africānarum ec-
clesiarum studiosa societas, vt interpretandis
eorū libris, qui Græce scripturas nostras q̄
optime tractauerunt, curam atq; operā impē-
dere nō graueris. Potes enim efficere, vt nos
quoq; habeamus tales illos viros, & vnū po-
tissimū, quem tu libētius in tuis literis sonas.
De vertēdis aut in Latinā linguā sanctis lite-
ris canonicis, laborare te nollē, nisi eo mo-
do quo Iob interpretatus es, vt signis adhibi-

tis quid inter hanc tuā & septuaginta, quorū
est grauisima autoritas, interpretationē di-
stet, appareat. Satis aut nequeo mirari, si ali-
quid adhuc in Hebræis exemplaribus inuenit,
qd̄ tot interpretes illius linguæ peritissimos
fugerit. Omitto. n. septuaginta, de quorū vel
consilij vel spiritus maiore concordia q̄ si
vnus homo esset non audeo in aliquā partē
certam ferre sententiā, nisi quod eis præminen-
tē autoritatē in hoc munere sine cōtrouer-
sia tribuendā existimo. Illi me plus mouent,
qui cū posteriores interpretarent, & verbo-
rū locutionūq; Hebræarū viam atq; regulas
mordicus vt fertur, tenerēt, non solū inter se
non consenserunt, sed ēt reliquerunt multa,
quæ tanto post eruenda & prodenda reman-
nerent. Et aut obscura sunt aut manifesta. Si
enim obscura sunt, te quoq; i eis falli potuis-
se, non immerito creditur. Si autē manifesta:
superfluū est te voluisse explanare, qd̄ illos
latere non potuit. Huius igitur rei pro tua
charitate expositis causis, certum me facias
obsecrauerim. Legi ēt quædam scripta, quæ
tua dicerentur in epistolas Apostoli Pauli,
quarū vnā ad Galatas cū enodare velles, ve-
nit in manus locus ille quo Apostolus Petrus
a pernicioſa simulatione reuocatur. Ibi pa-
trocinium mendacij susceptum esse vel abs-
te tali viro, vel quopiam si alius illa scripsit,
fateor, non mediocriter doleo, donec resel-
lantur, si forte reselli possunt ea q̄ me mouēt,
Mihi. n. v̄ exitiosissime credi aliquid in li-
bris sanctis esse mēdaciū, id est, homines per
quos nobis illa scriptura ministrata est atq;
conscripta, aliquid in libris suis fuisse ment-
tos. Alia quippe quæstio est, sit ne aliqñ men-
titi viri boni. Et alia quæstio est, vtrū scripto-
rē sanctarum scripturarū mētiri oportuerit:
Immo vero non alia, sed nulla qō est. Admis-
so. n. semel in tantum autoritatis fastigiū of-
ficioso aliquo mēdacio, nulla illorū librorū
particula remanebit, quæ non vtcunq; vide-
bit, vel ad mores difficilis, vel ad fidē incre-
dibilis, eadē perniciosissima regula ad men-
tientis authoris consiliū, officiūq; referatur:
Si. n. mentiebat Apostolus Paulus, cū Apосто-
lū Petrū obiurgās diceret: Si tu cū sis Iudæus,
gētiliter & nō Iudæice viuīs, quēadmodū gē-
tes cogis Iudaizare? & recte illi videbat Petrū
fecisse, quē nō recte fecisse, & dixit & scripsit
vt quasi animos tumultuarū deliniret: quid
respon

18. De ci-
uit. Dei.
cap. 42.

K

Prover.
18. 2.
Dilectio.

Pernicio-
sa simula-
tio.

L

Gala. 2.

respondebimus, cum exurrexerint peruersi
homines, prohibentes nuptias, quos futuros
ipse prænunciauit, & dixerint totū illud qd̄
idē Apostolus de matrimoniorū iure firman-
do locutus est, propter homines, qui dilectio-
ne coniugū tumultuari poterant, fuisse men-
titū. s. non quod hoc senserit, sed vt illorum
placaret aduersitas? Nō opus est multa cōme-
morare. Possunt. n. videri ēt de laudibus Dei
esse officiosa mendacia, vt apud homines pi-
griores dilectio eius ardescat, atq; nusquam
certa erit in libris sanctis castæ veritatis au-
thoritas. Nonne attendimus eundē Apostolū,
cum ingenti cura cōmedandæ veritatis dice-
re. Si autē Christus non resurrexit, inanis est
p̄dicatio nostra, inanis & fides nostra. Inueni-
mur autē & falsi testes Dei, quia testimoniū
diximus aduersus Deū, quod suscitauit Chri-
stū quē non suscitauit? Si quis huic diceret,
quid in hoc mēdacio perhorrescis, cū id di-
xeris, quod ēt si falsum sit, ad laudē Dei ma-
xime pertinet: Nonne huius detestatus insa-
niā, quibus posset verbis & significationibus
in lucē penetralia sui cordis aperiret, clamās
non minore aut fortasse etiā maiore scelere,
in Deo laudari falsitatem, quā vituperari ve-
ritatē? Agendum est igitur, vt ad cognitionē
diuinarū scripturarum talis homo accedat,
qui de sanctis libris, tam sancte & veraciter
existimet, vt nolit aliqua eorum parte dele-
ctari per officiosa mendacia, potiusq; id qd̄
nō intelligit trāseat, quā cor suum præferat
illi veritati. Profecto enim cum hoc dicit,
credi sibi expetit, & id agit vt diuinarum scri-
pturarum autoritatibus non credamus. Et
ego quidem qualibuscunq; viribus quas dñs
suggerit, omnia, illa testimonia quæ adhibita
sunt astruendæ vtilitati mendacij, aliter opor-
tere intelligi ostenderem, vt vbiq; eorum
firmā veritas doceretur. Quā. n. testimonia
mendacia esse non debent, tā nō debent faue-
re mendacio. Sed hoc intelligētē relinquo
tuę. Admota. n. lectioni diligentiori conside-
ratione, multo id fortasse facilius videbis q̄
ego. Ad hanc at considerationem cogente
pietas, qua cognoscis fluctuare autoritatem
scripturarū diuinarū, ut in eis quod vult qui
sque credat, quod non vult non credat, si se-
mel fuerit persuasum aliqua illos viros, per
quos nobis hæc ministrata sunt, in scripturis
suis officiosē potuisse mentiri: nisi fortē regu-

1. Cor. 15
M

M

a. L. neclt.
sur

Ps. 140.

C

las quasdam daturus es, quibus nouerimus
ubi oporteat mentiri, ubi non oporteat. Qd̄
si fieri potest, nullo mō mēdaciis dubijsq;
rationibus id explices quæso, nec me onero-
sum, aut impudentē iudices, per humanitatē
veracissimā domini nostri. Nam vt non dicā
nulla, certe non magna culpa meus error ue-
ritati fauet, si recte in te potest veritas fauere
mendacio. Multa alia cū sincerissimo corde
tuo loqui cuperem, & de Christiano studio
conferre, sed huic desiderio meo nulla epi-
stola satis est. Vberius id ipsum possum per
fratrē, quē miscendū & alendum dulcibus at
que vtilibus sermocinationibus tuis misisse
me gaudeo. Et tē quantū uellē, nec ipse (quod
pace ei dixerim) forsitā capit, quāq; nihilo
me illi prætulerim. Ego. n. me fateor tui capa-
ciore, sed idsum uideo fieri pleniorē quo
me sine dubitatione antecellit, & postea quā
redierit (quod domino adiuuante prosperatū
iri spero) cū ei^o pectoris abs te cumulari, par-
ticeps fuero, nō est impleturus qd̄ in me ad-
huc uacū erit atq; aui dū sensorū tuorum.
Ita fiet ut & ego ēt tunc egentior sim, ille co-
piofior. Sane idē frater, aliqua scripta nostra
fert secū, quibus legendis si dignationē adhi-
beas q̄so. Nō. n. aliter intelligo qd̄ scriptum
est. Emendabit me iustus in misericordia, &
arguet me, oleū autē peccatoris nō impingu-
et caput meū: nisi quia magis amat obiurga-
tor sanās, q̄ adulator ungens caput. Ego autē
difficillime bonus iudex lego quod scripse-
rim, sed aut timidior recto, aut cupidior, Vi-
deo ēt iterdū uitia mea, sed hæc malo audire
a meliorib^o, ne cū me recte fortasse rephēde-
ro rursus mihi blādiar, & meticulosā potius
mihi uidear in me q̄ iustam tulisse sententiā.

Augustinus Hieronymo. De titulo libri De
scriptoribus ecclesiasticis. Deinde de Pe-
tro rephenso, de quo supra hortatur il-
lum, ut prodat Origenis & singulorum
hæreticorum errata. Epistola. IX.

Domino dilectissimo, & cultu sinceris-
simo charitatis obseruando, atq; ample-
ctēdo, fratri & compresbytero Hiero-
nymo, Augustinus. Habeo gratiam q̄ pro
subscripta salutatione, plenam mihi episto-
lam reddidisti, sed breuiorem multo, quā m

ex te vellem fumere tali viro à quo tempora quantalibet occupet, nullus sermo prolixus est. Quanquã itaq; nos negociorum alienorũ, eorũq; seculariũ curis circumstemur ingen tibus, tamen epistolæ tuę breuitati facilẽ nõ ignoscerẽ, nisi cogitarẽ q̃ paucioribus ver bis meis redderetur. Quare aggredere quęso istam nobiscum literariam colloquutionẽ, ne multũ ad nos disjungendos liceat absent iæ corporali, quanq̃ simus in domino spiri tus vnitate coniuncti, etiam si ab stylo quies camus & taceamus. Et libri quidẽ quos de horreo dominico elaborasti, penẽ totum te nobis exhibent. Si enim propterea te nõ nouimus quia faciem tuĩ corporis nõ vidimus, hoc modo nec ipse te nosti. Nã tu quoq; nõ vides eam. Si autẽ tibi non ob aliud notus es, nisi quia nosti animũ tuũ, & nos eũ nõ mediocriter nouim⁹ in literis tuis, in quibus bene dicimus domino, q̃ tibi & nobis, omnibusq; fratribus qui tua legũt, te talẽ dedit. Liber q̃ dẽ tuus inter cætera non diu est vt venit in manus nostras, q̃ sit eius inscriptio, nescimus adhuc. Non. n. hoc codex ipse, vt affolet, in liminari pagina pretebat. Epitaphiũ tamẽ appellari dicebat frater, apud quẽ iuẽtus est. Quod ei nomẽ tibi placuisse vt inderet, crederemus, si eorũ tantũ hominũ vel vitas vel scripta ibi legissemus, q̃ iam defuncti essent. Cũ vero multorũ & eo tẽpore quoscribeba tur, & nunc vsq; viuẽtiũ ibi cõmemorentur opuscula, miramur cur hunc ei titulũ vel im posueris, vel imposuisse credaris. Sanẽ vtiliter à te conscriptũ eundẽ librũ satis approba mus. In expositionem quoq; epistolæ Pauli Apostoli ad Galatas, inuenimus aliquid qd̃ nos multũ moueat. Si. n. ad scripturas sanctas admiffa fuerint, velut officiosa mendacia, qd̃ in eis remanebit authoritatis? Quæ tandẽ de scripturis illis sña profereĩ, cuius p̃dere cõtentionis falsitatis obterat improbitas? Statim. n. vt protuleris, si aliter sapit q̃ cõtra nitiũ dicit illud qd̃ prolatũ erit, honesto aliquo of ficio scriptorẽ fuisse mentitũ. Vbi. n. hoc non poterit, si potuit in ea narratione, q̃ exorsus Apostolus ait: Quæ autẽ scribo vobis, ecce corã deo quia nõ mētor, credi, affirmariq; mētitus, eo loco vbi dixit de Petro & Barna ba: Cũ viderẽ quia nõ recte ingrediunt ad ve ritatẽ Euangelii? Si. n. recte illi ingrediebatur, iste mētitus est: si autẽ ibi mētitus est, vbi verũ

dixit? An ibi verũ dixisse videbit, vbi, hoc di xerit, quod lector sapit? Cũ verò ð sensum le ctoris aliquid occurrerit, officioso mēdacio deputabit? Nõ. n. deesse potuerunt causę, cur existimes non solũ potuisse, verũ et debuisse mentiri, si huic regulæ concedit locus. Non opus est hãc cãm multis verbis agere p̃sertim apud te, cui sapiẽter prouidenti dictũ sat est. Nequaq̃ verò mihi arrogauerim, vt ingeniũ tuũ diuino dono aureũ, meis obelis dita re cõtẽdã, nec q̃squã te magis idone⁹, q̃ opus il lud emēdet. Neq; .n. à me docẽd⁹ es quõ intel ligat quod idẽ dicit. Factus sum Iudeis tanq̃ Iudæus, vt Iudæos lucrifacerẽ, &c. quę ibi di cunt cõpalsione misericordiæ, non simula tione fallacię. Fit. n. tanquã ægrotus, qui mi nistrat ægrotõ: non cũ se febres h̃re mentit, sed cũ animo condolentis cogitat quemad modũ sibi ministrari vellet, si ipse ægrotaret, & sic ipse aliis ægrotantibus ministrando cõ patitur. Nam utiq; Iudæus erat, Christianus autem factus, non Iudæorum sacramenta reli querat, quę conuenienter ille populus & le gitimo tpe quo oportebat, acceperat. Ideoq; susceperat ea celebranda, cũ iam Christi eẽt Apostolus, vt doceret non esse perniciofa ijs qui ea vellent, sicut à parẽtib; per legem ac ceperant, custodire, et cum Christo credidif sent: non tũ in eis iam constituerent spẽ sa lutis, qm̃ per dominũ Iesum, salus ipsa, quæ illis sacramentis significabãt, aduenerat. Ideo que gentibus q̃ inuẽtos à fidei reuocarent onere graui & non necessario, nullo modo imponenda esse censẽbat. Quapropter non ideo Petrũ emēdauit, q̃ paternas traditiones obseruaret, quod si fecere vellet, nec mendaci ter, nec incongruẽ faceret: quanuis. n. iam superflua, tamen solita nõ nocerent. Sed quo niam gentes cogebat Iudaizare, qd̃ nullo mo do posset, nisi ea sic ageret, tanquam adhuc et post domini aduentum necessaria saluti fo rent, quod vehemẽter p̃ Apostolatũ Pauli *veritas dissuasit. Nec Apostolus Petrus hoc ignorabat, sed id faciebat, timens eos q̃ ex cir cõcisione erant. Itaq; & ipse verẽ correctus est. Et Paulus vera narravit, ne sancta scri ptura quæ ad fidẽ posteris edita est, admiffa authoritate mendacii, tota dubia nutet & flu ctuet. Non. n. potest aut oportet literis expli cari, quãta & quã inexplicabilia mala conse quantur, si hoc concesserimus. Possent autem

Gala. 1.
Gala. 2.

1. Cor. 9.
Gala. 2.
Hoc nun quã fecit Petrus. nec tamẽ mentus est Paulus. al. per Aposto lum Paulum.

opportuñẽ minusq; periculose demonstrari, si corã inter nos colloqueremur. Hoc ergo Iudæorum Paulus dimiserat quod malũ ha bebãt, & in primis illud quod ignorãtes Dei iustitiã, & suã iustitiã volẽtes cõstituere, iusti tię Dei non sunt subiecti. Deinde quod post passionẽ & resurrectionẽ Christi, dato ac ma nifestato sacramento gratiæ s̃m ordinẽ Mel chisedech, adhuc putabãt sacramẽta vetera, non ex consuetudine solemnitate, sed ex ne cessitate salutis esse celebranda. Quæ tũ si nun q̃ fuisissent necessaria, infructuose atq; inaniter pro eis Machabæi martyres fierẽt. Postremo illud quod prædicatores gratiæ Christianos, Iudæi tanq̃ hostes legis persequebantur. Hos itaq; atq; huiusmodi errores & vitia dicit se dãnare, & vt stercora arbitratũ vt Christum lucrifaceret, non obseruationes legis si more patrio celebrarent, sicut & ab ipso celebratę sunt sine vlla salutis necessitate, sicut Iudæi celebrandas putabant, aut fallaci simulatione qd̃ in Petro reprehēderat. Nã si propterea il la sacramenta celebravit, quia simulauit se Iudẽũ, vt illos lucrifaceret: cur nõ et sacrificia uit cũ gentibus, quia & ijs qui sine lege erant tanq̃ sine lege factus est, vt eos quoq; lucrifa ceret, nisi quia & illud fecit, vt natura Iudæ⁹, & hoc totũ dixit, non vt fallaciter se fingeret esse quod non erat, sed vt misericorditer eis ita subueniẽdũ esse sentiret, ac si ipse in eodẽ errore laboraret, non. s. mentientis astu, sed cõpatientis affectu. Sicut eo ipso loco gene raliter intulit: Factus sũ infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerẽ, vt sequens conclusio: Omnibus omnia factus sum, vt oēs lucriface rẽ, ad hæc referenda intelligat, vt cuiusq; infirmitatẽ tanq̃ in seipso miseratus appareat. Non. n. & cũ diceret: Quis infirmatur, & ego non infirmor? infirmitatem alterius simulasse se potius q̃ cõdoluisse volebat intelligi. Qua re arripe, obsecro te, ingenuã & verẽ Christi anã cum charitate leueritatem, ad illud opus corrigendũ atq; emandandũ, & *παλινοδία*, vt dicitur, cane, Incõparabiliter. n. pulchrior est veritas Christianorũ, q̃ Helena Gręcõrũ. Pro ista. n. fortius nostri martires aduersus hanc Sodomam, q̃ pro illa illi heroes aduersus Troiã dimicauerũt. Neq; hoc ideo dico, vt oculos cordis recipias, quos absit vt ami seris, sed vt aduertas, quos cũ habeas sanos & vigiles, nescio qua dissimulatione auertisti,

vt non intenderes, quæ cõsequantur aduersa, si semel creditum fuerit, posse honeste atque piẽ accipi, scriptorẽ diuinorũ librorũ in ali qua sui operis parte mentiri. Scripsẽrã hinc iam aliquando ad te epistolã, q̃ non perlata est, quia nec perrexit cui perferendã tradide rã. Ex qua mihi illud suggestũ est, cũ istam di ctarem, quod in hac quoq; prætermittere non debui, vt si alia est sententia tua, eadẽq; est melior, timori meo libẽter ignoscas. Si. n. aliter sentis, verumq; tu sentis. (Nã nisi verũ sit, melius esse non põt) vt non dicã nulla, certe non magna culpa, meus error veritati fauet, si recte in quoquã veritas potest fauere mendacio. De Origene at quod rescribere dignatus es, iam sciebam, non tantum in Ec clesiasticis literis, sed in oĩbus recta & vera q̃ inuenerimus approbare atq; laudare, falsa ve rò & praua improbare atq; reprehendere. Sed illud de prudentia doctrinãq; tua deside rabã, & adhuc desidero, vt nota nobis facias ea ipsa eius errata, quibus à fide veritatis ille vir tantus recessisse cõuincit. In libro et quo cunctos, quorũ meminisse potuisti, scripto res ecclesiasticos, & eorũ scripta cõmemora sti, cõmodius (vt arbitror) fieret, si nominatis eis, quos hæresiotas esse nosti, (qñ ne ipsos q̃ dẽ prætermittere volueris) subiungeres et in quibus cauendi essent, q̃ nõnullos et præte rieris, quod scire cuperẽ quo consilio factũ sit. Aut si illud volumẽ forte onerare nolueris vt cõmemotatis hæreticis, nõ adderes in qui bus eos catholica damnauit authoritas. Peto ne graue sit literario labori tuo, quo nõ me diocriter per domini Dei nostri gratiã in La tina lingua sanctorũ studia, & accendisti & adiuuisti, id qd̃ tibi per humilitatẽ meã fra terna charitas indicit, vt si occupationes tuæ sinunt, omnĩ hæreticorũ peruersa dogmata qui rectitudinẽ fidei Christianæ, vsq; ad hoc tempus, vel imprudentia, uel peruicacia, de prauare conati sunt, uno libello breuiter di gesta ædas in notitiã eorum, quibus aut non uacat propter alia negocia, aut non ualent, propter alienã linguã, tã multa legere atque cognoscere. Diu te rogarẽ, nisi hoc soleret esse iudiciũ minus p̃sumentis de charitate. Hũc interea fratrem nostrum Paulum in Christo, multũ commendo benignitati tuæ, cuius in nostris regionibus existimationi bonum co ram Deo testimonium perhibemus.

Fallax si mulatio.
I. Co. 9.
Helena cã belli.

Origen.

Augu-

Augustinus Hieronymo, dehortans à libris testamenti veteris ex Hebræo vertendis, & exhortans vt Septuaginta versionem mirè deprauatam ac variantem reddat suæ veritati. Nouum testamentum ab eo castigatum probat. Epistola. X.

Domino venerabili & desiderabili sancto fratri, & cōpresbytero Hieronimo, Augustinus in domino salutē. Ex quo coepi ad te scribere, aut tua scripta desiderare, nunquā mihi melior occurrit occasio, quā vt per Dei seruū ac ministrū fidelissimū mihiq; charissimū, mea tibi afferret epistola, qualis est filius noster Cyprianus diaconus. Per hūc certē ita spero literas tuas, vt certius in hoc rerū genere quicquā sperare non possim. Nā nec studiū in perēdis rescriptis memorato filio nostro deerit, nec gratia in promerendis, nec diligentia in custodiendis, nec alacritas in pferendis, nec fides in reddēdis: tū si aliquomō merear, adiuuet dominus, & absit cordi tuo & desiderio meo, vt fraternā volūtatē nulla maior voluntas impediāt. Quia ergo duas iā epistolas mihi, nullā autē tuam postea recepi, easdē ipsas rursus mittere volui, credens eas non peruenisse. Quæ etsi peruenērunt, ac fortasse tuæ potius ad me peruenire minime potuerunt, ea ipsa scripta, quæ iam misisti, iterū mitte, si fortē reseruata sunt. Siminus, rursus dicta quid legā, dū tamē his respondere ne graueris, quod iā diu est, vt expecto. Primas etiā, quas, ad te adhuc presbyter literas preparauerā, mittēdas p quendam fratrem nostrū profuturū, q; postea collega nobis factus iam ex hac vita migravit, nec eas tunc ipse perferre potuit, quia cōtinuo dum proficisci disponit, episcopatus sarcina detētus, ac deinde in breui defunctus est, etiā nūc mittere volui: vt scias i tua colloquia quā olim inardescā, & quam vim patiar, q; a me tā longē absunt sensus corporis tui, p quos adire possit ad animū tuū, animus meus, mi frater dulcissime, & in dñi* membris honorā de. In hac autē epistola; hoc addo, quod postea didicimus, Lob ex Hebræo à te interpretatum, cum iam quandam haberemus interpretationem tuam eiusdem prophetæ ex Græco eloquio versam in Latinum, vbi tamen asteriscis notasti quæ in Hebræo sunt, & in Græ-

a.l. Christi.

co defunt, obeliscis* autem quæ in Græco inveniuntur, & in Hebræo non sunt, tam mirabili diligentia, vt quibusdā in locis ad verba singula, stellas significantes videamus eadem verba esse in Hebræo, in Græco autē nō esse. Porro in hac posteriore interpretatione, quæ versa est ex Hebræo, non eadē verborū fides occurrit, nec parū turbat cogitantē, vel cur in illa prima tanta diligentia figant asterisci, vt minimas et par ticulas orōnis indicent deesse codicibus Græcis, q; sunt in Hebræis: vel cur in hac altera quæ ex Hebræis est, negligētius hoc curratū sit, vt nō eadē particula locis suis inuenirent. Aliquid inde, exēpli grā, volui ponere. Sed mihi ad horam codex defuit, qui ex Hebræo est. Veruntamen quia p uolas ingenio non solū quid dixerim, verum etiā quid dicere voluerim, satis, vt opinor, intelligis, vt causa reddita, quod mouet edisseras. Ego sanē te mallē Græcas potius canonicas nobis interpretari scripturas, quæras, q; lxx. interpretū autoritate perhibent. Perdurus erit. n. si tua interpretatio per multas ecclesias frequentius coeperit lectitari, quod à Græcis ecclesijs Latinę ecclesię dissonabunt: maximē quia facilē cōtradictor conuincitur Græco prolato libro. i. liguæ notissimæ. Qui quis aut in eo qd ex Hebræo translātū est, aliquo insolito permotus fuerit, & falsi crimen intēderit, vix aut vnq; ad Hebræa testimonia peruenit, quibus defendat obiectū. Quod si et peruentū fuerit, tot Latinas et Græcas auctoritates dānari quis ferat? Huc accedit, q; et consulti Hebræi, possunt aliud rñdere, vt tu solus necessarius videaris, qui et ipsos possis cōuincere: sed tamen qui iudicet, mirū si potueris inuenire. Nam quidā frater noster episcopus, cū lectitare instituisset in ecclesia, cui præest, interpretationē tuā, mouit quiddā longē aliter abs te positum apud Ionā prophetā quā m erat omnium sensibus ibi memoriāq; inueteratū, & tot atātū successiōibus decantatū. Factus est tantus tumultus in plebe, maximē Græcis arguentibus & inflāmātibus calūniā falsitatis, vt cogere ep̄s (ea quippe ciuitas erat) Iudæorū testimoniū flagitare: Vtrū autē illi imperitiā an malicia, hoc esse in Hebræis codicibus responderūt, qd & Græci & Latini habebant atq; dicebant. Quid plura? Coactus est hō velut mendositate corrigere volens post magnum periculum non remanere

a.l. obeliscis

a.l. quo in dice

nere sine plebe. Vnde etiam nobis vī, aliqñ te quoq; in nonnullis falli potuisse. Et vide hoc quale sit in eis literis, quæ non possunt collatis vsitatarum linguarum testimoniis emendari. Proinde nō paruas Deo gratias agimus de opere tuo, q; Euangelium ex Græco interpretatus es, quia penē in omnibus nulla offensio est, cū scripturā Græcā cōtulerimus. Vnde si quispiā veteri falsitati cōtētiosus fuerit, prolatis collatisq; codicibus, vel doctur facillimē, vel refellitur. Etsi quædam rarissima meritō mouent, quis tam durus est, qui labori tam vtili, non facilē ignoscat, cui vicē laudis referre nō sufficit? Quid tibi autē videatur, cur in multis aliter se habeat Hebræorū codicū autoritas, aliter Græcorū quæ dicitur. lxx. vellem dignareris aperire. Neque. n. paruum pōdus habet illa, quæ sit meruit difamari, & qua vsos Apostolos nō solū res ipsa indicat, sed et te attestatū esse memini. Ac per hoc plurimū profueris, si eā Græcā scripturā, quam lxx. operati sunt, Latinæ veritati reddideris, quæ in diuersis codicibus ita varia est, vt tolerari vix possit: & ita suspecta ne in Græco aliud inueniatur, vt inde aliqd proferri aut probari dubitetur. Breuem putabā futurā hāc epistolā, sed nescio quō ita mihi dulce factū est in eā progredi, ac si tecum loquerer. Sed obsecro te per dominum, ne te pigeat ad omnia respondere, & præstare mihi, quantum poteris, præsentiam tuam.

Quædam

Et hodie

Hieronymus Augustino respondens ad officiosi mendacij calumniā, deq; translatione veteris testamenti, ac de hederæ vocabulo apud Ionam. Epistola. XI.

Domino verē sancto & beatissimo Papæ Augustino, Hieronymus in dño salutē. Tres simul epistolas, immo libellos breues, per diaconū Cyprianū tuæ dignationis accipi, diuersas (vt tu nominas) qōnes, vt ego sentio, reprehēsiōnes opusculorū meorū continētes. Ad quas si respōdere voluero, libri magnitudine opus erit. Tñ conabor quantū facere possum, modū nō egredi lōgioris epistolæ, & festinātī fratri morā non facere, qui ante triduum quā profecturus erat, à me epistolas flagitauit, vt penē in procinctu, hęc qualiacunq; sunt, effutire compellerer, & tu multuario respondere sermone, nō maturi-

tate scribētis, sed dictātis temeritate, q; plerū que nō i doctrinā, sed in casum vertit, vt fortissimos quoq; milites, subita bella conturbāt, & ante cogūt fugere, q; possint arma corripere. Cæterū nra armatura Christus est, & Apostoli Pauli institutio, q; scribit ad Ephesios Assumite arma Dei, vt possitis resistere in die malo. Et rursum: State succincti lūbos vestros in veritate, & induri lorica iustitiæ, & calcia- ti pedes in pparationē Euāgelii pacis, super oia accipiētes scutū fidei, in quo possitis vniuersa tela maligni ignita extinguere, & galeā salutis accipite, & gladiū spiritus, qd est verbum Dei. His quondā telis, rex David armatus pcedebat ad præliū, & qnq; lapides de torrēte accipiens leuigatos, nihil asperitatis & sordidū inter huius sæculi turbines in sensibus suis esse mōstrabat, bibēs de torrēte in via, & idcirco exaltatus caput superbissimū Goliā, suo potissimū mucrone trūcauit, pcuriēs in frōte blasphemū, & in ea parte corporis vulnerās, in qua & psumptor sacerdotij Ozias lepra pcutit, & sanctus gloriā in dño, dicens. Signatū est super nos lumē vultus tui dñe. Dicamus igitur & nos: Paratū cor meū Deus, paratū cor meū, cantabo & psallā in gloria mea. Exurge psalteriū & cithara, exurgā diluculo: vt in nobis possit impleri. Aperi o tuū, & ego adimplebo illud. Et dñs dabit verbum euāgelizantibus virtute multa. Te quoq; ipsum orare nō dubito, vt inter nos cōtēdētes, veritas superet. Nō. n. tuā quæris gloriā, sed Christi. Cumq; tu viceris, & ego vincam, si meū errorē intellexero & ecōtrario, me vincente, tu superas, quia nō filii parētibus, sed parētes filiis thesaurizant. Et in Paralipomenon libro legimus, q; filij Israel ad pugnadū pcesserint mēte pacifica, inter ipsos quoque gladios & effusiones sanguinis, & cadauera prostratorū, nō suā, sed pacis victoriā cogitātes. Respondeamus igit ad omnia, ac multiplices qōnes, si Christus iusserit, breui sermone soluamus. Prætermitto salutationis officia, quibus meū demulces caput, taceo de blanditijs, quibus reprehensionē mei niteris consolari. Ad ipsas cautas veniam. Dicis. Ac cepisse te librum meum à quodam fratre, qui titulum non haberet, in quo scriptores ecclesiasticos, tam Græcos q; Latinos enumerauerim. Cūq; ab eo q̄reret, vt tuis verbis vtar, cur liminaris pagina non esset inscri-

Alienius exordia.

r. Regn. 17.

Ps. 109.

G

r. Cor. 13.

De claris scriptoribus.

pta,

pta, vel quo censeretur nomine, respondisse, appellari epitaphiū. Et argumētariis, quā rectē sic vocaretur, si eorū tm̄ vel vitas, vel scripta ibi legisses, qui iam defuncti essent. Cum vero multorum, & eo tēpore quo scribatur, & nunc vsq; viuentium commemorarentur opuscula, mirari te, cur ei hunc titulū impo- fuerim. Puto intelligere prudentiā tuā, quod ex opere ipso titulū potueris intelligere. Legisti. n̄ & Græcos & Latinos, qui vitas viroū illustriū descripserunt, quod nunquam epita- phiū huic operi scripserunt, sed de illustri- bus viris: Verbi gratia, ducibus, philosophis, oratoribus, historicis, poetis, epicis, tragicis, comicis. Epitaphiū autē propriē scribit̄ mor- tuorū. Quod quidem in dormitione (sanctę memorię) Nepotiani presbyteri olim fecis- se me noui. Ergo hic liber vel de illustribus viris, vel propriē de scriptoribus ecclesiasti- cis appellandus est, licet à plerisq; emēdato- ribus imperitis, de authoribus dicatur inscri- ptus. Secundo loco quæris, cur dixerim in cōmentarijs epistolę ad Galatas, Paulū id in Petro nō potuisse reprehēdere quā ipse fece- rat, nec in alio arguere simulationē cuius ip- se tenebat̄ reus. Et asseris reprehensionē Apo- stolicā nō fuisse dispensatoriā sed verā, & me non debere docere mendaciū, sed vniuersa quę scripta sunt ita sonare vt scripta sunt. Ad quę primum respondeo, debuisse prudē- tiam tuam præfatiunculę commentariorum meorū meminisse dicentis ex persona mea. Quid igit̄ ego stultus aut temerarius, qui id pollicear, quod ille nō potuit? Minime. Quin potius in eo mihi videor cautior atq; timi- dior, q̄ imbecillitatem virum mearum sen- tiens, Origenis cōmentarios sequutus sum. Scripsit enim ille vir in epistolā Pauli ad Ga- latas quinq; propriē volumina, & decimum stromatū suorū librū, cōmatico super expla- nationē eius sermone cōpleuit. Tractat̄ quo- que varios & excepta, quę vel sola possent sufficere composuit. Prætermitto Didymum videntem meum, & Apollinarem Laodice- nū, de ecclesia nuper egressum, & Alexandrū veterem hereticū, Eusebiū quoq; Emisenū, & Theodorū Heracleotē qui & ipsi nonnul- los super hac re cōmentarios reliquerunt. E- quibus vel si pauca decerperem, fieret aliqd quod non penitus contemneretur. Itaq; vt sim- pliciter fatear, legi hæc omnia, & in mente

Galat. 2.

I

Origen. su- per ad Galat.

Didymus videntem. Apollin. vis. Alexan- der. Eusebius. Theodo- rus.

K

mea plurima coaceruās, accito notario, vel mea vel aliena dictaui, nec ordinis, nec ver- borum interdum, nec sensuum memor, iam dñi misericordię est, ne per imperitiam no- stram ab alijs bene dicta dispereāt, & nō pla- ceant inter extraneos, q̄ placēt inter iuos. Si quid igitur reprehensione dignū putaueras in explanatione n̄ra, eruditionis tuę fuerat quærere, vtrū ea quę scripsimus haberentur in Græcis, vt si illi nō dixissent, tūc meā pro- priē sn̄iam condēnares: præsertim cū libere in præfatione cōfessus sim Origenis cōmen- tarios me esse sequutū, & vel mea vel aliena dictasse, & in fine eiusdē capituli quod repre- hēdis, scripserim. Si cui iste non placet sen- sus, quo nec Petrus peccasse, nec Paulus pro- caciter ostēdit arguisse maiorē, debet expo- nere, quæ consequentia Paulus in altero re- prehendat quā ipse cōmisit. Ex quo ostēdi me non ex definito id defendere, quod in Græ- cis legerā, sed ea expressisse quę legerā, vt le- ctoris arbitrio derelinquerē, vtrū pb̄banda es- sent, an improbanda. Tu igit̄ ne quod ego pe- tierā non faceres, nouū argumentū reperisti, vt assereres gentiles qui in Christū credidif- sent, legis onere liberos, eos autē q̄ ex Iudęis crederent legi esse subiectos, vt per vtrorūq; personā, & Paulus rectē reprehenderet eos qui legē seruarent, quasi doctor gentium, & Petrus iure reprehēderetur, qui princeps cir- cuncisionis id imperauit gentibus, quod so- li, qui ex Iudęis erant, debuerint obseruare. Hoc si placet, immō quia placet, vt quicūq; credūt ex Iudęis debitores sint legis faciēde, tu vt eps̄ in toto orbe notissimus, debes hanc pmulgare sn̄iam, & in assensum tuū omnes cœpiscopos trahere. Ego ī paruo tuguriolo cū monachis. i. cū cōpeccatorib⁹ meis, de ma- gnis statuere nō audeo, nisi hoc ī genuē cōfi- teri, me maiorū scripta legere, & in cōmēta- rijs em̄ oīum cōsuetudinē varias ponere ex- planationes, vt ē multis sequat̄ vnusq; qd̄ velit. Qd̄ qd̄ te puto & ī seculari literatura, & ī diuinis libris legisse & pb̄asse. Hęc autē explanationē, q̄ primus Origenes in decimo stromatū libro, vbi epistolā Pauli ad Galatas interpretat̄, & ceteri deinceps interpretes sūt sequuti, illa vel maximē cā subintroducūt, vt Porphyrio respondeat̄ blasphemātū, q̄ Pauli arguit̄ pcacitatē, q̄ principē Apostolorū Pe- trū aulus est reprehēdere, & arguere ī faciē,

L

Galat. 2.

Galat. 5.

Origen.

M

Porphy- rius.

ac ra-

Io. Chri- stotomus.

ac rōne cōstringere quā malē fecerit. i. in eo errore fuerit, in quo fuit ipse qui aliū arguit delinquentē. Quid dicā de Ioanne, qui dudū in pontificali gradu Constantinopolitanam rexit ecclesiā, & proprie super hoc capitulo latissimū exarauit librū, in quo Origenis & veterū sn̄iam est sequutus? Si igit̄ me repre- hendis errantem, patere me (q̄lo) errare cū talibus, & cū me erroris mei multos socios h̄re perspexeris, tu veritatis tuę saltē vnū ad- stipulatorē proferre debebis. Hęc de expla- natione vnus capituli epistolę ad Galatas. Sed ne videar aduersus rōnē tuā niti testimo- niorū numero, & occasione virorū illustriū subtergere veritatē, nec manum audere con- ferere, breuiter de scripturis exēpla propo- nā. In Actib. Apostolorū, vox facta est ad Pe- trū dicens: Surge Petre, occide manduca. i. oīa aīalia quadrupedū & serpentū terrę, & volatiliū cœli. Quo dicto, ostendit nullū ho- minē em̄ naturā esse pollutū, sed æqualiter oēs ad Christi Euangeliū prouocari. Ad quā respondit Petrus: Absit, quia nunq̄ manducaui commune & immundū. Et vox ad eū de cœlo sc̄do facta est dicens: Quę Deus munda- uit, tu ne cōe dixeris. Iuit itaq; Cæsareā, & ingressus ad Corneliū aperiens os suū dixit: In veritate comperi, quia non est psonarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eū & operat̄ iustitiā, acceptus est illi. Deniq; cecidit spiritus sanctus sup̄ eos, & obstupue- runt ex circuncisione fideles qui venerant cū Petro, quod & in nationes gratia spiritus san- cti esset effusa. Tunc r̄dit Petrus: Nūquid aq̄ quis prohibere pōt, vt non baptizent̄ ij qui spiritum sanctū acceperunt sicut & nos? Et iussit eos in noīe Iesu Christi baptizari. Au- dierunt autē Apostoli & fratres qui erant in Iudęa, quia & gentes recepissent verbū Dei. Cū autē ascendisset Petrus Hierosolymam, di- sceptabant aduersus illum qui erant ex circū- cisione dicentes: Quare introisti ad viros p- putium habentes, & manducaisti cū illis? Qui bus omni rōne exposita, nouissime orationē suā hoc sermone conclusit: Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus sicut & nobis q̄ cre- dimus in dñm Iesum Christum, ego quis erā qui possem prohibere Deū? His auditis ta- cuerunt, & glorificauerunt Deū, dicentes: Er- go & gentibus De⁹ p̄niam ad vitā dedit. Rur- sum cū multo post t̄pe, Paulus & Barnabas

Act. 11

Act. 14. & 15.

uenissent Antiochiam, & cōgregata ecclesia, retulissent quanta fecisset Deus cū illis, & quā aperuisset Deus gentibus hostiū fidei, quidā descendentes de Iudęa docebat̄ fratres atq; dicebant: Nisi circuncidamini em̄ morem Moȳsi, non potestis salui fieri. Cōmota igitur seditione non minima aduersus Paulū & Bar- nabā, statuerunt ascendere & ipsi qui accusa- bant̄, & ij qui accusabāt, ad Apostolos & ps- byteros Hierosolymam sup̄ hac quæstione. Cumq; Hierosolymam perrexissent, exurre- xerunt quidā de hærese pharisæorū, qui cre- diderant in Christū, dicentes: Oportet circū- cidi eos, & pcipere illis, vt seruent legē Moy- si. Et cū magna sup̄ hoc verbo oriretur qd̄, Petrus solita libertate, Viri inquit fratres, vos scitis qm̄ ab antiquis diebus in nobis elegit Deus per os meū audire gentes verbū Euan- gelij & credere: & qui nouit corda, Deus tes- timonium perhibuit, dans illis spiritum san- ctū sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorū. Nunc autē quid tentatis Deū, imponere iugū sup̄ cerui- cē discipulorū, quod neq; patres nostri neq; nos portare potuimus? Sed per gratiam dñi Iesu Christi credimus saluari quęadmodum & illi. Tacuit autē oīs multitudo, & in sn̄iam eius Iacob⁹ Apostolus & oēs simul presbyte- ri transferunt. Hęc non debent molesta esse lectori, sed & illi & mihi vtilia, vt probemus ante Apostolū Paulū non ignorasse Petrum, imō principē huius fuisse decreti, legē post Euangeliū non esse seruandam. Deniq; tantę Petrus authoritatis fuit, vt Paulus in epistola sua scripserit. Deinde post annos tres veni- eum diebus xv. Rursumq; in consequentib⁹: Post annos xiiij. ascendī iterum Hierosoly- mam cum Barnaba assumpto & Tito: Ascen- di autem secundum reuelationem, & expo- sui eis Euangelium quod prædico inter gen- tes: ostendens se non habuisse securitatem Euangelij prædicandi, nisi Petri & qui cum eo erant, fuisset sentētia roboratum. Statim- que sequitur: Separatim autem ij qui vide- bantur aliquid esse, ne forte in vacuum cur- rerem aut cucurrissem. Quare separatim & & non publice? Ne forte fidelibus ex nume- ro Iudæorum, qui legem putabant esse ser- uandam, & sic credendum in dño saluatore, fidei sc̄dulum nasceretur. Ergo & eo t̄pe cū Petrus

C

Galat. 5.

Galat. 1.

D

Petrus venisset Antiochiam, licet hoc Apostolorum acta non scribant, sed affirmanti Paulo credendum sit, in faciem illi Paulus restitit se se scribit, quia reprehensibilis erat. Prius. n. venirent quidam a Iacobo, cum gentibus edebat, cum autem venissent, subtrahebat se & segregabat, timens eos qui ex circumcisione erant. Et consenserunt cum illo ceteri Iudei, ita ut & Barnabas adduceretur ab his in illa simulationem. Sed cum vidissem, inquit, quod non recte ingrediuntur ad veritatem Evangelij, dixi Petro coram omnibus. Si tu cum sis Iudeus, gentiliter & non iudaice vivis, quomodo cogis gentes iudaizare? Et cetera. Nulli ergo dubium est, quod Petrus Apostolus sententia huius, cuius nunc prauaricator arguitur, primus author extiterit. Cuius autem prauaricationis, timor est Iudeorum. Dicit. n. scriptura, quod primum edebat cum gentibus, cum autem venissent quidam a Iacobo, subtrahebat se & segregabat, timens eos qui ex circumcisione erant. Timebat autem Iudeos quorum erat Apostolus, ne per occasionem gentilium a fide Christi recederent, & imitator pastoris boni, perderet gregem sibi creditum. Sicut ergo ostendimus Petrum bene quidem sensit de abolitione legis Moisaicae, sed ad simulationem observantiae eius timore compulsus, videamus an ipse Paulus, qui alium arguit, tale quid fecerit. Legimus in eodem libro: Perambulabat autem Paulus Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesias, peruenitque in Derben, & Listras, & ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris viduae fidelis, patre autem gentili, huic testimonium reddebant qui Listris erant & Iconio fratres. Hunc voluit Paulus secum proficisci, & assumens circumcidit eum propter Iudeos, qui erant in illis locis. Sciebant. n. omnes quod pater eius gentilis esset. O beate Apostole Paule, qui in Petro reprehederas simulationem quare subtraxisset se a gentibus propter metum Iudeorum, qui a Iacobo venerant, cur Timotheum filium hominis gentilis utique & ipsum gentilem (neque enim Iudeus erat qui non fuerat circumcissus) sententiam tuam circumcidi coegisti? Respondes mihi: Propter Iudeos qui erant in illis locis. Qui igitur tibi ignoscis in circumcisione discipuli venientis ex gentibus, ignosce & Petro praefecti tuo, quod aliqua fecerit metu fidelium Iudeorum. Rursum scriptum est: Paulus vero cum adhuc

Act. 15.
16.

F

sustinuisset dies multos, fratribus vale dicens nauigauit Syriam, & cum eo Priscilla & Aquila, & totondit sibi in Cenchreis caput, votum non habuerat. Esto ut ibi timore Iudeorum compellus sit facere quod nolebat, quare comam nutriuit ex voto, & postea eam in Cenchreis totondit ex lege, quod Nazaraei qui se Deo uerint iuxta praecipitum Moysi facere consueuerunt. Verum haec ad comparationem eius rei quae sequitur, parua sunt. Refert Lucas sacrae historiae scriptor: Cum venissemus Hierosolymam, libenter susceperunt nos fratres, & sequenti die Iacobus & omnes seniores qui cum eo erant, Euangelio illius comprobato, dixerunt ei: Vides frater quot millia sunt in Iudaea qui crediderunt in Christo, & hi omnes aemulatores sunt legis. Audierunt autem de te quod discissionem doceas a Moysi, eorum qui pro gentes sunt Iudeorum, dicens non debere eos circumcidere filios suos, neque enim consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtique oportet conuenire multitudinem, audierunt enim te superuenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se, his assumptis, sanctifica te cum ipsis, & impende in eos ut radant capita, & scient omnes quia quae de te audierunt falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem. Tunc Paulus assumptis viris, postera die purificatus cum illis intrauit in templum, annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio. O Paule & in hoc te rursus interrogo, Cur caput raseras, cur nudipedalia exercueris de ceremoniis Iudeorum, cur obtuleris sacrificia, & enim legem hostiae pro te fuerint immolate? Vtique respondebis: Ne scandalizarentur qui ex Iudeis crediderant. Simulasti ergo Iudaeum, ut Iudeos lucrifaceres, & haec ipsam simulationem Iacobus & ceteri te docuere presbyteri, sed tamen euadere non potuisti. Orta enim seditione cum occidendus esses, raptus es a tribuno, & ab eo missus Caesaream, sub custodia militum diligenti, ne te Iudaei quasi simulatore ac destructore legis occiderent, atque inde Romam perueniens, in hospitio quod tibi conduxeras, Christum & Iudeis & gentibus praedicasti, & sententia tua Nerone gladio confirmata est. Didicimus quod propter metum Iudeorum, & Petrus & Paulus aequaliter finxerint se legis praecipitum seruare. Qua igitur fronte, qua audacia Paulus in

Act. 21.

G

H

altero

Mendacium officiosum.

I. Cor. 6.

K

altero reprehendat quod ipse commisit? Ego immo alij ante me exposuerunt causam quam putauerunt, non officiosum mendacium defendentes sicut tu scribis, sed docentes honestam dispensationem, ut & Apostolorum prudentiam demonstrarent, & blasphemantis Porphyrij imprudentiam coererent, qui Petrum & Paulum puerili dicit iter se pugnassem certamine, immo exarsisse Paulum in inuidiam uirtutum Petri, & ea scripsisse iactanter, quae uel non fecerit, vel si fecerit, procaciter fecerit, id in alio reprehendens quod ipse commiserit. Interpretati sunt illi, ut potuerunt, tu quoque istum locum edisseres, utique meliora diciturus qui ueterum sententiam reprobasti. Scribis in me in epistola tua. Neque enim a me docendus es, quomodo intelligat quod idem Apostolus dicit: Factus sum Iudaeis tanquam Iudaeus, ut Iudeos lucrifacerem, & cetera quae ibi dicuntur compassione misericordiae, non simulatione fallaciae. Fit enim tanquam aeger qui ministrat aegroto, non cum se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis, cogitat quem admodum sibi seruiui uellet, si ipse aegrotaret. Nam utique Iudaeus erat, Christianus autem factus, non Iudeorum sacramenta reliquerat, quod conuenienter ille populus & legitimo tempore quo oportebat acceperat. Ideoque suscepit ea celebranda cum iam Christi esset Apostolus, ut doceret non esse perniciosa illis qui ea uellent sicut a parentibus per legem acceperant custodire, et cum in Christo credidissent, non tamen in eis iam constitueret spes salutis, quam per dominum Iesum salus ipsa, quae illis sacramentis significabatur, aduenerat: Totius sermonis tui, quem disputatione longissima protraxisti, hic sensus est, ut Petrus non errauerit in eo quod illis quae ex Iudeis crediderat, putauerit legem esse seruandam, sed in eo a recti linea deuiarit, quod gentes coegerit iudaizare. Coegerit autem non decentis imperio, sed conuersationis exemplo. Et Paulus non contraria sit loquutus illis quae ipse gesserat, sed quare Petrus eos qui ex gentibus erant iudaizare compelleret. Haec ergo summa est rationis, immo sententiae tuae, ut post Euangelium Christi bene faciant Iudaei credentes si legis mandata custodiant, hoc est si sacrificia offerant, quae obtulit Paulus, si filios circumcidant, si sabbatum seruent, ut Paulus in Timotheo, & omnes obseruare Iudaei. Si hoc uerum est, in Cherinthi & Hebionis haesim dilabitur qui credentes in Christi

sto, propter hoc solum a patribus anathematizati sunt quod legis ceremonias Christi Euangelio miscuerunt, & sic noua confessi sunt, ut vetera non amitterent. Quid dicam de Hebionitis, quod Christianos esse se simulant? Usque hodie per totas orientis synagogas inter Iudeos haeresis est quae dicitur Mineorum, & a pharisaeis nunc usque damnatur quos uulgo Nazaeos nuncupant, quod credunt in Christum filium Dei natum de uirgine Maria, & eum dicunt esse quem sub Pontio Pilato passus est & resurrexit, in quem & nos credimus. Sed dum uolunt & Iudaei esse & Christiani, nec Iudaei sunt nec Christiani. Oro ergo te, ut quod nostro uulnere medendum putas, quod acu foratum, immo punctum, ut dicitur, huius sententiae medearis uulneri, quod lancea, & (ut ita dicam) phalaricae molae percussus est. Neque enim eiusdem est criminis in explanatione scripturarum diuersas maiorum sententias ponere, & haesim sceleratissimam rursus in ecclesiam introducere. Sin autem nobis incumbit necessitas, ut Iudeos cum legitimis suis suscipiamus, & licebit eis obseruare in ecclesiis Christi quod exercuerunt in synagogis Sathanae, dicam quod sentio, non illi Christiani sunt, sed nos Iudeos faciet. Quis enim hoc Christianorum patietur audiat, quod in tua epistola continetur, Iudaeus erat Paulus, Christianus autem factus, non Iudeorum sacramenta reliquerat, quod conuenienter ille populus & legitimo tempore quo oportebat acceperat, ideoque suscepit celebranda ea cum iam Christi esset Apostolus, ut doceret non esse perniciosa illis qui ea uellent sicut a parentibus pro lege acceperant custodire: Rursum obsecro te, ut pace tua meum dolorem audias. Iudeorum Paulus ceremonias obseruabat, cum iam Christi esset Apostolus, & dicitis eas non esse perniciosas illis, quod eas uelint sicut a parentibus acceperant custodire? Ego quod e contrario loquar, & reclamante mundo, libera uoce pronunciet, ceremonias Iudeorum & perniciosas esse & mortiferas Christianis. Et quicumque eas obseruauerit, siue ex Iudeis, siue ex gentibus, eum in barathrum diaboli deuolutum. Finis enim legis Christus est ad iustitiam omni credenti, Iudeo scilicet & gentili. Neque enim omni credenti erit finis ad iustitiam, si Iudaeus excipitur. Et in Euangelio legimus: Lex & prophetarum usque ad Ioannem baptistam. Et in alio loco: Propterea ergo magis quarebant eum Iudaei interficere, quia non solum

L. 15.

M

Rom. 10.

Luc. 16.

Ioan. 5.

Ioan. 1.

lum

lum soluebat sabbatum, sed & patrē suū dicebat esse Deū, & qualē se faciens Deo. Et iterū: De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiā pro gratiā, lex per Moysen data est, gratia autē & ueritas per Iesum Christum facta est. Pro legis gratia quae praeterijt, gratiā Euāgelij accepimus permanentē, & pro umbris & imaginibus ueteris instrumēti, ueritas per Iesum Christū facta est. Hieremias quoque ex persona Dei uaticinatur: Ecce dies ueniunt dicit dñs, & consummabo domui Israel & domui Iuda testm̄ nouum, non sicut testm̄ quod disposui patribus eorum, in die quā apprehēdi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti. Obserua quid dicat, quod non populo gentiliū ei, qui ante non receperat testamentum, sed populo Iudaeorum cui legē dederat per Moysen, testm̄ nouū Euāgelij repromittat, ut nequaquā uiuant in uetustate literae, sed in nouitate spiritus. Paulus autē super cuius nomine nunc quod uentilatur, crebras huiusmodi ponit sententias, e quibus breuitatis studio subnectā. Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam si circūcidamini, Christus uobis nihil prodest. Et iterū: Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Et infra: Si spiritu ducimini, iam non estis sub lege. Ex quo apparet, qui sub lege est, non dispensatiue ut nostri uoluerunt maiores, sed uere, ut tu intelligis, eū spiritum sanctū non habere. Qualia sint autē praecipua legalia, Deo docente discamus. Ego inquit, dedi eis praecipua non bona, & iustificationes in quibus non uiuant in eis. Haec dicimus, non quo legē iuxta Manichaeū & Marcionē destruamus, quā & sanctā & spiritalē iuxta Apostolū nouimus, sed quia postquam fides uenit, & temporum plenitudo, misit Deus filiū suū natū ex muliere, factū sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionē filiorū reciperemus, & nequaquam sub pedagogo, sed sub adulto & dño & haerede uiuamus. Sequitur in epistola tua: Non ideo Petrum emendauit quod paternas traditiones obseruaret, quod si facere uellet, nec mēdaciter nec incongrue faceret. Iterū dico: Episcopus ecclesiarū Christi magister: ut probes uerū esse quod asseris, suscipe aliquem Iudaeorum qui factus Christianus, natū sibi filium circūcidat, qui obseruet sabbatum, qui abstineat à cibis quos Deus creauit ad utendum cū gratiarū actione, qui quarto

decimo die mēsis primi agnum mactet ad uesperam, & cū hoc feceris, immo non feceris (scio. n. te Christianū, & rē sacrilegā non esse facturū) uelis nolis tuā sententiā reprobas, & tunc scies opere difficilius esse confirmare suā, quā aliena reprehendere. Ac ne forsitan tibi non crederemus, immo non intelligeremus quod diceres (Frequēter. n. in longū sermo, praetractus, caret intelligētia, & dū non sentitur, ab imperitis minus reprehendit) inculcas & replicas, hoc ergo Iudaeorum Paulus dimiserat quod malū habebant. Quod est malum Iudaeorum, quod Paulus dimiserat? Vtique illud quod sequit, quod ignorantes, inquit, Dei iustitiam, & suā uolentes cōstituere; iustitiae Dei non sunt subiecti. Deinde quod post passionem & resurrectionē Christi, dato ac manifesto sacramento gratiae, sicut ordinē Melchisedeh: adhuc putabāt uetera sacramēta non ex consuetudine solennitatis, sed ex necessitate salutis esse celebranda. Quae tū si nunquā fuissent necessaria, infructuose atque inaniter pro eis Machabaei martyres fierent. Postremo illud, quod praedicatores gratiae Christianos, Iudaei tanquā hostes legis persequerentur. Hos atque huiusmodi errores & uitia, dicit se dānare, & ut stercorea arbitratur, ut Christū crucifaceret. Didicimus per te, quae Apostolus Paulus mala reliquerit Iudaeorum: Rursum te docēte discamus, quae bona eorum tenuerit. Observationes in quibus legis quas more patrio, celebrant, sicut ab ipso Paulo celebratae sunt, sine ulla salutis necessitate. Id quod uelis dicere, sine ulla salutis necessitate, non satis intelligo. Si. n. salutē non afferunt, cur obseruant? Si autē obseruanda sunt, utique salutē afferunt, maxime quae obseruata martyres faciunt. Non. n. obseruarentur, nisi salutē affererēt. Neque. n. indifferentia sunt inter bonum & malū, sicut philosophi disputant. Bonum est continentia, malū est luxuria. Inter utrumque indifferentes ambulare, digerere alui stercorea, capitis naribus purgamēta, pijcere, sputis rheumata iacere. Hoc nec bonum nec malum est. Siue enim feceris siue non feceris, nec iustitiam habebis nec iniustitiam. Obseruare autē legis ceremonias, non potest esse indifferens, sed aut malū est, aut bonum est. Tu dicis bonum, ego assero malum, & malum non solū ijs qui ex gentibus, sed & ijs qui ex Iudaico populo crediderunt. In hoc (nisi fallor) loco, dum aliud

C
Prolixus
Augusti
mus
subobscurus.
Rom. 10.

Phil. 3.

E
Fallax
simulatio.

βλαζον.

uitas, in aliud deuolueris. Dum. n. meuis Porphyriū blasphemantem, in Hebionis incurris laqueos, ijs qui credūt ex Iudaeis obseruandā legē esse decernens. Et quia periculosum intelligis esse quod dicis, rursum illud superfluis uerbis tēperare conaris, siue uia salutis necessitate, sicut Iudaei celebranda putabāt, aut fallaci simulatione, quod in Petro reprehendit Paulus. Petrus igitur simulauit legis custodiā, iste autē reprehensor Petri, audacter obseruauit legitima. Sequitur. n. in epistola tua: Nā si propterea illa sacramenta celebrauit, quia simulauit se Iudaeum, ut illos crucifaceret: cur non et sacrificauit cum gentibus, quia & ijs qui sine lege erant, tanquā sine lege factus est, ut eos quoque crucifaceret, nisi quia & illud fecit, ut natura Iudaeus, & hoc totū dixit, non ut Paulus se fingeret esse quod non erat, sed ut misericorditer ita subueniendū esse sentiret, ac si in eo errore laboraret, non. s. mētientis astu, sed cōpatientis affectu. Bene defendis Paulū, quod non simulauerit errorē Iudaeorum, sed uere fuerit in errore. Neque imitari uoluerit Petri mentientē, ut quod erat metu Iudaeorum dissimularet, sed tota libertate Iudaeum se esse diceret. Noua clementia Apostoli, dū Iudaeos Christianos uult facere, ipse Iudaeus factus est. Non. n. poterat luxuriosos ad frugalitatem reducere, nisi se luxuriosum probasset, & misericorditer (ut ipse dicis) subuenire miseris, nisi se miserū ipse sentiret. Vere. n. miseris, & misericorditer deplorandi, quod cōtentione sua & amore legis abolitae, Apostolum Christi fecere Iudaeū. Nec multū interest, inter meā & tuā sententiā, quia ego dico & Petri Paulum timore fidelium Iudaeorum, legis exercuisse, immo simulasse mandata. Tu autē asseris, hoc eos fecisse clementer non metientis astu, sed cōpatientis affectu, dummodo illud constet uel metu, uel misericordia, eos simulasse se esse, quod non erant. Illud autem argumentum, quo aduersus nos ueris, quod & gentilibus debuerit gentilis fieri, si Iudaeus factus est, magis pro nobis facit. Sicut. n. non fuit uere Iudaeus, sic nec uere gentilis erat, & sicut non fuit uere gentilis, sic nec uere Iudaeus erat. In eo autem imitator gentilium est, quia praepitium recipit in fide Christi, & indifferenter permittit uesci cibis, quos damnant Iudaei, non cultum (ut tu putas) idolorum. In Christo. n. Iesu nec cir-

cuncisio est aliquid, nec praepitium, sed obseruatio mandatorū Dei. Quāto igitur & iterum atque iterū deprecor, ut ignoscas disputatiunculā meā, & quod modū meū egressus sum, tibi imputes quod coegisti ut scriberē, & mihi cū Stesicoro oculos abstulisti. Nec me putes magistruū eē mēdacii, quod sequor Christū dicētē: Ego sum uia, ueritas, & uita. Nec potest fieri, ut ueritatis cultor mendacio colla summittam. Neque mihi imperitorū plebeculā declamantes, quod te uenerat ut Epim, & in ecclesia declamantē sacerdotii honore suscipiūt, me autē etatis uictimae, & pene decrepitū, ac monasterii & ruris secreta sectantē, paruipendunt, & quaras tibi quos doceas siue reprehendas. Ad nos. n. tantis maris atque terrarum aēte diuisos spatii, uix uocis tuae sonus puenit. Et si forsitan literas scripseris, ante eas Italia ac Roma suscipiēt, quae ad me, cui mittēde sunt, deserant. Quae autē in alijs quibus epistolis, cur mea prior in libris canonicis interpretatio asteriscos habeat, & uirgulas praenotatas, & postea aliam translationē absque his signis ediderim, pace tua dixerim, uideris mihi non itelligere, quod quaesisti. Illa. n. interpretatio septuaginta interpretū est, & ubicunque uirgulae id est obeli sunt, significat, quod septuaginta plus dixerint, quae hēbraei Hebraeo, ubi autē asterisci. i. stellae plures, ex Theodotionis editione ab Origene additum est. Et ibi Graeca translulimus, hic de ipso Hebraico quod intelligebamus, expressimus, sensuum potius ueritatem, quam uerborum interdum ordinem conseruantes. Et miror, quomodo septuaginta interpretum libros legas, non puros, ut ab eis editi sunt, sed ab Origene emendatos, siue corruptos per obelos & asteriscos, & Christiani hominis interpretatiunculam non sequare, praesertim cum ea quae addita sunt ex hominis Iudaei atque blasphemii post passionem Christi editione translulerit. Vis amator esse ueris septuaginta interpretum, non legas ea quae sub asteriscis sunt, immo rade de uoluminibus, ut ueterum te fautorem probes. Quod si feceris, oēs ecclesiarum bibliothecas condemnare cogaris. Vix. n. unus, aut alter inuenietur liber, qui ista non habeat. Porro quod dicis, non debuisse me interpretari post ueteres, & nouo ueris syllogismo, Aut obscura fuerunt quae interpretati sunt LXX. aut manifesta. Si obscura, te quoque

G

Ioan. 14.

Declamatio.

H

in eis falli potuisse credendum est. Si manifesta, illos in eis falli non potuisse perspicuum est. Tuo tibi sermone respondeo omnes veteres tractatores qui nos in domino precefferunt, & quod scripturas sanctas interpretati sunt, aut obscura, interpretati sunt, aut manifesta. Si obscura, quomodo tu post eos ausus differere, quod illi explanare non potuerunt? Si manifesta, si persuum est te voluisse differere, quod illos latere non potuit, maxime in explanatione Psalmorum, quos apud Græcos interpretati sunt multis voluminibus. Primus Origenes, Secundus Eusebius Cæsariensis. Tertius Theodorus Heracleotes. Quartus Asterius Scythopolitanus. Quintus Apollinaris Laodicenus. Sextus Didymus Alexandrinus. feruntur & diuerforū in paucos psalmos opuscula. Sed nunc de integro psalmorum corpore dicimus. Apud Latinos autem Hilarius Pictaviensis, & Eusebius Vercellensis, episcopi, Origenem & Eusebium transfulerunt. Quorum priorem & noster

Ambrosius in quibusdam sequutus est. Rudeat mihi prudentia tua, quare tu post tantos, & tales interpretes in explanatione psalmorum diuersa senseris? Si enim obscuri sunt psalmi, te quoque in eis falli potuisse credendum est. Si manifesta, illos in eis falli potuisse non credis, ac per hoc utroque modo superflua erit interpretatio tua, & hac lege post priores nullus loqui audebit, & quodcumque alius occupauerit, alius de eo scribendi non habebit licentiam, quoniam potius humanitatis tuae est, in quo veniam tibi tribuis, indulgere & ceteris. Ego enim non tam vetera aboleri conatus sum, quam linguam meam hominibus, emendate de Græco in Latinum transfuli, quod ea testimonia quae a Iudæis praetermissa sunt vel corrupta, proferre in medium, ut scirent nostri quid Hebraea ueritas contineret, si cui legere non placet, nemo compellitur. Bibat uinum uetus cum suauitate, & nostra musta contemnat, quae in explanatione priorum edita sunt, ut sicubi illa non intelligitur, ex nostris manifestiora fiant. Quod autem genus interpretationis in scripturis sanctis sequendum sit, liber quem scripsi de optimo genere interpretandi, & omnes praefatiunculae diuinarum voluminum quas editioni nostrae praeposimus explicat, ad illaque prudentem lectorem remittendam puto. Et si me (ut dicis) in noui testamenti emendatione suscipis, exponisque causam suscipias, quia plurimi linguæ

Græcae habentes scientiam, de meo possent opere iudicare, eandem integritate debueras et in veteri credere testamento, quod non nostra cofiximus, sed ut apud Hebraeos inuenimus diuina transfulimus. Sicubi dubitas, Hebraeos interroga. Sed forte dicis: Quid si Hebraei aut respondere noluerint, aut mentiri uoluerint? Tota frequentia Iudaeorum in mea interpretatione reticebit, nullusque inueniri poterit, qui Hebraeae linguae habeat notionem, aut omnes imitabuntur illos Iudaeos, quos dicis in Africæ reperto oppidulo in meam conspirasse calumniam? Huiusmodi enim in epistola tua texit fabulam. Quidam frater noster coepiscopus, cum lectitate instituisset in ecclesia, cui praest, interpretationem tuam, mouit quiddam longe aliter a te positum apud Ionam prophetam, quod erat omnium sensibus memoratque inueteratum, & tot aetatum successione decantatum. Factus est tantus tumultus in plebe, maxime Græcis arguentibus & inflammantibus calumniam falsitatis, ut cogere Episcopum (ea quippe ciuitas erat) Iudaeorum testimonium flagitare. Vtrum autem illi imperitia, an malitia, hoc esse in Hebraeis codicibus responderunt, quod & Græci & Latini habebant atque dicebant. Quid plura? Coactus est homo uelut mendositate corrigere, uolens post magnum periculum remanere sine plebe. Tamen etiam nobis videtur aliquando te quoque in nonnullis falli potuisse. Dicis me, in Iona propheta male quiddam interpretatum, & seditione populi clamante, propter unius uerbi dissonantiam, Episcopum pene sacerdotium perdidisse. Et quid sit illud quod male interpretatus sum subtrahis, auferens mihi occasionem defensionis meae, ne quicquid dixeris me respondente soluat, nisi forte ut ante annos plurimos cucurbita uenit in medium, afferente illius temporis Cornelio & Asinio Pollione, me hederam pro cucurbita transulisse. Super qua re in commentario Iona prophetae, plenius respondimus. Hoc tantum nunc dixisse contenti, quod in eo loco ubi Iona interpretes cucurbitam, & Aquila cum reliquis hederam transfulerunt, id est, καρότον, in Hebraeo uolumine ciceion scriptum habetur, quam uulgo Syri ciceiam uocant. Est autem genus uirgulti, lata habens folia, in modum pampini. Cumque plantatum fuerit, cito consurgit in arbusculam, absque ullis

Vide Hieron. in 4. ca. Iona.

αἰσόν. In com. Iona habetur καρότον.

A nullis calamorum & hastiliu administris, quibus & cucurbitae & hederæ indigent, suo trunco se sustinent. Hoc ergo uerbum de uerbo edifferens, si ciceion transferre uoluissim, nullus intelligeret: si cucurbitam, id diceret quod in Hebraico non habet: hederam posui, ut ceteris interpretibus consentire. Sin autem Iudaei ueltri, ut ipse asseris, malitia, uel imperitia, hoc dixerunt esse in uoluminibus Hebraeorum, quod in Græcis & Latinis codicibus continetur, manifestum est eos aut Hebraeos ignorare literas, aut ad irridendos cucurbitarios uoluisse mentiri. Peto in fine epistolae, ut quiescentem senem, olimque ueteranum, militare non cogas, & rursus de uita periclitari: Tu quoniam iuuenis es, & in pontificali culmine constitutus, doceto populos, & nouis Africæ frugibus Romanae tecta locupleta. Mihi sufficit cum audire & lectore pauperculo in angulo monasterij susurrare.

Augustinus Hieronymo, negans se scripsisse librum in eum: in hoc errans, quod aliquis prolixam epistolam librum appellasset. Epist. XII.

Domino charissimo & desideratissimo & honorando in Christo fratri & com-presbytero Hieronymo, Augustinus in domino salutem. Audiui uenisse in manus tuas literas meas, sed quod adhuc rescripta non merui, nequaquam imputauerim dilectioni tuae. Aliquid proculdubio impedimenti fuit. Unde agnosco a me dominum potius deprecandum, ut tuae uoluntati det facultatem mittendi quod rescripseris. Nam rescribendi iam dedit, quia, cum uolueris, facillime poteris. Etiam hoc ad me sane perlatum, utrum quidem credere dubitauit, sed hinc quoque tibi aliquid utrum scriberem, dubitare non debui. Hoc autem breue est, suggestum esse charitati tuae a nescio quibus fratribus, mihi dictum est, quod librum aduersus te scripserim, Romamque miserim. Hoc falsum esse noueris, Deum nostrum testor, hoc me non fecisse. Sed si forte aliqua in aliquibus scriptis meis reperitur, in quibus aliter aliquid quam tu sensisse reperiar, non contra te discussum, sed quod mihi uidebatur a me scriptum esse, puto te debere cognoscere, aut si cognosci non potest, credere debere. Ita sane hoc dixerim, ut ego non tam paratissimus sim, siquid te in meis scriptis mouerit, fraternae accipere quid praesentias, aut de correctione

Vtrum pro an.

mea, aut de ipsa tua benivolentia gauisurus, uerum et hoc a te postulare ac flagitare. O si licuisset, & si non cohabitante, saltem vicino te in domino profueri, ad crebrum & dulce colloquium. Sed quia id non est datum, peto, ut hoc ipsum, quod in Christo quando possumus, simul sumus, conseruari studeas, augeri, ac perfici, & rescripta quauis rara, non spernere. Saluta obsequio meo sanctum fratrem Paulianum, & omnes fratres qui tecum, ac de te, in domino gaudent. Memor nostri exaudiaris a domino in omni sancto desiderio tuo, domine charissime & desideratissime & honorande in Christo frater.

Hieronymus Augustino, iam accepta epistola quae calumniatur de mendacio officioso, sed dubitans etiamnum an sit Augustini, negans se respondurum, nisi certus de auctore. Meminit & Rufini ficto nomine. Epist. XIII.

Domino uere sancto & beatissimo Patre Augustino, Hieronymus in Christo salutem. In ipso professionis articulo, sancti filij nostri Asterij hypodiaconi necessarii mei, beatitudinis tuae litera superueniunt, quibus satisfacis, te contra paruitatem meam librum Romam non misisse. Hoc nec ego factum audieram, sed epistolae cuiusdam quasi ad me scriptae, per fratrem nostrum Synnium diaconum, huc exemplaria peruenerunt. In quibus hortaris me ut παλαίωρον σου per quodam Apostoli capitulo canam, & immittere Stefichorum inter uituperationes & laudes Helenae fluctuantem, ut qui detrahendo oculos perdidit, laudando receperit. Ego simpliciter fateor dignationi tuae, licet stylus & επιχρηματα tua mihi uiderentur, tamen non temere exemplaribus literarum credendum putauit, ne forte me respondere letis iuste exostulares, quod probare ante debuissim tuum esse sermonem, & sic rescribere. Accelsit ad moram sancta & uenerabilis Paulae longa infirmitas. Dum enim languenti multo tempore assedimus, pene epistolae tuae, uel eius qui sub tuo nomine scripserat, oblitus sumus, memores illius uersiculi: Musica in luctu importuna narratio. Itaque si tua est epistola, aperte scribe, uel mitte exemplaria ueriora, ut absque ullo rancore stomachi,

Eccl. 22.

Enim emendemus errorē, vel aliū frustra reprehendisse doceamus. Absit autē à me, vt quicquid de libris beatitudinis tuę attingere audeam. Sufficit. n. mihi probare mea, & aliena non carpere. Cæterū optime nouit prudētia tua, vnumquenq; in suo sensu abundare, & puerilis esse iactantia (quod olim adolescentuli facere consueuerant) ac cufando illustres viros, suo nomini famā quere. Nec tū stultus sum, vt diuersitate explanationū tuarū me lædi putē, quia nec tu læderis, si nos quæria senserimus. Sed illa est vera inter amicos reprehensio, si nostram perā non vidētes, aliorū (iuxta Persiū) mantica consideremus. Superest vt diligas diligētē, & in scripturarū capō, iuuenis senē non puoces. Nos nra habuimus tpa, & currimus quā potuimus. Nunc te currente, & longa spatia transmeante, nobis debet otium: simulq; vt cū venia & honore tuo dixerim, ne solus mihi de poetis aliqd pposuissē videaris, memēto Daretis & Entelli: & vulgaris puerbij, quod bos lassus fortius figat pedē. Tristes hæc dictauimus. Vtinā meremur cōplexus tuos, & collati one mutua vel doceremus aliqua vel disceremus. Misit mihi temeritate solita, maledicta sua Calphurnius cognomento Lanarius, quod ad Aphricam quoq; studio eius didici puenisse. Ad quod breuiter ex parte rudi, & libelli eius vobis missi exemplaria, latius opus, cū opportunū fuerit, primo missurus tpe. In quo illud caui ne in quoq; existimationē læderē Christianā, sed tū vt delirantis imperitiq; mendaciū ac vecordiā confutarē: Memēto mei sancte ac venerabilis Papa. Vide quantū te diligam, vt ne puocatus quidē voluerim rīdere, nec credātuum esse quod in altero forte reprehēderē. Frater communis suppliciter te salutat.

Hieronymus Augustino, exposulans de epistola seu libro illius per Italiam sparso, quo taxabatur locus non rectē expositus in epistola ad Galatas, hortans Augustinum, vt si pruriat amore glorię, iuuenes iuuenis potius ad certamen puocet, senem emeritum sinat quiescere. Epistola. XIIII.

Domino verē sancto & beatissimo Patre Augustino Hieronymus in dño. In di-

lutem. Crebras ad me epistolas dirigit, & sepe compellis vt respondeam cuidam epistole tuę, cuius ad me, vt ante iam scripsi, per fratrem Syinnium diaconum exemplaria peruenerunt, absque subscriptione tua, & quod primum per fratrem Profuturum, secundo per quendam alium te misisse significas, & interim Profuturum retractum de itinere, & episcopum constitutum, veloci morte subtractum: illum cuius nomen retices, maris tenuisse discrimina, & nauigationis mutasse consilium. Quæ cum ita sint, satis mirari nequeo, quomodo ipsa epistola, & Romę & in Italia haberi à plerisque dicatur, & ad me solū non peruenerit, cui soli missa est: præsertim cum idem frater Syinnius inter cæteros tractatus tuos dixerit eam se non in Aphrica, non apud te, sed in insula Adrię ante hoc ferme quinquennium reperisse. De amicitia omnis tollenda suspitio est, & sic cum amico quasi cum altero se est loquendum. Nonnulli familiares mei & vasa Christi, quorum Hierosolymis & in sanctis locis permagna copia est, suggerebant non simplici à te animo factum, sed laudem atque rumusculos & gloriolam populi requirente, vt de nobis cresceret, vt multi cognoscerent, te puocare, me timere: te scribere vt doctum, me tacere vt imperitum & tandem reperisse qui garrulitati meę modum imponeret. Ego autem (vt simpliciter fatear) dignationi tuę, primum idcirco respondere nolui, quia tuam liquido epistolam non credebam, nec (vt vulgi de quibusdam prouerbiū est) litum mel-le gladium. Deinde illud cauebam, ne episcopo cōmunionis meę, viderer procaciter respondere, & aliqua in reprehendentis epistola reprehendere, præsertim cum quædam in illa hæretica iudicarem. Ad extremum ne tu iure exposulares & diceres: Quid enim? Epistolam meam videras, & notæ tibi manus in subscriptione signa deprehenderas, vt tam facile amicum læderes, & alterius malitiam in meam verteres contumeliam: igitur, vt ante iam scripsi, aut mitte eandem epistolam tua subscriptam manu, aut senem latitantem in cellula laceffere desine. Sin autem tuam vis vel exercere vel ostentare doctrinā, quære iuuenes & disertos & nobiles, quorum Romę dicuntur esse quāplurimi, qui possint & audeant tecum congregari, &

Litus mel le gladius

In disputatione sanctarum scripturarum iugum cum episcopo ducere. Ego quondā miles, nunc veteranus, & tuas aliorum debeo laudare victorias, non ipse rursus effoeto corpore dimicare, ne si me frequenter ad rescribendum impuleris, illius recorder historiæ, quod Hannibalē iuueniliter exultantem quæmaximus patientia sua fregerit. Oīa fert ætas, animū quoq; sæpe ego longos Cantandos puerū meminime cōdere soles. Nūc oblita mihi tot carmina, vox quoq; Merim Iā fugit ipsa. Et, vt magis de scripturis sanctis loquar, Berzellai ille Galaadites, regis David bñficia, omnesq; delicias iuueni delegās filio, ostēdit senectutē hæc appetere nō debere nec oblatam suscipere. Quod autē iuras te aduersum me librum non scripseris, neq; Romā misisse quem non scripseris, sed si forte aliqua in tuis scriptis reperiantur, quod à meo sensu discrepēt, nō me à te læsum, sed à te scriptum quod tibi rectum uidebatur. Quæso, ut me patienter audias. Non scripsisti librum, & quomodo mihi reprehensionis à te meę, per alios scripta delata sunt? Cur habet Italia, quod tu nō scripsisti? Qua ratione poscis ut rescribam ad ea quæ scripsisse te denegas? Nec tū hebes sum, ut si diuersa senseris, me à te læsum putē. Sed si mea cominus dicta reprehendas, & rationē scriptorū expetas, & quæ scripserim, emē dare compellas, & ad παρανομιαν puoces, & oculos mihi reddas, in hoc læditur amicitia, in hoc necessitudinis iura violantur. Ne videamur certare pueriliter, & fautoribus in uicem uel detractoribus nostris tribuere materiam contendendi, hæc scribo, quia te pure & Christiane diligere cupio, nec quicquā in mea mente retinere, quod distet à labijs. Non enim conuenit, ut adolescentia vsq; ad hanc ætatem, in monasterio cum sanctis fratribus labore desudans, aliquid contra episcopum cōmunionis meę scribere audeā, & eum episcopum, quem ante cœpi amare quam nosse, qui me prior ad amicitia puocauit, quem post me orientem in scripturarum eruditione lætatus sum. Igitur aut tuū negato librum, si forte non tuus est, & desine flagitare rescriptum ad ea quæ non scripsisti, aut si tuus est, ingenue confitere, ut si in defensionē mei aliqua scripsero, in te culpa sit, quod puocasti, non in me qui respondere comipulsus sum. Addis præterea te paratum esse,

Tuus li.

Vigil.

Aeglo. 9.

2. Re. 19.

Epistola appellat librum.

K

vt siquid me in tuis scriptis mouerit, aut corrigere voluero, fraterne accipias, & nō solū mea in te beneuolentia gauisurū, sed, vt hoc ipsum faciam, deprecaris. Rursum dico quod sentio. Prouocas senem, tacentem stimulas, videris iactare doctrinam. Non est autem ætatis meę putari maleuolū erga eum, cui magis fauorē debeo. Et si in Euangelis ac prophetis peruersi homines inueniunt, quod nitantur reprehendere, miraris si in tuis libris & maxime in scripturarū expositione, quæ vel obscurissimæ sunt, quædam à recti linea discrepare uideantur. Et hoc dico, non quod operibus tuis quædam reprehendenda iam censeā. Neq; n. lectioni eorum unquā operā dedi, nec horū exemplariorū apud nos copia est, pter soliloquiorū tuorū libros, & quosdam cōmētarios in psalmos, quos si Vellē discutere, nō dicā à me (quod nihil sum) sed a ueterum Græcorū docerē interpretationib. discrepare. Vale mi amice charissime, ætate fili, dignitate parēs, & hoc a me rogatus obserua, vt quicquid mihi scripseris, ad me primum facias peruenire.

Obscuritas scripturarū.

Augustinus Hieronymo, Offensus aculeis quibusdā literarū Hieronymi, de quibus multa arguta blanditiis leniēs iniarū asperitatē, multis uerbis deplorans inter Russinū & Hieronymū, tam amicos doctos, celebres senes & monachos, tam amarulentam discordiam incidisse, non sine graui totius ecclesię scādalo. Epist. XV.

M

Domino uenerando & desideratissimo fratri & compresbytero Hieronymo, Augustinus in domino salutem. Quannis existimem antequam istas sumeres, uenisse in manus tuas literas meas, quas per Dei seruum filium nostrum Cyprianum diaconum misi, quibus certissime agnosceres meam esse epistolam, cuius exemplaria illuc peruenerunt commemorasti, Vnde iam me arbitror rescriptis tuis velut Entillinis grandibus atque acris cestibus, tanquam audacem Daretam cœpisse pulsari atque uersari, nunc tamen eis ipsis respondebo literis tuis, quas mihi per sanctum filium nostrum Alterium mittere dignatus es. In quibus multa in me comperi tuæ beneuolentię charitatis, & rursus quædam nonnullius à me

Virgil. Aene. 5.

tuae offensionis indicia. Itaque ubi mulcebar legens, ibi continuo feriebar, hoc sane vel maxime admirans quod cum dicas te exemplaribus literarum mearum ideo temere non putasse credendum, ne forte te respondente Iesus iuste exposcularer, quod probare ante debuisses, meum esse sermonem, & sic rescribere, postea iubeas si mea est epistola, aperte me scribere, aut mittere exemplaria veriora, ut absque ullo rancore stomachi in scripturarum disputatione verserem. Quo pacto, non possumus in hac disputatione sine rancore versari, si me laedere paras? Aut si non paras, quomodo ego te non laedente, abs te Iesus iuste exposcularer, quod probare ante debuisses, meum esse sermonem, & sic rescribere? Hoc est & sic laedere. Nisi, non rescribendo laessisses, ego & iuste exposculari non possem. Proinde cum ita rescribis ut laedas, quod locus nobis relinquit in disputatione scripturarum, sine ullo rancore versandi? Ego quidem absit ut laedar, si mihi certa ratione volueris & poteris demonstrare illud ex epistola Apostoli, vel quod aliud scripturarum sanctarum te verius intellexisse quam me. Immo vero absit, ut non cum gratiarum actione lucris meis deputerem, si fuero te docente instructus, aut emendante correctus. Veruntamen tu mihi frater charissime, nisi te putares Iesum scriptis meis, non me putares laedi posse rescriptis tuis. Nullo, non modo id de te opinatus fuero, quod non te arbitraris laesum, si sic tamen rescribis ut laedas. Aut si te non sic rescribente, ego propter nimiam stultitiam meam laedi posse putatus sum, hoc ipso laessisti plane, quod de me ita sensisti. Sed nullo modo tu me, quem nunquam talem expertus es, temere talem crederes, qui literarum mearum exemplaribus et cum stylo meum nosces, temere credere noluisse. Si, non immerito vidisti, me iuste exposculturum fuisse, sit emere crederes esse literas meas, quae non essent meae, quanto iustius exposcularer me ipsum temere putatum tale, quale me expertus non esset qui putauisset? Nequaquam ergo ira prolaberis, ut te non rescribente quo laederer, me tamen existimares nimis insipientem, etiam tali tuo rescripto laedi potuisse. Restat igitur ut laedere me rescribendo disponeres, si certo documento meas esse illas literas nosces. Atque ita, credo quod iniuste me laedendum putares, superest ut agnoscam peccatum meum, quod prior te illis literis laeserim, quas meas esse negare non possum. Cur itaque

conor contra fluminis tractum, ac non potius ueniam peto? Obsecro te ergo per mansuetudinem Christi, ut si laesi te, dimittas mihi, nec me vicissim ledendo malum pro malo reddas. Laedes autem me, si mihi tacueris errorem meum, quem forte inueneris in factis vel dictis meis. Nam si ea in me reprehenderis quae reprehendenda non sunt, te laedis magis quam me, quod absit a moribus & sancto proposito tuo, ut hoc facias voluntate laedendi, culpans in me aliquid dente maledico, quod mente veridica esse scis non culpandum. Ac per hoc aut bene uolo corde arguas, et si caret delicto, quem arguendum putas, aut paterno affectu mulceas, quem abijcere nequeas. Potest, non fieri ut tibi aliud videatur quam veritas habet, dum tamen abs te aliud non fiat quam charitas habet, ut & ego amicissimam reprehensionem gratissime accipiam, et si reprehendi non meruit quod recte defendi potest, aut agnoscam simul & bene uolentiam tuam, & culpam meam, & quantum dominus donat, in alio gratus, in alio emendatus inueniar. Quid ergo, fortasse dura, sed certa salubria uerba tua, tanquam cestus Entelli pertimescunt? Caedebatur ille, non curabatur, & ideo vincebatur, non sanabatur. Ego autem si medicinali correptionem tuam tranquillius accipero, non dolebo, si uero infirmitas uelut humana mea, et cum ueraciter arguor, non potest nisi aliquantulum contristari, melius tumor capitis dolet dum curatur, quam dum ei parcitur & non sanatur. Hoc est, non quod acute uidit, qui dixit: Ut iliores esse plerumque inimicos iurgantes, quam amicos obiurgare metuentes. Illi, non dum rixantur, dicunt aliquando uera quae corrigamus, isti autem minorem quam oportet exhibent iustitiae libertatem, dum amicitiae timent exasperare dulcedinem. Quapropter etsi bos, ut tibi uideris, lassus senectute forte corporis, non uigore animi, tamen in area dominica fructuoso labore desudans, ecce sum, siquid peperam dixi, fortius fige pedem. Non mihi esse debet molestum pondus etatis tuae, dummodo conteratur palea culpae meae. Proinde illud quod in extremo epistolae tuae posuisti, cum magni desiderii suspirio uel lego uel recolo. Utinam, inquis, mereremur complexus tuos, & collatione mutua uel doceremus aliqua, uel disceremus. Ego autem dico, utinam saltem propinquis terrarum locis habitamus, ut si non possent misceri nostra collo-

quia, literae possent esse crebriores. Nunc uero tanto locorum interuallo absumus a sensibus nostris, ut de illis uerbis Apostoli ad Galatas, iuuenimur me ad tuam sanctitatem scripsisse meminimur; & ecce iam senex necdum rescripta meruerim, faciliusque ad te exemplaria epistolae meae peruenerint, nescio qua occasione pueniente, quam ipsa epistola me curante. Homo, non qui eam tunc acceperat nec ad te tulit, nec ad me retulit. Tanta autem mihi in literis tuis, quae in manus nostras venire potuerunt, apparent res, ut nihil studiorum meorum malle, si possem, quam inherere lateri tuo. Quod ego quia non possum, aliquem nostrorum in domino filiorum erudientium ad te mittere cogito, si et de hac re tua rescripta meruerim. Nam neque in me tamen scientiae scripturarum diuinarum est, aut esse iam poterit, quantum inesse tibi uideo. Et si quid in hac re habeo facultatis, utcumque impendo populo Dei. Vacare autem studiis diligentius quam quae populi audiunt instruendis, prope ecclesiasticas occupationes omnino non possum. Nescio quae scripta maledica super tuo nomine ad Africam peruenisse audiuimus. Accepimus tamen quod dignatus es mittere, illis respondens maledictis. Quo perlecto, fateor, multum dolui inter tam charas familiaresque personas, cum tunc pene ecclesiis notissimo amicitiae uinculo copulatas, tamen malum exitisse discordiae. Et tu quidem quantum tibi modereris, quantumque teneas aculeos indignationis tuae, ne reddas maledictum pro maledicto, satis in tuis literis eminet. Veruntamen eas ipsas cum legissem, contabui dolore, & obrigui timore: quod de me ista facerent, quae in te ille scripsit, si in manus meas forte uenissent? Vae mundo ab scandalis. Ecce sit, ecce profusus implet quod ueritas ait. Quomodo abundauit iniquitas, refrigeret charitas multorum. Quae sibi, non iam fida pectora tuto refundant? In cuius sensus tota se proieciat secura dilectio? Quis denique amicus non formidetur quasi futurus inimicus, si potuit inter Hieronymum & Rufinum hoc quod plangimus exoriri? O misera & miseranda conditio. O infida in uoluntatibus amicorum scientia patium, ubi nulla est praescientia futurorum. Sed quid hoc alteri de altero gemendum puterem quod nec ipse quidem sibi homo est notus in posterum? Nouit, non utcumque uix forte nunc qualis sit, qualis autem postea futurus sit ignorat. Haec porro non tamen scientia qualis quisque sit, uerum etiam praescien-

tia qualis futurus sit, si est in sanctis & beatis angelis, quomodo fuerit diabolus beatus aliquid, cum adhuc angelus bonus esset, sciens futuram iniquitatem suam & sempiternum supplicium, omnino non uideo. De qua re, si tamen ea nosse opus est, uellem audire quid sentias. Vide quid faciant terrae ac maria, quae nos corporaliter dirimunt. Si haec epistola mea, quam legis ego essem, iam mihi diceret, quod quod quod. Nunc uero quomodo rescribes? quomodo mittes? quando perueniet? quomodo accipiam? Et tamen utinam quandoque fiat, quod tam cito fieri non posse quam volumus, quanta possumus tolerantia sustinemus. Unde recurro ad illa uerba epistolae tuae dulcissima, sanctique desiderij tui plenissima, & ea facio uiscissim mea. Utinam mereremur complexus tuos, & collatione mutua uel doceremus aliqua uel disceremus, si tamen esse uelut modo posset quod ego te docerem. In his autem uerbis non iam tuis tantum, sed etiam meis ubi delector & reficior, & ipso quamuis pendente & non attingente, utriusque nostrum desiderio non parua ex parte consolor. Ibi rursus acerrimis dolorum stimulis fodior, dum cogito inter uos, quibus Deus hoc ipsum quod uterque nostrum optauit, largum prolixumque concesserat, ut coniunctissimi & familiarissimi mella scripturarum sanctarum pariter lamberetis, tanta amaritudinis irrepressibile perniciem, quam non, ubi non, cui non homini formidanda, cum eo tempore quo abiectis iam sacris secularibus, iam expeditis dominum sequebimini, & in ea terra uiuebatis simul, in qua dominus humanis pedibus ambulans: Pacem meam, inquit, do uobis, pacem meam relinquo uobis, uiris aetate maturis, & in eloquio domini habitantibus uobis accidere potuit? Vere tentatio est uita humana super terram. Heu mihi, qui uos aliquando simul inuenire non possum, forte ut moueor, ut doleo, ut timeo, prociderem ad pedes uestros, starem quantum ualarem, rogarem quantum amarem: nunc unumquemque uestrum pro seipso, nunc utrumque pro alteratro, & pro aliis & maxime infirmis, pro quibus Christus mortuus est, qui uos tanquam in theatro uitae huius cum magno sui periculo spectant: ne de uobis ea conscribendo spargatis, quae quandoque concordantes delere non poteritis, quae nunc concordare non litur, aut quae concordare legere timeatis, ne iterum litigetis. Verum dico charitati tuae, nihil

ως φλπε
ρδ.

Fateor
verum.

Rufinus.

Legendum
arbitror,
In cuius
suum so-
tam.

Quaestio
ociosa.

H

Iuan. 14.

Iob. 7.

I

me magis q̄ hoc exemplū tremuisse, cū que-
dā ad me in epistola tua legerē tuæ indigna-
tionis indicia, non tā illa de Entello & boue
laffo, vbi mihi potius hilariter iocari, q̄ ira-
cunde minari visus es, q̄ illud qd̄ serio te scri-
psisse satis apparet. Vñ supra eloquit̄ sum,
plus fortasse q̄ debui, sed non plus q̄ timui,
vbi aisti, ne forte lafus iuste exoptulares. Ro-
go te, si fieri pōt, vt inter nos q̄ramus & dif-
feramus aliqd, quo sine amaritudine discor-
diæ corda nra pascantur, fiat. Si aut̄ non pos-
sum dicere quid mihi emendandū videat̄ in
scriptis tuis, nec tu in meis, nisi cū suspitione
inuidiæ, aut læsione amicitia, quiescamus ab
his, & nra vitæ salutiq; parcamus. Minus cer-
te assequat̄ illa quæ inflat, dū non offendat̄ il-
la q̄ ædificat. Ego me longē esse sentio ab il-
la p̄fectione, de qua scriptū est: Siquis in ver-
bo non offendit, hic p̄fectus est vir. Sed pla-
ne in Dei mīa puto me posse facile abs te pe-
tere veniā, siqd̄ offendi: qd̄ mihi aperire de-
bes, vt cū te audiero, lucreris fratrem tuum.
Neq; n. quia hoc p̄p̄ longinquitatē terrarū
non potes facere inter me & te, p̄pea debes
finere errare me. Prorsus qd̄ ad ipsas res quas
nosse volumus, atinet, si quid veri me tenere
vel scio vel credo vel puto, in quo tu aliter
sentis, quantū dat dñs sine tua iniuria cona-
bor asserere. Quod aut̄ p̄tinet ad offensionē
tuā, cū te indignatū sensero, nihil aliud q̄ veniā
deprecabor. Nec omnino arbitror te suc-
censere potuisse, nisi vt hoc dicerem qd̄ nō
debui, aut non sic dicerem vt debui, quia nec
miror minus nos scire inuicem, q̄ scimus a
coniunctissimis & familiarissimis nris. In
quorū ego charitatē (fateor) facile me totū
proijcio, p̄sertim fatigatum scandalis seculi,
& in ea sine vlla sollicitudine requiesco. Deū
quippe illic esse sentio, in quem me securus
p̄ijcio, & in quo securus requiesco. Nec in
hac mea securitate crastinū illud humanę fra-
gilitatis incertū, de quo superius gemui, om-
nino formido. Cū. n. hoīem Christiana cha-
ritate flagrantē, eaq; mihi fidelē amicū factū
esse sentio, quicquid ei consiliorū meorum
cogitationumq; cōmitto, non homini com-
mitto, sed illi in quo manet vt talis sit. Deo.
charitas est, & qui manet in charitate, in Deo
manet: q̄ si deseruit, tm̄ faciat necesse est do-
lorem, quantū manens fecerat gaudiū. Verū-
n̄ ex amico in intimo factus inimicus, q̄rat

sibi potius quod fingat astutus, non inueniat
qd̄ prodat iratus. Hoc autem vnusquisq; fa-
cile assequitur, non occultando qd̄ fecerit,
sed non faciendo quod occultare velit. Qd̄
misericordia Dei bonis piisque concedit,
vt inter inimicos quoslibet futuros liberi se-
curique versentur, aliena peccata sibi com-
missa non prodant, quæ prodi timeant ipsi
nulla committant. Cum enim falsum quid
a maledico fingitur, aut omnino non credi-
tur, aut certe integra salute sola fama vexa-
tur. Cum autem malum perpetratur, hostis
est intimus, etiam si nullius intimi loquaci-
tate aut lite vulgetur. Quapropter quis pru-
dentium non videat, etiam tu quam tolerabi-
liter feras amicissimi quondam & familia-
rissimi incredibiles nunc inimicitias, con-
solante conscientia, & quemadmodum vel
quod iactitat, vel quod a quibusdam forsitan
creditur, in sinistris armis deputes, quibus
non minus quam dextris contra diabolū
dimicatur? Veruntamen illum maluerim ali-
quo modo mitiorem, quam te isto modo ar-
matorem. Hoc magnum & triste miracu-
lum est, ex amicitias talibus ad has inimici-
tias peruenisse: lætum erit & multo maius,
ex inimicitias talibus ad pristinam concor-
diam reuertisse.

Augustinus Præsidio, quem consacerdotē ap-
pellat, quum Hieronymus appellet Dia-
conum, si tamen idem est. Epist. XVI.

Domino beatissimo & meritō veneran-
do fratri & consacerdoti Præsidio, Au-
gustinus in domino salutem. Sicut præsens
rogauit sinceritatem tuam, nunc quoque cō-
moneo, vt literas meas sancto fratri & com-
presbytero nostro Hieronymo mittere non
graueris. Vt autem nouerit charitas tua, quē-
admodum etiam tu illi pro mea causa scribe-
re debeas, misi exemplaria literarum & mea-
rum ad ipsum, & ad me ipsius, quibus lectis
pro tua sancta prudentia facile videas, & mo-
dum meum quem seruandum putavi, & mo-
tum eius quem non frustra timui. Aut si ego
quod non debui, vel quō non debui, aliquid
scripsi, non ad illum de me, sed ad me ipsum
potius fraterna dilectione mitte sermonem,
quo correctus petam vt ignoscat, si meam
culpam ipse cognouero.

Hiero-

Hieronymus Augustino commendans illi
Præsidium, & saluere iubens Alipium.
Epistola XVII.

Domino verē sancto & beatissimo Pa-
pæ Augustino Hieronymus in Chro sa-
lutē. Anno p̄terito p̄ fratrem nrm Asteriū hypo-
diaconū dignationi tuæ epistolā miserā, pro
ptum reddens salutationis officium, q̄ tibi arbi-
tror reddidit. Nūc quoq; p̄ sanctū fratrem meū
Præsidii diaconū obsecro primū vt memine-
ris mei. Deinde vt baiulū literarū habeas cō-
mendatū, & mihi scias germanissimū, & in
quibuscunq; necessitas postulauerit, foueas
atq; sustentēs non quo aliqua re (Christo tri-
buente) indigeat, sed q̄ bonorū amicitias aui-
dissime expetat, & se in his cōiungendis ma-
ximum putet beneficiū consequutū. Cur aut̄
ad Occidentē nauigauerit, ipso poteris nar-
rare cognoscere. Nos in monasterio p̄stituti,
variis hincinde fluctibus quatimur, & pe-
regrinationis molestias sustinemus. Sed cre-
dimus in eo q̄ dixit: Cōfidite, ego vici mun-
dū, quo ipso tribuente & p̄sule, p̄ hostē dia-
bolū victoriā consequamur. Sanctū & vene-
rabile fratrem nrm Papā Alipiū vt meo obse-
quio salutes, obsecro. Sancti fratres, qui no-
biscū in monasterio dño seruire festinant, op-
pidō te salutant. Incolumem te, & memorē
mei, Christus dñs nr̄ tueatur omnipotens, do-
mine verē sancte & suscipiende Papa.

Hieronymus August. hoc agens, quanquam
illi respondit de mendacio & cucurbita,
tamen amicitiam oportere manere inco-
lumem, rogatque vt posthac abstineant
ab huiusmodi quæstionibus, quæ ferē in
contentionem exeunt. Epist. XVII.

Domino verē sancto & beatissimo Pa-
pæ Augustino Hieronymus in dño sa-
lutē. Cū a sancto fratre nro Firmo sollicitē
q̄rerē quid ageres, sospitem te lætus audiui.
Rursum cū tuas literas non dico sperare sed
exigere, nesciente te, de Aphrica se profectū
esse dixit. Itaq; reddo tibi p̄ eū salutationis
officia, qui te vnico amore cōplectis, simul-
que obsecro vt ignoscas pudori meo, q̄ diu
p̄cipienti vt rescriberē, negare nō potui. Nec
ego tibi, sed causæ cā rñdit. Et si culpa est re-
spondisse quæso, vt patienter audias, multo

maior est prouocasse. Sed faceffant istiusmo-
di q̄rimoniæ. Sit inter nos pura germanitas,
& deinceps nō q̄num, sed charitatis ad nos
scripta mittamus. Sancti fratres, qui nobiscū
domino seruiunt, affatim te salutant. Sanctos,
qui tecum Christi leue trahunt iugum, p̄z-
cipuē sanctum & suscipiendum Papam Ali-
pium vt meo obsequio salutes, precor. Inco-
lumen te & memorem mei Christus Deus
noster tueatur omnipotens. Domine verē san-
cte & beatissime Papa, si legisti librum expla-
nationum in Ionam, puto quod ridiculam
cucurbitæ non recipias quæstionem. Si autē
amicus qui me primus gladio petiit, stylo re-
pulsus est, sit humanitatis tuæ atque iustitiæ
accusantem reprehendere, non responden-
tem. In scripturarum campo, si placet, sine
nostro inuicem dolore ludamus.

Augustinus Hieronymo, accuratius respon-
det de mendacio officioso, docens Petrū
verē errasse, atq; a Paulo verē iure quere-
prehensum: deprecaturque veniam q̄ di-
ctis quibusdam incautioribus Hieronymi
animum offenderit, excusans quod nulla
sua culpa epistola per multorum obam-
bularit manus, priusquā ad eum, cui scri-
pta erat, peruenerit. Epist. XIX.

Domino dilectissimo, & in Christi vi-
sceribus honorādo, sancto fratri & cō-
presbytero Hieronymo, Augustinus in do-
mino salutem. Iam pridem tuæ charitati pro-
lixam epistolam misi, respondens illi tuæ,
quam per sanctum filium tuum Asteriū, nūc
iam non solum fratrem, verumetiam colle-
gam meum misisse te recolis. Quæ vtrum in
manus tuas puenire meruerit, adhuc nescio,
nisi q̄ per fratrem sincerissimum Firmū scri-
bis, si ille qui me primum gladio petiit, sty-
lo repulsus est, vt sit humanitatis meæ atque
iustitiæ accusantem reprehendere non respō-
dentem. Hoc solo tenuissimo indicio utcu-
que conijcio, legisse te illam epistolam meā.
In ea quippe deplorauit tantam inter nos ex-
titisse discordiam, de quorū tanta amicitia,
quaquauerum eā fama diffuderat, charitas
fraterna gaudebat. Quod non feci reprehē-
dendo in aliquo germanitatem tuam, cuius
in ea re aliquam culpam me cognouisse nō
ausus sum dicere, sed dolendo humanā mi-
seriam,

seriam, cuius in amicitia mutua charitate re-
tinentis, quantalibet illa sit, incerta perman-
sio est. Verum illum malueram tuis nosse re-
scriptis, verum mihi venia, quae poposceram,
dederis. Quae apertius mihi intimari cupio,
quae hilarior quidam vultus literarum tuarum
et hoc me impetrasse significare videat, si tibi
post lectam illam missa sunt, quae in eis mini-
me apparet. Petis vel potius fiducia charita-
tis iubes, ut in scripturarum campo, sine nostro
iniuriam dolore ludamus. Equidem quantum ad
me attinet, serio nos ista quae ludo agere mallem.
Quae si hoc verbum tibi propter facilitatem ponere
placuit, ego fateor maius aliquid expeto a
benignitate virorum tuarum, prudentiaque tam do-
cta et ociosa, annoxa, studiosa, ingeniosa dili-
gentia, haec tibi non tantum donante, verum etiam
dictante spiritu sancto, ut in magnis et labo-
riosis quonibus, non tantum ludentem in campo
scripturarum, sed in montibus anhelantem
adiuues. Si autem propter hilaritatem, quam esse in-
ter charissimos differentes decet, putasti di-
cendum esse, ludamus: siue illud apertum et pla-
num sit unde colloquimur, siue arduum atque
difficile: hoc ipsum edoce, obsecro te, quoniam
modo assequi valeamus, ut cum forte aliquid nos
mouet, quod nobis etsi non cautius attendenti-
bus, certe tardius intelligentibus non proba-
tum est, et quid nobis videatur pro conamur as-
ferere, si hoc aliquanto securiore libertate di-
eamus, non incidamus in suspicionem puerilis
iactantiae, quasi nostro nomini famam, viros il-
lustres accusando quaeramus. Si autem aliquid
asperum quod refellendi necessitate deprom-
ptum fuerit, quo tolerabile fiat, leniore cir-
cumsundamus eloquio, ne litum melle gladium
stringere iudicemur. Nisi forte ille modus
est, quo utrumque hoc vitium vel vitij suspi-
tionem caueamus, si cum doctiore amico sic dispu-
temus, ut quicquid dixerit, necesse sit appro-
bare, nec querendi saltem causa liceat aliquantulum
reluctari. Tum vero sine villo timore offensio-
nis tanquam in campo luditur, sed mirum, si no-
bis non illud sit. *Dist. 2.* *Ego solis.* *ca.*
Igo. n. fateor charitati tuae, so-
lis eis scripturarum libris, qui iam canonici ap-
pellantur, didici hunc timorem honoremque de-
ferre, ut nullum eorum auctorem scribendo ali-
quid errasse firmissime credam. Ac si aliquid in eis
offendero literis quod videatur primum veritati,
nihil aliud quam vel mendosum esse codicem, vel
interpretum non assequutum esse quod dictum est,

vel minime intellexisse non ambigam. Alios autem,
ita lego, ut quatalibet sanctitate doctrinaque
prospollean, non ideo verum putem quia ipsi ita sen-
serunt, sed quia mihi vel pro illis auctores ca-
nonicos, vel probabili ratione quod a vero non
abhorreat, persuadere potuerunt. Nec te mihi fra-
ter sentire aliquid aliter existimo, profusus, in-
quam, non te arbitror, sic legi tuos libros vel-
le, tanquam prophetarum vel Apostolorum, de quo-
rum scriptis quod omni errore careant, dubitare
nefarium est. Absit hoc a pia humilitate et vera-
ci de temetipso cogitatione, quae nisi esses peditus,
non utique diceres: Vtinam mereremur com-
plexus tuos, et collatione mutua vel doce-
remus aliqua vel disceremus. Quae si te ipsum, con-
sideratione vitae ac mortis tuorum, non simula-
te, non fallaciter dixisse credo, quanto magis ex-
quum est me credere Apostolum Paulum non
aliud sensisse quam scripserit, ubi ait de Petro
& Barnaba: Cum viderem quia non recte ingre-
diuntur ad veritatem Euangelij, dixi Petro
coram omnibus. Si tu cum sis Iudaeus, genti-
liter et non Iudaice viuas, quomodo gentes
cogis Iudaizare? De quo enim certus sum quod
me scribendo vel loquendo non fallat, si fal-
lebat Apostolus filios suos, quos iterum par-
turiebat, donec in eis Christus, id est, veritas
formaretur? Quibus cum praemississet dicens:
Quae autem scribo vobis, ecce coram Deo
quia non mentior, non tamen veraciter scri-
bebat, sed nescio qua dispensatoria simula-
tione fallebat, vidisse se Petrum et Barnabam
non recte ad Euangelij veritatem ingredien-
tes, ac Petro in faciem resistisse, non ob aliud,
nisi quod gentes cogeret Iudaizare. At enim sa-
tius est credere Apostolum Paulum aliquid
non vere scripserit, quam Apostolum Petrum non
recte aliquid egisse? Hoc si ita est, dicamus
(quod absit) satius est credere mentiri Eu-
angelium, quam negatum esse a Petro Christum: et
mentiri regnorum librum, quam tantum
prophetam a domino Deo tam excellenter ele-
ctum, et in concupiscenda atque abducenda vxore
aliena commisisse adulterium, et in marito
eius necando tam horrendum homicidium. Immo
vero sanctam scripturam in summo et coele-
sti auctoritatis culmine collocatam, de veri-
tate eius certus ac securus legam, et in ea ho-
mines, vel approbatos, vel emendatos, vel dana-
tum in quibusdam laudabilis excellentiae personis
aliquando

aliquando credere timeo reprehendenda, ipsa
diuina eloquia mihi sint ubique suspecta Mani-
chaei plurima diuinarum scripturarum, quibus
eorum nefarius error clarissima sententiarum pro-
spicuitate conuincit, quia in alium sensum de-
torquere non possunt, falsa esse contendunt,
ita tamen, ut eandem falsitatem non scribentibus Apo-
stolis tribuant, sed ne scio quibus codicum cor-
ruptoribus. Quod tamen quia nec pluribus siue
antiquioribus exemplaribus, nec praecedentis
linguae auctoritate (unde Latini libri inter-
pretati sunt) probare aliquando potuerunt notissi-
ma omnibus veritate superati confusi que discedunt.
Itane non intelligit prudentia sancta tua, quam
ta malitiae illorum pateat occasio, si non ab aliis
Apostolicas literas esse falsatas, sed ipso Apo-
stolos falsa scripserit dicamus? Non est, inquit,
credibile, hoc in Petro Paulum, quod ipse Paulus
fecerat, arguisse. Non nunc inquiri quid fece-
rit, sed quid scripserit quero, hoc ad quoniam
suscepti maxime pertinet, ut veritas diuinarum
scripturarum, ad nostram fidem aedificandam memo-
ria commendata, non a quibuslibet, sed ab ipsis
Apostolis, ac pro hoc in canonicum auctoritatis
culmen recepta, ex omni parte verax atque in-
dubitanda persistat. Nam si hoc fecit Petrus quod
facere debuit, mentitus est Paulus quod eum vide-
rit non recte ingredientem ad veritatem Euange-
lij. Quisquis, n. hoc facit quod facere debet, re-
cte utique facit. Et ideo fallum de illo dicit, quod di-
cit eum non recte fecisse, quod eum nouit facere
debuisset. Si autem uerum scripserit Paulus, uerum est
quod Petrus non recte tunc ingrediebatur ad uerita-
tem Euangelij. Id uero faciebat quod face-
re non debebat, et si tale aliquid Paulus ip-
se iam fecerat correctum potius etiam ipsum
credam coaepostoli sui correctionem potuisse
negligere, quam mendaciter aliquid in sua
epistola posuisse, et epistola qualibet, quanto
magis in illa, in qua praeloquutus ait: Quae
autem scribo uobis, ecce coram Deo quia non
mentior. Ego quidem illud Petrum sic egisse
credo, ut gentes cogeret iudaizare. Hoc, n.
lego scripserit Paulum quem meritum esse non cre-
do, et ideo non recte agebat hoc Petrus. Erat
enim contra Euangelij ueritatem, ut putarent,
qui credebant in Christum, sine illis ueteribus
sacramentis saluos se esse non posse. Hoc
enim contendebat Antiochia, qui ex circuncis-
sione crediderant, contra quos Paulus per-
seueranter acriterque confligit. Ipsum uero

Paulum non ad hoc id egisse, quod vel Timo-
theum circuncidit vel Cenchrus uotum profoluit,
vel Hierosolimis a Iacobo admonitus, cum
eis quod nouerat, legitima illa celebranda susce-
pit, ut putari uideret per ea sacramenta etiam
Christianam salutem dari, sed ne illa quae prioribus
(ut congruebat) temporibus, in umbris rerum fu-
turarum. Deus fieri iusserat, tanquam idololatriam
gentilium danare crederet. Hoc est, n. quod
illi Iacobus ait, auditum de illo esse quod
discipulorum doceat a Moysse. Quod utique ne-
fas est ut credentes in Christum discendantur a
propheta Christi, tanquam eius doctrinam dete-
stantes atque damnantes, de quo ipse Christus
dicit: Si crederetis Moysi, crederetis et mihi,
de me, n. ille scripsit. Attende, n. (obsecro) ip-
sa uerba Iacobi: Vides, inquit, frater quomodo mil-
lia sunt in Iudaea quae crediderunt in Christum, et
hi omnes amulatores sunt legis. Audierunt autem
de te quae discipulorum onem doces a Moysse, eorum
quae gentes sunt Iudaeorum, dices non debere cir-
cuncidere eos filios suos, neque secundum consuetudi-
nam ingredi. Quid ergo est? Utique oportet con-
uenire multitudinem, audierunt, n. te superuenisse,
hoc ergo fac quod tibi dicimus, sunt nobis
uiri quatuor uotum habentes super se, his assum-
ptis sanctifica te cum ipsis, et impende eos
ut radat capita, et scient omnes quae quae de te audie-
runt, falsa sunt, sed sequeris et ipse, custodiens
legem, de gentibus autem qui crediderunt, nos
madauimus, iudicantes nihil eiusmodi serua-
re illos, nisi ut se obseruet ab idolis immola-
to, et a fornicatione. Non, ut opinor, obscurum
est, et Iacobum hoc ideo monuisse, ut scirent fal-
sa esse quae de illo audierat, in quibus cum in Christum
ex Iudaeis credidissent, tamen amulatores erant legi-
gis, ne pro doctrinam Christi uelut sacrilega,
ne Deo madante conscripta damnari puta-
rentur, quae per Moysen patribus fuerant mini-
strata, hoc, n. de Paulo iactauerant, non illi qui
intelligebant quo animo a Iudaeis fidelibus
obseruari tunc ista deberent, propter comen-
dandam scilicet auctoritatem diuinam, et
sacramentorum illorum prophetica sanctitatem,
non propter adipiscendam salutem, quae iam in
Christo reuelabatur, et per baptismi sacra-
mentum ministrabatur. Sed illi hoc de Paulo
sparserant, qui sic ea uolebant obseruari,
tanquam sine his in Euangelio salus creden-
tibus esse non posset. Ipsum enim senserant
uehementissimum gratiae praedicatorum, et inten-
tioni

Dist. 2.
Ego solis.

Gala. 2.
ὁρθοτο-
δευσι
Gala. 4.
Gala. 1.

Gala.
σκληρόν.

a. l. disce-
sionem.
Non est
discipulo,
sed ἀπο-
στολος,
hoc est dis-
cessio sine
defectio.
M

Omittit
suasoriam.

A

Ceremo-
nia.

tioni eorum maxime aduersum, docentē nō per illam hominē iustificari, sed per gratiā Iesu Christi, cuius prānunciandā cā illā vmbra in lege mandata sunt. Et iō illi inuidiā & persequutionem molientes concitare, tāquā inimicum legis mādatorūq; diuinorū criminabantur, cuius falsā criminatiōnis inuidiā congruentius deuitare non posset, q̄ vs̄ ea ipse celebraret, q̄ damnare tanquā sacrilega putabatur, atq; ita ostenderet nec Iudæos tunc ab eis tanquā a nepharijs prohibendos, nec gentiles ad ea tanquā ad necessaria cōpellendos. Nā si reuera sic ea reprobareret, quemadmodū de illo auditū erat, & ideo celebranda susciperet, vt actione simulata suā posset occultare sn̄iam, nō ei diceret Iacobus. Et sciēt omnes, sed diceret, Et putabūt, omnes, qm̄ q̄ de te audierūt, falsa sunt, p̄sertim q̄ in ipsis Hierosolymis Apostoli iā decreuerāt, ne quā gentes cogeret iudaizare, nō autē decreuerāt, ne quā tūc Iudæos iudaizare prohiberet, quāuis et ipsos iā doctrina Christiana nō cogeret. Proinde si post hoc Apostolorū decretū Petrus habuit illā in Antiochia simulationē, qua gētes cogeret iudaizare, quo iā nec ipse cogebat, quāuis p̄p̄ cōmendāda eloquia Dei, q̄ Iudæis sunt credita, non prohibebatur, qd̄ mirū si cōstringebat eū Paulus libere asserere, qd̄ cū ceteris Apostolis se Hierosolymis decreuisse meminerat? Si at̄ hoc (qd̄ magis arbitror) ante illud Hierosolymitanū cōcilium Petrus fecit, nec sic mirum est, q̄ eū uolebat Paulus non timide obtegere, sed fidēter asserere qd̄ eū pariter sentire iā nouerat, siue qd̄ cum eo cōtulerat Euangeliū, siue qd̄ in Cornelij Centurionis uocatione et diuinitus eū de hac re admonitum acceperat, siue qd̄ antequā illi, quos timuerat, venissent Antiochiā, cum gentibus eum conuēsci uiderat. Neq; n. negamus in hac sn̄ia fuisse iam Petrū, in qua & Paulus fuit. Non itaq; tūc eū quid in ea re uerum esset docebat, sed eius simulationē, qua gentes iudaizare cogebant, arguebat, nō ob aliud, nisi q̄ sic illa oīa simulatoria gerebātur, tanquam uerū esset quod illi dicebant, qui sine circuncisione prāputi, atq; aliis obseruationibus umbræ futurorum putabant, credentes saluos esse non posse. Ergo & Timotheū circuncidit propterea, ne Iudæis, & maxime cognationi eius mater n. sic uiderentur qui ex gentibus in Christū

33. 9. 9.
sn̄iam.

crediderant, detestari circūcisionē, sicut idolatria detestanda est, cū illā Deus fieri p̄cepit, hanc Satanas p̄suaserit. Et Titum propterea nō circuncidit, ne occasionem daret eis q̄ sine circuncisione dicebant credentes saluos esse non posse, & ad deceptionē gentiū hoc et Paulū sentire iactarent. Quod ipse satis significat, ubi ait: Sed neq; Titus, qui me cū erat, cum esset Græcus, compulsus est circūcidi, p̄p̄ subintroductos autē falsos fratres, q̄ subintroierāt p̄seruari libertatē nostrā, vt nos in seruitutē redigerēt, quibus nec ad horam cessimus subiectioni, ueritas Euangelij permaneat apud nos, Hic apparet qd̄ eos captare intellexerit, vt non faceret qd̄ in Timotheo fecerat, & q̄ ea libertate facere poterat, qua ostēderat illa sacramēta nec tanquā necessaria debere appeti, nec tanquā sacrilega debere dānari. Sed cauendū est uidelicet in hac disputatione, ne sicut philosophi quædam facta hominū media dicamus inter recte factū & peccatū, q̄ neq; in recte factis, neque in peccatis numerent, & urgeamur eo, qd̄ obseruare legis ceremonias, non pōt esse indifferens, sed aut bonū, aut malū: Vt si bonū dixerimus, ea nos quoq; obseruare cogamur, si aut malum, non uere, sed simulate ab Apostolis obseruatas esse credamus. Ego uero Apostolis non tam exemplū philosophorū timeo, qm̄ & illi in sua disputatione uerū aliquid dicunt, q̄ forensium aduocatorum, qm̄ in alienarū causarū actione mētiant. Quorū similitudo, si in ipsa expositione epistolæ ad Galatas ad cōfirmādā simulationē Petri & Pauli putata est decēter iduci, quid ego apud te timeā nomen philosophorū? qui non propterea uani sunt, quia omnia falsa dicunt, sed q̄ & falsis plerisq; confidūt, & ubi uera ueniunt dicere, a Christi gratia, qui est ipsa ueritas, alieni sunt. Cur autē nō dicā præcepta illa ueterū sacramentorū nec bona esse, quia nō eis homines iustificant, umbræ n. sunt, p̄nunciantes gratiam qua iustificamur, nec tamen mala, quia diuinitus præcepta sunt, temporibus p̄sonisq; cōgruētia, cū me adiuuet etiam prophetica sentētia, qua dicit Deus se illi populo dedisse præcepta non bona. Forte enim propterea non dixit mala, sed tantum non bona, id est, non talia, ut illis homines boni fiant, aut sine illis boni non fiant. Vellē me doceret benigna synceritas tua, utrum simulate

Galat. 2.

D

E

Obs̄eruat̄
nō est
p̄nunciatis
gratiam
qua iustificamur
nec tamen
mala, quia
diuinitus
præcepta
sunt, tempo-
ribus p̄sonisq;
cōgruētia

Dist. 12.
illa.

Obs̄eruat̄
nō est
p̄nunciatis
gratiam
qua iustificamur
nec tamen
mala, quia
diuinitus
præcepta
sunt, tempo-
ribus p̄sonisq;
cōgruētia

mulatē quisq; sanctus orientalis, cū Romam uenerit, ieiunet sabbato excepto illo die paschalis uigilia? Qd̄ si malū esse dixerimus, nō solū Romanā Ecclesiā, sed et multa ei vicina & aliquanto remotiora dānabimus, ubi mos idē tenet & manet. Si autē non ieiunare sabbato malū putauerimus, tot ecclesias orientis, & multo maiore orbis Christiani partē, qua temeritate criminabimur? Placet ne tibi ut mediū quiddam esse dicamus, qd̄ tñ acceptabile sit ei, qui hoc non simulate, sed congruenti societate atq; obseruantia fecerit? Et tñ nihil indē legimus in canonicis libris p̄ceptū esse Christianis: quantomagis illud malū dicere non audeo, quod Deū præcepisse ipsa Christiana fide negare non possum, qua didici, non eo me iustificari, sed grā Dei per Iesum Christum dñm nrm̄? Dico ergo circūcisionē prāputij, & cetera hm̄oi, priori populo per testm̄, qd̄ uetus d̄, diuinitus data, ad significationem futurorū, quæ per Christū oportebat impleri, quibus adueniētibus, remansisse illa Christianis legenda tñ ad intelligentiā præmissę prophetiæ, non autem necessariō faciēda quasi adhuc expectandū esset, vt ueniret fidei reuelatio q̄ his significabatur esse uentura. Sed quanuis gentibus imponenda non essent, non tñ sic debuissent auferri à consuetudine Iudæorum, tanquam detestāda atque damnāda. Sensim proinde atq; paulatim seruētē sanē prædicatione gratiæ Christi, qua sola nosse credēs se iustificari saluosq; fieri, non illis vmbriis rerum antea futurarū, tunc iam uenientium atq; p̄ntium, vt in illorum Iudæorū uocatione, quos p̄ntia carnis domini, & Apostolica tēpora sic inuenierant, omnis illa actio consumeretur vmbriarum: hoc eis suffecisse ad commendationem, vt non tanquā detestanda, & similis idolatriæ vitaretur, vltra uero non habere progressum, ne putaretur necessaria tanq̄ vel ab illa salus esset, vel sine illa esse non posset. Qd̄ putauerunt hæretici, qui dū uolunt & Iudæi esse & Christiani nec Iudæi nec Christiani esse potuerunt. Quorum sn̄iam mihi cauendam, quamuis in ea nunquam fuerim, tñ beneuolentissimē admonere dignatus es. In cuius sententiæ non consensionē sed simulationem Petrus timore inciderat, vt de illo Paulus uerissimē scriberet qd̄ eū uidisset non rectē ingredientē ad ueritatem Euangelij, eiq;

G

uerrissimē diceret qd̄ gentes iudaizare cogebat. Qd̄ Paulus utiq; non cogebat, ob hoc illa uetera ueraciter ubi opus esset, obseruans, vt dānanda non esse monstraret: p̄dicans tñ instantes nō eis, sed reuelata gratia fidei saluos fieri, ne ad ea quæquā uelut necessaria suscipiēda cōpelleret. Sic autē credo Apostolum Paulū ueraciter cuncta illa gessisse, nec tñ nunc quenquā factū ex Iudæo Christianum, vel cogo vel sino talia ueraciter celebrare, sicut nec tu cui vs̄ Paulus ea simulate, cogis istū uel finis talia simulare. An uis ut et ego dicam hanc esse summā q̄onis, imō sententiæ tuę, vt post Euangelium Christi, be neficiant credentes Iudæi, si sacrificia offerant q̄ obtulit Paulus, si filios circuncidant, si sabbatū obseruent, vt Paulus in Timotheo, & oēs obseruare Iudæi, dū hæc simulate ac fallaciter agant? Hoc si ita est, non iā in hæresim Hebionis, uel eorū quos uulgo Nazareos nuncupant, uel quālibet aliā ueterē, sed nescio in q̄ nouā delabimur, q̄ sit eo perniciosior, quo non errore sed proposito est ac uoluntate fallaci. Qd̄ si rñdeas, vt te ab hac purges sn̄ia, tunc Apostolos ista laudabiliter simulasse, ne scādalizarent infirmi qui ex Iudæis multi crediderant, & ea respuenda nondū intelligebant. Nunc uero cōfirmata p̄ tot gentes doctrina grā Christianæ, confirmata et p̄ omnes Christi ecclesias lectione legis & prophetarū, quo hæc intelligenda nō obseruanda recitentur, quisquis ea simulando agere uoluerit, uideat insanire: cur mihi non licet dicere Apostolū Paulū, & alios rectē fidei Christianos, tunc illa uetera sacra paululum obseruando ueraciter cōmendare debuisse, ne putarentur illæ propheticę significationis obseruationes à piissimis patribus custoditę, tanq̄ sacrilegia diabolica à posteris detestatę? Iam. n. cū uenisset fides q̄ prius illis obseruationibus p̄nunciata post mortē & resurrectionē dñi reuelata est, amiserant tanquam uitā officij sui. Veruntū sicut defuncta corpora necessariorum officij deducenda erant quodāmodo ad sepulturam, nec simulate sed religiosē, non autē deserenda continuo, uel inimicorū obreclationibus tanq̄ canū moribus proijcienda. Proinde nunc quisquis Christianorū, quibus sit ex Iudæis similiter ea celebrare uoluerit, tanq̄ sopitos cineres eruens, nō erit opus deductor uel baiul⁹ corporis.

H

corporis, sed impius sepultura violator. Fa-
 teor sane in eo, quod epistola mea continet, quod
 iohanna sacra Iudeorum Paulus celebranda suscepe-
 rat, cum iam Christi esset Apostolus, ut doce-
 ret non esse perniciose iis qui ea vellunt, sicut
 a parentibus per legem acceperant, custodire:
 minus me posuisse, illo duxerat tempore, quo pri-
 mus erat perniciosum, progressu vero tempore erat
 perniciosum, nisi illa observationes ab omnibus
 Christianis desererentur: ne, si tunc fierent,
 non discerneretur quod Deus populo suo per
 Moysen praecepit, ab eo quod in templis de-
 moniorum spiritus immundus instituit. Pro-
 inde potius culpanda est negligentia mea,
 quia hoc non addidi, quod obiurgatio tua. Ve-
 runtamen longe antequam literas tuas accepis-
 sem, scribens per Faustum Manichaeum quomodo
 eundem locum, quamvis breuiter explicaue-
 rim, et hoc illic non praetermiserim, et lege-
 re poterit, si non dedignetur benignitas tua,
 et a charissimis nostris, per quos nunc haec scripta
 misi, quomodo volueris tibi fides fiat, illud me an-
 te dixisse: mihi quod de anno meo crede, quod co-
 ram Deo loquens iure charitatis exposco, nunquam
 mihi visum fuisse et nunc Christianos ex Iudeis
 factos, sacra illa vetera quolibet affectu celebra-
 re, et quomodo anno debere ab eis nullo modo
 coli: cum illud de Paulo semper senserim, ex quo
 illius mihi literae innotuerunt, sicut nec tibi
 visum hoc tempore, cuiquam esse simulanda
 ista, cum hoc fecisse Apostolos credas. Proinde
 sicut tu es proloquens, et licet reclamante (sicut
 scribis) mundo, libera voce pronuncias cere-
 monias Iudeorum, et perniciosas esse et mortiferas
 Christianis, et quocumque eas obseruauerit, siue
 ex Iudeis siue ex gentibus eum in barathrum
 diaboli deuolutum. Ita ergo hanc voce tua omni-
 no confirmo, et addo: Quicumque eas obseruauerit,
 siue ex Iudeis siue ex gentibus, non solum
 veraciter verum et simulatum, eum in barathrum
 diaboli deuolutum. Quid quaeris amplius? Sed
 sicut tu simulationem Apostolorum ab huius
 temporis ratione secernis, ita ego Pauli
 Apostoli veracem tunc in his omnibus conuersationem
 ab huius temporis, quantum minime simulata
 ceremoniarum Iudaicarum obseruatione
 secerno, quoniam tunc fuit approbanda, nunc
 detestanda. Ita quantum legerimus: Lex et
 prophetarum usque ad Ioannem Baptistam, et
 quia prope quaerebant Iudei

2. Retr. 7

Luc. 16.
Ioan. 5.

Christum interficere, quia non solum soluebat
 sabbatum, sed et patrem suum dicebat Deum, quae
 lem se faciens Deo: et quia gratiam pro gratia
 accepimus, et quoniam lex per Moysen data est,
 gratia autem et veritas per Iesum Christum facta
 est. Et per Hieremiam promissum est daturum
 Deum testimonium nouum domui Iudaicae, non
 secundum testimonium quod disposuit patribus
 eorum: non tamen arbitror ipsum dominum
 fallaciter a parentibus circumcisum. Aut si hoc
 prope aetate minime prohibebat, nec illud
 arbitror eum dixisse fallaciter leproso, quem
 certe non illa per Moysen praecipita obseruatio,
 sed ipse mundauerat: Vade et offer pro te
 sacrificium quod praecipit Moyses in testimonium
 illis. Nec fallaciter ascendit ad diem festum,
 usque adeo non causa ostentationis coram
 hominibus, ut non euidenter ascenderit, sed
 latenter. At nunc dixit idem Apostolus: Ecce
 ego Paulus dico vobis quia si circumcidamini,
 Christus vobis nihil proderit. Decepit ergo
 Timotheum, et fecit ei nihil prodesse Christum?
 An quia hoc fallaciter factum est, ideo non
 obfuit? At ipse hoc non posuit: nec ait, Si
 circumcidamini veraciter sicut nec fallaciter,
 sed sine vlla exceptione dixit: Si circumcidamini,
 Christus vobis nihil proderit. Sicut ergo vis
 hic locum dare sententiae tuae, ut velis
 subintelligi nisi fallaciter, ita non impudenter
 flagito, ut etiam nos illic intelligere finas
 eis dictum: Si circumcidamini, qui prope
 volebant circumcidi, quod aliter se putabant
 in Christo saluos esse non posse. Hoc ergo
 animo, ac voluntate, ista intentione quisquis
 tunc circumcidebatur, Christus ei nihil omnino
 proderat. Sicut alibi aperte dicit: Nam si
 per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus
 est? Hoc ergo declarat, et quod ipse commemorasti.
 Euacuati estis a Christo, qui lege iustificamini,
 a gratia excidistis. Illos itaque arguit qui se
 iustificari in lege credebant, non qui legitima
 illa in eius honore, a quo mandata sunt, obseruabant,
 intelligentes et quae praenunciandae veritatis
 ratione mandata sint, et quousque debeant
 perdurare. Vnde est illud quod ait: Si spiritu
 ducimini, non adhuc estis sub lege. Vnde
 velut colligis apparere, qui sub lege est,
 non dispensatiue, ut nostros putas voluisse
 maiores, sed verum ut ego intelligo, eum spiritum
 sanctum non habere: magna mihi videtur
 quaestio, quid sit esse sub lege sic, quemadmodum

Ioan. 1.
Hier. 31.

M

Galat. 5.

A
Gal. 2.

dum Apostolus culpatur. Neque enim hoc eum prope
 circumfessionem arbitror dicere, aut illa sacrificia,
 quae tunc facta a patribus nunc a Christianis non
 fiunt, et caetera huiusmodi, sed hoc ipsum est
 quod lex iubet: Non concupisces, quod fatemur
 certe Christianos debere obseruare, atque
 Euangelica maxime illustratione praedicari.
 Legem dicit esse sanctam, et mandatum sanctum
 et iustum, et bonum. Deinde subiungit: Quod
 ergo bonum est mihi factum est mors? Absit,
 sed peccatum ut appareat peccatum, pro bonum
 mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum
 peccator aut peccatum, pro mandatum. Quod
 autem hic dicit, peccatum pro mandatum fieri
 supra modum, hoc alibi ait: Lex subintravit
 ut abundaret delictum. Vbi autem abundavit
 delictum, superabundauit, et gratia. Et alibi,
 cum superius de dispensatione gratiae loqueretur,
 quod ipsa iustificet, velut interrogans ait. Quid
 ergo lex? Atque huic interrogationi continuo
 respondit. Prauaricationis gratia posita est,
 donec veniret semet cui promissum est. Hos
 ergo damnabiliter dicit esse sub lege, quos reos
 facit lex, non implentes legem, dum non
 intelligendo gratiae beneficium ad faciendam
 Dei praecipita, quasi de suis uiribus superba
 elatione presumunt. Plenitudo enim legis
 charitas. Charitas uero Dei diffusa est in
 cordibus nostris, non pro nobis, sed per spiritum
 sanctum qui datus est nobis. Sed huic rei
 quantum fati est explicandae, plerumque fortasse
 et sui proprii voluminis sermo debet. Si ergo
 illud quod lex ait: Non concupisces, si humana
 infirmitas gratia Dei adiuta non fuerit, sub se
 reuinet, et prauaricatorum potius damnat, quam
 liberat peccatorum, quanto magis illa quae
 significationis causa praecipita sunt, circumcisio
 et caetera, quae reuelatione gratiae latius
 innotescere necesse fuerat aboleri, iustificare
 neminem poterant? Non tamen ideo fuerant
 tanquam diabolica gentium sacrilegia fugienda,
 et cum ipsa gratia iam ceperat reuelari,
 quae umbris talibus fuerat praenunciata:
 sed praemitenda paululum eis maxime quae
 ex illo populo cui data sunt uenerant. Postea
 uero tanquam cum honore sepulta sunt, a
 Christianis omnibus irreparabiliter deferenda.
 Hoc autem quod dicis, non dispensatiue ut
 nostri uoluerunt maiores, quid tibi uult oro
 te? Aut enim hoc est quod ego appello officiosum
 mendacium, ut haec dispensatio sit officium
 uelut honeste mentiendi, aut quid

Roma. 7.

Roma. 5.

Galat. 4.

Rom. 13.
Roma. 5.

Dispensatio.

aliud sit omnino non video, nisi forte addito
 nomine dispensationis fiat, ut mendacium non sit
 mendacium. Quod si absurdum est, cur ergo non
 aperte dicis officiosum mendacium defendendum,
 nisi forte nomen te mouet, quia non tam
 uisatum est in Ecclesiasticis libris uocabulum
 officii, quod Ambrosius noster non timuit, quod
 suos quosdam libros uelut praecipitorum
 plenos, de officiis uoluit appellare? An si
 officiose mentiat quisque culpandus est, si
 dispensatione approbandus? Rogo te mentiat
 ubi legerit quod hoc putat, quod et in hoc
 magna quod est, sitne aliquando mentiri uiri
 boni, inuicem uiri Christiani, qualibus dictum
 est, Sit in ore uestro, est est, non non, ut non
 sub iudicio decidatis. Et qui cum fide audiunt:
 Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Sed
 (ut dixi) et alta et magna quod est, eligat
 quod uoluerit qui hoc existimat ubi mentiat,
 dum tamen a scribentibus auctoribus
 sanctarum scripturarum et maxime canonicarum,
 inconcussa credatur et defendatur omnino
 abesse mendacium, ne dispensatores Christi
 de quibus dictum est, Hic iam quaeritur
 inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur,
 tanquam magnam aliquid sibi fideliter didicisse
 uideatur, pro ueritatis dispensatione mentiri,
 cum ipsa fides, in Latino sermone ab eo
 dicatur appellata, quae sit quod dicitur. Vbi
 autem sit quod dicitur, mentiendi utique, non
 est locus. Fidelis igitur dispensator Apostolus
 Paulus, proculdubio nobis exhibet in scribendo
 fidem, quia ueritatis dispensator erat, non
 falsitatis. Ac per hoc uerum scripsit uidisse se
 Petrum non recte ingredientem ad ueritatem
 Euangelii, eique in faciem restitisse, quod
 gentes coegeret Iudaizare. Ipse uero Petrus,
 quod a Paulo fiebat uiliter libertate charitatis,
 sancta ac benigna pietate humilitatis accepit,
 atque ita rarius et sanctius exemplum posteris
 praebuit, quo non dedignarentur, sicut
 forte recti traherentur, etiam a posterioribus
 corrigi, quam Paulus, quod confidenter
 auderet etiam minores maioribus pro
 defendenda Euangelica ueritate (salua
 fraterna charitate) resistere. Nam cum
 satis multo sit a tenendo itinere in nullo
 quam in aliquo declinare, multo est tamen
 mirabilius et laudabilius libenter accipere
 corrigentem, quam audacter corrigere
 deuiantem. Est laus itaque iuste libertatis
 in Paulo, et sanctae humilitatis in Petro,
 quae (quantum mihi pro modulo meo videtur)

D
Ambrosius.

Mat. 5.
Psal. 5.

1. Cor. 5.

Fidelis.

E

videtur) magis fuerat aduersus calumniantē Porphyrium defendenda, q̄ vt ei daret ob-
 trectandi maior occasio, qua multo morda-
 cius criminaretur Christianos fallaciter vel
 suas literas scribere, vel Dei sui sacramenta
 tractare. Flagitas à me vt aliquē saltē unū ostē-
 dam, cuius in hac re sententiam sim sequu-
 tus, cū tu tam plures nominatim cōmemora-
 ueris, qui te in eo qđ adstruis, præcesserunt,
 petens vt in eo, si e rephendo errantē, patiar
 te errare cum talibus, quorū ego fateor, ne-
 minem legi, sed cū sint ferme sex vel septem,
 horū quatuor autoritatē tu quoq; infringis.
 Nam Laodicenum, cuius nomen taces, de ec-
 clesia dicis nuper egressum, Alexandrū autē
 veterē hēreticum: Origenē verò ac Didymū,
 reprehensos abs te lego in recentioribus opu-
 sculistiuis, & non mediocriter, nec mediocri-
 bus q̄onibus, quāuis Origenem mirabiliter
 ante laudaueris. Cum his ergo errare puto,
 quia nec te ipse patieris, quāuis hoc perinde
 dicatur, ac si in hac sūta non errauerint. Nam
 q̄s est qui se velit cum quolibet errare? Tres
 igitur restant, Eusebius Emisenus, Theodo-
 rus Heracleotes, quē paulopost cōmemo-
 ras, Ioannes, qui dudū in pontificali gradu
 Constantinopolitanā rexit ecclesiā. Porrò si
 quæras vel recolas qđ hinc senserit noster
 Ambrosius, quid nolter itidē Cyprianus, in-
 uenies fortasse nec nobis defuisse, quos in eo
 quod asserimus sequeremur, quāquā sicut
 pauloante dixi, tantummodo scripturis can-
 onicis hanc ingenuā debeam seruitutē, qua
 eas solas ita sequar, vt cōscriptores earū nihil
 in eis omnino errasse, nihil fallaciter posuif-
 se non dubitē. Proinde cū quæro tertium, vt
 tres ēt ego tribus opponā, possem quidē (vt
 arbitror) facillē reperire si multa legissem, ve-
 runtamen ipse mihi pro his oībus, imò supra
 hos oēs Apostolus Paul⁹ occurrit. Ad ipsum
 confugio, ad ipsum omnes qui aliud sentiunt
 literalibus suis tractatibus prouoco, ipsum
 interrogās interpello & requiro, in eo quod
 scriptum est ad Galatas, vidisse se Petrum nō
 rectē ingredientē ad ueritatē Euangelii, eiq;
 in faciē propterea restitisse, quod illa simula-
 tione gentes iudaizare cogebat. Vtrum uerū
 scripserit, an fortē nescio qua dispensatiua
 falsitate mentitus sit. Et audio cū paulo supe-
 rius in eiuſdē narrationis exordio, religiosa
 voce mihi clamantē. Quæ aut scribo vobis,

ecce corā Deo quia nō mentior. Dent veniā
 quilibet aliud opinantes, ego magis credo tā-
 to Apostolo in suis & pro literis iuranti, q̄
 cuiquā doctissimo de alienis literis disputan-
 ti: Nec dici timeo sic Paulū defendere, quod
 nō simularit errorē Iudæorū, sed uerē fuerit
 in errore, qm̄ neq; simulabat errorem, qui
 libertate Apostolica, sicut illi tēpori cōgrue-
 bat, vetera illa sacramēta, ubi opus erat, agen-
 do, cōmendabat ea, non Satanæ uerſutia de-
 ciendi hominibus, sed Dei prouidētia præ-
 nunciandis rebus futuris propheticē consti-
 tuta. Nec uerē fuerat in errore Iudæorum, q̄
 non solū nouerat, sed ēt instāter & acriter p̄-
 dicabat eos errare, qui putabāt gentibus im-
 ponenda, vel iustificationi quorumcunq; fi-
 delium necessaria. Quod aut dixi eū factū Iu-
 dæis tanquā Iudæū, & tanquā gentilem gen-
 tibus, non mentientis astu, sed compatientis
 affectu, quemadmodū dixerim parū mihi vi-
 sus es attendisse. inuimò ego fortasse nō satis
 hoc explanare potuerim. Neq; n. hoc ideo
 dixi, qđ misericorditer illa simulauerit, sed
 quia sic ea non simulauit, q̄ faciebat similia Iu-
 dæi quemadmodū nec illa, q̄ faciebat similia
 gentibus, q̄ tu quoq; cōmemorasti, atque in
 eo me qđ non ingrātē fateor adiunxisti. Cū, n.
 abs te qđ fuissem in epistola mea, quō putē, iō
 factus Iudæis tanquā Iudæus, quia fallaciter
 suscepit sacramenta Iudæorum, cum & gēti-
 bus tanquam gentilis factus sit, nec tamen sus-
 cepit fallaciter sacrificia gentium, tu respon-
 disti, in eo factum gentibus tanquam genti-
 lem quod præputium receperit, q̄ indifferen-
 ter permisit uesci cibis, quos damnant Iu-
 dæi. Vbi ego quæro, utrum & hoc simulate
 fecerit. Quod si absurdissimum atque falsissi-
 mum est, sic ergo & illa, in quibus Iudæorū
 consuetudini congruebat libertate prudenti,
 non necessitate seruili, aut quod est indi-
 gnus dispensatione fallaci potius quam fide-
 li. Fidelibus enim & ijs qui cognouerunt ve-
 ritatē, sicut ipse testatur, nisi forte & hic fal-
 lit, omnis creatura Dei bona est, & nihil abij-
 ciendum, quod cum gratiarum actione acci-
 piatur. Ergo & ipsi Paulo non solum viro, ve-
 rum etiam dispensatori maxime fideli, non
 solum cognitori, verum etiam doctiori ve-
 ritatis, omnis utiq; in cibis creatura Dei non
 simulate sed uere bona erat. Cur igitur ni-
 hil simulate suscipiendo sacrorum ceremo-
 niarumq;

H Galat. 1.

niarumq; gentilium, sed de cibis & præputio
 vera sentiēdo atq; docendo, tū tanq̄ gentilis
 factus est gentibus, & non potuit fieri tanq̄
 Iudæus Iudæis, nisi fallaciter suscipiendo sa-
 cramēta Iudæorū? Cur oleastro inserto serua-
 uit dispensationis ueracē fidē, & naturalibus
 ramis, non extra, sed in arbore constitutus ne-
 scio qđ dispensatoriæ simulationis velamen
 obtendit? Cur factus tanquā gentilis gentib.
 qđ sentit docet, qđ ait sentit: Factus aut tanq̄
 Iudæus Iudæis, aliud ī pectore claudit, aliud
 promittit in uerbis, in factis, in scriptis? Sed
 absit hoc sapere. Vtriusq; n. debebat charitatē
 de corde puro & conscientia bona, & fide
 non ficta. Ac per hoc oībus omnia factus est,
 vt omnes lucrifaceret, non mentientis astu,
 sed compatientis affectu, Id est, non omnia
 mala hominū fallaciter agendo, sed aliorum
 omnium malis oībus, tanquam si sua essent, mi-
 sericordis medicinā diligentīā procurando.
 Cū itaq; illa testamenti ueteris sacramenta ēt
 sibi agenda minime recufabat, non misericor-
 diter fallebat, sed omnino non fallens atque
 hoc mō a domino Deo illa usq; ad certi t̄pis
 dispensationē iussa esse cōmēdas, a sacrilegis
 sacris gentiū distinguebat. Tunc aut nō men-
 tientis astu sed compatientis affectu, Iudæis
 tanq̄ Iudæ⁹ fiebat, qm̄ eos ab illo errore, quo
 vel in Christū credere nolēbant, uel per uete-
 ra sacerdotia sua ceremoniarumq; obserua-
 tiones, se a peccatis posse mundari fieriq; sal-
 uos existimabant, sic liberare cupiebat, tanq̄
 ipse illo errore teneretur, Diligens, utiq; pro-
 ximū tanquā seipsum, & hæc faciens, q̄ sibi
 ab alijs fieri uellet, si hoc illi opus esset. Qđ
 cum dominus monuisset adiunxit: Hęc est. n.
 lex & p̄phetę. Hūc cōpatiētis affectū, in eadē
 epistola ad Galatas præcipit dicēs. Si p̄ occu-
 patus fuerit hō in aliquo delicto, vos q̄ spiri-
 tales estis instruite huiusmodi in spiritu leni-
 tatis, attendēs teipsum, ne & tu teneris. Vide
 si non dixit, fieri tanquā ille, ut illum lucrif-
 acias. Non utiq; ut ipsum delictū falaciter
 ageret, aut se id habere simularet, sed ut in al-
 ternis delicto, qđ ēt sibi accidere posset, attē-
 deret, atq; ita alteri, tanq̄ sibi ab altero uellet,
 misericorditer subueniret, hoc est, non men-
 tientis astu, sed cōpatiētis affectu, sic Iudæo,
 sic gentili, sic cuiilibet homini, Paulus, in erro-
 re, uel peccato aliquo cōstituto, nō simulan-
 do qđ nō erat, sed cōpatiēdo quia esse potuif-

1. Cor. 7.

Matt. 2. Galat. 6.

set, tanquam qui se hominē cogitaret, oībus
 omnia factus est vt omnes lucrifaceret. Teip-
 sum, si placet (obsecro te) paulisper intueri,
 teipsum inquā erga memetipsum & recole,
 vel si habes conscripta relege uerba tua in il-
 la epistola quā mihi per fratrem nostrū iā col-
 legā meū Cyprianū breuiorē misisti, q̄ uera-
 ci, q̄ germano, q̄ pleno charitatis affectu, cū
 qđā me in te cōmisisse exostulasses, graui-
 ter subiunxisti. In hoc lædi amicitia, In hoc
 necessitudinis iura uolantur, ne videamur
 certare puertiliter, & fautorib. inuicē, vel de-
 tractoribus nostris tribuere materiam contē-
 dendi. Hęc abs te uerba, non solū ex animo
 dicta sentio, uerum etiam benigno animo ad
 consulendū mihi. Deniq; addis, quod, ēt si
 non adderes, appareret, & dicis: Hęc scribo
 quia pure & Christiane diligere te cupio,
 nec quicquā in mea mēte retinere qđ distera la-
 bijs. O uir sancte mihiq; (vt Deus uidet aīam
 meā) ueraci corde dilectē, hoc ipsum quod
 posuisti in literis tuis, qđ te mihi exhibuisse
 nō dubito, hoc ipsum omnino Apostolum
 Paulū credo exhibuisse in literis tuis, nō vni
 cuiilibet hōi, sed Iudæis & Græcis, & oībus
 gentibus filiis suis quos in Euangelio genuer-
 at, & quos iterū pariēdos parturiebat, & de
 inde posterorū tot milibus fidelīū Christia-
 norū, p̄ quos illos illa memoriæ mādabat
 epistola, vt nihil in sua mente retineret, quod
 distaret a labijs. Certe factus es ēt tu tanq̄ ego
 non mentientis astu, sed cōpatiētis affectu, cū
 cogitares tam me non relinquendū in ea cul-
 pa in quā me prolapsus existimasti, q̄ nec te
 uelles, si eo mō prolapsus esses. Vñ agēs gra-
 tias, beneuolæ menti erga me tuæ, simul pos-
 sco ut ēt mihi non succenseas, quod cum in
 opusculis tuis aliqua me mouerent, motum
 meū intimaui tibi, hoc erga me ab oībus ser-
 uari uolens quod erga te ipse seruauī, vt quic-
 quid improbandum putant in scriptis meis,
 nec laudēt subdolo pectore, nec ita reprehē-
 dant apud alios, ut taceāt apud me. Hinc po-
 tius existimāt lædi amicitia & necessitudi-
 nis iura uiolari. Nescio. n. utrum Christianæ
 amicitia putandæ sint, in quibus magis ua-
 let uulgare prouerbium: Obsequium amicos,
 ueritas odium parit, quam ecclesiasticū,
 Fideliora sunt uulnera amici, quam uolunta-
 ria oscula inimici. Proinde charissimos
 nostros qui nostris laboribus syncesime B
 Aug. Tomus secundus. d. fauent

Terent. Pro. 27.

fauent, hoc potius quanta possumus instantia doceamus, quo sciat fieri posse, ut iter charissimos aliqd alterutro sermone contradicatur, nec tñ charitas ipsa minuat, nec veritas odium pariat, q̄ debetur amicitia, siue illud verum sit quod contra dicitur, siue corde veraci qualecunq; sit dicitur, non retinendo in mente quod distet à labijs. Credant itaq; fratres nostri familiares tui, quibus testimoniū perhibes qd̄ sunt vasa Christi, me inuito factū, nec mediocrē de hac re dolorē inesse cordi meo, qd̄ litera mea prius in multorū manus venerunt, q̄ ad te ad quē scripte sunt, peruenire potuerunt. Quo aut̄ mō id acciderit, & longum est enarrare, & (nisi fallor) superfluū, cum sufficiat si qd̄ mihi in hoc creditur, non eo factū animo quo putatur, nec omnino meae fuisse voluntatis aut dispositionis aut cōsensionis aut saltem cognitionis ut fieret. Hoc si nō credūt, qd̄ teste Deo loquor, quid amplius faciam non habeo. Ego tñ, absit ut eos credam hęc tuā sanctitati maleuolamēte suggerere, ad exercitandas inter nos inimicitias, quas misericordia dñi Dei nostri auertat à nobis, sed sine vllo nocēdi animo, facilē de homine humana vitia suspicari. Hoc n. me de illis, æquum est credere, si vasa sunt Christi, non in contumeliā, sed in honorē facta & disposita in domo magna à Deo in opus bonū. Quod si post hanc attestationē meā, si in noticiā eorū uenerit, face-re voluerint, q̄ non recte faciant, & tu vides. Quod sanē scripseram nullū me librū aduersus Romā misisse, iō scripserā, q̄ & libri nomen, ab illa epistola discernēbam. Vnde omnino nescio qd̄ aliud te audisse existimauerā, nec Romā, ipsam epistolā, sed tibi miseram, & aduersus te nō esse arbitrābar, quod sinceritate amicitia, siue ad admonendum, siue ad te, vel me abs te corrigendum fecisse me noueram. Exceptis autem familiaribus tuis, te ipsum obsecro per gratiam qua redēpti sumus, ut quæcunq; tua bona, quæ tibi pietate domini concessa sunt, in literis meis posui, non me existimes infidioso blandiloquio posuisse. Si quid autem in te peccauit, dimittas mihi. Nec illud quod de te, nescio cuius poetæ factum, ineptius fortasse quam literatus a me cōmemoratum est, amplius quam dixi, ad te trahas, cum continuo subiecerim, nō hoc ideo me dixisse, ut oculos cor-

dis reciperes, quos absit nunq̄ ut amiseris, sed ut aduerteres quos sanos ac vigiles haberes. Propter solā ergo *παλιωδιαν*, si aliquid scripserimus, qd̄ scripto posteriore destrueri debeamus, imitandā, nō pp̄ Stefichori cecitatē, quā cordi tuo nec tribui, nec timui, attingendū illud existimaui, atq; identidē rogo, ut me fidēter corrigas, vbi mihi hoc opus esse p̄spexeris. Quāq; n. fm̄ honorū vocabula, q̄ iam ecclesie vñs obtinuit, Episcopatus presbyterio maior sit, tñ in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est, licet et̄ à minore quolibet, nō sit refugienda vel dedignāda correctio. De interpretatione tua iam mihi p̄suasisti, qua vtilitate, scripturas volueris transferre de Hebræis, ut. s. ea quæ à Iudæis prætermissa, vel corrupta sunt, proferres in mediū. Sed insinuare digneris peto, à quibus Iudæis, utrum ab eis ipsi, qui añ aduētū dñi interpretati sunt, & si ita est, quib. vel quonā eorū, an ab istis posterius q̄ propterea putari possunt, aliqua de codicibus Græcis, vel subtraxisse vel in eis corrupisse, ne illis testimoniis de Christiana fide cōuincerētur. Illi aut̄ anteriores, cur hoc facere voluerint, nō inuenio. Deinde nobis mittas obsecro, interpretationē tuā de septuaginta, quā te adidisse nesciebā. Librū quoq; tuū, cuius mētionē fecisti, de optimo genere interpretandi, cupio legere, & nosse, quō coequāda sit in interpretate peritia linguarū cōiecturis eorū, q̄ scripturas edifferendo p̄trastāt, quos necesse est et̄ si recte atq; vnius fidei fuerint varias parere in multorū locorū obscuritate sentētiās, quā uis nequaquā ipsa varietas ab eiuldē fidei unitate discordet. Sicut et̄ unus tractator fm̄ eandē fidē, aliter, atq; aliter, eūdē locū pōt exponere, q̄ hoc eius obscuritas patit. Iō at̄ desidero interpretationē tuā de septuaginta, ut & tanta Latinorū interpretū, q̄ qualescūque hoc ausi sunt, quātū possumus imperitia careamus, & q̄ me inuidere putāt utilib. laboribus tuis, tandem aliquādo, si fieri potest, intelligant propterea me nolle tuā ex Hebræo interpretationem in ecclesijs legi, ne contra septuaginta auctoritatē, tanquā nouum aliquid proferentes, magno scandalo perturbemus plebes Christi, quarum aures & corda illā interpretationem audire consueuerunt, quæ et̄ ab Apostolis approbata est. Vnde illud apud Ionam virgultū, si in Hebræo nesci hederā

hedera est, nec cucurbita, sed nescio quid aliud trunco suo nixū, nullis sustentandū adminiculis erigat, malle in oib. Latinis, cucurbitam legi. Non n. frustra hoc puto septuaginta posuisse, nisi quia & huic simile sciebant: satis me, immō fortasse plus q̄ satis, tribus epistolis tuis respondisse arbitror, quarū duas per Cyprianum accepi, vnam p̄ Firmum. Rescribe quod visum fuerit ad nos vel alios instruendos. Dabo aut̄ operam diligentiorē quantū me adiuuat dominus, ut literas quas ad te scribo, prius ad te perueniāt, quam ad quenquam, à quo latius dispergantur. Fateor. n. nec mihi hoc fieri velle de tuis ad me, quod de meis ad te factū iustissimē ex postulas. Tā placeat nobis inuicem, non tñ charitas, verum etiam libertas amicitia, ne apud me taceas, vel ego apud te, quod in nostris literis vicissim nos mouet, eo scilicet animo qui oculis Dei in fraterna dilectione non displicet. Quod si inter nos fieri posse hinc ipsius dilectionis ignicosa offensione nō putas, non fiat. Illa enim charitas, quam tecū habere vellem, profecto maior est, sed melior hęc minor, quā nulla est.

se malle, q̄ virū bonū, Deū, quo nihil est melius, & vnde humanus animus haurit ut bonus sit, quonā mō colēdū credas, audeo percōtari. nam qd̄ eum colendū credas, iam teneo. Quæro etiam quid de Christo sentias. Quod n. eum non paruipendas, aduertit: sed utrum ea, & sola uia, quæ ab illo demonstrata est, ad uitam beatam perueniri posse existimes, & aliqua ex causa non eam negligas ire, sed differas, an & illam vel alias, ad tam optimā, & præ omnibus appetendam possessionem vias esse arbitraris, & aliquam earum, iam te ingredi credas, nosse cupio, ut opinor, non impudenter: diligo enim te, pp̄ id quod supra dixi, meq; abs te diligi non temere existimo, nec ulla de re alia inter eos qui se bene uole nouerūt, sermo fructuosior, uel impenditur, uel repositur, uel accipitur, uel recipitur, quā vnde boni beatique sumus.

Longinianus Augustino ad id respondens in xta Trimegistum & Platonicos, per minores Deos pueniri ad summū Deū, sed nō sine sacris purificatorijs. Epist. XXI.

Augustinus Longiniano Pagano philosopho, prouocans illum ad scribendum quæ sit optima ad felicitatem via, indicans quæ sit apud Christianos. Epist. XX.

Longiniano Augustinus. Solere aiunt quendam veterum dicere, quibus satis persuasum esset, ut nihil mallent se esse q̄ viros bonos, his reliquam facilem esse doctrinā. Hęc sentētia, si rite recolo, Socratica est: longe antiquior prophetica præcesserat, p̄cipiens hominibus breuiter & simul, non tñ ut se nihil malint esse q̄ bonos, verum etiam, vnde fiant boni. Diliges, inquit, dñm Deum tuū, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximū tuū, tanquam teipsum. Hoc cui persuasum esset non ei reliquā facilē, sed eam totam esse doctrinam duntaxat vtilem ac salubrem. Multe enim doctrinae sunt, si tamen doctrinae dicendæ sunt, vel superfluae vel noxiae. Veterum libris Christus attestans: In his, inquit, duobus præceptis, tota lex pendet & propheta. Proinde quia mihi uideor inspexisse tanquam in speculo sermocinationis tuæ, nihil te ef-

Domino uenerando & uere ac merito percolēdo sancto patri Augustino, Longinianus. Beatus sum & relucens purę uirtutis tuæ lumine admodū illustratus, qui dignum me diuini tui assanis honore cumulandum esse duxisti. Sed graue mihi onus, & difficillimam respondendi prouinciam domine uenerande, satis imponis, & præcipue tuis cōtationibus, & sub hoc tempore in talibus explicandis, per meæ opinionis sententiam, id est à Pagano homine: quæstionibus siquidem abundet, quod ex parte uel iam dudum inter nos conuenerit, uel nunc identidē literis magis que conueniat præceptis, nō dicam tantum Socraticis, nec tuis Romanorū uir uere optime prophetis, aut paucis Hierosolymaticis, sed etiam Orpheicis, atq; Aegæticis, & Trimegisticis: longē ante illis antiquioribus, & penē rudibus adhuc seculis, diis auctoribus enatis, & toti orbi terræ certis limitibus partito trifariā diuinitus ostēsis, priusquam nomē aut Europa caperet, aut Asia acciperet, aut Libya possideret, uirū bonū, ut tu medius fidius & eris & fuisti. Siquidē adhuc post hoīum memoria, nisi Xenophonis

figmentis compositæ fabulæ schema concedas, adhuc audierim, legerim, viderim nemine, aut certe post vnum nullum, quod Deo teste, bono periculo certoque dixerim, nisi te, Deum coniti semper agnoscere, & posse puritatem animi corporisque proiecta grauedine sectari facillime, & spe perfectæ conscientie non dubia credulitate tenere. Verum qua via effici possit, magis est ut tu non nescias, & mihi non insinuato extrinsecus aliquo differas, quam ut a me domine procolende scias. Qua tunc (fateor) huius boni in sede profecturus sufficiens, ut mea expetunt sacerdotia, minime necdum, & si tamen potuero, viaticum colligo. Verum quod traditum sancte atque antiquitus teneam atque custodiam, ut potuero paucis edicam. Via est in Deum melior qua vir bonus, pius, iustus, purus, castus, verus dicitur, factusque suis, sine vlla temporum mutatorum captata iactatione probatus, & deorum comitatu vallatus, Dei utique prestantibus emeritus. i. eius vnus & vniuersi & incomprehensibilis & ineffabilis infatigabilisque creatoris impletus virtutibus: Quod (ut verum est) angelos dicitis, vel quid alterum post Deum vel cum Deo, aut a Deo, aut in Deum intentione animi mentisque ire festinat. Via est inquam qua purgati antiquorum sacrorum piis preceptis expiationibusque purissimis & obsecris obseruationibus decocti, anima & corpore constantes deproperant. De Christo autem tuæ iam credulitati carnali & spiritu Dei, per quem in illum summum beatum virum & patrem omnium ire securus es domine pater percollende, non audeo nec valeo quid sentiam, exprimere, quia quod nescio, difficillimum credo definire. Ut autem me cultorem tuarum virtutum, dignatus es iam olim scienti insinuare, quod diligas, satis ad bonæ vite testimonium habeo. Quod cum tibi displiceat, quod Deo, pro te animaque tuam quotidie insinuas, custodio, intelligis proculdubio quod & ego te delectabiliter diligam, cum tui iudicij de me habiti norma lineaque accipies teneam. Sed ante omnia quaeso te, ut exiguae opinionis meae veniam concedas, & sermone meo ad te, quod coegisti, remisso fortiter incongruo facile indulgeas, & me quid de his existimes, vel tu quod sentias, sanctis scriptis tuis, ut ille ait, iam non melle, sed nectare dulcioribus, si mereor, informare digneris, Dei pietate profueris domine pater, ac perpetua sanctitate Deo placeas, quod necesse est.

Augustinus Longiniano, cætera probas, hoc tantum explanari quaerens, quid putarit opus sacrificij ei, qui iam diuinis virtutibus sit circumuallatus. Epist. XII.

Longiniano Augustinus. Cepi fructum scripti mei, rescriptum. bene uolenti tue. Vnde iam video exortum & exortum inter nos magnam hac de re magnam disputationis quasi selementem, hoc est quod volebam prius, deinde quod adhuc volo, Deus adiuuabit. Id autem est ut hoc coeptum debito ac salubri fine claudat. Proinde quod de Christo nihil temere tibi vel negandum vel affirmandum putasti, hoc in Pagani animo temperamentum non inuitus acceperim. Quod verum est scriptis meis doceri te cupis de hac re, nequaquam abnuam neque desistam huic tam bonæ mihique charissimæ seruire uoluntati tuæ. Sed prius opus est eliquare quod recipiam sententiam tuam de antiquis sacris. Cum enim dixisses eam uiam in Deum esse meliorem qua vir bonus, pius, iustus, purus, castus, ueris dicitur, factisque sine vlla temporum mutatorum captata iactatione probatus, & deorum comitatu vallatus, Dei utique prestantibus emeritus. i. eius vnus & vniuersi & incomprehensibilis & infatigabilis, ineffabilisque creatoris adimpletus virtutibus, quos, ut verum est, angelos dicitis, vel quid alterum post Deum vel a Deo vel cum Deo, in Deum intentione animi mentisque ire festinat. Quæ uerba ex epistola tua recognoscis, cum addidisti & aisti: Via est, inquit, qua purgati antiquorum sacrorum piis preceptis, expiationibusque purissimis, & obsecris obseruationibus decocti, anima & corpore constantes deproperant. In his uerbis sentio, ni fallor, uideri tibi non sufficere ad uiam qua itur ad Deum, uti vir bonus, pius, iustus, purus, castus, ueris, dicitur factisque promereatur Deos, quorum comitatu vallatus in illum summum Deum omnium creatorem ire festinet, nisi etiam sacrorum antiquorum piis preceptis expiationibusque purgetur. Quamobrem uelim scire quid arbitreris esse pro sacra purgandum, in eo qui pie iuste, pure ueraciterque uiuendo promeretur Deos, & per eos vnum illum Deorum Deum. Si enim adhuc sacris purgandus est, utique mundus non est, & si mundus non est, pie iuste, pure, casteque non uiuit. Si enim iam ita uiuit, iam mundus est. Porro iam mundum atque purum, quid opus est sacris expiando purgari?

purgari? Itaque hic nodus est disputationis nostræ, quo soluto consequentia uidebimus, uiuat ne homo bene ut sacris purget, an sacris purgetur ut bene uiuat, an ipse quantumque bene uiuendi in homine modus nodum sit idoneus ad beatam uitam quam ex Deo capitur, nisi accedant adiumenta sacrorum. An uero bene uiuendi quædam uelut portio est et sacra percipere. scilicet ut non aliud sit bene uiuere, aliud sacratè uiuere, sed bene uiuendi terminus est sacrata uita claudatur. Horum quatuor proposui quod potissimum, perhas, quaeso te, literis aperire non pigeat. Plurimum quippe interest ad id quod suscepimus inter nos colloquendo peragere, ne cum multa non necessaria, tanquam ea sentias quæ fortè non sentis, refellere melior, teneus necessariis in superfluis insumatur. Onerrare te itaque epistola nolui, ut te cito rescribente cætera contexamus.

Augustinus Bonifacio episcopo, respondens qui fiat ut infantibus in baptismo profit parentum fides, quum post baptismum non noceat illis parentum impietas. Deinde quomodo susceptores in baptismo respondeant illos credere, quum paruuli reuera non credant, & incertum sit, an sint credituri. Epist. XIIII.

De conf. distin. 4. queris.

Bonifacio coepiscopo, Augustinus in domino salutem. Queris a me utrum parentes baptizatis paruulis suis noceant, cum eos demoniorum sacrificijs sanare conantur. Et si non nocent, quomodo eis proficit cum baptizantur parentum fides, quorum eis non potest obesse perfidia. Vbi respondeo tantam illius sacramenti, hoc est baptismi salutaris esse uirtutem in sancta compage corporis Christi, ut semel generatus per aliorum carnalem uoluptatem cum semel regeneratus fuerit per aliorum spiritualem uoluntatem, deinceps non possit uinculo alienæ iniquitatis obstringi, cui nulla sua uoluntate consensit. Et anima enim patris mea est, inquit, & anima filij mea est: Anima quæ peccauerit ipsa morietur: non autem peccat ipsa, cum parentes ei omnino nescienti, uel quilibet alius adhibet sacrilegia demoniorum. Sed ideo ex Adam traxit, quod sacramentum illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separatim uiuens, id est, altera anima de qua diceretur: Et anima patris mea est, & anima

Exec. 18.

filij mea est. Iam itaque cum homo in seipso est, ab eo, qui genuit alter effectus, peccato alterius sine sua confessione non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum, quia vnus erat cum illo & in illo a quo traxit, quando quod traxit admistum est. Non autem trahit alter ab altero, quoniam sua uoluntate propria uita uiuente iam est unde dicatur: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ut autem possit regenerari per officium uoluntatis alienæ, cum offertur consecrandus, facit hoc vnus spiritus, ex quo regeneratur oblatus. Non enim scriptum est: nisi quis renatus fuerit, ex parentum uoluntate, aut ex offerentium uel ministrantium fide, sed, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Aqua igitur exhibens forinsecus sacramentum gratiæ, & spiritus operas intrinsecus beneficium gratiæ, soluens uinculum culpæ, reconcilians bonam naturam, regenerat hominem in uero Christo, ex uero Adâ generatū. Regenerans ergo spiritus in maioribus offerentibus, & paruulo oblato renatoque consensit. Ideo per hanc societatem, vnus eiusdemque spiritus prodest offerentium uoluntas paruulo oblato. Quando autem in paruulo maiores peccant, offerentes eum, atque obligare conantes demonum sacrilegis uinculis, non est anima utrorumque communis, ut etiam culpam possint habere communem. Non enim sic comunicatur culpa per alterius uoluntatem, quemadmodum comunicatur gratia per sancti spiritus uoluntatem. Potest enim, & in hoc, & in illo homine esse vnus spiritus sanctus, et si inuicem nesciant, per quem fit utriusque gratia communis. Non autem potest spiritus hominis esse & huius & illius, per quem peccante altero, & altero non peccante, sit tamen culpa communis. Ac per hoc potest paruulus semel ex parentum carne generatus, Dei spiritu regenerari, ut & illius obligatio contracta soluatur. Non potest autem semel Dei spiritu regeneratus ex parentum carne regenerari, ut obligatio quæ soluta est, iterum contrahatur. Et ideo semel perceptam paruulus Christi gratiam, non amittit nisi propria impietate, si ætatis accessu, tam malus euaserit. Tunc enim etiam propria incipiet habere peccata, quæ non regeneratione auferantur, sed alia curatione sanentur. Veruntamen rectè dicuntur parentes, uel quicumque maiores, filios seu quoslibet paruulos baptizatos demoniorum sacrilegijs obligare conantes, spiritus. Aug. Tomus secundus. d. 3. r.

1. q. 4. i. 2. uaque.

Ioan. 3.

De conf. dist. 4. queris.

F

1. Tho. 3.

Cyprianus excusatur.

Etiā in sanibus datur Eucharistia.

ritaliter homicidæ. Nam in illis quidē interfectionē non faciunt, sed quantum in ipsis est interfectores fiunt. Recte q̄ illis dē, quādo ab hoc scelere prohibētur, Nolite occidere paruulos vestros. Dicit. n. & Apostolus: Spiritū nolite extinguere, nō quia ille extingui pōt: sed quantum in ipsis est, extinctores eius merito dicuntur, qui sic agūt vt extinctū velint. Isto sensu rectē intelligi potest, quod scripsit beatus Cyprianus, in epistola de lapsis, cum eos qui tempore persecutionis idolis immo lauerant, arguens, Ac ne quid deesset, inquit, ad criminis cumulum, infantes quoq; parentum manibus impositi vel attractati, amiserunt paruali, quod in primo statim natiuitatis exordio, fuerant consequuti. Amiserunt, dixit, quantum attinuit ad illorum scelus, à quibus amittere coacti sunt. Amiserūt in eorum mente ac voluntate, qui in illos tantum facinus commiserunt. Nam si in seipsis amississent, remansissent utique diuina sententia, sine vlla defensione damnandi. Quod si sanctus Cyprianus arbitraretur, non eorum defensionem continuo subijceret, dicens: Non ne illi, cum iudicij dies venerit, dicent. Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo & poculo domini, ad prophana cōtagia sponte prope rauimus: perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas. Illi nobis ecclesiam matrem, illi patrem Deum negauerunt, vt dū parui & improuidi, & tanti facinoris ignari, per alios ad consortium criminis iungimur, aliena fraude caperemur. Hanc defensionem non subnecteret, nisi iustissimam crederet, & in Dei iudicio paruulis profuturam. Si. n. verē dī: Nos nihil fecimus, anima quæ non peccauerit, ipsa cur morietur? nec illi peribunt sub Dei iusto iudicio, quos parentes suo scelere, quantum ad seipsos atinet, perdidērūt. Illud verō quod in eadem commemoratur epistola, quandam paruulam turbatis in fugam parentibus, nutrice derelictam, atq; ab eadem nutrice, dæmonum sacrilegijs impactam, postea in ecclesia illatam sibi Eucharistiam, miris motibus respuisset. Ideo mihi vī diuinitus factum, ne maiores putarent nihil se in paruulos in illa iniquitate peccare, sed potius intelligerent, per illum significantem quodammodo gestum corporis eorum: qui loqui non poterant, se mirabiliter admoneri quid ipsi facere deberent, qui post tantum

illud nefas sacramentis salutaribus irruerāt, vnde se utique penitendo abstinerere deberēt. Nec cū tale aliquid diuina prouidentia per infantulos agit, ipsos id agere scientiā vel ratione credendū est. Neque enim quia cuiusdam prophetæ dementiam Deus voluit, etiā asina loquente coercere, ideo admiranda est asinorum sapientia. Porro si per animal irrationale sonuit aliquid homini simillimū, qđ miraculo diuino non cordi asinino tribuendum sit, ita potuit omnipotens per infantis animam, non vbi ratio nulla erat, sed vbi adhuc sopita erat, gestu corporis eius ostendere, quid illi qui & in se, & in paruulos suos peccauerant, curare deberent. Ceterum cū infans non redeat in parentem, vt cum illo, & i illo, vnus homo sit, sed omnino alter sit, habens carnem suam, & animam suam: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Nec illud te moueat, quod quidam non ea fide ad baptismum percipiendum paruulos ferunt, vt gratia spiritali, ad vitam regenerentur æternam, sed quod eos putant hoc remedio, temporalem retinere, vel recipere sanitatem. Nō enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur. Celebrantur enim per eos necessaria ministeria. Filios autem seu quoslibet paruulos, dæmoniorum sacrilegijs obligare conantes, spiritaliter sunt homicidæ. Nam in illis quidē interfectionem non faciunt, sed quātum in ipsis est, interfectores fiunt. Et rectē illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur, Nolite occidere paruulos vestros. Non autem rectē his dicitur: Nolite verba sacramentorum, sine quibus consecrari paruulus non potest, recitare. Spiritus autem ille sanctus, qui habitat in sanctis, ex quibus vna illa columba de argentata charitatis igne conflatur, agit, quod ageretiam per seruitutem, aliquando non solum simpliciter ignorantium, verum etiam damnabiliter indignorum. Offeruntur quippe paruuli ad percipiendam spiritalem gratiam, non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quam ab eis, quorum gestantur manibus, quam ab vniuersa societate sanctorum atque fidelium. Ab omnibus nanque offerri rectē intelliguntur, quibus placet quod offeruntur, & quorum sancta atque indiuidua charitate, ad communicationem sancti spiritus

Chara-ster.

De conse. distm. 4. queris.

Ino. 10.

Suscipitur fidei iussio.

Societas sanctorum.

uis adiuuantur. Tota hoc ergo mater ecclesia, quæ in sanctis est, facit, quia tota oēs, tota singulos parit. Nam si Christiani baptismi sacramentum, quod vnus atq; idipsum est, et apud hæreticos valet & sufficit ad consecrationē, quāuis ad vitæ æternæ participationē non sufficiat, quæ consecratio rerū quidē facit hæreticū extra dñi gregem habentem dominicū characterē, corrigendū tamē admonet sana doctrina, non iterū similiter consecrandū: quanto potius in catholica ecclesia, etiā per stipulæ ministerium, frumenta purganda portantur, vt ad massæ societatem, mediante area perducantur? Illud autē nolo te fallat, vt existimes reatus vinculum, ex Adam tractū, aliter nō posse dirumpi, nisi paruuli ad percipiendā Christi gratiā, à parentibus offeratur. Sic. n. scribis dicitis, vt sicut parētes fuerunt auctores ad eorū poenā, per fidem parētum identidem iustificentur, cum videas multos non offerri à parentibus, sed etiam à quibuslibet extraneis, sicut à dominis seruuli aliquādo offeruntur. Et nonnunquā mortuis parentibus suis, paruuli baptizantur ab eis oblati q̄ in illis huiusmodi misericordiā præbere poterunt. Aliquādo et quos crudeliter parentes exposuerunt nutriendos à quibuslibet, nōnunquā à sacris virginibus colliguntur, & ab eis offeruntur ad baptismum. Quæ certē proprios filios nō habuerunt vltos, nec habere disponunt: ac per hoc nihil aliud hic fieri vides, nisi quod in Euangelio scriptum est, cū dominus interrogasset, q̄s illi à latronib⁹ sauciato, & semiuuio in via derelicto proximus fuisset. Responsum est. n. Qui in illū fecit misericordiā. Difficillimā sanē qōnē tibi pposituisse visus es, in extremo inquisitionis tuæ, ea videlicet intētionē qua soles vehementer cauere mendaciū. Si cōstituā, inquis, ante te paruulū, & interrogē, vtrū cū creuerit, futurus sit castus, vel fur nō sit futurus, sine dubio respondebis, nescio. Et vtrū in eadē paruula ætate cōstitutus, cogitet aliquid boni vel mali, dices, nescio. Si itaque de moribus eius futuris nihil audes certi promittere, & de eius præsentī cogitatione, quid illud quod q̄ ad baptismum offeruntur, pro eis parentes tanquam fidei doctores respondent, & dicūt illos facere, quod illa ætas cogitare nō potest, aut si potest, occultū est? Interrogamus. n. eos à quibus offeruntur, & dicimus, credit in

Deum, de illa cōtate, quæ vtrū sit Deus ignorat: respondēt, credit, & ad cetera sic rñdeur singula quæ gerunt. Vñ miror parētes in istis rebus, tā fidēter, p paruulo respondere, vt dicāt eū tanta bona facere quæ ad horā qua baptizatur, baptizator interrogat, tñ eadē hora si subijciam: erit castus qui baptizat, aut non erit fur, nescio vtrū audeat dicere aliquis, aliquid horū erit, aut nō erit, sicut mihi sine dubitatione respondet, q̄ credat in Deū & q̄ se conuertat ad Deū. Deinde scripta tua cōcludens adiungis, & dicitis. Ad istas ergo qōnes peto breuiter respondere digneris, ita vt non mihi de cōsuetudine p̄scribas, sed rōnē reddas. His literis tuis lectis & relectis, & quātū temporis angustia sinebat cōsideratis recordatus sum Nebridij amicum meum, qui cū esset rerum obscurarum ad doctrinam pietatis maxime pertinentium diligentissimus & acerrimus inquisitor, valde oderat de qōne magna responsionem breuem. Et quisquis hoc poposcisset, ægerrime ferrebat, eumq; si eius persona pateretur, vulgū indignabundus, & voce cohibebat, indignum deputās qui talia quæreret, cum de re tanta, tā multa dici possent, deberentq; nesciret. Sed ego tibi non similiter, vt solebat ille, succēseō. Es enim Episcopus, multis curis occupatus, vt ego. Vnde nec tibi facilē vacat prolixū aliquid legere, nec mihi scribere. Nam ille tunc adolescens qui talia breuiter volebat audire, & multa in nostra sermocinatione quærebat, ab ocioso quærebat ociosus. Tu verō cogitans nūc, q̄s, & à quo, ista flagites, breuiter de re tanta respondere me iubes. Ecce facio quātum possum, dominus adiuuet, vt quod postulas possim. Nempe sēpe ita loquimur, vt pascha p̄pinqunte, dicamus, crastinam vel perendinam esse domini passionem, cum ille ante tā multos annos passus sit, nec omnino nisi semel illa passio facta sit. Nempe ipso die domino dicimus: Hodie dñs resurrexit, cū ex quo resurrexit tot anni trāsierunt. Cur nemo tam ineptus est, vt nos ita loquētes arguat esse mentitos, nisi quia istos dies secundum illorum quibus hæc gesta sunt similitudinem nuncupamus, vt dicatur ipsa dies, qui nō est ipse, sed reuolutione temporis similis eius: & dicatur illo die fieri, propter sacramenti celebrationem, quod non illo die, sed iam olim factum est? Nonne semel immolatus

Nebridij.

De conse. distm. 4. queris.

B

Et e. ar. stia.

est Christus in seipso & tamē in sacramento non solum p omnes paschæ solēnitates, sed omni die populis immolatur: nec utiq; memtis qui interrogatus eum responderit immolari? Si. n. sacramenta quandam similitudinē earum rerum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine plerunq; etiam ipsarū rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quendam modum sacramentū corporis Christi, corpus Christi est, sacramentū sanguinis Christi, sanguis Christi est, ita sacramentū fidei, fides est. Nihil est autem aliud credere, q̄ fidem habere. Ac per hoc cum rñdetur paruulus credere, qui fidei nōdū habet affectū, respondetur fidem habere, propter fidei sacramentū, & eouertere se ad Deum, propter conuersionis sacramentū, q̄a & ipsa responsio ad celebrationem pertinet sacramēti. Sicut de ipso baptismo Apostolus: Consepulti, inquit, sumus Christo per baptismum in mortem. Non ait, sepulturam significamus, sed prorsus ait, consepulti sumus. Sacramentum ergo tantæ rei non nisi eiusdē rei vocabulo nuncupauit. Itaq; paruulū, etsi nondū fides illa quæ in credentiū voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentū fidelem facit. Nam sicut credere respōdetur, ita etiam fidelis vocatur, non rem ipsa mente annuendo, sed ipsius rei sacramentū percipiēdo. Cū autem homo sapere cōeperit, nō illud sacramentū repetit, sed intelligit, eiusq; veritati consona etiam voluntate coaptabitur. Hoc quandiu non potest, valebit sacramentum ad eius tutelam aduersus contrarias potestates: & tantum valebit, ut si ante rationis vsū ex hac vita emigrauerit, per ipsum sacramentum commendante ecclesiæ charitate, ab illa condemnatione quæ per vnū hominem intrauit in mundū, Christiano adiutorio liberetur. Hoc qui non credit, & fieri non posse arbitratur, profecto infidelis est, & si habeat fidei sacramentum longe q; melior est ille paruulus, qui etiā si fidem nondū habeat in cogitatione, non ei tamen obicem contrariæ cogitationis opponit, vnde sacramentum eius salubriter percipit. Respondi (sicut existimo) quæstionibus tuis quantum attinet ad minus capaces, & ad contētiōsos non satis, quātum autem ad pacatos, & intelligentes plus fortē quā sāt est. Nec tibi ad

4. dist. si vero. 4. Sent. dist. 4. e. nec tā.

Rom. 6. De conse. dist. 4. nihil est.

De conse. dist. 4. queris.

Obex.

excusationem meam obieci firmisimā consuetudinē, sed saluberrimę cōsuetudinis reddidi quam potui rationem.

Hieronymus Augustino & Alipio, Aduersus Hieronymi libros, quos scripsit contra Pelagianos, rescripserat Anianus quidam Diaconus, hortatur itaque Augustinum ut ipse potius illi respondeat. Epistola. XXI III.

Dominis verē sanctis atque omni affectione ac iure venerādis, Alipio & Augustino episcopis Hieronymus in Christo salutē. Sanctus Innocētius presbyter qui huius sermonis est portitor anno preterito quasi nequaquam in Africā reuersurus, mea indignationē vestra scripta nō sumpsit. Tamē Deo gratias agimus, q̄ ita euenit, ut nostrum silentium, vestris epistolis vinceretis. Mihi enim omnis occasio gratissima est, per quā scribo vestrę reuerentię, testem inuocans Deū, quod, si posset fieri, assumptis alis columbę, vestris amplexibus implicarer: semper quidē pro merito virtutū vestrarum, sed nūc maximē quia cooperatoribus, & authoribus vobis hęresis Celestina iugulata est: quę ita infecit corda multorū, ut cū superatos damnatosq; esse se sentiant, tamen venena mētium non omittant, & quod solū possunt nos oderint, per quos putant se libertatem docendę hęreseos perdidisse. Quod autē quęritis vtrū rescripserim cōtra libros Anniani pseudodiaconi Celestis, qui copiosissime pascitur ut alienę blasphemię verba friuola subministraret, sciatis me ipsos libros in schedulis missos a sancto fratre Eusebio presbytero suscepisse, non ante multum temporis, & exinde vel ingruentibus morbis, vel dormitione sanctę, & venerabilis filię vestrę Eustochijite do-

Celestini idem qui Pelagia. Eustochij mors.

I. Cor. 15 G

Hieronymus Augustino gratulans illi quod hęreticorum omnium meruerit odium, quod quidem gaudet sibi cum illo esse commune. De Donatistis potissimum sentit. Epist. XXV.

Domino sancto ac beatissimo papę Augustino, Hieronymus. Omni quidem tpe beatitudinem tuā eo quo decet honore veneratus sum, & habitantē in te dilexi dñm saluatorē, sed nunc (si fieri pōt) cumulo aliquid addimus, & plena complemus, ut absq; tui nominis mentione ne vnā quidē horā preterire patiamur, qui contra flantes ventos ardore fidei perstitisti, maluitque, quantū in te fuit solus liberari de Sodomis, q̄ cū pereuntibus commorari. Scit quid dicā prudentia tua. Maeste virtute in orbe celebraris, catholici te conditorē antiquę rursū fidei venerantur, atq; suspiciūt: & qđ signū maioris glorię est, omnes hęretici detestantur: & me pari persequantur odio, ut quos gladijs nequeant, voto interficiant. Incolumem & mei memorē te Christi domini clementia tueatur domine venerandę & beatissime papa.

H Hieronymus Augustino p enigma significās illi Romā esse captā a Gothis, nec tamen agnoscere manum Dei sed acceritis auxilijs, moliri rebellionem. Epist. XXVI.

Multi utroque claudicāt pede, & nec fractis quidem ceruicibus inclinantur, habentes affectum erroris pristini, cū prædicandi eandem non habeant libertatē. Sancti fratres qui cum nostra sunt paruitate, præcipuē

sanctę ac venerabiles filię tuę suppliciter factant. Fratres tuos dominum meum Alipium, & dominum meum Euodium, ut meo nomine salutes, precor coronam tuam. Capta Hierusalem tenetur a Nabuchodonosor, nec Hieremię vult audire consilia, quin potius Aegyptum desiderat, ut moriatur in Taphnes, & ibi seruitute pereat sempiterna.

Hieronymus Marcellino & Anapsychiæ, exponens diuersas & veterum & recentium sententias de origine animarum, hortans ut reliqua petant ab Augustino, indicantque, quibus ipse sit occupatus studijs. Epistola XXVII.

Dominis verē sanctis atq; omni officiorū charitate venerādis filiis Marcellino & Anapsychiæ, Hieronymus in Christo salutem. Tandem ex Africā vestra literas vnamimitatis accepi, & me non pœnitet impudentię, qua tacentibus vobis epistolas meas frequenter ingressi, ut rescriptū mererer & vos esse sospites nō alijs nunciātibus, sed vestro potissimū sermone cognoscerē. Super atq; statu meminī vestrę quæstionulę, imō maxime ecclesiasticę qōnis. Vtrū lapsa de cœlo sit, ut Pythagoras philosophus, oēsque Platonici, & Origenes putant, atq; Anā propria Dei subitātia ut Stoici, Manichęus & Hispani Prisciliani hęreses suspiciātur, An in thesauro habeantur Dei olim conditę, ut quidam ecclesiastici stulta persuasione confidunt. An quotidie a Deo fiat, & mittantur in corpora, secūdū illud quod in Euāgelio scriptū est: Pater meus vīq; modo operatur, & ego operor. An certē ex traduce, ut Tertullianus, Apollinaris, & maxima pars Occidentaliū autumant, ut quomodo corpus ex corpore, sic anima nascatur ex anima, & simili cū brutis animalibus conditione subsistant. Super quo quid mihi videatur, in opusculis cōtra Ruffinum scripsisse me noui aduersus eū libellam, quem sanctę memorię Anastasio episcopo Romanę ecclesię ædidi. In quo lubrica & subdola, inimo stulta confessio-

Anime e celo lapsa.

Ioan. 5. Tertullianus. Apollinaria.

K

fini

in libris aduersus calumnias respondentes. Certè habes ibi virū sanctū & eruditū Augustinū episcopum, qui viua, vt aiunt, voce docere te poterit, & suam imò per se nostrā explicare sententiam. Et Ezechielis volumē olim agredi volui, & sponsonem creberrimam studiosis lectoribus reddere, sed in ipso dictandi exordio, ita animus meus Occidentalium prouinciarū, & maximè vrbis Romanæ vastatione cōfusus est, vt iuxta vulgare prouerbiū, propriū quoq; ignorare vocabulū, diuq; tacui, sciens tēpus esse lachrymarū. Hoc autē anno cū tres explicassem libros, subitus impetus Barbarorū, de quibus tuus dicit Virg.

Virg.

Lateq; vagantes Barcæi. & sancta scriptura de Israhel contra faciē omniū fratrum suorum habitabit, sic Aegypti limitē, Palestinæ, Phoenicis, Syriæ percurrit ad instar torrentis cuncta secū trahens, vt vix manus eorum, misericordia Christi, potuerimus euadere. Quod si iuxta inclutum oratorem, silent inter arma leges, quanto magis studia scripturarum, quæ

Cicero.

& librorum multitudine & silentio, ac librorum sedulitate, quodq; vel propriū est securitate & ocio distantū indigēt? Duos itaque libros mihi sanctæ filiæ meæ Fabiolæ, quorū exēpla si volueris, ab ipsa poteris mutuari. Pro Angustia quippe tēporis alios describere nō potui, quos cū legeris & vestibula videris, facilis coniectura erit, qualis ipsa sit futura domus. Sed credo in Dei misericordia qui nos adiuuauit in difficillimo principio supradicti operis, qd ipse adiuuet & in penè vltimis prophetæ partibus, in quibus Gog. & Magog bella narrantur, & in extremis in quibus sacrarissimi & inexplicabilis tēpli ædificatio, varietas mensuraq; describitur. Sanctus frater noster Oceanus, cui vos cupitis commendari, tantus & talis est, sic eruditus in lege domini, vt absque nostro rogatu instruere vos possit & nostram super cunctis quæstionibus scripturarum

pro modulo communis ingenij explicare sententiam. Incolumes vos & prolixia

etate florentes, Christus Deus noster tueatur omnipotens domini verè sancti.

Augustinus Hieronymo, recensens varias de animarū origine sententias, cupit doceri quæ potissimum tenenda sit, aduersus Pelagianos. Epistola. XXVIII. M

Deuū nostrū qui nos vocauit in suū regnū & gloriā, & rogauit & rogo, vt hoc quod ad te scribo sancte frater Hieronyme, consulens te de ijs quæ nescio fructuosū esse nobis velit. Quanquā. n. te multo q̄ ego sum ætate maiorem, tamen et ipse iam senex consulo: sed ad discendum quod opus est, nulla mihi ætas fera videri potest, quia & si senes magis decet docere q̄ discere, magis tamē discere q̄ quid doceant ignorare. Nihil equidē molestius fero in oibus angustiis meis quas patior in difficillimis quæstionibus, q̄ in tam longinqua tuæ charitatis absentia, vt vix possim meas dare, vel recipere literas tuas, per interualla non dierū, non mēsiū, sed aliquot annorū: cum, si fieri posset, quotidie præsentem te habere vellem, cū quo loquerer quicquid vellem. Nec ideo tamen non debui facere quod potui, si non potui totum quod volui. Ecce venit ad me religiosus iuuenis, catholica pace frater, ætate filius, honore presbyter noster Orosius, vigil ingenio, paratus eloquio, flagrans studio, vtile vas in domino Domini esse desiderans, ad refellēdas falsas perniciosasq; doctrinas, quæ aīas Hispanorū multo infelicius q̄ corpora barbaricus gladius trucidarunt. Nam inde ad nos vsque ab Oceani litore pperauit, fama excitus qd̄ a me posset de ijs quæ scire vellet, quicquid vellet audire. Neq; nullū cœpit aduentus sui fructū. Primò ne de me multum famæ crederet. Deinde docui hominē quod potui, quod autē nō potui, vnde discere posset admonui, atq; vt ad te iret hortatus sum. Quia in re consiliū vel præceptū meū cū libet & obedienter acciperet, rogauit eū vt abs te veniens, per nos ad propria remearet. Quā eius pollicitationē tenens, occasionē mihi credidi a dño esse concessam, qua tibi scriberē de ijs quæ p te scire cupio. Quærebam. n. quē ad te mitterē, nec mihi facillē occurrebat idoneus & fide agendi, & alacritate obediendi, & exercitatione peregrinādi. Vbi ergo istū iuuenē expertus sum, eū ipsum esse qualē a dño petebā, dubitare non potui. Accipe igitur q̄ mihi peto aperiri, ac differere nō graueris. Quæ

Disiſto. episto stio

Solus Deus vere immortalis.

Anima non est pars ei.

Achilles inuulnerabilis.

Anima incorporea.

stio de aīa multos mouet, in quibus & me esse confiteor. Nam quid de aīa firmisimè teneam, non tacebo. Deinde subiungā, qd̄ mihi adhuc expediri velim. Anima hoīs immortalis est & quendam modum suum. Non enim omnimodo sicut deus, de quo dictum est, quod solus habet immortalitatem. Nam de animæ mortibus sancta scriptura multa commemorat. Vnde illud ē: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Sed quod ita alienata a vita Dei, vt tamen in natura sua viuere nō oīno desistat: ita mortalis ex aliqua causa inuenitur, vt et immortalis non sine ratione dicat. Nō est pars Dei anima. Si. n. hoc esset, omnino incommutabilis atq; incorruptibilis esset. Quod si esset, nec deficeret in deterius, nec proficeret in melius: nec aliquid in semetipsa vel in ciperet hūe quod non habebat, vel desineret hūe quod habebat, quantū ad eius ipsius affectiones pertinet. Quam verò aliter se habeat, non opus est extrinsecus testimonio, q̄ si quis seipsum aduertit agnoscit. Frustra autē dī ab eis qui animā Dei partē esse volūt, hanc labē ac turpitudinē quam videmus in nequissimis hoībibus, hāc deniq; infirmitatē & ægritudinē quam sentimus in omnibus hoībibus, nō ex ipsa illi esse, sed ex corpore. Quid interest vñ egrotet, q̄ si esset incommutabilis aliquo mō, vnde libet egrotare non posset. Nam quod vere incommutabile & incorruptibile est, nullius rei accessu cōmutari vel corrumpi potest. Alioquin non Achillea tū, sicut fabulæ ferunt, sed omnis caro esset inuulnerabilis, si nullus ei casus accideret. Nō est itaq; natura incommutabilis, quæ aliquo modo, aliqua causa, aliqua parte mutabilis est. Deū autem nefas est, nisi verè summēq; incommutabilem credere. Non est igitur anima pars Dei. In corporeā quoq; esse animam, et si difficile tardioribus persuaderi potest, mihi tñ fateor esse persuasum. Sed ne verbi controuersiam vel superfluo faciam vel merito patiar, qm̄ cū de re constat, non est opus certare de nomine, si corpus est, omnis substantia vel essentia vel si quid aptius nuncupatur id quod aliquo mō est in seipso, corpus est anima. Itē si ea sola incorporeā placet appellare naturam, q̄ summē in cōmutabilis & vbiq; tota est, corpus est anima, qm̄ tale aliquid ipsa nō est. Porro si corpus nō est, nisi qd̄ per loci spatium aliqua longitudine, latitudine, altitudine ita

sistitur vel mouetur, vt maiore sui parte maiorem locum occupet, & breuiore breuiore minusq; sit in parte, q̄ in toto, nō est corpus aīa. Per totū quippe corpus qd̄ animat, non locali diffusionē, sed quadam vitali intentione porrigitur. Nam per oēs eius particulas, tota simul adest, nec minor in minoribus, & in maioribus maior, sed alicubi intensius, alicubi remissius, & in omnibus tota, & in singulis tota est. Neq; n. aliter quod in corpore et non toto sentit, tñ tota sentit. Nam cū existit puncto in carne viua aliquid t̄git, quāuis locus ille non solū totius corporis nō sit, sed vix in corpore videatur, animā tñ totam non latet: neque id quod sentit per corporis cūcta discurret, sed ibi tñ sentit vbi sit. Vnde ergo ad totā mox peruenit, qd̄ non in toto sit nisi quia & ibi tota est vbi sit, nec vt tota ibi sit, cætera deserit? Viuunt. n. & illa ea præfente, vbi nihil tale factum est. Qd̄ si fieret & vtrunq; simul fieret, simul vtrunq; totā pariter non lateret. Proinde & in omnibus simul, & in singulis particulis corporis sui, tota simul esse nō posset, si per illas ita diffunderet vt videmus corpora diffusa, per spatia locorū, minoribus suis partibus minora occupare, & amplioribus ampliora. Quapp si aīa corpus esse dicēda est, nō est certè corp⁹ quale terrenū est, nec quale humidū, aut aereū, aut æthereū. Omnia quippe talia maiora sunt, i maioribus locis, & minora, in minoribus locis, & nihil eorū in aliqua sui parte totū adest, sed vt sunt partes locorū, ita occupantur partibus corporū. Vnde intelligit aīa, siue corpus, siue incorporea dicēda sit, propriā quādā hūe naturā, oībus his mundanæ molis elementis excellentiorē substantiā creatā, quæ veraciter non possit in aliqua phantasia corporaliū imaginū quas per carnis sensus percipimus cogitari, sed mēte intelligi vitaq; sentiri. Nec hæc perinde loquor, vt te quæ tibi nota sunt doceā, sed vt aperiat quid firmisimè de aīa teneā, ne me quisquā cū ad ea venero q̄ requiro, nihil de aīa vel scientia vel fide tenere arbitret. Certus et sum aīam nulla Dei culpa, nulla Dei necessitate vel sua, sed propria voluntate in pctm̄ esse collapsam: nec liberari posse de corpore mortis huius vel suæ voluntatis virtute tanq̄ sibi ad hoc sufficiente, vel ipsius corporis morte, sed grā Dei per Iesum Christum Dominū nostrū: nec omnino esse animam

Anima sua culpa lapsa sola Dei misericordia liberatur.

animam vllam in genere humano, cui nō sit necessarius ad liberationem mediator Dei & hominū homo Christus Iesus. Quæcūq; aut sine gratia mediatoris & sacro eius in qualibet corporis gr̄ate de corpore exierit in pœnā futurā & vltimo iudicio recepturā corpus ad pœnā. Si aut post generationē humanā quæ facta est ex Adā, regeneretur in Christo, ad eius pertinēs societate, & requie post mortē corporis habituram, & corpus ad gloriam recepturam. Hæc sunt quæ de aīa firmisimè teneo. Nunc accipe (quæso) quid requirā, & noli me spernere, ne te spernat qui pro nobis dignatus est sperni. Quæro vbi contraxerit aīa reatū, quo trahitur in condemnationē, et infantis morte præuenti, si ei per sacm̄ quo et paruuli baptizantur, Christi gr̄a non subuenerit. Non. n. es ex illis qui modo noua quædam garrere cœperunt, dicētes nullū reatum esse ex Adam tractum, qui per baptismū in infante soluitur. Quod te sapere si scirem, immo nisi te id non sapere scirē, nequaquā hoc abs te quærerem, aut quærendum putarē. Sed quia tenemus de hac re sn̄iam tuā cōcinentem catholicæ fundatissimæ fidei, quia & Iouiniani vaniloquia redarguēs adhibuisti testimoniū ex libro Iob, Nemo mundus in cōspectu tuo, nec infans cuius est diei vnus vita super terram. Deinde subiunxisti, Tene murq; rei in similitudinem præuaricationis Adæ, Et liber tuus in Ionā prophetā satis hoc insigniter dilucideque declarat, vbi ieiunare paruulos pp̄ ipsū originale peccatum, merito coactos esse dixisti; non inconuenienter abs te quæro, hunc reatū aīa vbi contraxerit, vnde oporteat eam et in illa ætate per sacm̄ Christianæ gratiæ liberari. Ego quidē ante aliquot annos cum libris quosdā scriberē de libero arbitrio, qui in multorū manus exierūt, & non habentur à plurimis, quatuor opinionēs de animæ incarnatione, Vtrū ex illa vna q̄ primo homini data est cæteræ propagentur: An singulis quibusq; nouæ et modo fiāt: An alicubi iā existētes vel mittātur diuinitus, vel sponte labātur in corpora: ita putavi esse tractandas, vt quælibet earū vera esset, nō impediret intētionē meā qua tunc aduersus eos quantis poterā viribus agebā, qui naturā mali suo principio præditā, aduersus Deū conātur inducere, id est contra Manichæos. Nam de Priscillianistis adhuc nihil audieram qui

non n ultum ab istis dissimiles blasphemias fabulantur. Ideo quintam opinionē non addidi, quā in tua epistola inter cæteras cōmemorasti, ne aliquam præterires, vbi de hac qōne interrogāti rescripsisti religiosę memorię viro nobisq; in Christi charitate gratissimō Marcellino, q̄ anima non sit pars Dei. Primo, q̄a nō de incarnatione eius, sed de natura quærit cū hoc quæritur. Deinde q̄a hic hoc sentiunt illi cōtra quos agebā, & id maximè agebā, vt creatoris inculpabilē inuolabileq; naturā à creaturæ vitijs & labe fecernerē, cū illi à substantia mali cui propriū principium principesq; tribuūt, ipsam boni Dei substantiā ex parte qua capta est, corruptā & oppressā & ad peccandi necessitatē perductā esse contendunt. Hoc itaq; excepto hæreticę opinionis errore, ex quatuor reliq; opinionibus, quæ nā sit eligenda scire desidero. Quæcūq; n. eligenda est, absit vt impugnet hanc fidē de qua certi sumus, omni. aīę etiam paruuli infantis necessariā esse liberationem ex obligatione peccati, eamq; nullā esse nisi per Iesum Xpm̄ & hunc crucifixū. Proinde ne longū faciamus, hoc certē sentis q̄ singulas animas singulis nascētibus et modo Deus faciat. Cui sn̄ię ne obijciatur quod oēs creaturas sexto die cōsummauerit Deus, & septimo die requieuerit, adhibes testimoniū ex euāgelio: Pater meus vsq; nunc operatur, & ego operor. Sic. n. ad Marcellinū scripsisti: In qua epistola et mei cōmemorationē bene uolentissimè facere dignatus es, qd̄ hic me haberet in Aphrica, qui ei ipsam facilius possem explicare sn̄iam. Qd̄ si potuisssem, nō ille hoc abs te tā longe posito inquireret, si tñ id tibi ex Aphrica scripsit. Nā qñ scripsit nescio, tñ scio q̄ de hoc bene cognouerit cū stationē meā. Vnde me incōsulto facere voluit, quanquā et si cōsuleret magis hortarer, & gratias agerē q̄ nobis cōferre oibus posset, nisi tu breuiter rescribere quā respōdere maluissēs. Credo ne superfluo laborares vbi ego essem quem putabas id optime scire quod ille quæsiuerat Ecce volo vt illa sententia etiam mea sit, sed nondum esse confirmo. Misisti ad me discipulos, vt ea doceam, quæ nondum ipse didici. Doce ergo quod doceam. Nā vt doceā multi à me flagitat, eisq; me, sicut alia multa, & hoc ignorare confiteor. Et fortassē quāuis in os meum verecundē-

dētur, tñ apud se dñt: Tu es magister in Israel & hæc ignoras? Quod quidē dñs ei dixit qui erat vnus illorū quos delectabat vocari Rabbi. Vñ et ad verū magistrum nocte venerat, quia confortatis erubescēbat discere, qui doctore consueuerat: me aut potius magistrū audire, q̄ velut magistrū delectat audiri. Recolo. n. quid dixerit eis quos præ cæteris elegit, Vos aut inquit nolite vocari ab hoibus Rabbi, vnus. n. est magister vester Christus. Nec alius docuit Moysen p̄ Ietro, nec alius Cornelium et per priorem Petrum, nec alius Petrus et per posteriorem Paulum. A quocunq; .n. verum dñ, illo donante dñ qui est ipsa veritas. Quid si ideo adhuc ista nescimus, & ea neque orando, neq; legēdo, neq; cogitando & ratiocinando inuenire potuimus, vt probemur non solum indoctos quāta charitate doceam⁹, verū à doctis et q̄ta humilitate discam⁹? Doce ergo (q̄so) qd̄ doceā, doce qd̄ teneā, & dic mihi si aīa singillatim hodieq; singulis in nascētib; fiunt, vbi in paruulis peccent, vt indigeant in sacro. Christi remissione peccati peccantes in Adā, ex quo caro est pp̄agata peccati. Aut si non peccant, quia iustitia creatoris ita peccato obligantur alieno, cū exinde propagatis membris mortalibus inserunt, vt eas, nisi p̄ ecclesiam subuentū fuerit, dānatio consequatur, cū in earū ptate nō sit, vt eis possit gratia baptismi subueniri. Tot igit aīarum millia q̄ in mortibus paruulorū sine indulgentia Christiani sacri de corporibus exeunt, qua æquitate dānant, si nouæ creatæ nullo suo præcedente peccato, sed voluntate creatoris singulæ singulis nascētib; adhæserunt, quib; eas animandis ille creauit & dedit, qui vtiq; nouerat qd̄ vnaqueque earum nulla sua culpa sine baptismo. Christi de corpore fuerat exitura? Qm̄ igitur neq; de Deo possumus dicere, qd̄ vel cogat aīas fieri peccatrices, vel puniat innocentes, neq; negare fas nobis est, eas quæ sine Christi sacro de corporibus exierint, et paruulorum non nisi in damnationem trahi, Obsecro te, quō hæc opinio defendit, qua creduntur aīæ non ex illa vna primi hominis fieri omnes, sed sicut illa vna vni, ita singulis singulæ? Ea verò quæ dñr alia contra hanc opinionem, faciliè puto me posse refellere, sicuti est illud, quo eam sibi quidam videntur vtgerē, quomodo consummauerit Deus oīa

opera sua sexto die, & septimo requieuit, si nouas adhuc aīas creat? Quib; si dixerimus qd̄ ex Euāgelio in supradicta epistola posuisti: P̄ meus vsq; nunc operat, Rñdent, operat, dictū est institutas administrando, nō nouas instituendo naturas, ne scripturæ Genesios p̄dicatur, vbi apertissimè legitur, cōsummasse Deum oīa opera sua. Nam & qd̄ eum scriptū est requieuisse, vtiq; à creandis nouis creaturis intelligendum est, non à gubernandis, quia tunc ea quæ non erant, fecit, à quibus faciendis requieuit: quia p̄summauerat oīa, q̄ antequā essent, vidit esse faciendā, vt deinceps non ea, q̄ non erant, sed ex ijs q̄ iā erant, crearet & faceret quicquid faceret. Ita vtrunq; verum esse monstrat, & qd̄ dictum est, requieuit ab operibus suis, & qd̄ dictum est, vñ; nunc operat, qm̄ Genesi non potest Euangelium esse p̄rium. Verū iis qui hæc iō dñt, ne credat nō Deus, sicut illam vnā, nouas aīas, q̄ non erant, facere, sed ex illa vna q̄ iam erat eas creare, vel ex fonte aliquo, siue thesauro quodam, quē tunc fecit, eas mittere, faciliè rñdetur, etiam illis sex diebus multa Deū creasse ex iis naturis quas iā creauerat, sicut ex aquis alites & pisces, ex terra aut arbores, foenū, aīalia: sed qd̄ ea q̄ non erant tūc fecerit, manifestū est. Nulla. n. erat auis, nullus piscis, nulla arbor, nullum aīal: & bene intelligitur ab iis creatis requieuisse quæ nō erant, & creata sunt, id est cessasse, ne vltra q̄ non erant crearent. Sed nunc quod dicitur animas nō in (nescio quo) fonte iam existentes mittere, nec de seipso tanq̄ suas particulas irrorare, nec de illa vna originaliter trahere, nec pro delictis ante carnem commissis, carnis vinculis cōpedire, sed nouas creare singulas, singulis, suā cuiq; nascenti: non aliqd̄ facere dñ, quod ante non fecerat. Iam. n. sexto die fecerat hominē ad imaginem suam, qd̄ vtiq; secundum animam rōnalem fecisse intelligitur. Tandem post longam disputationem ecclesiasticā confirmasti sententiā, Hoc & nunc facit, non instituendo quod nō erat, sed multiplicando quod erat. Vnde & illud verū est quod à rebus quæ non erant institutis requieuit. Et hoc verum est quod non solum gubernando quæ fecit, verum etiam aliquid non quod nondum, sed quod iam creauerat numerosius creando vñque nunc operatur. Vel sic ergo, vel alio modo quolibet eximus.

Pelagi notat.

Iob. 15.

Lib. 3. de lib. arb.

Quælibet pro quecumq; ita frequenter loquitur.

Ioan. 3.

Mat. 23.

L Argumē sum Pelagianorū.

Singulo- rñ animæ singula.

Ioan. 5.

Gene. 2.

Ioan. 5.

Anima- rñ fons.

B

den-

Alia cur
datur
mor mo-
rituri.

In iuris
cōsentis.
Est apud
Esa. cap.
40. In iura
adi. 70.
ὁ ἐκός
ῥων κατ
ἀριθμοί,
τόν νόσ-
μον αὐ-
τεῦ.

Rom. 6.

eximus ab eo quod nobis obicitur de rege Dei ab operibus suis, ne propterea non credamus nunc usque fieri aias non ex illa vna, sed sicut illam vnam. Nam quod dicitur, quare facit aias eis, quos nouit cito morituros? Possumus respondere, parentum hinc peccata vel conuinci vel flagellari. Possumus et recte illius moderationi ista relinquere, que scimus omnibus temporaliter transseuntibus rebus, ubi sunt et animalium ortus et obitus, cursum ornatissimum atque ordinatissimum, dare, sed nos ista sentire non posse, que si sentiremus delectatione ineffabili mulceremur. Non enim frustra per Prophetam que hanc diuinitus inspirata didicerat, dictum est de Deo. Qui profert numerosum seculum. Vnde Musica. i. scia sensusve bene modulandi, ad admonitionem magnae rei, et mortalibus rationales habitibus aias Dei largitate concessa est. Vnde si homo faciendi carminis artifex nouit, quas quibus moras vocibus tribuat, ut illud quod canitur, decedentibus ac succedentibus sonis pulcherrime currat ac transeat: quanto magis Deus cuius sapientia per quam fecit omnia, longe omnibus artibus praeferenda est, nulla in naturis nascentibus et occidentibus temporalibus spatia, quae tanquam syllabae ac verba ad particulas huius seculi pertinent, in hoc labentium rerum tanquam mirabili cantico, vel breuius, vel productius, quam modulatio praecognita et praefinita deposcit, praeterire permittit? Hoc cum est de arboris folio dixerim, et de uorum numero capillorum, quanto magis de hominis ortu et occasu, cuius temporalis uita breuius productiusve non tendit quam Deus dispositor temporalium nouit uniuersitatis moderationi consonare? Id est, quod aiunt. Omne quod in tempore coepit esse, immortale esse non posse, quia omnia orta occidunt, et aucta senescunt, ut eo modo credi cogant animam humanam id esse immortalem, quod ante omnia temporalia sit creatus, non mouet fidem nostram. Ut enim alia taceam, coepit esse in tempore immortalitas carnis Christi, que tamen iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur. Illud uero quod in libro aduersus Rufinum posuisti, quosdam huic sententiae calumniari, quod Deum dare aias adulterinis conceptibus uideatur indignum, unde conantur adstruere meritis gestae ante carnem uitae, animas quasi ad ergastula hominum iuste posse perducere, non me mouet multa cogitantem, quibus haec possent calumnia refutari. Et quod ipse respondisti, non esse

vitium sementis in tritico, quod furto dicitur esse sublatum, sed in eo qui frumenta furatus est, nec idcirco terram non debuisse gremio suo semina confouere, quia sator immunda ea proiecerit manu, elegantissima similitudo est. Quam, et antequam legerem, nullas mihi obiecit ista de adulterinis conceptibus in hac questione faciebat angustias generaliter intuenti multa bona Deum facere et de nostris malis, nostrisque peccatis. Animalis autem cuiuscunque creatio, si habeat primum prudentemque consideratorem, ineffabilem laudem creatori excitat, quanto magis creatio non cuiuslibet animalis, sed hominis? Si autem causa creandi quaeritur, nulla citius et melius respondeat, nisi quia omnis creatura Dei bona est. Et quid dignius quam ut bona faciat bonus Deus, qui nemo potest facere nisi Deus? Haec et alia que possum, sicut possum, dico aduersus eos, qui hanc opinionem, qua credunt animam sicut illa uia singulis fieri labefactare conantur. Sed cum ad penas ventum est paruulorum, magis (mihi crede) coarctor angustias, nec quid respondeam prorsus inuenio, non solum eas penas dico, quas habet post hanc uitam illa damnatio, quod necesse est trahantur si de corpore exierint sine Christianae gratiae sacro, sed eas ipsas quae in hac uita dolentibus nobis, versantur ante oculos, quas enumerare si uelim, prius tempus quam exempla deficient. Languescunt aegritudinibus, torquentibus doloribus, fame et siti cruciantur, debilitantur membris, priuantur sensibus, vexantur ab immundis spiritibus. Demonstrandum est utique, quomodo ista sine ulla sua mala causa iuste patiantur. Non enim dici fas est, aut ista ignorante Deo fieri, aut esse non posse resistere facientibus, aut iniuste ista uel facere uel permittere. Nunquidnam sicut illa animalia irrationabilia recte dicimus in usus dari naturis excellentioribus, etsi uitiiosis, sicut apertissime in Euangelio uidemus porcos ad usum desideratum concessos esse daemonibus, hoc et de homine recte possumus dicere? Animal est enim, sed rationale, etsi mortale. Anima est rationalis in illis membris, quae tantis afflictionibus perenas luit. Deus bonus est, Deus iustus est, Deus opes est, hoc dubitare omnino dementis est. Tantorum ergo malorum que fiunt in paruulis, causa iusta dicatur. Nempe cum maiores ista patiuntur, solemus dicere, aut sicut in Iob merita examinari, aut sicut in Herode peccata puniri. Et de quibusdam exemplis quae Deus mani-

Platonis
sententia.

Lib. 3. de
libera ar-
bitrio.

manifesta esse uoluit, alia que obscura sunt hominum coniecturae conceditur, sed hoc in maioribus. De paruulis autem quid respondeamus edisere, si poenis tantis nulla in eis sunt puniendae peccata. Nam utique nulla est in illis aetatibus examinanda iustitia. De ingeniorum uero diuersitate quid dicam, que quidem in paruulis latet, sed ab ipsis exordis naturalibus ducta, apparet in grandibus, quorum nonnulli tam tardi et obliuiosi sunt, ut ne prima quidem discere literarum elementa potuerint. Qui uero tam tardae sunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant, quos Moriones uulgo uocant. Respondetur fortasse, corpora hoc faciunt. Sed nunquid secundum hanc sententiam quam defendimus, anima sibi corpus elegit, et eligendo cum falleretur errauit? Aut cum in corpus coegeret intrare necessitate nascendi, alia corpora praecoccupantibus aiarum turbis, ipsa aliud non inuenit? Et sicut in spectaculo aliquo locum, ita carne non quam uoluit, sed quam uoluit occupauit? Nunquid haec et talia uel dicere possumus uel sentire debemus? Doce igitur quod sentire, quod dicere debeamus, uel constat nobis ratione nouarum aiarum sigillatimque factarum singulis corporibus. Ego quidem non de ingenijs, sed saltem de poenis paruulorum quas in hac uita patiuntur, dixi aliquid in libris illis de libero arbitrio. Quod quale sit, et cur mihi in ista qua habemus in manibus questione non sufficiat, intinmabo, et eum ipsum de tertio loco secerptum his literis inseram. Nam ita se habet. De cruciatibus autem corporis quibus affliguntur paruuli, quorum per aetatem nulla peccata sunt, si aia quibus animantur, non priusquam ipsi homines esse ceperunt, maior querela et quasi misericors depromi solet, cum dicitur, quid mali fecerunt ut ista paterentur? Quasi possit esse meritum innocentiae, antequam quisquam nocere aliquid possit. Cum autem boni aliquid operatur Deus in emendatione maiorum, cum paruulorum suorum qui eis chari, sunt doloribus ac mortibus flagellantur, cur ista non fiat, quam cum transferunt, pro non factis erunt in quibus facta sunt: Propter quos autem facta sunt, aut meliores erunt si temporalibus incommodis emendati, rectius elegerint uiuere, aut excusationem in futuri iudicii supplicio non habebunt, si uitae huius angustibus, ad aeternam uitam desiderium conuertere noluerint? Quis autem nouit, quid paruulis, de quorum

cruciatibus duritia maiorum contunditur, aut exercet fides, aut misericordia probatur, quos in quibus ergo nouit quod ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonae compensationis referuat Deus? Quomodo quidem nihil recte fecerint, tamen nec peccantes aliquid ista perpessi sunt. Non enim frustra est infantes illos, qui cum dominus noster Iesus Christus necatus ab Herode quaereretur, occisi sunt, in honore martyrum receptos commendat ecclesia. Haec tunc dixi, cum hanc ipsam, de qua nunc agitur, uelle communire sententiam. Sicut enim paulo ante commemorauimus, quod cum illarum de aia incarnatione quatuor opinionum uera esset, inculpatam substantiam creatoris et a nostra peccatorum societate remotissimam nitebar ostendere. Et ideo quaecumque illarum ueritate posset conuinci et repudiari, ad curam intentionis meae quam tunc habebam non pertinebat, quam quidem cunctis diligentiore disputatione disculsis, quaecumque illarum recte uinceret ceteras, me securissimo fieret, quam est secundum omnes id quod agebam inuictum persistere demonstrabam. Nunc uero unam uolo si possum ratione recta eligere ex omnibus, et propterea huiusmodi de nunc agimus, defensionem in ijs quae commemorauimus de illo libro uerbis meis attentius intuens, ualidam firmamque non uideo. Nam uelut firmamentum eius illud est, quod ibi dixi: Quis autem nouit quid paruulis de quorum cruciatibus duritia maiorum contunditur, aut exercet fides, aut misericordia probatur? Quis, in quibus ergo nouit quod ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonae compensationis referuet Deus? Quoniam quamquam nihil recte fecerint, tamen nec peccantes aliquid ista perpessi sunt. Sed hoc non immerito dici uideo, de ijs qui uel pro Christi nomine ac uera religione tale aliquid etiam nescientes patiuntur, uel sacramento Christianam imbuti sunt, quia sine societate unius mediatoris liberari a damnatione non possunt, ut possit eis etiam pro illis malis quae hic in diuersis afflictionibus pertulerunt, compensatio ista praestari. Nunc autem cum ista quaestio non possit absolui, nisi etiam de ijs paruulis respondeatur, qui post grauissimos cruciatus sine sacramento Christianae societatis expirant, quae circa eos compensatio cogitanda est, quibus insuper et damnatio preparata est? Nam et de baptismo paruulorum in eodem libro, non quidem suffici-

cienter, sed quantum illi operi satis esse videbatur ut cunq; rādi, qđ etiam nescientibus, & fidem suam nondū habentibus prodest, non tñ de damnatione eorū paruulorū, qui sine illo ex hac vita emigrant tunc aliqd dicendū putauit, quia non quod nunc agitur agebatur. Sed vt omittamus & contemnamus ea q̄ breui tempore patiuntur nec transacta reuocantur, nunqđ similit̄ cōtēnere possumus, qđ per unū hominē mors, & per unum hominē resurrectio mortuorū? Sicut. n. in Adam omnes moriunt̄, sic & in Christo oēs uiuificabūtur. Per hanc. n. Apostolicā diuinā clarāq; sententiā, satis euident̄ elucet, neminē ire in mortē nisi per Adam, neminē ire in uitā aeternā nisi per Christum. Hoc est quippe oēs & oēs, quia sicut omnes homines per primā, hoc est per carnalē generationē pertinent ad Adā, sic omnes homines ad secundam, id est spiritalē regenerationē ueniunt, quicunq; ad Christū perueniūt. Ideo ergo dictū est, & hic omnes, & ibi oēs, quia sicut omnes qui moriuntur, non nisi in Adā moriuntur, ita omnes qui uiuificabuntur, non nisi in Christo uiuificabuntur. Ac per hoc, quisquis nobis dixerit, quenquam in resurrectione mortuorū uiuificari posse nisi in Christo, tāquā pestis cōis fidei detestandus est. Item quisquis dixerit quod in Christo uiuificabunt̄ ēt paruuli, q̄ sine sacramenti eius participatione de vita exeunt, hic profecto & p̄ Apostolicā prädicationē uenit, & cōdemnat ecclesiā, ubi propterea cū baptizandis paruulis festinatur & currūt, q̄ sine dubio creditur aliter eos in Christo uiuificari omnino non posse. Qui at non uiuificatur in Christo, restat vt in eadem damnatione maneat, de qua dicit Apostolus: Per vnus delictū in omnes homines ad condemnationem. Cui delicto obnoxios paruulos nasci, & omnis credit ecclesia, & ipse iā contra Iouinianū disputans, & exponens Iouinianū prophetā, sicut pauloante commemorauit, fide ueracissima definisti, credo & in aliis locis opusculorū tuorū quæ uel nō legi, uel in præsencia non recordor. Huius igitur damnationis in paruulos causam requiro, quia neq; animarū si nouæ fiunt singulis singulæ uideo esse ullū in illa ætate pctm̄, nec a Deo damnari aliquam credo, quā uidet nullum habere pctm̄. An forte dicendum est in paruulo carnem solam causam esse peccati, no-

1. Co. 13.

Roma. 5.

uā uerō illi animā fieri, quā fm̄ Dei præcepta uiuente in adiutorio gratiæ Christi, & ipse si carni edomita ac subiecta possit incorruptionis meritū cōparare? Sed q̄ in paruulo anima nondū id agere pōt, nisi Christi acceperit sacramentū per hanc gratiā carni eius acquiratur, quod illius moribus nondū potuit. Si aut̄ sine ullo sacramento anima paruuli exierit, ipsa quidē in æterna uita erit, vñ eā nullum peccatū potuit separare, caro uerō eius nō resurget in Christo, nō pcepto ante mortē illius sacramento. Hāc opinionē nunquā audiui, nunquā legi. Sed planē audiui & credidi, pp̄ quod loquutus sum quia ueniet hora qñ oēs qui in monumentis sunt audient uocem eius, & procedent qui bene fecerunt in resurrectionem uitæ. I. s̄ est de qua dicit: Et per unū hominē resurrectio mortuorum. Ipsa est qua in Christo oēs uiuificabuntur. Qui aut̄ male egerunt in resurrectione iudicij. Quid hic ergo de illis infantibus intelligendū est, qui priusquā possent agere uel bene uel male, sine baptismo corpore exuti sūt? Nihil hic de talibus dictū est. Sed si caro eorū iō non resurget q̄ nec boni aliquid egerit nec mali, nec illorū resurrectura est, q̄ percepta baptismi gratia in illa ætate defuncti sunt, in qua nihil bene uel male agere potuerunt. Si aut̄ illi inter sanctos resurgent, id est, inter eos q̄ bene egerunt, inter quos & illi resurcturi sunt, nisi inter eos q̄ male egerūt, ne aliquas humanas aīas credamus corpora sua nō recepturas, siue in resurrectione uitæ, siue in resurrectionem iudicij? Quæ sententia priusquā refellatur, ipsa nouitate iā displicet. Deinde q̄s ferat, si credant se illi qui ad baptismū cū suis paruulis currunt, pp̄ carnes eorum, non propter animas currere? Beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens nouū, sed ecclesiæ fidē firmissimā seruās, ad corrigendū eos q̄ putabāt ante octauū diē natiuitatis nō esse paruulū baptizandum, nō carnem, sed animā dixit non esse perdendam, & mox natū rite baptizari posse, cū suis q̄busdā coepiscopis cēsuit. Sed p̄ Cypriani aliquā opinionē, ubi quod uidentū fuit fortasse non uidit, sentiat quisq; quod libet, tñ contra Apostolicam manifestissimā fidē nemo sentiat, qui ex unius delicto oēs in cōdemnationē duci prædicat, ex qua condemnatione non liberat nisi gratia Dei

A

Ioan. 5.

1. Co. 15.

Cypria.

Psal. 33. Cōiunctio
**Non videtur si peresse.*
Sermo primer ad argumentationem
Pela. xi. ni. Si aīa singulis nou. cre. i. tur, non traxerūt peccatum ex anime Adā. in. iuste igitur damnantur.

C

D

per Iesum Christum dñm nostrum, in quo vno oēs uiuificantur, quicunq; uiuificantur. Contra ecclesiæ fundatissimū morē nemo sentiat, ubi ad baptismū si pp̄ sola paruulorū corpora curreteretur, baptizandi offerrentur & mortui. Quæ cū ita sint, quærenda causa est atque reddēda, quare damnentur aīæ q̄ nouæ creant̄ singulis q̄busq; nascentibus, si p̄ter Christi sacramentū paruuli moriant̄. Dā nari. n. eas si sic de corpore exierint, & sancta scriptura, & sancta est testis ecclesia. Vñ illa de animarū nouarū creatione sn̄a, si hāc fidē fundatissimā nō oppugnat, sit & mea, si oppugnat, nō sit & tua. Nolo mihi dicat̄ pro hac sn̄a debere accipi quod scriptū est. Qui finxit spiritū hominis in ipso, & qui finxit sigillatim corda eorum. Aliqd fortissimū atq; inuictissimum requiērdū est, qđ non cogat credere Deū ulla arum sine culpa aliqua dānatorē. Nā uel tantundē ualeat uel plus est forsā creare q̄ fingere, & tñ scriptum est: Cor mundū crea in me Deus. Nec ideo putari pōt aīa hoc loco optare fieri priusquā aliqd esset. Sicut ergo iam existens creatur in nouatione iustitiæ, sic iā existens fingitur & cōformatione doctrinæ: Nec illud qđ in Ecclesiaste scriptū est: Tunc reuertetur in terrā puluis sicut fuit, & spiritus reuertetur ad dominū qui dedit illum. istam cōfirmat sententiam, quam uolumus esse nostrā. Plus. n. hoc suffragatur eis, qui ex una putant oēs esse animas. Nam sicut conuertitur, inquit, puluis in terrā sicut fuit, & tñ caro de qua hoc dictum est, ad hominē non reuertitur ex quo propagata est, sed ad terrā vnde primus homo factus est, sic & spiritus ex illius vnus spiritus propagatus non tñ ad eum reuertitur, sed ad dominum a quo illi datus est. Verum quia hoc testimonium ita pro istis sonat, vt non omninodo huic opinioni quā defendi uolo, uideatur esse contrarium, admonendā tantum credidi prudentiam tuam, ne talibus testimoniis ex his angustiis me coneris eruerē. Nam licet nemo faciat optando ut uerum sit quod uerum non est, tamen (sit fieri posset) optarem ut sententia uera esset, sicut opto ut si uera est, abs te liquidissime atque inuictissime defendatur. Hāc autem difficultas etiam illos sequitur, qui iam existentes alibi animas, & ab initio diuinorum operum præparatas, a Deo mitti opinantur in corpora. Nā

& ab his hoc idē q̄ritur, si animæ inculpatæ obediēter ueniūt quod mittunt̄, cur in paruulis si nō baptizati uitā istā finierint, puniunt̄? Eadē prorsus in utraq; sn̄a difficultas est. Illi sibi uident̄ de hac facilius exire q̄one, qui animas asseuerant pro meritis uitæ prioris singulis singulis corporibus implicari. Hoc. n. putant esse in Adam mori, in carne. s̄ q̄ propagata est ex Adā supplicia pendere. A quo reatu, inquit, gratia Christi liberat pusillos cum magnis. Hoc quidē recte, ueraciter, optimeque, qđ gratia Christi liberat a reatu peccato rū pusillos cū magnis. Sed in alia superiore uita peccare animas, & inde precipitari in carceres carnos, non credo, nō acquiesco, non consentio. Primo qñ nescio per quos fieri circuitus id aiūt isti, ut post nescio quāta uolumina seculorū iterū ad istā farcinā corruptilis carnis & supplicia pendenda redeūdū sit. Qua opinione qđ horribilī cogitari possit ignoro. Deinde q̄s tādē iustus defunctus est, de quo nō, si isti uera dñt, solliciti esse debeamus, ne in sinu Abræ peccans in flāmas illius diuitis deiiciat̄? Cur. n. non & post hoc corpus peccari possit & si ante potuit? Postremo, longe aliud est in Adā peccasse, vñ dicit Apostolus, in quo oēs peccauerunt, & aliud est extra Adā nescio ubi peccasse, & iō in Adā. i. in carnē q̄ ex Adā propagata est, tanq̄ in carcerē trudi. Illa uero opinione quod ex una sūt oēs animæ, nō discutere uolo nisi necesse sit. Atq; utinam ista de qua nunc agimus, si uera est, sic abs te defendat̄, ut hoc necesse iā non sit. Quamuis aut̄ desiderē, rogē, uotis ardentibus exoptē & expectē, vt per te mihi dñs huius rei auferat ignorantiā, tamen si, quod absit, minime meruero, paciētiā mihi petā a domino Deo nostro, in quē sic credimus, ut aliqua nobis non aperiri ēt pulsantibus nullo modo aduersus eum murmurare debeamus. Memini prius ipsi. Apostolis dictū: Multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo. In his quantum ad me attinet ēt hoc deputem. Neq; qui hoc sciam me indigni indignū, nec hoc ipso uerū cōtincar indignior. Multa. n. alia similia nescio, q̄ cōmemorare uel enumerare nō possum. Et hoc tolerabiliter ignorarem, nisi me tuerem nec aliqua istarum opinionū cōtra illud quod firmissima retinemus fide, incautis obreperet mētib. Sed antequā scia quæ

11. de ci. uita. Dei. cap. 23.

Roma. 1.

F

nam earū potius eligēda sit, hoc me nō teme-
re sentire p̄fiteor, eā q̄ vera est non aduersari
robustissimæ ac fundatissimæ fidei, qua Chri-
sti ecclesia nec paruulos hoīes recētissimē na-
tos, a dānatione, credit, nisi p̄ grām noīs Xpi
q̄ in suis sacramētis p̄mēdauit, posse liberari.

Augustinus Hieronymo, de loco q̄ est Iaco-
bi secūdo: Qui offenderit in vno, factus ē
oīum reus, multa obiter admiscēs de Stoi-
cis, q̄ docebat oīa peccata esse paria, & q̄
quis haberet vnā virtutū, habere oēs, q̄ ca-
reret vna, nullā habere. Epist. XXIX.

Qvod ad te scripsi (honorande mihi in
Xpo frater Hieronyme) q̄rens de aīa
humana, si nascētibus singulis nouæ singulæ
nūc vsq; sunt, vbi peccati vinculum p̄hant,
q̄d per sacm̄ gratiæ Christi ēt in infantib. re-
ceter natis, soluendū esse nō dubitamus, cum
in nō paruū volumē p̄cederet, nolui vlla alia
onerare q̄one, sed q̄d vrget acrius, multo mi-
nus est negligendū. Proinde q̄ro, & p̄ Deum
obsecro, vt exponas mihi q̄d multis existi-
mo profuturū, aut si iā vel abs te vel ab alio
aliquo expositū habes dirigas nobis, quō ac-
cipiendū sit, q̄d in epistola Iacobi Apostoli
scriptū est: Quicumq; n. totā legē seruauerit,
offēdat aut in vno, factus est oīum reus. quæ
res talis ac tāta est, vt q̄d hinc tibi nō iā olim
scripsi, multū me peniteat. De agenda nanq;
p̄senti uita, quō ad vitā pueniamus æternā,
nō de p̄terita perserutanda, quā penitus de-
merit obliuio, sicut est illud q̄d de aīa q̄ren-
dū putauī, hæc vertitur q̄o. Eleganter aut di-
ctū esse narrat, q̄d huic rei satis apte cōuenit
Cū quidā ruisset in puteū, ubi aqua tāta erat,
vt eū magis exciperet ne moret, q̄ suffocaret.
ne loqueret, accessit alius, & eo viso admi-
rans ait: Quō huc cecidisti? At ille. Obsecro
inqt, cogita quō hinc me liberares, non quō
huc ceciderim q̄ras. Ita qm̄ fatemur & fide
chatholica tenemus, de reatu peccati tanquā
de puteo ēt paruuli infantis animā Christi
gratia liberandā, satis est ei, q̄ modū quō sal-
ua fiat, nouimus, etiam si nunquā quōmo-
do in malū illud deuenerit nouerimus. Sed
iō putauī esse quæredum, ne forte ex illis opi-
nionibus incarnationis aīæ aliquam tenea-
mus incautius, q̄ liberandam prorsus animā
paruuli contradicat, negans eam esse in isto

Iaco. 2.
2. Retra.
Cap. 45.

Facetum.

malo. Hoc igitur firmissime retento, quod
anima paruuli de reatu peccati liberanda est,
nec alio modo liberanda nisi gratia Dei per
Iesum Christum dominum nostrum, si pos-
sumus etiam ipsius mali causam & originē
nosse, vaniloquis non disputatoribus sed li-
tigantibus paratius instructiusque resisti-
mus. Si autem nō possumus, non quia later
miseriæ principium, ideo pigrescere miseri-
cordiæ debet officium. Aduersus eos aut qui
sibi uidentur scire quod nesciunt, hoc tutio-
res sumus, q̄d hanc ignorantiam nostram
nō ignoramus. Aliud est. n. quod nescire ma-
lum est, aliud quod sciri vel non potest, vel
non opus est, vel ad vitam, quam querimus,
indifferens est. Hoc uero q̄d de literis Apo-
stoli Iacobi nunc requiro, in hac ipsa qua vi-
uimus, & vt semper uiuamus Deo placere
studemus, actione versat. Quō igitur intelli-
gendum est obsecro te: Quicumq; totā legē
seruauerit, offēdat autem in vno, factus est
oīum reus? Itane qui furtum fecerit, immō
verō qui dixerit diuiti, sede hic, pauperi au-
tem, tu sta illic, & homicidij & adulterij &
sacrilegij reus est? Quod si non est, quō qui
in vno offēdit, factus est omnium reus? An
illud quod dixi de diuite & paupe ad ista
non pertinet, quorū, si quis in vno offēde-
rit, fit oīum reus? Sed recolendum est vn-
de uenerit illa sententia, & quæ illā superio-
ra pepererint, quibusque conexa depēdeat.
Fratres mei nolite inquit in personarū acce-
ptione habere fidem dñi nostri Iesu Chri-
sti gloriæ. Etenim si introierit in conuentum
uestri uir annulum aureum habēs in ueste
candida, introierit autem & pauper in sordi-
do habitu, & intendatis in eum qui indutus
est ueste p̄clara, & dicatis ei: Tu sede hic bñ,
pauperi autē dicatis, tu sta illic, aut sede sub
scabello pedū meorū. Nōne iudicatis apud
uosmetipsos, & facti estis iudices cogitatio-
nū iniquarum? Audite fratres mei dilectissi-
mi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mun-
do, diuites in fide, & hæredes regni, quod re-
promisit Deus diligētibus se? Vos aut exhō-
norastis pauperē, p̄ illum. s. cui dictum est,
sta illic, cum habēt annulum aureum dictū
esset, tu sede hic bene. Ac deinde sequit ean-
dem ipsam sententiam latius versans & ex-
p̄ilcans: Nonne, inquit, diuites per poten-
tiam opprimunt vos, & trahunt ad iudicia?
Nonne

Nonne ipsi blasphemant bonū nomē q̄d in-
uocātū est super vos? Si quidē legē p̄ficitis re-
galē secūdū scripturā, Diliges proximū tuū
sicut te ipsum, bene facitis. Si aut personas ac-
cipitis, p̄ctm̄ operamini redarguti à lege qua
si transgressores legis. Vide quemadmodum
transgressores legis appellat, qui dicunt diui-
ti. sede hic, & pauper: sta illic. Vnde ne puta-
rent cōtempibile esse peccatū, in hac vna re
legem trāsgredi sequutus adiunxit: Quicumq;
totam legem seruauerit, offēdit aut in vno,
factus est oīum reus. Qui. n. dixit: non mēcha-
beris, dixit & non occides. Quod si non occi-
dis, mōcharis aut, factus es trāsgressor legis:
p̄ id q̄d dixerat, redarguti à lege quasi trāf-
gressores, Quæ cū ita sint, consequens vr̄, ni
si alio modo intelligendū ostendat, vt qui di-
xerit diuiti: sede hic, & pauper: sta illic, huic
non honorē, quē illi deferēs, & idololatra &
blasphemus, & adulter & homicida, & ne,
quod longū est, cuncta commemorarem, reus
oīum criminū iudicandus sit. Offendens q̄p-
pe in vno, factus est oīum reus, At. n. qui vnā
virtutem habet, omnes habet, & qui vnā non
habet, nullam habet. Hoc si verum est, cōfir-
matur ista sn̄ia. Sed ego eam exponi volo, nō
confirmari, quæ per seipsam apud nos oībus
philosophorum autoritatib. firmior est. Et
illud quidem de virtutib. & vitiis, si veraciter
dī, nō est consequens, vt propter hoc omnia
peccata sint paria. Nam illud de inseparabili-
tate virtutum, nisi forsitan fallor, tñ si verum
memini quod vix memini, oīb. philosophis
placuit, qui easdem virtutes agendæ vitæ ne-
cessarias esse dixerunt. Hoc autem de parili-
tate peccatorum soli Stoici ausi sunt dispu-
tare, cōtra oēm sensum generis humani: quā
eorū vanitatem in Iouiniano illo, qui in hac
sn̄ia Stoicus erat in aucupandis autem & de
sensandis voluptatib. Epicureus, de scriptu-
ris sanctis dilucidissimē cōuicisti. In qua tua
suauissima & præclarissima disputatione sa-
tis euidenter apparuit nō placuisse authorib.
nostris, vel ipsi potius quæ p̄ eos loquuta est
veritati, omnia paria eē peccata. Quōmodo
aut fieri possit, vt etiam si hoc de virtutibus
verum est, non tñ ideo cogamur fateri æqua-
litatem oīum peccatorum, quantum possum
adiuuante domino aperire conabor. Quod
si effecero, approbabis: vbi verō causæ de-
fuero, tu supplebis. Certē hinc persuadent,

Stoici pec-
cata fa-
ciunt pa-
ria.

qui vnā virtutem habuerit, habere oēs: &
oēs deesse cui vna defuerit, quod prudentia
nec ignaua, nec iniusta, nec intēperans pōt
esse. Nam si aliquid horum fuerit, prudentia
non erit. Porro si prudentia tūc erit, si & for-
tis & iusta & tēperās sit, profecto vbi fuerit,
secū habet ceteras. Sic & fortitudo imprudēs
esse nō pōt vel intēperans vel iniusta: sic tem-
perantia necesse est vt prudens, fortis, & iu-
sta sit: sic iustitia non est nisi sit prudens, for-
tis, & tēperans. Ita vbi est vna vera aliqua ea-
rū, & aliæ similiter sunt. Vbi aut aliæ defunt,
vera vna illa non est, ēt si aliquo mō similis
esse videatur. Sunt. n. (vt scis) quædā vitia
virtutibus aperta discretione p̄ria, vt impru-
dentia prudentiæ. Sunt aut quædā tñ quia vi-
tia sunt, ideo p̄ria, quædā tñ specie fallaci si-
milia, vt eidem prudentiæ, non imprudentia
sed astutia. Nunc. n. eam dico astutiā, q̄ viti-
tius in malitiosis intelligi & vocari solet, nō
sicut nra loqui scriptura conuenit, q̄ sepe a-
stutiā in bono ponit. Vide: Esto te astuti vt
serpentes. Et illud, Vt & innocentiū. det astu-
tiam: quanquam & apud illos Romanæ lin-
guæ disertissimus dixerit, neq; illi tñ ad cauē-
dam dolus, aut astutia deerant: astutiā ponēs
in bono: sed apud illos rarissimū, apud nros
frequentissimū est. Item q; in partib. temperā-
tiæ apertissime p̄ria est effusio parsimonie:
ea vero quæ tenacitas dici vulgo solet, vitiū
quidē est, tñ parsimonie simile, non natura;
sed fallacissima sp̄. Itē dissimilitudine mani-
festa p̄ria est iniustitia iustitiæ. Solet aut qua-
si imitari iustitiā vindicandi se libido, sed vi-
tiū est. Ignauia fortitudini p̄picuē p̄ria est,
duritia verō distat natura, fallit similitudine.
Constantia pars q̄dā virtutis est. Ab hac incō-
stantia longē abhorret, & indubiē p̄sistit.
Pertinacia verō p̄stantia dici affectat, & nō
est, quia illa est virtus, hoc vitiū. Vt ergo non
iterū hęc eadē cōmemorare necesse sit, exē-
pli grā ponamus aliquid, vñ possint cetera
intelligi. Catilina, vt de illo scripserunt qui
nosse potuerunt, frigus, sitim, famē ferre po-
terat, eratq; patiens inedia, algoris, vigiliæ lu-
pra q̄ cuiquam credibile est, ac per hoc &
sibi & suis magna p̄ditus fortitudine vide-
batur. Sed hęc fortitudo prudens non erat,
mala enim pro bonis eligebat. Temperans
nō erat, corruptelis. n. turpissimis scēdabat.
Iusta non erat, nā contra patriā coniurauerat.

Virtutis
casteua.

Mat. 10.

B

Dolus, &
astutia in
bonum.

Salustius

rat. Et ideo nec fortitudo erat, sed duritia fibi, ut stultos falleret, nomen fortitudinis imponebat. Nam si fortitudo esset, non vitium, sed virtus esset. Si autem virtus esset, a ceteris virtutibus tanquam inseparabilibus comitibus nunquam relinqueretur. Quapropter dum quaeritur et de vitiis, utrum ipsa similiter omnia sint ubi vnum erit: aut nulla sint ubi vnum non erit: laboriosum est id ostendere propterea quia vni virtuti duo vitia opponi solent, & quod aperte contrarium est, & quod specie similitudinis adhibetur. Vnde illa Catilinæ quia fortitudo non erat, quæ esset, cum secum virtutes alias non habebat, facilius videbatur. Quod verò ignavia fuerit, ubi exercitatio quaslibet grauissimas molestias perpetuandi atque tolerandi, supra quam cuius credibile est, fuit: agere persuaderi potest. Sed forte acutius intuendum, ignavia apparet ipsa duritia, quia laborum bonorum studiorum quibus vera acquiritur fortitudo neglexerat. Veruntamen quia sunt audaces qui timidi non sunt, & rursus timidi quibus abest audacia, cum sit utrumque vitium, quam qui vera virtute fortis est, nec temere audet, nec incōsulte timet: cogimur fateri vitia plura esse virtutibus. Vnde aliquando vitium vitio tollitur, ut amore laudis, amor pecuniæ. Alii quoniam vnum cedit ut plura succedant, velut qui ebriosus fuerit, si modicum biberit & tenacitatem & ambitionem didicerit. Præ itaque vitia esse cedere vitiis succedentibus non virtutibus, & ideo plura sunt. Virtus verò quod vna ingressa fuerit, quoniam secum ceteras ducit, profecto vitia cedent omnia, quæ cumque inerant. Non enim omnia inerant, sed aliquando totidem, aliquando plura paucioribus, vel pauciora pluribus succedebant. Hæc utrumque ita se habeant, diligentius inquirendum est. Non enim & ista diuina inuenta est qua dicitur: Qui vnam virtutem habuerit, omnes habet, eique nulla inest, cui vna defuerit: sed hominibus hoc visum est, multum quidem ingeniosis, studiosis, sed tamen hominibus. Ego verò nescio quemadmodum dicam, non dico vnum a quo denominata dicitur virtus, sed est mulierem, quæ viro suo seruat thori fidem, si hoc faciat propter præceptum & promissum Dei, & quod primitus sit fidelis, non habere pudicitiam, aut pudicitiam nullam vel paruam esse virtutem. Sic & maritum qui hoc idem seruat uxori. Et tamen sunt plurimi tales, quorum sine aliquo peccato esse neminem dixerim, & utique illud quaecumque peccatum ex aliquo vitio

venit. Vnde pudicitia coniugalis in viris foeminaeque religiosis cum proculdubio virtus sit, non enim aut nihil aut vitium est, non tamen secum habet omnes virtutes. Nam si omnes ibi essent, nullum esset vitium: si nullum vitium, nullo omnino peccato. Quis autem sine aliquo peccato? Quis ergo sine aliquo vitio. I. fomite quodam vel quasi sine radice peccati, cum clamet qui super praecipuum domini recubebat: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est? Neque hoc apud te diutius agendum est, sed propter alios qui forte hoc legerint, hæc dico. Nam tu quidem in eodem ipso opere splendido pro Iovinianum est hoc de scripturis sanctis diligenter probasti. Vbi est ex hac ipsa epistola, cuius verba sunt, quorum nunc intellectum requirimus, posuisti quod scriptum est: In multis enim offendimus omnes. Non enim ait, Offenditis, sed offendimus cum omnes Christi loquerentur. A postolo. Et cum hoc loco dicat: Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Ibi non in vno, sed in multis, nec quosdam sed omnes dixit offendere. Absit autem ut quisquam fidelis existimet tot milia seruorum Christi, qui veraciter dicit se habere peccatum, ne se ipsos decipiant, & veritas in eis non sit, nullam habere virtutem, cum virtus magna sit sapientia. Dixit autem ipsa sapientia homini: Ecce pietas est sapientia. Absit ergo ut dicamus tot ac tantos fideles & pios homines Dei non habere pietatem, quam Graeci vel εὐσέβειαν, vel expressius, & plenius θεοσεβειαν vocant. Quid autem est pietas nisi Dei cultus? Et vnde ille collitur nisi charitate? Charitas igitur de corde puro & conscientia bona & fide non ficta, magna & vera virtus est quia ipsa est & finis præcepti. Merito dicta est fortis sicut mors, siue, quia nemo eam vincit sicut mortem, siue quia in hac vita usque ad mortem est mensura charitatis, Sicut dominus ait: Maiorem hac charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: siue potius, quia sicut mors animam auellit a sensibus carnis, sic charitas a concupiscentiis carnalibus. Huic subseruit scientia cum est utilis, nam sine illa inflat. Quod verò illa ædificando impleuerit, nihil ibi ista inane quod inflat inueniet. Vitalem porro scientiam definiendo monstrauit, ubi cum dixisset. Ecce pietas sapientia, continuo subiunxit: Abstinerem verò a malis, scientia est, Cur ergo non dicimus, qui hanc virtutem habet

1. Ioan. 1.

Iacob. 1. 2.

1. Tim. 1.

Cant. 8.

Ioan. 15.

Psa. 142.

Abac. 2.

a. l. magis

a. l. ago.

bet habere omnes, cum plenitudo legis sit charitas? An quanto magis est in homine, tanto magis est virtute præditus? Quanto autem minus, tanto minus est virtus, quia ipsa est virtus, & quanto minus est virtus, tanto maius est vitium. Vbi ergo illa plena & perfecta erit, nihil ex vitio remanebit. Proinde mihi videntur Stoici falli, quia proficiente hominem in sapientia non lunt omnino habere sapientiam, sed tunc habere cum in ea omnino perfectus fuerit: non quia illud perfectum negat, sed nisi ex profundo quodam emergendo repente emicet in auras sapientiae liberat, nulla ex parte esse sapientem. Sicut enim nihil interest ad hominem profocandam, utrum aqua stadiis multis super se habeat altam, aut vnum palmum aut digitum, sic illos qui tendunt ad sapientiam proficere quidem dicunt, tanquam ab imo gurgitis surgentes in aerem, sed nisi totam stultitiam velut opprimentem aquam proficendo velut emergendo euaserint, non habere virtutem nec esse sapientes. Vbi autem euaserint, mox habere totam, nec quicquam stultitiae remanere, vnde omnino vllum peccatum possit existere. Hæc similitudo ubi stultitia velut aqua, & sapientia velut aer ponitur, ut aëris a præfocatione stultitiae tanquam emergens in sapientia repente respiret, non mihi vix satis accommodata nostrarum scripturarum authoritati. Sed illa potius, ut vitium vel stultitia tenebris, luci autem virtus & sapientia comparetur, quantum ista similia de corporalibus ad intelligibilia duci possunt. Non itaque sicut de aquis in aerem surgens, ubi earum summum transferit repente quantum sufficit inspirat, sed sicut de tenebris in lucem procedens, paulatim progrediendo illuminatur. Quod donec plenissime fiat, iam enim tamen dicimus tanquam de abditiissima spelunca egredientem, viciniam lucis afflatum tanto magis, quanto magis propinquat egressus: ut illud quod in eo lucet, sit utique ex lumine quo progreditur. Illud autem quod adhuc obscurum est, sit ex tenebris vnde egreditur. Itaque & non iustificabitur in conspectu Dei omnis viuens, & tamen iustus ex se de viuit. Et induti sunt sancti iustitia, alius maius, alius minus. Et nemo hic viuit sine peccato, & hoc alius maius, alius minus, Optimum autem est, qui minimum. Sed quid ego tanquam oblitus cui loquor, doctori similis factus sum, cum proposuerim quid abs te discere velim? Sed quia de peccatorum paritate, vnde in id quod aiebam incidit quod: examinanda tibi sententia

tiam meam promere statueram, iam eam tandem aliquando concludam. Quia & si verum esset eum qui habet vnam, omnes habere, virtutes: eum qui vnam non habet, nullam habere nec sic peccata sunt paria: quia ubi virtus nulla est, nihil quidem rectum est, nec, tamen ideo non prauo prauius est, distorto quæ distortius. Si autem quod puto esse verius sacrarum literis congruentius, ita sunt animarum intentiones, ut corporis membra, non quod videantur locis, sed quod sentiantur affectibus, & aliud illuminat amplius aliud minus, aliud omnino caret lumine & tenebroso inumbrat obstaculo, profecto ita ut quisque illustratione pie charitatis affectus est, in alio actu magis, in alio minus, in alio nihil: sic potest dici habere aliam, & aliam non habere, aliam magis, aliam minus habere virtutem. Nam & maior est in isto charitas quam in illo, recte possunt dicere, & aliqua in isto, nulla in illo, quantum pertinet ad charitatem quæ pietas est: & in ipso uno homine quod maiorem habuit pudicitiam quam patientiam, & maiorem hodie quam heri si proficit: adhuc non habeat continentiam, & habeat non paruam misericordiam. Et ut generaliter breuiterque complectar, quod de virtute habeat notionem, quod ad recte viuendum attinet: virtus est charitas, qua id, quod diligendum est, diligitur hæc in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla est. Plenissima verò quæ iam non possit augeri, quæ diu hic homo viuere est in nemine, quandoque at augeri potest, profecto illud quod minus est quam debet, ex vitio est. Ex quo vitio non est iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet. Ex quo vitio non iustificabitur in conspectu Dei omnis viuens. Propter quod, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Propter quod etiam quantum libet profecerimus, necessarium est nobis dicere. Dimitte nobis debita nostra, cum iam omnia in baptismo dicta, facta, cogitata, dimissa sint. Quis itaque qui recte videt, unde & quoniam & ubi speranda sit illa perfectio, cui non sit quod adijci possit? Si autem præcepta non essent, non utique esset ubi se homo certius inspiceret & uideret, unde auerteretur, quod conaretur, quare gratularetur, quid precaretur. Magna est ergo utilitas præceptorum, si libero arbitrio tamen detur, ut gratia Dei amplius honoretur. Quæ si ita se habent, unde fiet omnium reus, si in uno offendat, qui totam legem seruauerit: A. forte. Aug. Tomus secundus. e 3 quia

a. l. est.

3. Re. 8.

Psal. 142.

1. Ioan. 1.

Mat. 16.

L a. l. q. eda.

Solutio q. omis.

quia plenitudo legis charitas est, qua Deus pximusq; diligitur, in quibus p̄ceptis charitatis tota lex pendet & prophetæ, merito fit reus oīum qui contra illā facit, in qua p̄dēt omnia. Nemo autē peccat nisi aduersus illā faciēdo, quia nō adulterabis, non homicidiū facies, non furaberis, nō cōcupisces, & si qđ est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulat, in eo quod diligis proximū tuum tanq̄ teipsum. Dilectio proximū malum non operatur. Plenitudo autē legis est charitas. Nemo autem diligit proximū, nisi diligēs Deū, & hoc quantū p̄t, proximo impendat, quem diligit tanq̄ semetipsum vt et ille diligat Deū quem si ipse nō diligit, nec se nec proximū diligit. Ac per hoc qui totā legē seruauerit, si in vno offenderit, fit omniū reus, q̄ cōtra charitatē facit, vnde tota lex p̄dēt. Reus itaq; fit omniū, faciendo cōtra eā in qua pendēt omnia. Cur ergo nō dicantur paria peccata? An forte quia magis facit contra charitatē, q̄ grauius peccat, minus qui leuius? Et hoc ipso quod amittit, fit quidē omniū reus, sed grauius peccans, vel in pluribus peccās magis reus: Leuius autem vel i paucioribus peccās minus reus, tanto maiore. freatu, quanto amplius: t̄to minore quāto minus peccauerit, t̄n̄ ēt si in vno offenderit, reus omniū est, quia contra eam facit, in qua pendēt omnia.

Eccl. 3. Quæ si vera sunt, eo modo & illud absoluit quod ait homo. ēt Apostolicæ gratiæ. In multis, n. offendimus oēs. Omnes, n. offendimus, sed vnus grauius, alius leuius. Quāto quisque grauius leuiusq; peccauerit, tanto in p̄ctō cōmittēdo maior, quanto in diligēdo Deo & pximo minor. Et rurſus t̄to minor in peccati p̄p̄tatione, quāto maior in Dei & proximi dilectione. T̄to itaq; plenior iniquitatis, quāto inanior charitatis. Et t̄nc perfecti sumus in charitate, q̄n̄ nihil restat ex infirmitate. Nec sanē quantū arbitror putādū est leue esse peccatū in personarū acceptione h̄re fidē d̄ni nostri Iesu Christi, si illā distantiā sedēdi ac st̄di ad honores ecclesiasticos referamus. Quis n. ferat eligi diuitū ad sedē honoris ecclesiæ contēpto paupere instructiore atq; sanctiore? Si autē de quotidianis cōfessibus loquit, quis nō hic peccat, si t̄n̄ peccat, nisi cū apud seipsū intus ita iudicat, vt eit̄to melior quāto ditior illo esse videat? Hoc, n. videt signifi- casse cum dicit: Nonne iudicatis apud vos-

metipſos, & facti estis iudices iniquarum cōgitationum? Lex itaq; libertatis, lex charitatis est, de qua dicit: Si t̄n̄ legē perficitis regalem s̄m̄ scripturas: Diliges proximū tuū sicut teipsum, bene facitis. Si autē p̄sonas accipitis, peccatū operamini, redarguti à lege tanq̄ t̄n̄gressores. Et post illā sniam ad intelligendū difi- cillimā de qua satis dixi, qđ dicendū putauī, eandē legē libertatis cōmemorās: Sic loquamini, inquit, & sic facite, sicut p̄ legem libertatis incipientes iudicari. Et quoniā qđ paulo ante dixerit, nouit qm̄ in multis offendimus oēs, suggerit dominicā tanq̄ quotidiana nā quotidianis, & si leuioribus, t̄n̄ vulnerib⁹ medicinā. Iudicium, n. inquit, sine misericordia illi, qui nō facit misericordiā. Hinc, n. & dominus dimittite, inquit, & dimittet vobis, date & dabitur vobis. Super exalat autē misericordia iudiciū, non n. est aduersa iudicio, sed super exalat: quia plures per misericordiam colliguntur, sed qui misericordiā p̄stiterunt. Beati, n. misericordes, quia ipsis miserēbit Deus. Et hoc vtiq; iustū est: vt dimittat eis quia dimiserunt: & detur eis, quia dederunt. Inest quippe Deo & misericordia iudicanti, & iudicium miseranti propter qđ ei dicitur: Misericordiam et iudicium cantabo tibi d̄ne. Nā quisquis velut nimīū iustus iudiciū sine misericordia quasi securus expectat, irā iustifimam prouocat, quam timens ille dicit. Ne intres in iudiciū eā seruo tuo. Vnde dicitur populo contumaci: Quid vultis mecū iudicio contendere? Cū enim rex iustus sederit in throno, quis gloriabit castū se h̄re eorū? Aut quis gloriabit mundū se esse à peccato? Quē igitur spes est, nisi super exaltet misericordia iudicium? Sed erga illos qui misericordiā fecerunt veraciter dicēdo: Dimitte nobis sicut & nos dimittimus, & sine murmuratione dādo. Hilarem, n. datorem diligit Deus. Deniq; sanctus Iacobus iā ex isto loco de misericordię operibus loquitur, vt quos vehementer infla Inia terruerat, cōsoleat, cum admonet, quō etiā quotidiana peccata sine quibus hic non viuunt quotidianis remedijs expient, ne hō qui cū in vno offenderit fiat oīum reus i multis offendendo, quia in multis offendimus, p̄pter magnū aggerem reatus sui minutatim collectū, ad tribunal tanti iudicis perueniat, & eā quā nō facit misericordiā nō inueniat, sed

Luc. 2.

Pf. 100.

Pf. 142.

Hier. 2.

C

sed potius dimittēdo atque dando mereatur sibi dimitti peccata reddiq; promissa. Multa dixi qbus tibi t̄d̄iū fortassis inferrē, qui hęc q̄ t̄n̄ approbas, nō expectas discere q̄ ea docere consueuisti. Siquid at est in eis, quantū ad rē ipsā pertinet, nā quali eloquio explicata sint, non nimis curo: siquid ergo in eis est quod eruditionē offendat tuā, q̄ lo, vt rescribendo admoneas, & me corrigere non graueris. Infelix est, n. q̄ nō t̄atos et sanctos tuorū studiorū labores, & digne honorat, & de his d̄no deo nostro, cuius munere talis es, gratias agit, Vñ cū libentius debeat à quolibet discere, qđ inuuliter ignoro, q̄ p̄p̄tū quolibet docere quod scio, quanto iustius hoc abs te charitatis debitū flagito, cuius doctrina in noīe & adiutorio domini tantū in Latina lingua ecclesiasticæ literæ adiutæ sunt, quantū nunq̄ antea potuerūt. Maxime t̄n̄ istā sententiā: Quicūq; totā legē seruauerit, offēdat autē in vno, factus est omniū reus: siquo alio modo exponi meli⁹ posse nouit dilectio tua, per dominum obsecro, vt id nobiscum communicare digneris.

Hieronymus Augustino, laudans quidem illius duo libellos, sed excusans cur non responderit. Epist. XXX.

Domino verē sancto, & omni mihi affectione venerabili papæ Augustino, Hieronymus in Christo salutem. Virum honorabile fratrē meū, filiū dignationis tuę Orosiū p̄sbyterū, et sui merito & te iubete suscepit, sed incidit tēp⁹ difi- cillimū, qm̄ mihi tacere melius fuit q̄ loqui, ita vt nostra studia cessaret, & (iuxta Appiū) canina exerceretur faciū dia. Itaq; duob⁹ libellis tuis quos meo nomini dedicasti, eruditissimis & omni eloquētię splendore fulgentibus, ad tempus respōdere non potui. Nō quo quicq̄ in illis reprehēdendū putē, sed quia iuxta Apostolū. Vnusquisq; in suo sensu abūdet, alius quidē sic, alius at sic. Certe quicquid dici potuit & sublimi ingenio de scripturarū sanctarū hauriri fontibus, à te positum atq; disertum est. Sed quę- so reuerentiā tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingeniū. Nos, n. inter nos eruditionis cā differimus. Ceterum emuli & maxime heretici si diuersas inter nos sententias viderint de animi calumniabunf rācore descendere. Mihi at decretū est te amare, te su-

scipere, colere, mirari, tuāq; dictā quasi meā defendere. Certe & in dialogo quem nuper edidi, tuę beatitudinis (vt dignū fuerat) recordatus sum: magis q; demus operam vt perniciosissima hęc̄sis de ecclesijs auferat, q̄ sp̄ simulat p̄nitentiā, vt docēdi in ecclesijs hęc̄ facultatē, ne si aperta se luce p̄diderit foras expulsa moriat. Sanctæ ac venerabiles filiæ tuę Eustociū & Paula, & genere suo & exhortatione tua digne gradiunt, specialiterq; salutant beatitudinē tuā. Omnis quoq; fraternitas quę nobiscū d̄no salutari seruire conatur. Sanctum presbyterum Firmum, anno p̄terito ob rem earū Rauēnam, & inde Aphricā Siciliāq; direximus, quem putamus iam in Aphricę partibus commorari. Sanctos tuos adherentes lateri, vt meo obsequio salutes, precor. Literas quoq; meas ad sanctum presbyterū Firmum direxi, quę si ad te venerint, ei dirigere non graueris. Incolumē te & mei memorem, Christus dominus custodiat, domine verē sancte & batissime papa. Grādē Latini sermonis in ista prouincia notariorū patimur penuriā, & idcirco p̄ceptis tuis parere nō possumus, maxime in editione Septuagita q̄ asteriscis verub⁹q; distincta ē. Pleraq; n. prioris laboris ob fraudē cuiusdā amissim⁹.

Paulinus episcopus Augustino gratias agit pro libris quinque quos aduersus Manichęos scripserat, dono misis, p̄dicans illius eruditionem, ac vicissim panem dono mittit, amicitię & eiusdem communionis symbolum. Epist. XXXI.

Domino fratri vnanimi & venerabili Augustino, Paulinus & Therasia peccatores Charitas Christi quę vrget nos etiā absentes, licei per vnitatem fidei alligat, ipsa fiduciam ad te scribendi, pudore depulso p̄stitit, teq; per literas tuas visceribus meis intimaui, quas & de scolasticis facultatibus affluentes, & de cœlestibus fauis dulces vt aīę meę medicas & altrices, in quinq; libris interrim teneo quos munere benedicti & venerabilis nobis episcopi nostri Alipij, nō pro nostra instructione tantum, sed etiā pro ecclesię multarū vrbiū utilitate suscepimus. Hos igitur nūc libros lectiōni habeo, in his me oblecto, de his cibū capio, nō illū q̄ perit, sed quod operat vitę ęternę substantiam per fidem nostram,

Stare se- dere qđ tropice

Iacob. 2.

strā, qua ad corporamur in Christo Iesu domino nostro cum fides nostra quæ visibilia negligēs, inuisibilibus inhiat p̄ charitatē oīa secundū veritatem omnipotentis dei credentem, literis & exemplis fidelium roboretur. O vere sal terræ, quo, præcordia nostra ne possint seculi vanescere errore cōdiunf. O lucerna digne supra candelabrū ecclesiæ posita, quæ late catholicis vrbibus de septiformi ligno pastum oleo letitiæ lumen effundens densas licet hæreticorū caligines discutis, & lucē veritatis à confusione tenebrarū splendore clarifici sermonis enubilas. Vides frater vnanime, admirabilis in Christo domino & suscipiēde, q̄ familiariter agnouerim te, quāto admirer stupore, q̄ magno amore cōplectar, qui quotidie colloquio literarū tuarū fruor, & oris tui spiritu vescor. Os. n. tuū fistulā aq̄ vitæ & venā fontis æterni merito dixerim, quia fons vitæ aquæ salientis in vitam æternā Christus effectus est. Cuius desiderio sitiuit in te aīa mea, & vbertate tui fluminis ī ebriari terra mea concupiuit. Ideo q̄; cū hoc Pentateucho tuo contra Macichæos me satis armaueris, si qua in alios quoq; hostes catholice fidei munimina comparasti, quia hostis noster, cui mille nocēdi artes, tā varijs expugnatus est telis, q̄ oppugnat insidijs, quæso, promere mihi de armamentario tuo, & conferre nō abnuas arma iustitiæ. Sū. n. laboriosus, & iā nūc sub magno honore peccator, veteranus in numero peccatorū, sed æterno regi nouus in corpore tyro militiæ. Sapiētīā mundi, miser hucusq; miratus sū, & p̄ inutiles literas reprobataq; prudentiā deo stultus & mutus fui. Postq̄ inueteraui inter inimicos meos, & euanui in cogitationibus meis, leuaui oculos meos in montes, ad p̄cepta legis & gr̄a dona suspiciens: vnde mihi auxiliū venit à dño, qui nō s̄m iniquitates retribuēs, illuminauit cecū, soluit cōpeditū humiliavit erectū male, vt erigret humiliatū pie. Sequor igit nō æquis adhuc passibus magna iustorū vestigia, si possim orōnibus vestris apphēdere, in quo dei miserōnibus apprehēsus sum: Rege ergo paruulū in terra reptantē, & tuis gressibus ingredi doce: Nolo. n. in me corporalis ortus magis q̄ spiritalis exortus atate cōsideres. Quippe atas mihi s̄m carnē ea iam est, qua fuit ille ab Apostolis in porta speciosa verbi potestate sanatus. In natalibus autem

animæ, illius adhuc mihi tēpus infantia est, *plius quā.* quæ intentatis Christo vulneribus immolata digno sanguine victimā præcurrit, & dominicā auspicata est passione. Atq; ideo vt ī fantē adhuc verbo Dei & spiritali atate lactē tem, educa verbis tuis, vberibus fidei sapiētīæ charitatis inhiantē. Si officiū cōmune cōsideras frater es, si maturitatē ingenij tui & sensuum, pater mihi es, si forte sis æuo iunior, quia te ad maturitatē meriti honor seniorē prouexit, & iuuenē cana prudentia. Foue igit & corrobora me in sacris literis & spiritalibus studiis, tpe (vt dixi) recētem, & ob hoc post longa discrimina, post multa naufragia, vū rudē, vix dū a fluctibus seculi emergētē, tu iā solido litore cōstitutus, tuto excipe sinu: vt in portum salutis, si dignum putas pariter nauigemus. Interea me de periculis vitæ istius & profundo peccatorū euadere nitētē, orationibus tuis tanq̄ tabulā sustine, vt de hoc mundo quasi de naufragio nudus euadā. Idcirco. n. me leuare sarcinis, & vestimentis onerānibus exuere curauī, vt vndosum hoc, qd̄ inter nos & Deū peccatis interlatrantibus se parata, p̄sentis vitæ salū, oī amictu carnis, & cura diei sequentis, iubēte & adiuuāte Christo & expeditus enatem. Neque id me perficisse glorior, quod & si gloriari possem, in dño gloriarer, cuius est perficere quod nobis adiacet velle. Sed cōcupiscit adhuc aīa mea desiderare iudicia domini. Vide qn̄ assequat effectum dei voluntatū, qui adhuc ipsum desiderare desiderat. Quod in me tamen est, dilexi decorē domus sanctæ, & quantū in me fuit, elegeram abiectus esse in domo domini. Sed cui placuit segregare me ab vtero matris meę, & ab amicitia carnis & sanguinis ad gratiā suā trahere, eidem placuit in opē me omnis boni meriti, suscitare de terra, & de lacu miseriarū, ac de luto facis educerē, vt collocares me cū p̄ripib⁹ populi sui, & partem meā ī tua sorte poneret, vt te p̄stāte meritis, officio sociat⁹ æquarer. Præsumptione igit nō mea sed placito & ordinatione dñi, fraternitatis tuæ mihi foedus vsurpās, tāto indignus honore me dignor, q̄ te p̄ tua sanctitate certo scio (nā veritate sapis) nō alta sape, sed humilib⁹ cōgruere. Ideo p̄mpte & intime recepturū spo charitatē humilitatis nostrę. Quæ qdē iā recepisse te p̄ beatissimū sacerdotem Alipiū, q̄a dignat̄ patrē nostrū, cōfido. Is. n. sine

40.
K
E
L
Rom. 12.
συνεργα
γεμενοι

sine dubio de se tibi exēplū præbuit nos ante notitiam & supra meritum diligendi, qui in cognitos sibi nos & lōginqua soli, & saliter capidine desperatos, spiritu veræ dilectionis, q̄ vbiq; & penetrat & effunditur, & videre diligendo potuit, & alloquendo pertingere. Hic nobis prima affectus sui documenta, & charitatis tuæ pignora in supradicto munere librorum dedit. Et q̄to studuit inpendio, vt sanctitatem tuam non ipsius tantum verbis, sed plenius eloquētia & fide tua cognita nos possemus amare mediocriter tātopere curas te eūdē credimus, vt nos vicissim ipsius imitatione plurimum diligamus. Gratia dei tecū, vt est, in æternū maneat, optamus frater in Christo dño vnanimē, venerabilis, desiderantissimē. Totam domū, & omnem comitē, & æmulatorē in domino sanctitatis tuæ plurimo fraternitatis vnanimæ salutamus affectu. Panē vnum, quem, vnanimatis iudicio misimus charitati tuæ, rogamus accipiēdo benedicat.

Augustinus Paulino, amplectens illius beneuolentiam & mutuum declarans amorem: nonnulla de Licentio, cuius ætati me tuebat, ne vergeret ad ea quæ sunt mundi.

Epistola. XXXII.

Domino verē sancto & venerabili, & eximia in Christo laude prædicando, fratri Paulino, Augustinus in domino salutē: O bone vir & bone frater, latebas, animā meā, & ei dico vt toleret, qd̄ adhuc lateo oculos meos & vix mihi obreperat, immō nō obreperat. An verō tolerat? Cur ergo me ex cruciat desiderū tui apud ipsā intus aīam? Nā si molestias corporis paterer, & si nō perturbaret æquitatē animi mei, rectē illas tolerare dicerer. Cū autē nō æquo animo sero qd̄ te non video intolerabile est istā appellare tollerantiā. Sed quādo tu talis es, esse sine te fortasse intolerabilius tolerare. Bene est ergo quia æquo animo ferre nō possū. qd̄ si æquo aīo ferrē, æquo, animo ferendus nō essem. Mirū est, sed tamen verum, quod mihi accidit: doleo q̄; quod te non video; & me ipsum consolatur dolor. Ita mihi displicet fortitudo, quæ patienter fertur absentia bonorum, sicuti es. Nam & Hierusalē futurā desideramus vtiq; & quanto patientius desideramus ipsam, tanto patientius sustinemus, omnia propter

ipsam. Quis igitur potest non gaudere te visō, vt possit quādiu te non videt, non dolere? Ergo neutrum possum, & quoniam si possem, immaniter possem, non posse delector, atq; in in eo quod delector nonnullum solatium est. Dolentem itaq; me non sedatus, sed consideratus consolatur dolor. Ne reprehendas (quæso) sanctiore grauitate qua præuales, & dicas nō rectē me dolore quod adhuc te non nouerim, cum animum mihi tuū, hoc est te ipsum interiorem aspiciendū patefeceris. Quid. n. si vsipiam te vel in terrena tua ciuitate didicissem fratrem & dilectorē meū, & tantum in domino ac talem virum; nullumne me dolorem sensurum fuisse arbitraris, si non sciret nosse domum tuam? Quomodo ergo non doleam quod nondū faciē tuam noui, hoc est domum animæ tuę quam sicut meam noui? Legi enim literas tuas suētes lac & mel, præferentes simplicitatem cordis tui, in qua queris dominum, sentiens de illo in bonitate, & afferens ei claritatem & honorem. Legerunt fratres & gaudent infatigabiliter & ineffabiliter iam vberibus & tantis excellentibus donis dei, bonis tuis. Quotquot eas legerunt, rapiunt, qui rapiuntur cū legunt. Quam suavis odor Christi, & quam fragrat ex eis: dici non potest, illę literę cum te offerunt vt videaris, quantum nos excitent vt queraris. nam & perspicabilem faciunt & desiderabilem. Quanto enim præsentiam tuam nobis quodammodo exhibent, tantō absentiam nos ferre non sinunt. Amant te omnes in eis, & amari abs te cupiunt. Laudatur, & benedicatur Deus, cuius gratia tu talis es. Ibi excitatur Christus, vt ventos & maria tibi placare tendenti ad stabilitatem suam dignetur. Ibi coniunx excitatur non dux ad moliciem viro suo; sed ad fortitudinem redactam & reddita, & spiritalibus tibi tanto firmiteribus, quanto castioribus nexib⁹ copulatam, officijs vestræ sanctitati debitis in te vno orē salutamus. Ibi cedri Libani ad terram depositę, & in arcę fabricam compagine charitatis erectę, mundi huius fluctus impucribiliter secant. Ibi gloria vt acquirat, contemnitur, & mūdus vt obtineatur, relinquitur. Ibi paruuli, siue etiam grandiuuuli filij Babilonis eliduntur ad patrem, vitia scilicet confusōnis superbięque secularis.

Hęc

Lino for. &c.

Ioan. 4.

Acto. 3. & 4. Dicit. an. norū am

Hæc atque huiusmodi suauissima spectacula literæ tuæ præbent legentibus, literæ illæ literæ fidei non fictæ, literæ speciei bonæ, literæ puræ charitatis. Quomodo nobis anhelat sitim tuam, & desiderium defectumq; animæ tuæ in atria domini? Quid amoris sanctissimi spirant? Quantam opulentiam sinceri cordis exæstant? Quas agunt gratias deo? Quas impetrant à deo? Blandiores sunt, an ardentiores? luminosiores, an foecundiores? Quid. n. est quod ita nos mulcent, ita accedunt: ita compluunt, & ita serenæ sunt? Quid est, quæso te, aut quid tibi pro eis rependam, nisi quia totus sum tuus in eo, cuius totus es tu. Si parum est, plus certe non habeo. Tu autem fecisti ut non mihi parum videatur, qui me in illa epistola tantis laudibus honorare dignatus es, ut cum tibi me refundo, si parum hoc tibi putem, non credidisse conuincar. Pudet me quidem tantum boni de me credere, sed plus piget tibi non credere. Est quod faciam. Non me credam talem qualem putas quoniam non agnosco, et credam me abs te diligi, quoniam sentio & planè percipio. Ita nec in me temerarius, nec in te ingratus extitero. Et cum me tibi totum offero, parum non est: offero enim quæra vehementissime diligis, & offero, si non qualem me esse arbitraris, eum tamen, pro quo ut talis esse merear deprecaris. Hoc enim magis iam peto facias, nè minus optes mihi adijci ad id quod sum, dum, me existimas iam esse quod non sum. Ecce carissimus meus est, & ab ineunte adolescentia mihi familiariter amicissimus, qui hanc eximietati tuæ ac præstantissimæ charitati epistolam apportat. Huius nomē est in libro de vera religione, quæ tua sanctitas (quātū literis in dicas) libentissime legit. Factus est. n. tibi et tanti viri, qui tibi eū misit, cōmendatione iucundior. Neq; .n. huic tam familiari amico meo velim credas, q̄ de me forte laudans dixerit. Sensi. n. et psūm sæpe non metiēdi studio, sed amandi propensione falli iudicantē, & arbitrari iā me accepisse quædā, quibus accipiendis à dño patente ore cordis inhiarē. Et si hoc in os meū, q̄s nō cōijciat quāta de me absente meliora q̄ veriora lætus effundat? Librorū autē nostrorū copiā faciet, venerabili studio tuo. Nā nescio me aliquid, siue adeorum extra Ecclesiā dei sunt, siue ad aures fratrum scripsisse, qd̄ ipse nō habeat.

Id est bona patius quam uera. Sic aliquoties loquitur.

Sed tu cum legis mi sancte Pauline, non te ita rapiat, q̄ per nostrā infirmitatē veritas loquitur, q̄ ipse loquor, minus diligenter aduertat: ne dū auidus hauris bona & recta, quæ data ministro, non pro peccatis & erratis q̄ ipse cōmitto. In ijs. n. si aduerteris q̄ tibi rectē displicebunt, ego ipse cōspicior, in ijs autē quæ per dominū spiritus, qd̄ accepisti rectē tibi placent in libris meis, ille amandus, ille prædicandus est, apud quē est fons vitæ, & in cuius lumine videbimus lumē, & sine ænigmate & facie ad faciē, nūc autē i ænigmate videmus. In ijs ergo quæ ipse de veteri fermento eructauit, cū ea legens agnosco, me iudico cū dolore: in iis verò quæ de azimis sinceritatis & veritatis (dono Dei) dixi, exulto cū tremore. Quid. n. habemus quod nō accepimus? Apud deū. n. melior est, qui maioribus & pluribus, q̄ qui minoribus & pauciorib⁹ donis Dei diues est, quis negat? Sed rursus melius est vel de paruo dei dono gratias ipsi agere, q̄ sibi agi velle de magno. Hæc ut animo semp cōfitear, meumq; cor à lingua mea nō distonet ora pro me frater: Ora obsecro, ut nō laudari volens, sed laudās inuocē dominū, & ab inimicis meis saluus sīa. Est et aliud, quo istum fratrem amplius diligas. Nā est cognatus venerabilis, & vere beati episcopi Alipii, quē toto pectore amplecteris, & merito, nam quis de illo viro benigne cogitat, de magna Dei misericordia, & de mirabilibus dei muneribus cogitat, Itaq; cū legisset petitionem tuam, qua desiderare te iudicasti, ut historiā suā tibi scriberet, & volebat facere propter beneuolentiā tuā, & nolebat propter verecūdiā suā. Quē cum viderem inter amorē pudoremq; fluctuantem, onus ab illo in humeros meos transtuli. Nam hoc mihi et per epistolam iussit. Cito ergo, si dñs adiuuerit, totum Alipium inferam præcordiis tuis. Nam hoc sum ego maxime veritus, ne ille vereretur aperire omnia, quæ in eū dñs contulit, ne alicubi minus intelligenti (Non. n. abs te solo illa legerentur) non diuina munera concessa hominibus, sed seipsum prædicare videretur, & tu qui nosti quomodo hæc legas, propter aliorum cauendam infirmitatē, fraternæ notitiæ debito fraudareris. Quod iam fecissem, iamq; illū legeres nisi profectio fratris in p̄uifā repete placuisset. Quē sic cōmēdo cordi & linguæ tuæ, ut ita comitē ei te præbeas, quasi non

non nūc illum, sed mecū ante didiceris. Si. n. cordi tuo non dubitauerit aperire seipsum, aut ex omni aut ex magna parte sanabitur p̄ linguā tuam. Volo enim eū numerosius contundi eorū vocibus, qui amicū non seculariter diligunt. Filiū autē eius filiū nostrū, cuius et nomē in aliquibus nr̄is libris inuenies: & si ad tuæ charitatis p̄sentiā ipse nō pergeret, statuerat literis in manu tua tradere, cōsolandū, exhortandū, instruendū, non tam oris sono, quā exēplo roboris tui. Ardeo quippe, ut dū adhuc ætas eius in viridi foeno est, zizania conuertat in frugē, & credat expertis, qd̄ experiri periculose desiderat. Nunc ergo ex eius carmine, & ex epistola, quam ad eum misi, intelligit beneuolentissima & mansuetissima prudentia tua, quid de illo doleā, qd̄ timeā, quid cupiā. Nec despero affurū dominū, ut p̄ te ministrū eius tantis curarū æstibus liberer. Sane quia multa scripta nostra lectur⁹ es, multo erit mihi gratior dilectio tua, si ex ijs q̄ tibi displicuerint, emendaueris me iustus in misericordia, & argueris me. Nō. n. talis es, cuius oleo timeā impinguari caput meū. Fratres nō solum qui nobiscū habitant, & q̄ vbilibet habitātes, Deo pariter seruiūt, sed propè omnes qui nos in Christo libenter nouerunt, salutant, venerantur, desiderāt germanitatē, beatitudinē, humanitatē tuā. Non audeo petere, sed si tibi ab ecclesiasticis muneribus vacat, venias & videas quid mecum sentiat Aphrica.

Paulinus Augustino, non recepo ab eo respōso, denuo per alium scribit eadem quæ prius. Epist. XXXIII.

Domino fratri sancto & vnanimo Augustino, Paulinus & Therasia peccatores. Iā dudū frater in Christo dño mi vnanime, ut te in sanctis, & pijs laboribus tuis nescientē agnouī, absentemq; vidi, tota mente cōpletus, alloquio quoq; familiari atq; fraterno p̄ literas audire properaui. Et credo in manu & in gratia dñi sermonē meū ad te fuisse perlatum: sed morante adhuc puero, quē ad te aliosque dilectos æq; Deo salutandos, ante hyemē miseramus, nō potuimus vltra & officii nostrū suspēdere, & desiderii sermonis tui cupidissimum tēperare. Scripsimus itaq; iteratio nunc, si priores ad te literæ nostræ

peruenire meruerūt: aut primo, si illis in manus tuas perueniēdi foelicitas nō fuit. Sed tu frater spiritualiter oia iudicās amorē in te nostrum ne pendas officio solo, aut tpe literarū. Dñs. n. testis est, qui vnus atq; idē operat in suis vbiq; charitatē suam, iam abinde nobis, ex quo te beneficio venerabiliū episcoporū Aurelij & Alipij, per tua in Manichæos opera cognouimus, ita inditam dilectionem tuam, ut nobis nō nouā aliquā amicitiam tumere, sed quasi veterē charitatē resumere videremur. Deniq; nunc & si sermone, non tantū & affectu rudes scribimus, teque vicissim in spiritu per interiorē hominē quasi recognoscimus. Nec mirum si & absentes affluimus vobis, & ignoti nosmet nouimus, cum vnus corporis mēbra simus, vnū habeamus caput, vna perfundamur gratia, vno pane viuamus, vna incedamus via, eadē habitemus domo. Denique in omne quod sumus, tota spe ac fide qua stamus in præsentī, nitimur in futurū, tam in spiritu quā in corpore dñi vnū sumus, ne simus nihil, si ab vno excidamus. Quantulum ergo est quod absentia corporalis nobis inuidet nostrī, nisi sanē fructū iustū, quo pascuntur oculi tēporaliū expectatores? quanuis nec corporalis quidē gratia, tēporalis i spiritualibus dici debeat, quibus et corporū æternitatē resurrectio largietur, ut audeamus in virtute Christi & bonitate Dei patris vel indigni præsumere. Quare vtinam hoc quoque nobis munus annueret grā Dei, per dominum nostrum Iesum Christum, ut etiam in carne faciem tuam videremus: non solum desiderijs nostris magnum conferretur gaudiū, sed et mentibus lumen accresceret, & ex tua copia locupletaretur inopia nostra. Quod quidem & absentibus largiri potes, hac præsertim occasione, qua filij nostri vnanimes & charissimi nobis i domino, Romanus & Agilis, quos ut nos alios tibi cōmēdamus, in noīe domini reuertētur, opere charitatis impleto, in quo tuæ charitatis affectu specialiter vtantur rogamus. Nosti. n. quāmcelsā promittat altissimus fratri, fratrē adiuuanti. Per hos, si quo me gratiæ, quæ tibi data est, dono remunerari uoles, tuto facies. Sūt enim velim credas, unum cor, & una nobiscum in domino anima. Gratia Dei tecū, ut est, in æternum maneat frater in Christo dño unanime, uenerabilis, dilectissime, & deside-

desiderabilis. Omnes in Christo sanctos, quales tibi coherere non dubium est, a nobis saluta. Commenda nos omnibus sanctis, ut tecum pro nobis orare dignentur.

Augustinus Paulino, ad proximam epistolam respondet. nam superiorem nondum acciperat. Epistola. XXXIII.

Dominis dilectissimis & sincerissimis, verè beatissimis, atq; abundantissima Dei gratia praesantissimis fratribus Paulino & Theodora, Augustinus in dno salutem. Cum literas meas quibus respondi prioribus vestris, si tamen vestris literis vlllo modo a me responderi poterat, celeritate optauerim venire in vestrae charitatis manus, ut quo pacto absens cito posseme esse vobiscum, lucrum mihi vestrae epistolae contulit tarditas mea. Bonus dñs, qui non tribuit sepe quod volumus ut quod malimus attribuat. Aliud est, n. quod accepta epistola mea scripturi estis, aliud quod non accipiendo scripsistis. Quod cum lætissime legeremus, defuisset nobis certa ista lætitia, si, ut optauimus maximeque; volumus cito ad vestram sanctitatem nostrae littere permeassent. Nunc verò & hæc hinc scripta, & illa sperare rescripta, gaudium cumulatius delectat. Ita nec nostra culpa accusari potest, & dñi largior benignitas fecit quod nostro desiderio conducibilius esse iudicauit. Sanctos fratres, Romanum & Agilem, aliam epistolam vestram audientem voces atque reddentem, & suauissimam partem vestrae praesentiae, quia vobis visendis inhiaramus avidius, cum magna in domino iucunditate suscepimus. Vnde, aut quoniam, aut quoniam vel vos praestare, vel nos posseme exigere, ut nos de vobis tanta scribendo doceretis, quanta eorum ore didicimus? Aderat enim, quod nulli chartae adesse poterat, tamen in narratibus gaudium, ut per ipsum et vultum oculosque; loquentium, vos in cordibus eorum scriptos cum ineffabili lætitia legeremus. Hoc quoque; amplius erat, quod pagina quaelibet quantacumque; bona scripta contineat, nihil ipsa proficit, quamuis ad profectum explicetur aliorum. Hanc autem epistolam vestram, fraternam scilicet animam, sic in eorum colloquio legebamur, ut tanto beator appareret nobis, quanto verius conscripta esset ex nobis. Itaque illam ad eiusdem beatitudinis imitationem, studiosissime de vobis omnia percontando,

in nostra corda transcripsimus. Nec ideo tamen eos tam cito a nobis, licet ad vos remeantes, sine molestia passus sumus. Videte. n. (quæso vos) quibus quaticbamur affectibus: tanto utique; dimittendi erant velocius, quanto vobis impensius obedire cupiebant. Sed quanto id cupiebant magis, tanto vos nobis praesentibus exhibebant: eo quippe indicabant quod chara vestra viscera essent. Tanto igitur eos minus dimittere volebamur, quanto iustius, ut dimitteretur, instabant. **O**re non serendam, nisi a nobis ista discessione non discederemus, nisi vnius essemus corporis membra, unum haberemus caput, una perfunderemur gratia, uno pane uiueremus, una incederemus uia, eadem inhabitaremus domo. Cur. n. non eisdem et uerbis uteremur? Agnosce. n. credo hæc esse ex epistola vestra. Sed cur potest hæc vestra sint uerba quae mea, quæ utique; quæ uera sunt tam a nobis ab eiusdem capitis cõione proueniunt. Et si aliquid proprium vobis donatum habent, tanto magis ea sic dilexi, ut obsideret uiam pectoris mei, neque; a corde ad linguam meam uerba transire sinerent, donec tanto priora, quanto sunt uestra, procederetis. Sancti fratres & dilecti Deo, nostraque; inuicem membra, quis dubitet nos uno spiritu uegetari, nisi quod non sentit qua nobis dilectione uinciamur? Vellem tamen scire, utrum hanc absentiam corporalem, uos patientius quam nos facilius toleretis? Si ita est, fateor non amo istam fortitudinem uestram, nisi forte quia nos tales sumus, ut minus a uobis desiderari, quam uos desiderare debeamus. In me certe si esset patientia uestrae absentiae perferenda, displiceret mihi: segnius, quam fortitudine fieri segniorem? Sed qua ecclesiae cura teneor, ex hoc uestra charitas oportet attendat, quod beatissimus pater Valerius, quod uos nobiscum quantum saluet, quantum sitiat, audietis ex fratribus, nec presbyterum me esse suum passus est, nisi maiorem mihi coepiscopatus sarcinam imponeret. Quod quidem quia tanta eius charitate, tantoque; populi studio dominum id uelle credidi, nonnullis iam exemplis praecedentibus, quibus mihi omnis excusatio claudebat, uehementer timui excusare. Sed quod quod iugum Christi per seipsum leue sit, & sarcina leuis, tamen propter nostram asperitatem atque infirmitatem, siquid me mordet hoc uinculum, atque urget hoc onus, ineffabiliter mihi aliquanto uestrae praesentiae solatio, tolerabilius & porta-

*Valerij
episcopi
Augustini
opus
v. ep. 65.*

portabilius redderetur. Vos audio curis eiusmodi expeditiores liberioresque; uiuere, quare non impudenter ego rogo vos, & postulo, & flagito, in Aphricam maiorem talium hominum situm, quod siccitatis nobilitate laborantem venire dignemini. Scit Deus quia non solum propter desiderium meum, neque; solum propter eos qui uel per nos uestrum propositum, uel uidecunque fama praedicante didicerunt, sed etiam propter ceteros, qui partim non audiunt, partim audita non credunt, tamen possunt comperta diligere, vos istis terris etiam corporaliter adesse cupimus. **Q**uamuis. n. sedulo atque misericorditer id agitis, tamen est coram hominibus regionum nostrarum luceant opera uera, ut uideant bona facta uestra, & glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. Praedicatores uocante domino, quod nauiculas & retia dimiserunt, omnia se dimississe, & dominum sequutos esse, et commemorando letati sunt. Et reuera omnia contemnit, qui non solum quantum potuit, sed et quantum uoluit habere, contemnit, sed in eo quod cupiebat, oculi Dei testes sunt, in eo quod habebatur et hominum. Nescio quo autem modo, cum superflua & terrena diliguntur, arctius adepta quam concupita constringunt. Nam uide tristis ille discessit, qui consiliu uita aeternae consequenda querebat a domino, cum audisset uendenda esse omnia sua, & distribuenda esse pauperibus, & habendum thesaurum in caelo, si uellet esse perfectus: nisi quia magnas, ut Euangelium loquitur, habebat diuitias? Aliud est. n. nolle incorporare quod defuit, aliud iam incorporata diuellere. Illa uelut cibi repudiantur, illa uelut membra praeciduntur. Quanto igitur & quantum mirabili gaudio nris temporibus christiana charitas conspicit, per dominum euangelium cum lætitia fieri, quod ex ore domini cum tristitia diues audiuit? **Q**uanquam nullis uerbis explicere conceptionem ac parturitionem cordis mei, tamen quia prudenter & pie intelligitis non esse istam uestram, hoc est humanam, sed in uobis domini gloriam. Nam & inimicum cautissime intue mini, deuotissimeque; agitis, ut tanquam discipuli Christi humiles corde & mites sitis. Ut ilius. n. terrena opulenta teneat humiliter, quam superbe relinquitur. Quia ergo recte intelligitis non hanc esse uestram, sed domini gloriam: uideatis quam parua & exigua dixerim. Dixi. n. de laudibus Christi, quibus sunt linguæ impares angelorum. Hanc ergo Christi gloriam etiam

oculis nostrorum hominum cupimus admoueri, in uino coniugio proposita utriusque; sexui calidae superbiae, non desperanda perfectionis exempla. Nescio si quicquam misericordius agitis, quam si tamen uelit latere, quod tales estis, quantum tales esse uoluistis. **V**etustinum in piis quoque; miserabilem puerum uestrae benignitati charitatique; commendo: causas calamitatis & peregrinationis eius audietis ex ipso. Nam & propositum eius, quo seruaturum se esse pollicetur Deo, tempus prolixius, & aetas robustior, & transactus timor certius indicabunt. **T**res libros atque ueritatem tam grandis questionis ita explicatores ut grandes, tanto minus metuens in te laborem legendi, quanto ardore praespicio diligendi, nisi sanctitati & charitati tuae. nam quod eorum de libero arbitrio est. Hos autem non habere, aut omnes non habere fratrem Romanianum scio, per quem prope omnia, quae uobis libet auribus accommodata scribere potui, studio in nos tuo non apportanda dedi, sed legenda iudicaui. Habebat. n. iam ille omnia, secumque; gestabat: per eum autem prima rescripta transmisi. **C**redo iam expertam sanctitatem tuam sagacitate spiritali, quam tibi dominus tribuit, quod ille uir boni animo gerat, & quod in illo infirmitate pars claudicat. **V**n hu manitati & charitati tuae tam ipsum quam filium eius, legisti, ut spero, qua sollicitudine commendaui, & quanta mihi necessitudine copulati sint. **A**edificet eos pro te dominus, quod ab illo magis petendum est. nam id tu quam uelis noui. **A**duerius Paganos te scribere didici ex fratribus: siquid de tuo pectore moremur, indifferenter mitte ut legamus. nam pectus tuum tale domini oraculum est, ut ex eo nobis placita implerentur, & aduersus loquacissimas quoniam explicationis dari nra praesumamus. **L**ibros beatissimi Patris Ambrosij credo habere sanctitatem tuam, eos autem multum desidero, quos aduersus nonnullos imperitissimos & superbissimos, qui de Platonis libris dominum profecisse contendunt, diligentissime & copiosissime scripsit. **B**eatissimus frater Severus de disciplina nostro Melitane antistes ecclesiae, bene apud eandem ciuitatem fratribus cognitus, debito nobiscum officio sanctitatem uestram salutat. **F**ratres quoque; omnes uobiscum domino seruientes, tam id faciunt, quam uos desiderant, quam uos diligunt: & tam diligunt, quam estis boni. panis quem misimus,

*Ambrosius
Non ex-
t. cur.*

missimus, vberior benedictio fiet dilectione accipiētis vestrae benignitatis. Custodiat vos dominus ab ista generatione in aeternū, domini dilectissimi & sincerissimi vere benigni & abundantissima domini gratia praestantissimi fratres.

H Paulinus Alipio Episcopo, de libris Augustini quos recepit, excusans quod serius miserit ad illum Eusebii Chronica. Cupit edoceri de statu Alipii, ipse vicissim de suo nonnulla aperit, veluti significans se velle Alipii vitam in literas mittere. Tres panes dono mittit. Hoc argumētū praecedat epistola trigesima secundam. Epist. XXXV.

Domino meritō honorabili, & beatissimo patri Alipio, Paulinus & Therasia peccatores. Hæc est vera charitas, hæc perfecta dilectio, quam tibi circa humilitatē nostram inesse docuisti, domine verē sancte & meritō beatissime ac desiderabilis. Accepimus enim per hoīem nostrum Iulianum de Carthagine reuertentē literas, tū nobis sanctitatis tuæ lucem afferentes, vt nobis charitatem tuam non agnoscere, sed recognoscere videremur. Quia videlicet ex illo qui nos ab origine mūdi prædestinavit sibi, charitas ista manavit: in quo facti sumus antequam nati, quia ipse fecit nos, & non ipsi nos, qui fecit quæ ventura sunt. Huius igitur præscientia & operē formati in similitudinem voluntatū, & vnitatem fidei, vel vnitatis fidem, præueniente notitiam charitate connexi sumus, vt nos inuicē ante corporales conspectus reuelante spiritu nosceremus. Gratulamur itaque & gloriamur in dño, qui vnus atq; idē vbiq; terrarū operatur in suis dilectionē suā spiritus sancto, quē super oēm carnem effudit, fluminis impetu lætificans ciuitatē suā. In cuius te ciuibus principalem cū principibus populi sui, sede apostolica meritō collocauit: nolque etiam, quos erexit elisos, & de terra inopes suscitauit, in vestra voluit sorte numerari. Sed magis gratulamur in eo dñi munere, quo nos in pectoris tui habitatione cōstituit: quoq; ita visceribus tuis insinuate dignatus est, vt peculiare nobis charitatis tuæ fiduciā vendicemus, his officiis atq; muneribus puocati, vt nos diffidenter aut leuiter te amare nō liceat. Accepimus. n. insigne & præcipuū

dilectionis & sollicitudinis tuæ opus, sancti & pfecti in dño Christo viri, fratris nri Augustini libris quinque; confectū, qđ ita miramur atq; suspicimus, vt dictata diuinitus verba credamus. Itaq; fiducia suscipienda nobis vnanimittatis tuę, & ad ipsū scribere ausi sumus, dñi nos illi p te, & de imperitia excusandos; & ad charitatē cōmendandos psumimus, sicut & oib. sanctis, quorū nos & absentiu officiis sospitare dignatus es, pari pculdubio curatur affectu, vt per sanctitatē tuā, nostris inuicē salutem obsequiis, & in clero sanctitatis tuæ comites, & in monasteriis fidei ac virtutis tuæ æmulatores. Nā & si in populis, ac sup populū agas oues pascuę dñi, regens sollicitis vigil pastor excubiis, tū abdicatōne seculi, & repulsa carnis ac sanguinis, desertū tibi ipsi fecisti, secerus à multis, vocatus in paucis. Sanē vicario aliquatenus munere, licet p oīa tibi impar, vt iusseras, prouidi illam Eusebii venerabilis epī Constantino politani, de cunctis temporibus historiam. Sed in hoc fuit obtemperandi mora, qđ in fructu tuo, quia ipse non haberem hunc codicem, Romæ reperi apud parentē nostrum vere sanctissimum Domnionē, qui proculdubio promptius mihi paruit in hoc beneficio, qđ tibi deferendū iudicauit. Veruntamē quia & loca tua mihi significare dignatus es, vt ipse monuisti, ad venerabilē locium coronæ tuæ, patrē nrm Aurelium ita scripsimus, vt si nunc Hipponæ regione degeres, illo tibi literas nostras, & transcribendam in Carthagine membranā mittere dignare. Quod & sanctos viros quos indices charitatis ipsorum tuo sermone cōgnouimus, Comitē & Euodium rogauimus, vt hæc scribere ipsi curarent, ne vel parenti Domnioni diutius cōcessitate redhibendi maneret. Specialiter autem hoc à te peto, quoniā me immerentē, & & inopinantē magno tui amore completi, vt pro hac historia tpum, referas mihi oēm tuæ sanctitatis historiam: vt qđ genus, vnde sis domo, tanto vocatus à dño, quibus exordiis segregat ab vtero matris tuæ, ad matrē filiorū Dei prole letantē, abiurata & carnis & sanguinis stirpe transferis, & in genus regale & sacerdotale sis translatus, edisseras. Quod n. indicasti, iā de humilitatis nostræ noīe apud Mediolanum te didicisse, cū illic initiareris, fateor

Paulinus familia - ris Ambrosio. hinc sum pstr occasiōe, qui scripsit ut tam Ambrosio.

Fateor curiosus me velle condiscere, vt ex omni parte te nouerim, quō magis gratuler, si à suscipiēdo mihi patre nostro Ambrosio, vel ad fidem inuitatus es, vel ad sacerdotium consecratus, vt eundem ambo habere videamur authorem. Nam ego & si a Delphino Burdegaliæ baptizatus, a Lampio apud Barcionam in Hispania, per vim inflammata subito plebis sacratus sim, tamen Ambrosij semper & dilectione ad fidem nutritus sum, & nunc in sacerdotii ordine confoueor. Denique suo me clero vendicare voluit, vt & si diuersis locis degam, ipsius presbyter censear. Sed de me ne quid ignores, & scias antiquissimum peccatorem, non ita olim de te nebris & vmbis eductum, spiritum auræ vitalis habuisse, nec ita olim posuisse in aratro manum, & crucem domini sustulisse, quam ut in finem perferre valeamus, orationibus tuis adiuuemur. Accumulabitur hæc meritis tuis merces, si interuentu tuo onera nostra releuaueris. Sanctus enim laborantem adiuuans, quia fratrem non audemus dicere, exaltabiter sicut ciuitas magna. Et tu quidem super montem ciuitas ædificata es, vel accensa super candelabium lucerna in septiformi claritate colluces, nos sub modio peccatorum delitescimus, uisita literis tuis, & profer in lucem in qua ipse versaris, super aurea candelabra conspicuus. Eloquia tua lumen semitis nostris erunt, & oleo lucernæ tuæ impinguabitur caput nostrum. Et accendetur fides, cum de spiritu oris tui cibum mentis, & lumen animæ sumperimus. Pax & gratia Dei tecum, & corona iustitiæ tibi maneat in die illo domine pater meritō dilectissime, & venerabilis & exoptatissime. Benedictos sanctitatis tuæ comites & æmulatores in domino fratres, si dignantur, nosros tam in ecclesijs quam in monasteriis Carthagine, Thagastæ, Hipponæ, & totis parochiis tuis atque omnibus cognitis tibi per Aphricam locis, domino catholice seruientes, multo affectu & obsequio salutari rogamus. Si ipsam membranam sancti Domnionis acceperis, transcripam nobis remittere dignaberis. Et hoc rogo scribas mihi quem hymnum meum cognoueris. Panē vnū sanctitati tuæ vnitatis gratia misimus, in quo trinitatis soliditas continet. Hunc panem eulogiam esse, tu facies dignatione sumendi.

Panis domo missus.

Paulinus Romaniano, gratulās ecclesie Hipponēsi qđ Augustinū meruit epī collegā. Licētium pro quo scripserat Augustinus, hortat & pro sa & carmine, vt præpto aule fastu, se dediceret Christo. Epist. XXXVI.

Domino meritō prædicabili & honorando fratri Romaniano, Paulinus & Therasia. Pridie qđ has daremur, reuersis ex Aphrica fratribus nostris, quorū expectatōne nos pendere vidisti, optatissime sanctorū & charissimorum virorū inde epistolā receperamus. i. Aurelij, Alipii, Augustini, Profuturi, Seueri, iam omnium pariter episcoporum. Ergo tot sanctorum talium recentissimis sermonibus gratulantes, properauimus ad te nostrā referre lætitiā, ut tibi quoq; expectatū in peregrinatione sollicita gaudiū festiuissimis cōferremus indicis. Si forte eadē de venerabilibus & amantissimis viris per aliarū aduentus nauū comperisti, p nos et repetita accipe, & quasi renouata hilaritate rursus exulta. Quod si primus hic a nobis tibi nunciū ueniet, gratulare tantam nobis in tua patria charitatē Christo donante partā, vt quicquid illic diuina prouidētia gerat, mirabilis semper, vt scriptū est, in sanctis suis, uel primi, uel cū primis sciamus. Non aut tū hoc scribimus gratulandū, quod episcopatum Augustinus acceperit, sed qđ hanc Dei curam meruerint Aphricanæ ecclesie ut uerba cęlestia Augustini ore perciperent, qui ad maiore domini muneris gratiam nouo more prouectus, ita cōsecratus est, ut nō succederet in cathedra episcopo, sed accederet. Nā incolumi Valerio Hipponēsis ecclesie episcopo, coepi scop⁹ Augustinus est. Et ille beatus senex, cui purissimā mentē nulla vnquā liuentis inuidiæ macula suffudit, dignos sui cordis pacenunc ab altissimo fructus capit, ut quē successorem sacerdotii sui suppliciter optabat, hunc mereret tenere collegā. Credi ne hoc potuit antequā fieret? Sed in hoc quoque omnipotentis opere dici euangelicū illud pōt. Hominibus hæc ardua, apud Deum autem omnia possibilia. Exultem⁹ itaq; & lætemur in eo qui facit mirabilia solus, & qui facit vnanimis habitare in domo, quoniam ipse respexit humilitatē nostrā, & uisitauit in bono plebē suā, q̄ erexit cornu in domo Dauid pueri sui, & nunc exaltauit cornu ecclesie sue

Gratula tio. Hoc fieri uerit in eo quē sibi conuēcyōv ex populi consensu designauit. Exultat actum.

Psal. 99.

fuæ in electis suis, vt cornua peccatorum (sic
cut per prophetam spondet) hoc est Dona-
tistarum Manichæorumque confringat. Vti-
nam hæc nunc domini tuba, qua per Augusti-
num intonat, filii nostri Licentij impulset au-
ditus, sed vt illa audiat aure, qua Christus in-
greditur, de qua non rapit Dei semē inimi-
cus. Tunc vere sibi summus Christi ponti-
fex Augustinus videbitur, quia se tūc & exau-
ditum sentiet ab excelsō, si quidem tibi dignū
genuit in literis, hunc & sibi digne filiū pa-
riat in Christo. Nam & nunc, velim credas,
D flagrantissima de ipso nobis sollicitudine scri-
psit. Credimus in omnipotentem Christum,
quod adolescentis nostri votis carnalibus spi-
ritalia vota Augustini præualeant. Vincetur
vel inuitus (mihi crede) vincetur pijsimi pa-
rētis fide, ne mala victoria vincat, si maluerit
in perniciem suam vincere, quā pro salute
superari. Ne vacuū fraternæ humanitatis of-
ficium videretur, de buccellato christianæ ex-
peditionis, in cuius procinctu quotidie ad-
frugalitatis annonam militamus, panes quin-
que tibi pariter & filio nostro Licentio misi-
mus. Non enim potuimus à benedictione se-
cernere, quem cupimus eadem nobis gratia
penitus annectere. Paucis tamen & ad ipsū
loquamur, ne neget sibi scriptum, quod de
se tibi scriptum est. Aeschino enim dicitur,
quod audit Mitio. Sed quid de alienis lo-
quar, cum de proprio cuncta possimus, &
aliena loqui non soleat esse sani capitis, quo
Dei gratia sano & saluo sumus, quibus caput
est Christus. Incolumem te ætate quā plu-
rima, & beatum semper cum tota domo
tua, vt cupimus, habeamus in Christo, do-
mine frater merito honorandissime, & desi-
deratissime. Audi ergo filii legem patris tui,
id est, fidem Augustini, & noli repellere con-
E filia matris tuæ, quod æque nomen in te
Augustini pietas iure sibi vendicat, qui te
tantillum gestauit sinu suo, & à paruulis
primo lacte sapientiæ secularis imbutum,
nunc etiam spiritalibus lactare & nutri-
re domino gestit uberibus. Quoniam te
adultum ætate corporea, in spiritalibus ad-
huc cunabulis vagientem, videt adhuc in-
fantem uerbo Dei uix dum in Christo
primis passibus, & vestigio titubante re-
pentem, si tamen Augustini doctrina tan-
quam manus matris, & vlna nutricis insta-

Panes be-
nelliti.

bilem regat paruulum. Quem si audias &
sequaris, vt rursū te sermone Salomonis
alliciam, Fili coronam accipies gratiarum
tuo vertici. Et tunc vere eris ille non phan-
tasinate somnatus, sed ab ipsa veritate forma-
tus consul, & pontifex, vacuas imagines fal-
si operis implente Christo. solidis suæ ope-
rationis effectibus. Vere enim pontifex & ve-
re consul. Licenti eris, si Augustini vestigis
Propheticis, & Apostolicis disciplinis, ut sa-
crato beatus Helisæus Helix, vt illustri Apo-
stolo Timotheus adolescens adhæreas, in-
diuulso per itinera diuina comitatu, vt & sa-
cerdotium corde perfecto discas mereri, &
populis ad salutem magistrī ore consulere.
Sed hoc monitis, & hortatui. Modico enim
sermone, & labore te arbitror mi Licenti ad
Christum posse incitari, iam à pueris sem-
per ad studia veritatis, & sapientiæ, quod
vtrunque vere est Christus, & omnis boni
summum bonum, venerabilis Augustini
spiritu, & ore flammaum. Qui si parum
apud te pro te ualuit, quid ego tanto inter-
uallo posterior, & omnium illius opum
pauper, efficiam: Sed quia, & illius faculta-
tis potentia, & tui ingenii humanitate confi-
sus, pleniora atque maiora in te spera elabo-
rata quā elaboranda, ausus sum hiscere du-
plici gratia, vt & illi viro deuincta charita-
te compararer in sollicitudine tui, & inter
eos qui salutem tuam diligunt, vel contesta-
to numerarer affectu. Nam effectus in tui
perfectiōne palmam Augustino potissimum
destinatam scio. Vereor fili ne aures tuas
asperitate temerarii sermonis offenderim,
& per aures animo etiam tuo tædij mei vul-
nus intulerim. Sed in mentem veniat episto-
la tua, quā te musicis familiarem modis
intellexi. A quo studio ego æui quondam
tui non abhorruī. Itaque mihi ad tuam men-
tem, si in aliquo exulcerassem, delinien-
dum, remedium literas tuas recordatus repe-
ri, vt te ad dominum harmoniæ omniformis
artificem, modulamine carminis euocarem.
Quæro te vt aure audias, neque causam
salutis tuæ in uerbis meis spernas, sed piam
curam, & mentem paternam, etiam in de-
spiciendis sermonibus libenter accipias,
quibus insitum Christi nomen, quod est su-
pra omne nomen, hanc debere veneratio-
nē facit, vt non possit à credere contemni.
Quare

Carmen Elegiacum Paulini ad Licentium.

Quare age rûpe mores, & vincla tenacia secli,
Nec metuas placidi mite iugum domini.
Pulchra quidē sed mira uagis præsentia rerum,
Mentibus, at sapiens non stupet ista animus.
Nunc te sollicitat variis male sua figura,
Heu ualidos etiam uertere Roma potens.
Sed tibi nate precor, semper pater Augustinus
Occurret, cunctis urbis ad illecebras.
Illum tanta inter fragilis discrimina uita
Aspiciens, & habens pectore, tutus eris.
Odit lo- Hoc tñ & repetens iterūq; iterūq; monebo,
gā ser- Vt fugias duræ lubrica militiæ.
uiri. Blādū nomē honos, mala seruitus, exitus æger.
Quem nunc uelle iuuat, mox uoluisse piget.
Scādere celsa iuuat, tremor est descēdere celsis,
Si titubas, summa peius ab arce cades.
H Nūc tibi falsa placēt bona, nūc rapit oibus auris
Ambitus, & uitreo fert caua fama sinu.
Ast ubi te magna damnosus cinxerit æstu.
Baltheus, & sterilis fregerit inde labor.
Seruus & incassum spes accusabis inanes,
Et modo quæ noctis rumpere uincla uoles.
Tunc reminisceris frustra patris Augustini
Contempnisse dolens ueridicos monitus.
Quare si sapiens, & si pius es puer audi,
Et cape uerba patrum, consiliumq; sentum.
Quid strahis fera colla iugo? mea sarcina leuis,
Suauē iugū Christi est, vox pia, crede Deo,
Et caput adde iugis, da mollibus ora capistris,
Demissosq; leui subde humeros oneri.
Nūc potes hoc dū liber agis, dū nulla retentant
Vincla, nulla thori cura, nec alius honor.
Hæc bona libertas Christo seruire, & in ipso
Omnibus esse supra, nō dominus hominum,
Non uitis seruit, non regibus ille superbis,
Tantum qui Christo se dedit domino.
Nec tibi nobilitas uideatur libera, quam nunc
I Sublimem attonita conspicias vrbe vehi.
Quam cernis tanta sibi libertate uideri,
Vt dedignetur flectere colla Deo.
Multis ille miser mortalibus & quoq; seruis
Seruit, & ancillas ut dominetur emit.
Norunt enuehos & magna palatia passi,
Et quisquis Romam, sponte miser, patitur,
Quanto sudoris precio, damnoq; decoris
Constet, ibi chlamydis, hic honor officii.
Nec tamen ipse potens, qui celsior omnib. esse
Emerit, ut nulli seruiat, assequitur.
Cum bene se tota dominum iactauerit vrbe,
Seruit dæmoniis, ac simulacra colit.

Proh dolor hos pp remoraris in vrbe Licenti,
Et regnum Christi spernis, ut his placeas.
Hos uocitas dominos, curua & ceruice salutas,
Quos ligni seruos conspicias & lapidis.
Nomine diuino argentum uenerantur & aurū,
Religio est quod amat morbus auaritiæ.
K Imprecor hos ut amet, q non amat Augustinū,
Non colat & Christū, cui placet hos colere.
Inde ait ipse Deus, dominis non posse duobus
Seruiri, quoniam mens placet una Deo.
Vna fides, Deus unus, & unicus è patre Christ⁹.
Haud duplex, uni seruitus est domino.
Quanta etenim celo ac terris distantia, tanta est
Cæsaris & Christi, rebus & imperiis.
Tollere humo, sed nūc dū spirit⁹ hos regit art⁹,
Mente polū penetra, nihil mora carnis obest.
Corporeis iā nūc morere actibus, & bona uitæ
Cælestis liquido præmeditare animo.
Spiritus es, quanquā tenearis corpore, si nunc
Mente pia uictor carnis opus perimas.
Hæc tibi chare puer fide compulsus amore
Scripsi, si recipis, suscipiere Deo.
Crede Augustinum tibi nunc in me geminatū.
Sume duos vnā cum pietate patres.
Spernimur, abstraheris maiore dolore duobus
Audimur, pignus dulce duobus eris.
In te læta patrum sudauit cura duorum,
Et tibi magnus honos lætificasse duos.
Sed me Augustino cum capulo, non meritorū
I lacto parem, solo comparo amore tui.
Nā quid ego effundā, rorans tibi paupere riuo?
Me præter gemino flumine prolueris,
Frater Alipius est, Augustinusq; magister.
Sanguinis hic consors, hic fator ingenii,
Tanto fratre uales & præceptore Licenti,
Et dubitas pennis talibus astra sequi?
Quicqd agas (nā te nec speret mundus amicū)
Nec daberis terræ, debita Christo anima.
Tu thalamos licet & celsos mediteris honores
Nunc, olim domino restitueres tuo.
Credo unum uincere iusti duo peccatorem.
Et tua fraternæ uota preces abigent.
Ergo redi, qua uoce parēs, qua sanguine frater,
Ambo sacerdotes te remeare iubent.
Ad tua te retrahunt, nam nunc aliena petisses,
Hæc mage quæ retinent regna tui tua sunt.
Hæc repete, his inhia, externis ne cōtere tēpus,
Si tua nolueris, quisquam aliena dabit.
Non eris ipse tuus, missusq; per exera longe
Sensibus heu proprii pectoris exul ages.
M Sollicitum satis hæc nato cecinisse parentem,
Aug. Tomus secundus. f Dum

Dū tibi q̄ mihimet, uel uolo, uel metuo.
Hæc tibi, si recipis, feret olim pagina uitam.
Si renuis, eadem hæc pagina testis erit.
Incolumē mihi te fili charissime, Christus.
Annuat, & seruum det sibi perpetuo.
Viue precor, sed uiue Deo, nā uiuere mundo.
Mortis opus, uiua est uiuere uita Deo.

Seuerus Augustino ē secessu, prouocans illum ad scribendum. An hic sit Seuerus Sulpitius incertum. Epist. XXXVII.

A Venerabili ac desiderabili & toto sinu charitatis amplectendo Ep̄o Augustino, Seuerus. Deo gratias frater Augustine, cuius donū est q̄cqd in nobis bonorū gaudiorū est. Fateor bene mihi tecū est, multū te lego, mirū dicā, sed verū plane, q̄ mihi absens solet esse præsentia, tā plens facta est absentia tui. Nullæ se nobis interponunt turbulentæ actiones tēporaliū rerū. Ago quātū possum, & si non tm̄ possum quantū uolo, qd ego dicā, quantū uolo? Nosti optime q̄ auarus sum tui, nec tm̄ murmuro, q̄a non tm̄ ago quantū uolo, qm̄ rursus non minus ago quantū possum, Deo ergo gratias frater dulcissime bene mihi tecū est, gaudeo tecū arctius cōiunct⁹, & ut ita dicā, vnissimē quantū pōt adherens tibi, redundantiā uerū tuorū suscipiens uires cōparo, si possum idoneus effici ad ea cōcucienda & exprimenda, ut q̄cqd secretius & interius clausum eustodiūt, remotis pelibus quas adhuc lactēti sugēdas inserūt, ipsa mihi uiscera (si possibile est) dignen̄ effunde re. Viscera in quā, mihi ut refundant cupio uiscera tua, uiscera pinguia sagina cęlesti, & cōdita oī dulcedine spiritali uiscera tua, uiscera pura, uiscera simplicia, nisi qd̄ duplici sunt vnculo redimita geminæ charitatis, uiscera tua, uiscera perfusa lumine ueritatis, & resurgentiā ueritatē. Horū me manationi uel resultationi subijcio, quō nox mea in lumine tuo deficiat, ut in diei charitate simul ambulare possimus. O uere artificiosa apis Dei, cōstruēs fauos diuini nectaris plenos manātes misericordiā & ueritatē, p̄ quos discurrēs delitiatur aīa mea, & uitali pastu quicqd in se minus inuenit, aut ibecillū sentit, resarcire & suffulcire molif. Bndicif dñs p̄ p̄coniū oris tui, & fidele ministeriū, qd̄ sic cōcinere & rñdere facias canēti tibi dño, ut q̄cqd de eius plenitudine ad nos vsq; redūdat, iucūdius efficiat, & gratius p̄ tuū elegatē facursū

mulatū, & succinctā mūdiciā, & fidele ac cęstū simplexq; ministeriū, qd̄ ita resplēdere facis p̄ argutias tuas, & uigilantiā tuā, ut perstringat oculos & in se rapiat. Nisi tu idē inuas dñm, ut q̄cqd in te delectabile lucet, referētes nos ad illū, ipsius esse agnoscam⁹, de cuius bonitate tam bonus es, & de cuius puritate & simplicitate & pulchritudine, purus simplex & pulcher es. Et illi agentes gratias de bono tuo dño, q̄ suo dignatus est nos tibi adiungere, quoquo mō subiuēgere, ut pleni⁹ subiiciamur illi, cui⁹ te ductu ac moderatio ne talē gaudemus, ut tibi cōtingit gaudere de nobis, qd̄ non diffido fore, si tuis me orationibus adiuues, cuius imitatione nō nihil iam profeci, ut talis esse desiderem. Vides qd̄ facias qd̄ sic bonus es, q̄ nos rapias in amorē proximi, q̄ nobis primus ad dilectionē Dei & ultimus gradus est, & quasi limes quo sibi uterq; annectit Dei & proximi, in quo nos, ut dixi, quasi limite stātes, amborū calore tā gimur, & amborū flagramus amore. Sed quātū nos iste ignis exusserit & purgauerit proximi, tm̄ nos in illū priorē Dei ire cōpellit. In quo iā nullus nobis amādi modus iponit qm̄ ipse ibi modus est sine mō amare. Nō ergo uerendū est ne plus amem⁹ dñm nostrū, sed ne minus, timēdū. Hęc epistola superior, q̄ tibi me quasi absterfā tristitia facilitate actionū, de liberali ocio, qd̄ tecū mihi agere licuit i hoc rure posito, nō ita licere potuit, laxiorē offert, anteq̄ sanē venerabilis ep̄s nos uisitare dignaret, quasi meta illorū gaudiorū est, & (qd̄ uerē miror) eodē die uenit quo scripta est. Qd̄ hoc est (quæso) aīa mea, nisi forte qd̄ nos delectat, tm̄ & si honestū est, nō tm̄ satis utile, q̄a in parte est? Interim licet uniuerso hanc ipsam partē. i. nos ipsos quantum pro peccatis nostris nobis cedit materia. i. nos ipsi cedimus nobis elimatores, & cōparginabiliore, si tm̄ admittis hoc uerbū, aptare moliamur. Habes epistolā nō pro tua magnitudine, sed pro mea paruitate lōgiore, qua & prouocauerim, ut iā nō pro mea paruitate, sed pro tua magnitudine mihi epistola mittatur. Quæ tm̄ quantacūq; erit, mihi lōga non erit, cui totū tps breue est ad legendū. Rescribe mihi qm̄ aut ubi occurrere debeam, p̄ illam causam qua me iussisti occurrere. Qd̄ si est integra, & nō fortē aliud melius placuit, tunc occurrā, sin minus, rogo te, nolo me a cursū

curfū reuoces meo. Illa. n. sola uisa est, quam p̄ponere mihi. Fratres oēs, qui nobis in dño conserui sunt, & desidero multum & saluto.

Augustinus Leto, qui perfectū mundi contemptū aggressus, uidebatur sollicitari per Satanam ad repetēda quę reliquerat. Hūc animat, ut contēptis cognatorū affectibus fortiter pergat. Est quidem & erudita, nec infans epistola, cæterum plurimum diffusans a phrasi Augustini: Videtur Paulini. Epist. XXXVII.

E D Omīno dilectissimo & desideratissimo fratri Leto, Augustinus in dño salutē. Legi epistolā, q̄ misisti fratribus, consolari te cupiens, qd̄ multis tentationibus tua tyrocinia quatiantur. In qua et insinuasti desiderare te literas nras. Cōdolui frater, & cessare a scribendo non potui, ne non solū tuo, sed et meo desiderio negare, qd̄ me uidebam officio debere charitatis. Si te igitur tyronem Christi p̄fiteris, castra ne deserat, in quib. tibi et edificanda turris est, illa de qua in Euāgelio dñs loquit. In ea q̄p̄stantem, & sub armis uerbi Dei militantē, nulla ex parte penetrare ullę tentationes ualent. Inde & iacta in aduersariū tela, graui pondere ueniunt, & p̄fecta firmo munimine deuitant. Considera et dñm nrm̄ Iesum Christū cū sit rex nr̄, tm̄ a societate qua et frater esse dignatus est, reges appellasse milites suos, & unum quēq; ad bellā dū cū rege qui hēt viginti milia, instructione decē milia idoneū esse debere p̄monuit. Sed paulo anteq̄ de turre & de rege exhortatorias similitudines poneret, attende qd̄ dixerit: Si quis uenit ad me, & nō odit patrē suū, & matrē, & uxore, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & aīam suam, non pōt meus esse discipulus. Et si non tulerit crucē suā, & uenerit post me, non pōt meus esse discipulus. Dein de subiungit: Quis ex uobis uolens turrim edificare, non primo sedet & cōputat, si sumptus hēt ad consummationē, ne qm̄ cū posuerit fundamentū, non possit edificare, & oēs q̄ transeūt & uident incipiant dicere: Hic hō cœpit edificare, & nō potuit p̄ficere? Aut qs̄ rex uadens cōmittere bellū cū alio rege, non primū sedet & cogitat, si potens est cū decē milib. ei occurrere, q̄ cū viginti milib. uenit ad illū? Cæterū dū adhuc longē est, mittit le-

gationē, rogans pacē. Quō aut p̄merent iste similitudines, ipsa conclusionē satis aperuit. Ait. n. Sic ergo oīs ex uobis, q̄ non renūciat oib. q̄ sunt eius, non pōt meus esse discipul⁹. Itaq; & sumptus ad turrim edificandā, & bellantiū decem milia aduersus regē qui viginti hēt, nihil est aliud q̄ ut renūciat unusquisque oibus quæ sunt eius. Præloquutio aut superior cū extrema conclusionē concordat. In eo. n. qd̄ unusquisq; renūciat oib. q̄ sunt eius, et illud continet, ut oderit patrē suū, & matrē, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & aīam suā. Omnia. n. hęc propria eius sunt, quæ plerūq; implicat, & impediunt ad obtinenda, non ista propria t̄pali ter transitura, sed in eternum mansura cōiata. Quo. n. tibi mō nūc qdam mulier mater est, hoc ipso utiq; non est & mihi. Quapp hoc t̄pale ac transitorium est: sicut transiit iā uides quod e. concepit, qd̄ gestauit utero, qd̄ peperit, qd̄ lacte nutriuit. Quod aut foror in Christo est, & tibi est & mihi, & oib. quibus una cœlestis hæreditas, & p̄r Deus, & frater Christus, in eadē charitatis societate promittit. Hęc eterna sunt, hęc nulla t̄pis labe deterruntur, hęc tanto firmiter tenenda sperantur, quāto minus priuato, sed cōi potius iure obtinenda prædicantur. Potes hoc facillimē in ipsa tua matre cognoscere. Nā uide te nunc irretitū inuoluit, & ab instituto cursū retardatū inflectit & curuat, nisi ex quo tua p̄pria nr̄ est? Nā & ex quo soror est oīum, quibus est p̄r Deus, & nr̄ ecclesia, tā te nō impedit, q̄ neq; me, neq; oēs fratres nostros, qui eam non priuata, sicut tu in domo uestra, sed publica in domo Dei charitate diligimus. Qd̄ ergo tu illi etiam carnali necessitudine annexis, ad fortē ualere debet familiaris colloquendi, & apertiore ianua consulendi, ut hoc ipsum quo te priuatim diligit, interficiatur in ea, ne quod ex utero suo te genuit pluris pēdat, quā quod ex utero ecclesiæ genita est tecum. Quod autem de matre dixi, hoc de tali cætera propinquitate intelligendū est. Hoc et quicq; de aīa sua cogitet, ut et in ipsa priuatum affectum oderit, qui proculdubio temporalis est. Diligat autem in ea communionem societatemq; illam de qua dictū est. Erat illis in Deū anima una & cor unū. Sic. n. aīa tua nō est propria sed omnium fratrum, quorum etiam animæ tuæ sunt, uel potius

Luc. 14.

Att. 4.

potius quorum animarum cum tua non animarum, sed anima una est Christi unica, quae de manu canis ut eruat, canitur in psalmis. Inde ad contemptum mortis facillime pervenitur. Nec succenseant parentes hoc precipere dominum, ut eos oderimus, quoniam nobis hoc de anima nostra praecipitur. Nam sicut nunc de anima iubet, ut eam pro Christo cum parentibus oderimus, ita quod alio loco de anima idem dominus dicit, in parentes quoque potest congruentissime convenire. Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Dicit et fidenter. Qui amat parentes suos, perdet eos. De anima quippe hoc tibi dixit, oderit: quod hic, perdat. Sicut autem hoc preceptum quo perdere iubemur animam nostram, non ad id valet ut se quisque interimat, quod inexpressibile nequitas est: et tamen valet ut interimat in se carnalem animae affectum, quo cum impedimento future vite prae vita delectat. Hoc est, non quod dictum est, oderit animam suam, & perdat eam. Quod tamen diligendo fit, quoniam quidem appetitissime fructum eiusdem animae acquirenda: in eodem precepto commemorat dicens. Qui perdidit eam in isto seculo, in vita aeterna inueniet eam. Ita de parentibus rectissime dicit, ut qui eos amat perdat eos, non more parricidarum interficiens, sed spiritali gladio verbo Dei carnalem affectum eorum, quo & se ipsos, & eos quos genuerunt irritamentis huius seculi obli-gare conantur, pie fidenterque percutiens & occidens, illud in eis vivere faciat quo fratres sunt, quo cum filiis suis temporalibus, parentes aeternos, Deum, ecclesiamque cognoscunt. Ecce rapit te studium veritatis cognoscenda atque precipienda voluntatis Dei in scripturis sanctis. Rapit Evangelicam praedicationis officium. Dat signum dominus ut vigilemus in castris, ut aedificemur turrim, de qua hostem sempiternae vite & propi-cere & propellere valeamus. Rapit militem Christi, tuba coelestis ad plium, & retinet matrem. Non plane talis, qualis Machabeorum fuit, nec saltem similis Lacedaemoniis matribus, de quibus memoria perditum est, quod filios suos ut pro terra patria sanguine funderet, multo amplius atque ardentius in certamina bellica, quam signorum sonitus excitabat. Nam mater quae te ad discendam vitam remoueri a curis secularibus non permittit, satis ostendit quemadmodum te, si opus esset, ad obeundam mortem penitus seculum repudiare permittet. Sed quid dicit? aut quid allegat? Forte decem illos menses, quibus viscera eius onerasti, & dolores parturitionis ac labores

educationis? Hoc hoc interdice verbo salutari, hoc prode matris ut in vitam aeternam inuenias. Hoc memeto ut oderis in ea, si diligis eam. Hoc memeto ut oderis in ea, si diligis eam, si tyro Christi es, si turris fundamenta posuisti, ne dicant transeuntes. Hic homo coepit edificare, & non potuit perficere. Carnalis, non affectus est iste, & adhuc veterem hominem sonat. Hunc carnalem affectum, & in nobis & in nostris, militia Christiana ut perimamus hortatur: nec tamen ita ut ingratus sit quisque parentibus, & eadem ipse beneficium, quibus in vitam hanc aeditus, susceptus, atque nutritus est, enumerata derideat: seruet potius ubique pietatem. Hinc haec locum ubi maiora non vocant. Mater ecclesia, mater est et matris tuae. Haec nos de Christo, concepit, haec martyrum sanguine parturivit, haec in sempiterna luce peperit, haec fidei lacte nutriuit & nutrit, cibosque maiores praeparans, quod adhuc paruuli & sine dentibus vagire vultis, horrescit. Haec matrem toto orbe diffusa, tam variis & multiplicibus errorum infestationibus agitur, ut abortiuam filij eius aduersus eam infestis armis belligerare non dubitet. Ignauia est atque torpore quorundam quos gremio continet, membra sua frigidescere plurimis locis & fouendis paruulis minus idonea fieri dolet. Vnde nisi per alios filios, vnde nisi per alia membra, quorum est numerus, iustum ac debitum poscit auxiliium? Huius ne tu necessitates deserens, ad carnalia verba conuertaris? Nonne haec grauioribus quibus insonat auribus? Nonne haec chariora viscera, & caelestia vera ostentat? Adde viri eius susceptionem carnis, ne carnalibus inhaereres, & a verbo aeterno vniuersa, quae tibi mater improperat, ne his implicarere assumpta, adde contumelias, flagella, mortem, mortem autem crucis. Talibus concepit te seminibus, talique in vitam nouam connubio procreat: languescis & contabescis in veterem hominem? Itane matrem terrenam, non habebat imperator tuus? Quae tamen cum ei nunciaret agere caelestia, respondit: Quae mihi mater, aut quae fratres? Et extendens manum in discipulos suos dixit, non pertinere ad cognationem suam nisi quae facerent voluntatem patris eius. In quo numero profecto est ipsam sanctam Mariam benignus inclusit: Faciebat, non & illa voluntatem patris eius. Ita optimus magister atque diuinus, & maternum nomen quod ei quasi priuatum propriumque nunciauerant, quia terrenum erat, in comparatione caelestis propinquitatis abiicit: & eandem caelestem propinquitatem, in discipulis suis commemorans,

rans, quo sibi rursus confortio generis, cum ceteris sanctis virgo sancta cohaereret ostendit. Et ne isto saluberrimo magisterio, quo contemni carnalem affectum in parentibus docuit, adminiculum error acciperet, quo matrem habuisse a quibusdam negat, alio loco discipulos monuit, ne se patrem in terris dicant habere, ut quomodo illos manifestum est habuisse patres, sic se habuisse matrem manifestaret, cuius tamen terrena cognatione contempta, contemneret in talium necessitudinum discipulis praebere exemplum. Haec ergo interruptuntur vocibus matris tuae, & inter haec locum inuenit commemoratio praegantis atque lactantis, ut de Adae & Euae, alius Adae nasceretur & nutreretur. Respice potius, respice Adae matrem de coelo, & porta iam coelestis imaginem, sicut terrenam portasti. Immo & hic habeant locum materna ipsa beneficia, quae tibi ad enervationem cordis enumerant. Habeant profusus locum, noli esse ingratus, repende gratiam matris tuae, repende spiritalia pro carnalibus, pro temporalibus, sempiterna. Sed qui non vult sequi, non impedit. Qui non vult conuerti in melius, caueat ne in deterius puertat & euertat. Quid interest vtrum in vxore, an in matre, dum tamen Eua in qualibet muliere caueat? Nam ista umbra pietatis de folijs illius arboris venit, quibus se primum parentes nostri in ista damnabili nuditate texerunt. Et quicquid in illis verbis atque suggestionem, quasi officium tibi charitatis ob tendit, ut a germanissima atque syncerissima Euangelij charitate te detorqueat, ad astutiam serpentis pertinet, & ad duplicitatem regis illius qui habet viginti milia, quae nos docemur decem milium, hoc est cordis, in qua Deum quaerimus, simplicitate superare. His potius intende charissime, & tolle crucem tuam, & sequere dominum. Nam cum te praesens animaduertente domesticis curis a diuino studio retardari, ferri te potius & duci a cruce tua, non eam te ferre ac ducere scitebam. Crucem, non nostram dominus quam portare a nobis iubet, ut eum expeditissimi sequamur, quid aliud quam mortalitatem carnis huius significat? ipsa, non nos cruciat donet absorbeat mors in victoriam. Crux ergo haec ipsa crucifigenda est, & transfigenda est clavis timoris Dei ne solutis, & liberis membris reluctanter portare non possis. Sequi, non dominum nisi eam portans, omnino non vales. Nam quomodo eum sequeris, si non es eius?

Qui autem Iesu Christi sunt, ait Apostolus, carnem suam crucifixerunt cum passionibus, & desiderijs. Si quid sane pecuniae res tua familia ris habet cuius te implicari negotio nec oportet nec decet, reuera tribuendum est matri & domesticis tuis. Horum quippe indigentia si pauperibus, ut sis perfectus instituis distribuere talia tui primum apud te locum obtinere debet. Si quis, non suis & maxime domesticis, ait Apostolus, non prouidet, fide negauit, & est infidelis deterior. Quibus ordinandis rebus si ut cololum exueris induendum sapientiae vinculis, perfectus a nobis es quid tibi nocent, aut quo pacto te peruellunt matris lachrymae fluentes carnem aut serui fuga, aut mors ancillarum, aut fratrum morbosa valetudo? Si est in te charitas ordinata sciens praepone re maiora minoribus, & misericordia moueri, ut pauperes euangelizent, ne messis domini copiosa operariorum inopia in praedam volucris iaceat, & paratum habere cor ad sequendam domini voluntatem, in eo, quod vel flagellando vel parcendo agere stauerit cum seruis suis: haec meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit in omnibus. Obsecro te, ut caueas ne maiorem tristitiam des bonis fratribus, torpore tuo quam laetitiam alacritate iam dederas. Commendare te autem literis quibus voluisti, tam superfluum putavi, quam si quisquam te mihi eodem modo commendare voluisset.

Augustinus Licentium iuuenem nobilem, & doctum, quondam ipsius discipulum, hortatur ad mundi contemptum, abutens ad hoc ipsius Licentij carmine, quod olim ad praepotorem scripserat. Parum attentus aliquis ex unica epistola fecit tres. Nam Augustinus carmen Licentianum suae epistolae intertextuit. Nos tamen numeros reliquimus, ne dissentiant priorum aeditionum codices. Epist. XXXIX.

Vix reperi occasione scribendi tibi. Quis credat? Sed mihi tamen Licentium necesse est credere. Nolo te causas rationesque rimari, quae etsi reddi possent, fidei tamen, qua mihi credis, non eas debeo. Nam & literas tuas non per eos accipi, pro quos possem scripta redhibere. Quae autem petisti ut peterem, curam per epistolam quantum promendum videbat, sed quid effecerim tu videris. Quod si nondum effectum est, Aug. Tomus secundus f 3 vel

Io. 12.

Luc. 14.

L

M

Mat. 12

1) τὰν 1) ἐπιτάξιν.

Gala. 9. παρθη- μαι καὶ ἐτιδου- μισο

C

D

vel cū sciero , agam instantius , vel cum rursus ipse admoneris . Hactenus quæ huius vitæ vincula perstrepunt tecum locutus sim , nūc paucis accipe pectoris mei æstus de spectata non trāsitoria , quonam modo via tibi pateat in Deum . Mi Licenti , etiam atq; etiam reculantem & formidantem cōpedes sapientia , timeo te rebus mortalibus validissimè & perniciosissimè compediri . Nam sapientia quos primo alligauerit , & exercitatorijs quibusdam laboribus edomuerit soluit postea , liberatisq; sese donat ad fruendum : & quos primo temporalibus nexibus erudiuerit , post æternis amplexibus alligat . Quo vinculo nec iucundius nec solidius cogitari quicquam potest . Prima hæc aliquantulum dura esse confiteor , illa verò vltima nec dura dixerim , quia dulcissima sunt nec mollia , quia firmissima . Quid igitur nisi quod dici non potest , sed credi , tamè & sperari & amari potest . Vincula verò huius mundi , asperitatem habent veram , iucunditatem falsam : certum dolorem , incertam voluptatem : durum laborem , timidam quietem : rem plenā

a. l. Gior-
gi. 4. Al-
ludit ad
Aristoteli.

Terentian.

* miseriam , spem beatitudinis . inanem . His ne tu inferas & collum & manus & pedes , cum & honoribus huiuscemodi subiugari affectas , & facta tua non aliter fructuosa existimas , & ambis inhærere , quò non modo inuitatus sed nec compulsus quidem ire debuisti . Hic tu fortasse Terentiani serui mihi responsum dederis : Ohe , tu verba fundis , hic sapientia . Cape igitur , vt fundam potius quam effundam . Aut si ego canto , tu autem ad aliam vocem saltas , nec sic quidè me pœnitet . Habet . n . suā hilaritatem ipsa cantatio , etiam cum ad eam membra non mouet , cui plena charitatis modulatione cantatur . Verba quædam in epistolis tuis me mouerunt , sed de his tractare , cum factorum vitæque totius tuæ cura excoquat , ineptum putauit .

C A R M E N H E R O I C V M

Licentij ad Augustinum , declarans benenolentiam erga præceptorum , nullis casibus intermorituram .

Arcanum Varronis iter scrutando profundi
Mēs habet , aduersamq; fugit cōterrita lucē .
Nec mirū , iacet oīs enim mea cura legendi

Te non dante manū , & confurgere sola vere .
Nam simul vt perplexa viri compendia tanti
Voluere . suavit amor sacrosq; attingere sensus ,
Quis numerū dedit ille tonis , mūdūq; tonanti
Differunt canere , & pariles agitare choreas ,
Implicuit varia nostrum caligine pectus ,
Induxitque animo rerum violentia nubem .

Orbitū
cæle-
stium
cōcen-
tus ,

G
Geo-
metria
Astro-
logia ,
Peri-
phra-
si signifi-
cat
Deū ,
Buel-
æbunt

Inde figurarum positas in puluere formas .
Posco amens , aliasq; graues offendo tenebras .
Ad summam , astrorū causas clarosque meatus
Obscuros quorū ille situs per nubila mōstrat .
Sic iacui nutans , vt talem omnino ruinam ,
Nec qui nos prohibet latebras agnoscere cęli ,
Nec persona daret functorum freta cauernis .
Protea nanq; serūt veterū cōmenta Pelasgum ,
Qui dū sollicitis non vult aperire futura (quis
spumat ap , fuit vnda , fremit leo , sibilat an-
Captū aliquādo tñ in munera parua volucrū .
At mihi qui nimium curis grauioribus angor ,
Dulcia quiq; animę , sed dulcia pabula quęro ,
Varronis responsa latent : quod suplice cantu
Præsidium nymphā , regēq; & flumina poscam ?
An te voce vocē , clari quem rector Olympi ,
Fontibus infantum præfecit , & abdita iussit
Vbertate animi longè ructare fluenta .

H

Ferto magister opem , ac tu ne desere vires
Inualidas , mecumq; sacras subuertere glebas
Incipe , tempus enim , nisi me mortalia fallunt ,
Labitur , in seniumq; trahit : tibi nosfer Apollo
Corda replet , patremq; suum patremq; deorū
Conciliat , legēq; bonam pacemq; cruentam
Monstrat , & abducto velamine singula pandit :
Viginti emensus nam longos forsitan orbes
Solis eras cum te ratio pulcherrima mundi ,
Ditior imperijs , & nectare dulcior omni
Corripuit , statuitq; vagum medioq; locauit ,
Omnibus vnde aciem posses intendere rebus .
O bone carpe iter annorum , sapientia quātum
Crescit amore sui , inueniēs noua culmina sp .
Perge viam qua te soboles præclara tonantis
Perducit : sternens in plana ardua campos .

a. l. fil
mina .

Et cum luciferos præcordia vesper in ortus
Distulerit , sanctumq; super benedixeris ignē ,
Sis memor ipse mei ; bibulam qui ponitis aurē
Legibus inuictis , contundite pectora palmis ,
Sternite mēbra solo , meritosq; ciete dolores ,
Et prohibete nefas , Deus imperat oibus vnum
Admouet antestes , venturaq; flumina * terrēt .
O mihi transactos reuocet si pristina soles
Laticifcis aurora rotis , quos libera tecum
Ocia tentantes , & candida iura bonorum
Duxi-

Duximus Italia medio , montesq; per altos .
Non me dura gelu prohiberent frigora . cano .
Nec fera tēpestas Zephyrū , fremitusq; Borini ,
Quin tua sollicito premerem vestigia passu .
Hoc opus vt iubeas tātum cruor irriget artus ,
Solstitio Neuros , bruma sectabimur lstrum .
Ignotus Garamas soluet mihi vincula gerris .
Exapleosq; lacus fugiens Hypanis vbi amarus
Calipidū Scythicas resonat spumos⁹ ad vndas
Ibimus & Leucos , qua Leucia solis in ortus
Tenditur : & vasti deserta cacumina Casi ,
Quis Epidamneas æquat sibi casia rupes ,
Vnde quiescentem auroram , currusq; solutos ,
Sapitamq; diem media sub nocte viderem ,
Te suadentē petā : nec . n . labor aut metus vllus
Terret , vbi insontes precib . Deus audit apertus .
Et nunc Romulidum sedes & inania tecti
Culmina bacchatasq; domos vanosq; tumult⁹
Desererem , & totus semel in tua corde venire ,
Ni mens cōiugio incumbens retineret euntē .
Crede meis , o docte , malis , veroq; dolori ,
Quod sine te nullos pmittunt carbasa portus ,
Erramusq; procul turbata per æquora vitæ .
Præcipites densa veluti caligine nauæ ,
Quos furor Australis , strides & flatus ab Euro
Perculit , & raptis priuauit turbo magistris .
Protinus abruptis miserī voluunt in vndis .
Nō forus aut præ , nō lintea deinde procellas
Ferre valent , ratioq; iacet stupefacta regendi .
Sic me ventus agit , voluuntq; cupidinis æstus
In mare letiferum . nec terræ protinus absunt .
Sed mecū reputans , tua cādida verba magister
Hæc magis eē reor , tibi credere callida res est .
Decipit atq; animis mulier retia nostris .
Præteritos (oblitus enim præsentas) præsto
Nūc tibi charo ros , nos nūc de pectore lapsi .
Hei mihi quò ferar , vñ velim tibi pādere mētē
Ante sub Aegeo obtabunt pia tecta palumbes .
Et versa halcyone componat in arbore nidos ,
Esuriens vitulos alet ante leqna sequaces ,
Atq; impasta diu tenores lupa nutriat agnos ,
Mutantesque suis diuisum partibus orbem ,
Aut Barcæus alet Taurū , aut Hyrcania Tauros .
Ante Thyesteis iterum male territa mensis ,
Interrupta dies refugos vanescat in ortus .
Ante dabunt imbres Nilum sup æthera damæ
Errabunt montesq; canāt , & flumina laudent ,
Quā mihi post tergū veniāt tua dona magister .
Arcet amor , copulāq; tenet cōmunis honesti .
Hic hic regnat amicitia decus hoste fugato .
Nam neque pp opes vitreas , aurumq; rebelle ,

Iungimus assensus animorum , nam neq; vulgi
Nos fortuna ruens , quę separat ardua iunxit .
Sed labor interiora legens , vulgata libellis ,
Atq; animis inuenta tuis , & nobile dogma
Indictum , contraque bonos responsa relatus .
Et mea Calliope , quantus te cominus altum
Horreat , & vultus abscondat , inutile tranctās :
Hoc tamen hoc animi vincū , nexusq; fideles .
Non qui montosis firmatas rupibus alpes
Fregit , & Italicas presit cum moenibus vrbes ,
Rumperet aut nostro terreret robore qcquā .
Ite procul latices tumidis anfractibus Oxi ,
Aut ab Arempheis Ripheos aut oppida Caspi
Cimmeriasq; domos se iūgere flumine Iargo .
Mæotidumq; plage pōtus quas obruit Helles ,
Europæ atq; Asia longè discrimina tendant .
Nonne bonū per vtrunq; latus armenta fatigās
Finibus abscedit lateri Dodona Molossos ,
Cognatosq; Arabas : nec pacis fœdus amicum
Sidonios inter mansit regnumq; Pelopum ,
Sacrilegosq; Phryges : quāuis p tēpore cūctis
Hospitio commune fuit . quid deniq; fratrum
Disidiū , pugnasq; canā : quid honesta parentū
Verbera : qd matrum furias , natosq; superbos ?
Est etiam superum concors discordia rerum ,
Totq; fluunt ritus , quot dat sententia leges .
Nec tenet vn⁹ amor . nō si mihi murmura cētū
Det Boreas , totidēq; animas centumq; per ora
Lingua rigēs adamāte fremat , memorare vale
Quæ sociata prius veterum natura locum (bo
Distulit , & tereti limauit glareæ mundo .
Sed nos præterea qui ab vna exurgimus vrbe ,
Quòd dom⁹ vna tulit , q sãguine tagimur vno
Seclorum , Christiana fides connexuit : & quod A
Nos iter immensum disternat , & plaga pōti
Interfusa coerces , amor contemnit vtrunque
Gaudia qui spernēs oculorum , semper amico
Absenti fruitur . quoniam de corde profundo
Pendet , & internæ rimatur pabula fibre .
Interea venient quæcūq; futura bonorum
Scripta salutiferi sermonis , & illa priorum
Aeqparanda fauis , reputās qui pectore in alto ,
Conceptum in lucē vomuisti nectareum mel ,
Præsentem ipsa mihi te reddēt , si mihi moem
Gesseris , & libros quibus in te lenta recumbit
Musica tradideris , nam feruēo totus in illos ,
Annue , sic nobis verum ratione pateat ,
Sic plus Eridano fluat , & contagia mundi
Ne quicquā volitēt nostri circū arua coloni .

M

libri
de Min
sica .

SI versus tuus momētis inordinatis peruer-
sus esset, si suis legibus non staret, si mēsu-
ris imparib. aures auditores offenderet, pude-
ret te certē nec differes, nec desisteres, donec
B ordinares, corrigeres, statueres, & quares ver-
sum tuū, discendo & agendo artē metricam
acerrimo studio, & labore quolibet. Quod
cū inordinatus ipse peruerteris, cum legibus
Dei tui ipse non stas, neq; in agenda vita ho-
nestis tuorū votis, & huic ipsi eruditioni tuā
concinis, abijciendū, post tergū putas, & ne-
gligēdū, quasi prae sono linguā tuā sis tibi &
voce vilior: & incōpositis moribus qđ offen-
dis aures Dei leuius sit, qđ si incōpositis sylla-
bis tuis grāmatica succēderet authoritas. Scri-
bis: O mihi transactos reuocet si pristina so-
les Lētificis aurora rotis, quos libera tecum
Ocia tentātes, & cādida iura bonorū Duxi-
mus Italiq; medio, montesq; per altos. Non
me dura gelu prohiberēt frigora cano, Nec
fera tempestas Zephyrū fremitusq; Borini,
Quin tua sollicito premerem vestigia passu:
Hoc opus vt iubeas tñ, Me miserū, si ego nō
iubeo, si non cogo atq; impero, si non rogo
atq; supplico. Sed si aures tuā aduersus meas
voces clausē sunt, ori tuo pateāt, pateāt car-
mini tuo exaudi te ipsum durissime, immanif-
sime, sūrdissime. Quo mihi linguam aureā &
corferret? Quib. ego nō carminib. sed lamen-
C tationib. sufficiā plāgere carmina tua? In qb.
video, quam aīam, quod ingeniu nō mihi li-
ceat apprehēdere, & immolare Deo nostrō?
Expectas vt ego iubeā, sis bonus, sis quietus,
sis beatus, quasi quiddam mihi dierū gratius
illucescat, qđ vt ingenio tuo fruar in dño, aut
verē tu nescias qđ te esuriam & sitiam, aut nō
hoc ipso id carmine fatearis. Reuoca aīum
quo ista scripsisti, nūc mihi dic. Hoc opus vt
iubeas tñ. Ecce iussum meum, da mihi te, si
hoc opus est tantum, da dño meo te, qui om-
nium nostrum dñs est, qui tibi illud donauit
ingenium. Nā ego quid sum, nisi seruus tuus
per ipsum, & cōseruus sub ipso? An ipse non
iubet? audi Euangelium: Stabat, inquit, Iesus
& clamabat. Venite ad me omnes qui labora-
tis & onerati estis, & ego vos reficiam. Tolli-
te iugum meum super vos, & discite à me
quia mitis sum & humilis corde, & inuenie-

Mat. 11.

tis requiem animab. vestris. Iugum. n. meū le-
ue est, & sarcina mea leuis. Si hęc non audiū-
tur, aut vsq; ad aures audiunt, expectasne Li-
cēti, vt Augustinus iubeat conferuo suo, &
nō plangat potius frustra iubere dñm suum?
Immo nō iubere, sed inuitare & rogare quo-
dammodo, vt qui laborant reficiant ab eo. **D**
Sed videlicet fortissimo & p̄sidenti collo-
iugū mundi iugo Christi est iucundius. Qui
si laborare nos cogeret, vide quis cogeret,
qua mercede cogeret. Vade in Campaniam,
disce Paulinū egregium & sanctum Dei ser-
uum qđ grandē factum seculi huius, tanto ge-
nerosiore, quāto humiliore ceruice incūctā
ter excuserit, vt eam subderet Christi iugo, si
cut subdidit: & nunc illo moderatore itine-
ris sui quietus & modestus exultat. Vade di-
sce, quib. opib. ingenij sacrificia laudis ei of-
ferat, refundēs, illi qcquid boni accepit ex il-
lo, ne amittat oīa, si nō in eo reponat à quo
hęc sunt. Quid æstuas? qđ fluctuas? quid ima-
ginationib. mortiferarū voluptatū aurē accō-
modas, & auertis à Nobis? Mētium, moriun-
tur, in mortē trahūt. Mentium Licentis, sic no-
bis, sicuti optas. verum rōne pateat, Sic pl^o
Eridano fluat. Non dicit verum, nisi veritas,
quia Christus est veritas. Veniamus ad eum
ne laboremus. Vt ipse nos reficiat, tollamus
iugū eius sup nos & discamus ab eo, qm̄ mi-
tis est & humilis corde, & inueniemus reqē
aīabus nostris iugum enim eius leue est, &
sarcina eius leuis est. Ornari abs te diabolus
quærit. Si calicem aureū inuenisses in terra,
donares illū ecclesie Dei. Accepisti à Deo i-
geniu spiritaliter aureum, & ministras inde-
libidinibus, & in illo satanæ propinas teip-
sum. Noli, obsecro, sic aliquando sentias, qđ
mifero & miserando pectore hęc scripse-
rim, & miserearis iam mei, si tibi viluisti.

Augustinus Madaurenſes idololatrias horta-
tur, vt ab impietate se conuertant ad verā
religionem, ostendens illis mysterium sa-
cræ trinitatis, & orbem miris incrementis
iuxta prophetarum & euangeliorum ora-
cula Christo subiectum. Epist. XLII.

Dominis p̄dicabilibus & dilectissimis
fratribus Madaurenſibus, quorum per
fratrem Florentium epistolam accepi, Au-
gustinus. Si fortē illi qui inter vos catholici
Christiani

Idolola-
tras fra-
tres no-
cas & d

minos p̄t
dicabiles
fratres
chariffi-
mos.

Christiani sūt talia mihi scripta miserūt, hoc
tñ miror, quod nō suo potius qđ ordinis no-
mine. Si autē re vera oēs aut propē oēs ordi-
nis viri ad me dignati estis literas dare, mi-
ror quod patri, & in dño salutem scripsistis,
quorū mihi superstitiosus cultus idolorum,
F cōtra quæ idola facilius tēpla vestra qđ corda
claudunt, vel potius quæ idola non magis in-
tēplis, quam in vestris cordib. inclu dunt, cū
magno est dolore notissimus: nisi fortē iā de
salute ipsa, quæ in dño est, per quam me salu-
tare voluistis tandē prudenti consyderatione
cogitetis. Nam si non ita est, quæso vos, quid
læsi, quid offendi benevolentia vestra, vt me
titulo epistolæ vestræ irridēdum potius qđ ho-
norādum esse putaretis: dñi p̄dicabiles &
dilectissimi fratres? Quod. n. scripsistis: Patri
Augustino in dño æternam salutem, cum le-
gerē tanta spe subito erectus sum, vt crederē
vos ad ipsum dñm, & ad ipsam æternā salu-
tē, aut iā esse conuersos. aut per nostrū mini-
steriū desiderare cōverti. Sed vbi legi cetera,
refriguit aīus meus. Quæsiui tñ ab epistolæ
perlatore, vtrum iā vel essetis Christiani, vel
esse cuperetis. Cuius respōsione postea qđ cō-
peri, nequaquā vos esse mutatos, grauius do-
lui, quod Christi nomen, cui iam totum orbem
subiectū esse cōspicimus, nō solū à vobis
repellendū, sed etiam in nobis irridendū esse
G credidistis. Nō. n. potui cogitare alterū dñm,
qm̄ quem posset Episcopus pater à vobis vo-
cari p̄ter dñm Christum. Et si esset hinc
aliqua de interpretatione vestrę sinæ dubita-
tio, subscriptione epistolę tolleret, vbi aper-
te posuistis. Optamus te dñe in Deo & Chri-
sto eius per multos annos semp in clero tuo
gaudere. Quib. oībus perlectis atq; discussis,
quid mihi aliud occurrere potuit, aut cui li-
bet homini pōt, nisi aut veridico aut fallaci
scribentiū aīo, hęc esse conscripta? Sed si ve-
ridico aīo ista scribitis, quis vobis ad hęc ve-
ritatē interclusit viā? Quis aspera dumeta sub-
strauit? Quis rupiū prærupta inimicus oppo-
sui? Postremo quis basilicæ ianuā ingredi cu-
pientib. clausit, vt in eodē dño per quem nos
salutatis, eandē salutē nobiscū habere nolitis?
Si aut fallaciter atq; irridenter hęc scribitis,
itane tandē mihi negocia vestra curanda im-
ponitis, vt nomen eius per quem aliquid pos-
sum, audeatis non veneratione debita attolle-
re, sed insultatione adulatoria ventilare? Scia-

tis me (charissimi) cum ineffabili pro vobis
tremore cordis hoc dicere. Noui. n. quanto
grauiorē, & perniciosiorem cām sitis habi-
turi apud Deum, si frustra vobis hoc dixerō.
H Oīa quæ p̄teritis t̄pib. erga humanū genus
maiores nostrī gesta eē meminērūt, nobisq;
tradiderunt: oīa etiā quæ nos videmus, & po-
steris tradimus, quę tñ pertinent ad verā reli-
gionē quærendā, & tenendā, diuina scriptu-
ra non tacuit, sed ita oīno cuncta transeūt vt
transitura esse p̄dicta sunt. Videtis certe po-
pulū Iudeorū auulsum à sedib. suis per oēs se-
rē terras disseminatū atq; diffusum. Et origo
eiusdē populi & incrementa & regni. amissio
& per cuncta dispersio (sicut p̄dicta ita facta
sunt.) Videtis certē ex ipso populo verbum
Dei legemq; prodeuntē per Christū, qui ex
illis mirabiliter natus est, oīum gentium fidē
occupasse atq; tenuisse. Ita hęc oīa prænun-
ciata legimus, vt videmus. Videtis certē mul-
tos p̄cisos à radice Christianæ societatis,
quę per sedes Apostolorum, & successiones
Episcoporū, certa per orbem propagatione
diffunditur, de sola figura originis, sub Chri-
stiano nomine, quasi arescentia sarmenta glo-
riari, quas hęc res & schismata nominamus.
Præuisa, p̄dicta, scripta sunt omnia. Vide-
tis certē simulachrorum templa, partim sine
reparatione collapsa, partim diruta, partim
clausa, partim in vsus alios. cōmutata. Ipsaq;
simulachra, uel cōfringi, uel incēdi, uel in-
cludi, uel destrui: atq; ipsas huius seculi pote-
states, quæ aliquando pro simulachris popu-
lum Christianum persequebantur, uictas &
domitas, nō à repugnantib. sed à morientib.
Christianis, & contra eadem simulachra, pro
quib. Christianos occidebāt, impetus suos le-
gesq; uertisse, & imperij nobilissimi eminen-
tissimum culmen ad sepulchrum piscatoris
Petri, submisso diademate, supplicare. Hęc
omnia scripturę diuinę, quæ in manus om-
nium iam uenerunt, ante longissima tempo-
ra futura esse testatæ sunt. Hęc omnia tanto
robustiore fide lætamur fieri, quanto maio-
re authoritate p̄dicata esse in sanctis lite-
ris inuenimus. Nunquid nam (obsecro uos)
nunquid nā solum iudicium Dei, quod inter
fidelēs atq; infidelēs futurum esse in eisdem
litteris legimus, cum illa omnia, sicut p̄di-
cta sunt, uenerint, nunquidnam solum iudi-
cium Dei uenturum non esse putabimus?
Immo

Iudaorū
p̄parsi.

Nā tale
quiddā de
esse uidez.

Sepul-
chrum
Petri.

Immo verè veniet, sicut illa oia venerunt. Nec quisquam erit homo nostrorum tēporum q se in illo iudicio, de sua possit infidelitate defendere, cū Christū cantet & iustus ad æquitatem, & periurus ad fraudem: & rex ad imperium, & miles ad pugnam: & maritus p p regimen, & vxor p p obsequium: & pater p p præceptum, & filius p p obedientiam: & dñs per dominationem, & seruus per famulatū: & humilis ad pietatem, & superbus ad æmulationē: & diues vt porrigat, & paup vt sumat: & ebrius ad phialā, & mendicus ad ianuā: & bonus vt prætet, & mal⁹ vt fallat: & Christianus venerator, & Paganus adulator: Oēs Christum cantant, & qua voluntate atq; ore cantent, eidē ipsi quē cantant rōnem sine dubio reddiduri sunt. Est quiddam inuisibile, ex quo creatore principio sunt oia quæ videmus, summū, æternū, incōmutabile & nulli effabile nisi tm̄ sibi. Est quiddam quo se ipsa summitas maiestatis narrat & prædicat, non impar gignenti atq; narranti verbum, quod illi qui verbū ingignit ostendit. Est quædam sanctitas oīum quæ sancta sūt sanctificatrix, ipsius incōmutabilis verbi, per qd̄ narrat illud principiu, & ipsi⁹ principij quod pari se verbo narrat, in separabilis & indiuisa cōio.

L Quis aut hoc torum quod non dicendo dicere conatus sum, & dicendo non dicere, quis hoc possit serenissima & syncerissimam ete cōtueri, eoq; cōtuitu beatitudinē ducere, atque in id qd̄ intuet̄ deficiens quodāmodo se obliuisci, & p̄gere in illud, cuius visione inuisibilis est, qd̄ immortalitate est idui, & obtinere æternam salutē, p̄ quam me salutare dignamini? Quis hoc possit, nisi qui oēs superbie suæ toros inanes, peccata sua confitens complanauerit, seq; substrauerit mitem atq; humilem ad accipiendū Deū doctorē? Qm̄ ergo à vanitate superbiæ, prius ad humilitatē deponēdi sumus, vt inde surgentes solidā celsitudinē teneamus, non potuit hic nobis tāto magnificētius, quanto blandius inspirari, vt nostra ferocitas non vi sed persuasione sedaret, nisi verbū illud per quod se angelis indicat Deus pater, qd̄ virtus & sapiētia eius est, qd̄ corde humano visibiliū rerū cupiditate cæcato, videri non poterat, personā suā in homine agere atq; ostendere dignaret, vt magis homo timeret extolli fastu hominis, q̄ humiliari exemplo Dei. Itaq; nō Christus

regno terreno deeoratus, nec Christus terre nis opib; diues, nec Christus vlla terrena foelicitate præfulgens, sed Christus crucifixus, per totum terrarū orbem prædicat. Quod r̄ serunt prius populi superbiorum, & adhuc rident reliquē. Crediderunt aut̄ prius pauci tunc populi, quia tunc ad fidem paucorū & cōtra irrisiōnē populorum cū Christus crucifixus prædicaretur, claudi ambulabant, muti loquebant, surdi audiebant, cæci videbant, mortui resurgebāt. Sic tandē aduertit terra na superbia, nihil in ipsis terrenis esse potētius humilitate diuina, vt etiam saluberrima humilitas humana, cōtra insultantē sibi superbiam, diuinæ imitationis patrociniō tuerēt. Expergiscimini aliquādo fratres mei & parētes mei Madaurēsēs, hāc occasione scribēdi vobis Deus mihi obtulit. Quantū potui quidem in negotio fratris Florentij, per quē literas misistis, sicut Deus voluit, astui & adiui. Sed tale negociū erat quod etiam sine opera mea facile peragi posset. Prope oēs enim domus ipsius hōes qui apud Hipponē sunt, no uerunt Florentiū & multū eius orbitatē dolent. Sed epistola mihi à vobis missa est vt nō impudens esset epistola mea, cum occasione à vobis accepta, idolorum cultorib; de Christo aliquid loqueret. Sed obsecro vos, si eū nō inaniter i mea epistola nominastis, vt nō inaniter vobis ista scripserim. Si aut̄ me irridere voluistis, timete illū quē prius iudicatū irrisit superbus orbis terrarū, & nunc indicē subiectus expectat. Erit. n. testis affectus in vos cordis mei, p̄ hanc, quantū potui, paginā expressus. Erit testis vobis in iudicio eius, q̄ credētes sibi cōfirmaturus est, & incredulos confusus. Deus uiuus & uerus, uos ad oī huius seculi uanitate liberatos conuertat ad se, dñi p̄dicabiles & dilectissimi fratres.

Maximus Madaurensis Augustino, excusans à Paganis unum Deum varijs nominibus coli, indignans mortuos homines coli pro Dijs, irridens Punica quædā nomina, perstringens opinor Christianos, quod uenerarentur sepulchra martyrum, ac notans quod clanculum sua sacra pergerent.

Epistola XLIII.

HAbēs crebro tuis affatibus lætificari, & instinctu tui sermonis, quo me paulo ante

te iucūdissime salua charitate pulfasti, paria redhibere nō destiti, ne silentiū meū penitudinē appellares. Sed (q̄so) vt si hęc quasi leniles artus esse duxeris, benignarū aurū indulgentia prosequaris. Olympū montē deorum esse habitaculū, sub incerta fide Grætia fabulaf. At uerò nostræ urbis forū salutarū numinū frequētia possessum nos cernimus & probamus. Equidē vnum esse Deum summū sine initio, sine prole, naturę ceu patrē magnū atq; magnificū q̄s tā demēs, tam mēte captus neget esse certissimū? Huius nos virtutes per mudanū opus diffusas multis vocabulis iuocamus: quū nomē eius cuncti propriū videlicet ignoramus. Nā Deus oib; religionib; cōmune nomē est. Ita fit, vt dum eius quasi quędā mēbra carptim, varijs supplicationib; prosequimur, totū colere p̄fecto videamur. Sed impatientē me eē tāti erroris dissimulare nō potui. Quis. n. ferat Ioui fulmina vibrātī præferri Mygdonē: Iunoni, Mineruā, Veneri Vesteq; Sananē: & cunctis proh nefas, dijs immortalib; archimartyrē Namphanionē, inter quos Lucitas ēt haud minore cultu suscipit, atq; alij interminato numero, dijs hoībusq; odiosa nomina, qui cōscientia nefandorū facinorum, specie gloriosæ mortis, scelera sua scelerib; cumulantes, dignū morib; factisque suis exitū maculati repererūt. Horū busta si memoratu dignū est, reiectis templis, neglectis maiorū suorū manib; stulti frequentant, ita, vt prælagiū, vatis illius indigne ferētis emineat. Inq; Deū tēplis iurauit Roma per vmbra. Sed mihi hęc tēpestas propemodū vř bellū Actiacū rursus exortum quo Aegyptia mōstra i Romanorū Deos audeāt tela vibrare, minime duratura. Sed illud (q̄so) vir sapiētissime, vti remoto secūdiæ robore atq; explorato, qua cūctis clarus es, omisissis etiā quib; pugnare solebas Chryssippeis argumentis, postposita paululū Dialectica, quæ neruorū suorū luctamine nihil certi cuiquā relinqueret nitē, ipsa re approbes, q̄s fit iste Deus, quē vobis Christiani, quasi propriū vēdicatis, & in locis abditis p̄sentē vos videre cōponitis. Nos etenim Deos n̄os luce palā ante oculos oīum, atq; aures oīum mortalū pijs precib; adoramus, & p̄ suaues hostias propitios nobis effcimus, & à cūctis hęc cerni & probari cōtendimus. Sed vterius huic certamini me sen ex inualid⁹ subtraho, & in sniam Mā

tuani rhetoris libenter pergo: Trahit sua quē D que voluptas. Post hęc non dubito vir eximie, qui à mea secta diuisti, hanc epistolam aliquorum furto detractam flāmis vel quolibet pacto periturā. Quod si acciderit, erit damnū chartulæ, non nostri sermonis, cuius exēplar penes oēs religiosos perpetuo retinebo. Dij te seruent, per quos & eorum atq; cunctorū mortalū cōmunem patrē, vniuersi mortales quos terra sustinet, mille modis concordi discordia veneramur & colimus.

Augustinus Maximo Grammatico respondet ad superiora, sed sic vt ostendat indigna quibus respondeatur, digna quæ rideantur.

Epist. XLIII.

Seruumne aliquid inter nos agimus, an iocari libet? Nam, sicut tua epistola loquit, vtrū causæ ipsius infirmitate, an morū tuorū comitate sit factū, vt malles esse facetior, quā paratior, incertū habeo. Primò enim Olympi montis & fori vestri cōparatio facta est, quæ nescio quò pertinuerit, nisi vt me commonefaceret in illo mōte Iouē castra posuisse, cū aduersus patrē bella gereret, vt ea doceret h̄storia, quam vestri etiam sacra vocant: & in isto foro recordarer esse in duob; simu lacris, vnum Martem nudum, alterū armatū, quorum dæmonium infestissimum ciuib; porēctis tribus digitis contra collocata statua humana comprimeret. Ergone vnquam ego crediderim, mētionē illius fori facta, numinum talium memoriam mihi te renouare voluisse, nisi iocari potius quā serio agere maluisses? Sed illud planē quod tales Deos quædam Dei vnus magni membra esse dixisti, admoneo, quia dignaris, vt ab huiusmodi sacrilegis facerijs te magnopere abstineas. Si quidem illū Deum dicis vnū, de quo, vt dictum est à veteribus, docti indoctiq; consentiunt, huiusne tu membra dicis esse, quorum inamantatem, vel, si hoc maius, potētiam, mortui hominis imago cōpescit? Plura hinc possem dicere. Vides enim pro tua prudentia, q̄ locus late iste pateat reprehensionī. Sed me ipse cohibeo, ne à te rhetorice potius, q̄ veridice agere existimer. Nā quod nomina quædam punica mortuorū collegisti, quib; in nostram religionē, festinas, vt tibi visum est, cōtumelias iaciēdas putares, nescio vtrū resellere

27125

2852015

Lucan.

Sacra h̄storia.

al. manis

refellere debeam, an silentio praterire. Si. n. res ista vident tam leues tuę grauitati q̄ sunt, iocari mihi nō multū vacat. Si autem graues tibi vident, miror q̄ nominū absurditate cōmoto, in mentē nō venerit habere tuos, & in sacerdotib. Eucaddires, & in numinib. Abedires. Nā puto ego ista tibi cum scriberes in aīo non fuisse, sed more humanitatis & lepōris tui, commonefacere nos voluisti ad relaxandū aīum quanta in vestra superstitione rī dēda. sint Neq; enim vsq; adeo teipsum obliuisci potuisses, vt hō Apher scribens Aphris, eū simus vtriq; in Africa constituti: Punica noīa exagitāda existimares. Nā si ea vocabula interpretemur, Namphanio quid aliud significat q̄ boni pedis hōiem. i. cuius aduētus afferat aliquid foelicitatis? sicut solemus dicere, secundo pede introisse, cuius introitum prosperitas aliqua cōsequuta sit. Quæ lingua si improbat abs te, nega Punicis libris, vt a viris doctissimis prodit, multa sapienter esse mādata memoriæ. Peniteat te certe ibi natū, vbi hmōi liguæ cunabula recalēc. Si verō & fonus nobis nō rōnabiliter displicet, & me bñ interpretatū illud vocabulū recognoscis, habes qđ succenseas Vergilio tuo, qui Herculem vestrum ad sacra quæ illi ab Euandro celebrant, inuitat hoc mō: Et nos & tua dexter adi pede sacra scđo. Secundo pede optat vt veniat. Ergo venire Herculem optat, non Phanionē, de quo tu multū nobis insultare dignaris. Veruntāmen si ridere delectat, hēs apud nos magnā materiam facietariū. Deum Stercutium, deā Cloacinā, Venerem caluā, Deum Timorē, Deum Pallorē, deam Febrē, & cætera innumerabilia huiuscemodi, quib. Romani antiqui simulacrorū cultores tēpla fecerūt, & colēda censuerūt. Quę si negligis, Romanos deos negligis, ex quo intelligeris nō Romanis initiatus sacris, & tñ Punica numina tanquam numinū Romanorū altarib. dedita, cōtēnis ac despicias. Sed mihi videris omnino plusquā nos fortasse illā sacra nihili pendere, sed ex eis nescio quam captare ad huius vitæ trāsitum voluptatem, quippe qui etiam non dubitaueris ad Maronem confugere, vt scribis, & eius versū te tueri, quo ait: Trahit sua quenque voluptas. Nam si tibi authoritas Maronis placet, sicut placere significas, profecto etiam illud placet: Primus ab æthereo venit Saturnus olympo, Arma

Iouis fugiens, & regnis exul adēptis. Et cætera, quibus eū atq; huiuscemodi Deos vestros vult intelligi homines fuisse. Legerat enim ille multam historiam, vetusta auctoritate roboratā, quam ēt Tullius legerat, qui hoc idē in dialogis plus q̄ postulare auderemus, commemorat, & perducere in hominū nouitiā, quantum illa tempora patiebant, molitur. Quod autē dicis eo nostris vestra sacra præponi, quod vos publice colitis Deos, nos autem secretioribus conuenticulis vtimur, Primum illud abs te quæro, quō oblitus sis Liberum illum, quem paucorum sacratorū oculis committendum putaris: deinde tuipse indicas nihil aliud te agere voluisse, cum publicam sacrorum vestrorum celebrationem commemorares, nisi vt vobis decuriones & primates ciuitatis per plateas vestræ vrbis bacchātes ac furentes ante oculos quasi spectacula poneremus. In qua celebritate siue numine inhabitamini, certē videtis quale illud sit quod admit mentem. Si autē fingitis, quæ sunt ista etiam in publico vestra secreta, vel quo pertinet tam turpe mendaciū? deinde cur nulla futura canitis si vates estis, aut cur spoliatis circumstantes, si sani estis? Cum igitur hæc nos & alia quę nunc præmittenda existimo per epistolam tuam feceris recordari, quid nos non derideamus Deos vestros, quos abs te ipso subiliter derideri nemo non intelligit, qui & ingenium tuum nouit, & legit literas tuas? Itaque si aliquid inter nos de his rebus vis agamus quod ætati tuæ prudentiæque cōgruit, quod denique de nostro proposito iure a charissimis nostris flagitari potest, quære aliquid nostra discussione dignum: & ea pro vestris numinibus cura dicere, in quibus non te causa præuaricatore putemus quo nos magis cōmoneas, quæ contra illos dici possunt q̄ pro eis aliquid dicas. Ad summam tamen, ne te hoc lateat, & in sacrilega conuitia imprudentem trahat, scias a Christianis catholicis, quorum in vestro oppido etiam ecclesia constituta est nullum coli mortuorum, nihil denique vt numen adorari quod sit factum & conditum a Deo, sed vnum ipsum Deum qui fecit & condidit omnia. Differetur ista latius, ipso vero & vno Deo adiunante, cum te grauius agere velle cognouero.

Augusti-

Augustinus Armentariū Riparium, & huius vxorem hortatur ad perfectum mundi cōtemptū quem iam vouerant, vetans tñ ne coniugis votū exequeretur absq; coniugis consensu: pia & erudita epistola, sed cuius phrasīs nihil habet Augustini, videtur eiuidem, cuius est. 38. Epi. XLV.

Domini eximiis, meritoq; honorabilibus ac desiderabilibus filiis: Armentario & Paulinæ, Augustinus in domino salutē. Vir egregius filius meus Ruforius affinis vester retulit mihi quid domino voueritis. Qua eius narratione hilaratus, & ibidem metuens, ne aliud suadeat illē tētor, qui bonis talibus antiquitus inuidet, exhortandam paucis credidi charitatem tuam domine eximie meritoque honorabilis, & desiderabilis filii, vt cogites quod in diuinis eloquiis legitur. Ne tardes conuerti ad dominum, neq; differas de die in diem. Atque arripas curesque reddendum, quod ei te vuisse nosti, qui & debita exigit, & promissa persoluit. Nam & hoc scriptum est. Vouete & reddite domino Deo vestro. Quanquam & si non vouisses, quid aliud tibi suadendum fuit, aut quid melius ab homine fieri potest, quā vt ei se restituat, a quo institutus est, p̄sertim quia charitatis erga nos Dei tantum apparuit atque illuxit indicium, vt filium suum vnigenitum mitteret, qui pro nobis moreretur? Restat ergo vt fiat quod Apostolus ait, p̄pterea mortuum esse Christum, vt qui viuunt, non sibi iam viuunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit: nisi forte adhuc mundus amandus est, tanta rerum labe contritus, vt etiam speciem seductionis amiserit. Nam quantum illi laudandi atque prædicandi, qui dignati non sunt etiam cum mundo florente florere: tantum increpandi, & accusandi sunt, quos perire cū pereunte delectat. Labores, & pericula, & exitia huius transitorie vitæ, si p̄ eadem vita quandoque finienda subeuntur, vt mors eius non oīno auferatur, sed paululum differatur: quanto magis pro æterna subeunda sunt, vbi mortem nec natura sollicitate cauet, nec ignauia turpiter timet, nec sapientia fortiter sustinet? Nulli quippe erit quæ non erit. Habeat igitur te vita æterna in dilectoribus suis. Nōne cernis, hæc vita miserabilis, & egena, quā vehementes habeat, quantum

que sibi obliget amatores suos? qui tamen periculo eius sæpe turbati, citius eam finiūt, eo ipso quod finire formidant, & mortem dum declinant, accelerant, veluti si quisquam fluuio rapiendus irruat, latronem bestiamve fugiendo. Iactant in mare tempestate saeuente aliquando & alimenta. & vt viuunt proiciunt vnde viuāt, ne cito finiatur, quod vel in labore viuunt. Quantis laboribus agitur, vt longiore tempore laboretur, & mors cū impendere cœperit, iō cauetur, vt diutius timeat? Nam inter tot casus fragilitatis humanæ, q̄ multæ mortes timentur, quarum certē vna cum venerit, restat cæteras non timeri, & tñ fugitur vna, cum omnes timeantur. Quibus excruciantur doloribus, qui curant a medicis & secant? Nunquid vt non moriatur, sed vt aliquanto serius moriantur? Multi cruciatus suscipiunt certi, vt pauci dies adijciantur incerti. Et nonnunquam ipsis dolorib. victi, continuo moriuntur, quos mortis timore suscipiunt. Et cum omnino non eligant vitam finire ne doleant, sed & dolere ne finiāt, accidit ei vt doleant & finiant: non solū quæ & sanati utique vitam finiunt post dolores, q̄ tantis pœnis comparata nec sempiterna esse potest quia mortalis est: nec diuturna quia tota breuis est: nec de ipso breui spacio sui securi, quia semper incerta est: verum etiā qđ aliquando eam dolore finierunt, quam ne finirent dolere voluerunt. Habet etiā hoc magnum malū ac vehemēter execrandū & horrendū nimis amor vitæ istius, qđ multi dū volunt paulo diutius viuere, grauius offendūt Deū, apud quē est fons vitæ. Atq; ita dum ab eis frustra qui necessario futurus est vitæ finis metuunt, illinc prohibētur vbi sine fine viuunt. Huc accedit quia vita misera etiam si posset esse perpetua, nullo modo beate vitæ etiam breuissimæ comparanda est, & tñ isti amādo miserimā atq; breuissimā, perdunt beatissimā ac sempiternā, cū in hac ipsa, quā male diligunt, hoc velint qđ in altera perdūt: quia utique in ista nec mueriam diligunt, nā beati esse volunt, nec breuitatem, nam finire nolunt: sed tñ quia vita est sic amatur, vt sæpe p̄ eam, licet miseram & breuem, beata, & sempiterna amittatur. His consideratis, qđ magnū vita æterna iubet amatoribus suis, cū se iubet sic amari, quemadmodum hæc amatur a suis? An vero dignum est vel ferendum cum

Verg. 8. Aene. 1. G

Venus calua.

Verg. in bucolicis. Verg. 8. Aene. id.

Primo de natura Deorum.

Bacchanalis.

Ecol. 5.

Psal. 74.

2. Cor. 5.

Psal. 35. A

2. Ref. 43
B

cum contemuntur omnia quæ amantur in mundo, vt vita post paululum finienda, saltè ipsum paululum teneatur in mundo: & non contemnitur mundus, vt obtineatur vita, quæ sine fine apud illum est per quem factus est mundus? Modo cum ipsa Roma domiciliū clarissimi imperij Barbarico vastaretur incursu, q̄ multi huius vitæ temporalis amatores vt eam vel infortunatè producendam nudamq; redimerēt, dederunt omnia, quæ illi non solum oblectandæ & obtinendæ, verū etiam sustentandæ tuendq; seruabant. Solēt certè amatores illis quas amāt, vt eas habeāt, multa conferre. Isti amatam suam non haberent, nisi amādo inopem reddidissent, nec ei multa cōferrent, sed cuncta potius auferret, ne sibi eam hostis auferret. Nec eorum reprehendo consilium. Quis enim nesciat perituram fuisse ipsam, si non ea perissent, quæ re condita fuerant propter ipsam? Quauis & quidam perdidit prius illa, & mox ipsam: quidam verò licet parati cuncta perdere ppter ipsam, prius perdidit ipsam. Sed hinc admonendi sumus, quales æternæ vitæ dilectores esse debeamus, vt propter eam cōtemnamus cūcta superflua, cum pro hac trāsitoria vita cōtempta sint quæ illi fuerant necessaria. Neque enim amatam nostram, sicut illi suam, vt teneamus, expoliamus, sed illi æternæ adipiscendæ, istam temporalem velut famulam expeditiorem seruire facimus. Sic eam nec ornamentorum vanorum vinculis alligemus, nec curarum noxiarum sarcinis oneremus, audiamusq; dñm qui nobis illam vitam summo ardore desiderandam fidelissimi me pollicetur, velut in totius mundi concio ne clamantē. Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Tollite iugum meū super vos, & discite à me quoniam mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Iugū. n. meū lene, & onus meū leue est. Hęc disciplina piæ humilitatis, ventosam & turbidam cupiditatem, auidam rerū extra nrām ptātem constitutarum pellit ex aīo, & quodāmodo expirat. Ibi. n. labor, vbi multa queruntur & diliguntur, quib. adipiscendis atq; retinendis voluntas non satis est, quia consequentē non hēt facultatē. Iusta verò vita, cū volumus adest, quia eam ipsam plene velle, iustitia est. Nec plus aliquid pficienda iustitia est, q̄ perfectam voluntatē re-

Mat. 11.

2. Cor. 12.

Ltc. 2.

qrere. Vide si labor est, vbi velle satis est, unde diuinitus dictum est. Pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Vbi pax, ibi requies: vbi requies, ibi finis appetendi, & nulla causa laborandi. Sed hæc voluntas vt plena sit, oportet vt sana sit. Erit autem sana si, medicum nō refugiat, cuius solius gratia sanari potest à morbo desideriorum noxiorum. Ipse est ergo medicus qui clamat, Venite ad me oēs qui laboratis, iugum suum lene, & onus leue dicens: quia diffusa per spiritum sanctum charitate in cordibus nostris, profecto amabitur quod videbitur, & non erit asperum nec onerosum, si sub hoc vno iugo, quantum in tu mida, tantomagis libera ceruice seruiatur. Et hæc est vna sarcina, qua eius baiulus non pmititur, sed leuatur. Diuitiæ si diliguntur, ibi feruentur, vbi perire non pnt. Honor si diligitur, illic habeatur, vbi nemo indignus honoratur. Salus si diligitur, ibi adipiscēda desideretur, vbi adeptæ nihil timef. Vita si diligitur, ibi acquirat, vbi nulla morte finif. Reddite igitur quod vouistis, quia vos ipsi estis, & ei vos redditis à quo estis, reddite obsecro. Neq; n. quod redditur, reddendo minuetur, sed potius seruabit & augebitur. Benignus. n. exactor est, non egenus: & qui non crescit ex redditis, sed in se crescere faciat redditores. Huic ergo quod non redditur perditur: quod autem redditur, reddendo additur. Immo verò in eo cui redditur, ipse reddens seruat. Id ipsum quippe erit redditū & redditor, quia id ipsum erat debitū & debitor. Deo namq; se ipsum det hō, eiq; reddendus est vt beatus sit, à quo accepit vt sit. Hoc signat qd̄ in Euāgelio dñs ait. Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt. Hoc n. dixit, cū sibi demōstrato nummo, & quæsitō cuius haberet imaginem, respōsum esset, Cæsaris: vt hinc intelligerent, quod Deus exigeret ab hōie imaginem suam in homine ipso, sicut suam Cæsaris exigebat in nummo. Quātomagis ergo reddenda est cum promittitur, cui etiam nō pmissa debet. Quapp charissime, possem quidem pro mea quantulacunq; facultatula, sancti ppositi qd̄ Deo vouisse uos cōperi, vberius laudare fructū, ac demonstrare quid dister inter Christianos dilectores mūdi huius, & contēptores, quos fideles utriq; dicantur. Eodemque utriusque lauacro sacri fontis abluti sunt eisdem imbuti cōsecratiq; mysteriis, utriusque

Mat. 21.

Hęc oratio suspensa est ut que ad la uerba Sed qui iam

33. q. 5. ma. 4. sen. dist. 32. ca. 1.

F

Mat. 7. Luc. 6.

G

utriq; eiusdē Euangelii, non auditores tantū, verum et prædicatores, nec utriq; tantū regni Dei lucisq; participes, & uitæ æternæ q̄ sola est beata, cohæredes. Dñs. n. Iesus ab eis q̄ nō audiūt, sed eos inter se auditores verborum suorū, latissimo limite, non tenui distinctione discreuit. Qui audit, iquit, uerba mea hæc & facit ea, similabo eū uiro prudēti, q̄ ædificauit domū suā supra petram. Descendit pluuia, uenerunt flumina, flauerunt vēti, & impegerunt in domū illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petrā. Qui autem audit uerba mea hæc, & non facit ea, similabo eū uiro stulto, qui ædificauit domū suā supra harenam. Descendit pluuia, uenerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domū illā, & cecidit, & facta est ruina eius magna. Audire ergo illa uerba, ædificare est. In hoc utriusque pares sunt. In faciendo autē & non faciendo qd̄ audiunt, intantū dispar est quantum ædificium petræ solidatæ fundatū, dispar est ei, quod sine ullo fundamento facili harenæ mobilitate subuertitur. Nec ideo quisq; omnino non audit, tutius sibi aliquid comparat. Nihil enim ædificans, sine ullo recto multo facilius obruendus, rapiendus, & dispergendus imbris, fluuiis uentisq; donatur. Possim et pro modulo meo eosdem ipsos pertinētes ad dexteram regnūq; celotū in suis gradibus meritisq; distinguere, atq; ostendere quo differat uita conjugalis filios procreantū, patrumq; familias, ueruntamen religiosorum ac piorū, à beata uita, quā uos Deo uouistis, si nunc ad eā uouendā exhortandus esses, sed quia iam uouisti, iā te obstrinxisti, aliud tibi facere nō licet. Priusquā esses uoti reus, liberū fuit, quo esses inferior, quāuis non sit gratulanda libertas, qua fit vt nō debeat, quod cū lucro reddif. Nunc uerò quia tenet apud Deū sponso tua, non te ad magnā iustitiā inuito, sed à magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris, si non feceris qd̄ uouisti, qualis mansisses, si nihil tale uouisses. Minor. n. tunc esses, non peior. Mō autem tanto quod ab sis, inferior, si idē Deo fregeris, quāto beator, si persolueris. Nec iō te nouisse pgniteat, immo gaude iam tibi sic nō licere, quod cū tuo detrimento licuisset. Aggredere itaq; intrepidus, & dicta imple factis, ipse adiuuabit, qui uota tua expetit. Fœlix est necessitas, q̄ in meliora cōpellit. Vna

sola esse cā posset, qua te id qd̄ uouisti, non solū non hortaremur, uerumetiam prohibere mus implere, si forte tua coniux hoc tecū suscipere animi seu carnis infirmitate recusaret. Nā & uouenda talia nō sunt à cōiugatis, nisi ex consensu & uoluntate cōi. Et si ppropere factū fuerit, magis est corrigēda temeritas, q̄ persoluēda promissio. Neq; n. Deus exigit, siq; ex alieno aliqd uouerit, sed potius uoluptate uetat alienū. Diuina quippe de hac re per Apostolū est prolata sententia. Vxor non habet potestatem corporis sui, sed uir. Similiter & uir nō habet potestatem corporis sui, sed mulier. sexū nomine corporis nuncupauit. Sed cū illā totā paratā esse audiam, Deo dicare continentiam, ut eo solo impediatur, si tibi debitū reddere cōiugali iure compellitur, ambo Deo reddite, qd̄ ambo uouistis, ut illi pfoluat, qd̄ ab alterutro nō exigitis. Si cōtinentia uirtus est, sicuti est, cur ad eā sit poptior sexus infirmior, cū uirtus a uiro potius cognominata uideat, sicut similitudo uocabuli resonat? Noli ergo uir aberrare à uirtute quā mulier est parata suscipere. Sit uester cōsensus oblatio ad supernum altare creatoris, & uicta cōcupiscētia, tāto fortius quāto sanctius uinculū charitatis. Gaudem⁹ de uobis i abūdātī grā Xpi, dñi eximij meritoq; honorabiles & desiderabiles filii.

Augustinus Valentino, in cuius cōtubernio quidē erat, qui uidebatur nō recte sentire de libero arbitrio, Docēs nec liberū arbitriū sic asserendum, ut nihil tribuamus gratiæ, nec gratiā ita prædicādā, vt negemus liberū hoīs arbitriū. Epist. XLVI.

Domino dilectissimo, & in Christi mēbris honorando fratri Valētino, & fratribus qui tecum sunt, Augustinus in domino salutem. Venerunt ad nos duo iuuenes, Cresconius & Fœlix, de uestra congregatione se esse dicentes, qui nobis retulerūt monasteriū uestrū nōnulla dissensionē turbatum, eo quod quidā in uobis sic gratiam prædicent, ut negent hominis esse liberum arbitrium, & quod est grauius, dicant quod in die iudicii non si uel redditorus Deus unicuiq; secundum opera eius. Etiam hoc tamen indicauerunt, quod plures uestrum non ita sentiunt, sed liberum arbitrium adiuua-

1. Cor. 7.

1. Retra. lari. 66.

Matri. moniū cōfirmatiū & ratiū

Libro de gratia & libero arbitrio. Cap. 29.

ri concilio plenario totius Aphricæ contra ipsum errorē breuiter cōstitutimus, & supra memoratū librū meū, quem mō ad vos scripsi, hæc oīa & in p̄senti legimus cū ipsis, & per eos misimus vobis. Legimus eis et librū beatissimi martyris Cypriani, de oratione dominica, & oīdinus quēadmodū docuerit oīa quæ ad mores nostros p̄tinent, quib. recte viuimus, a patre nostro qui in cælis est, esse poscenda, ne de libero præsumentes arbitrio, à diuina gratia decidamus. Vbi etiam demonstrauimus, quō admonuerit idē gloriosissimus martyr, et pro inimicis nostris, quōdū in Christū crediderūt, nos ut credant orare debere. Quod utique inaniter fieret, nisi ecclesia crederet et malas atque infideles hominum voluntates, per Dei gratiam in bonum posse conuerti. Sed hunc librū sancti Cypriani, quia dixerunt et illic apud vos esse, non misimus. Meam quoque epistolam ad Sixtū Romanæ ecclesiæ presbyterum datam, quā secum ad nos attulerunt, legimus cū eis, & ostendimus aduersus eos esse conscriptā, qui dicunt gratiam Dei sine merita nostra dari, hoc est aduersus eosdē Pelagianos. Quantū ergo potuimus, egimus cū istis & vestris & nostris fratribus, ut in fide sana catholica perseuerent. Quæ neq; liberū arbitrium negat, siue in vitā malam, siue in bonā, neq; tm̄ ei tribuit, ut sine gratia Dei valeat aliquid, siue ut ex malo conuertat in bonum, siue ut in bono p̄seuerāter proficiat, siue ut ad bonū sempiternū perueniat, ubi iā non timeat ne deficiat. Vos quoq; charissimī et in hac epistola exhortor, quod nos omnes exhortat Apostolus. Non plus sapere oportet sapere, sed sapere ad temperantiā, sicut vnique Deus partitus est mensurā fidei. Attendite quid per Salomonem moneat spiritus sanctus: Rectos cursus, inquit, fac pedibus tuis, & vias tuas dirige, ne declines in dexteram, neq; in sinistrā, auerte autem pedem tuum à via mala. Vias enim quæ à dextris sunt, nouit dominus, peruersæ verò sūt, quæ à sinistris sunt. Ipse autē rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet. In his uerbis sanctæ scripturæ cōsiderate fratres, quia si non esset liberum arbitrium, nō diceretur: Rectos cursus fac pedibus tuis, & vias tuas dirige, ne declines in dexterā, neq; in sinistrā. Et tamen sine Dei gratia si posset

hoc fieri, non postea diceretur: Ipse autē rectos faciet cursus tuos, & itinera tua in pace producet. Nolite ergo declinare neq; in dexterā neq; in sinistrā, quāuis laudentur vitæ quæ a dextris sunt, & vituperentur quæ sunt à sinistris. Hoc est enim p̄p̄ quod addidit: Auerte autē pedē tuū à via mala, hoc est à sinistrā. Quod manifestat in cōsequentibus dicēs. Vias enim quæ a dextris sunt, nouit dominus, peruersæ verò sunt quæ a sinistris sunt. Eas utiq; vias ambulare debemus quas nouit dominus, de quibus in psalmo legitur. Nouit dñs viā iustorū, & via impiorū peribit. Hanc enim nō nouit dñs quæ sinistrā est. Sicut dicitur et illis ad sinistrā constitutis. Non noui vos. Quid autē quod ille non nouit, qui utiq; nouit oīa, siue bona hominum, siue mala? Sed quid est: Nō vos noui, nisi, tales vos ego non feci? Quem admodū illud quod dictum est de ipso dño Iesu Christo, quia nō nouerat peccatū: Quid est non nouerat, nisi quia nō fecerat? Ac per hoc quod dictū est: Vias quæ a dextris sunt nouit dñs, quō intelligēdū est, nisi quia ipse fecit vias dextras. i. vias iustorū, quæ sunt vitæ; opera bona, quæ preparauit Deus (sicut dicit Apostolus) ut in illis ambulemus. Vias autē sinistras peruersas, id est vias impiorū, nō utiq; nouit, quia non eas ipse fecit in homine, sed homo sibi. Propter quod dicit. Odiui autem ego peruersas vias malorū, ipsæ sunt à sinistris. Sed rōdetur nobis. Cur ergo dixit: Ne declines in dexteram neq; in sinistrā, cum potius dicere debuisset uideatur: Tene dexteram, & ne declines in sinistrā? Si bonæ sunt viæ quæ a dextris sunt, cur putamus, nisi quia ita viæ sunt bonæ quæ a dextris sunt, ut in dexteram tamen declinare non sit bonum? Declinare quippe ille est intelligendus in dexteram, qui bona ipsa opera quæ ad vias dexterarum pertinent, sibi uult assignare non Deo. Et ideo cum dixisset: Vias enim quæ a dextris sunt nouit dominus, peruersæ autem sunt quæ a sinistris sunt, tanquam diceretur ei: Quomodo ergo non vis ut declines ad dexteram, sequutus adiunxit: Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet. Sic ergo intellige, quod tibi præceptum est, Rectos cursus fac pedibus tuis, & vias tuas dirige, ut non ueris cum hoc facis, a domino Deo tibi præstari ut hoc facias, non declinabis ad dexteram,

Psal. 1.

Rom. 3.

Rom. 6.

terā, quantū ambules in viis dextris, nō con fides in virtute tua & ipse erit virtus tua, quæ rectos faciet cursus tuos, & itinera tua in pace producet. Quæ p̄ dilectissimi, quicumq; dicit, voluntas mea mihi sufficit ad faciendā opera bona, declinat in dexterā. Sed rursus illi quæ putant bonā vitā esse deserendā, quā audiūt sic Dei grām p̄dicari, ut credat & intelligat voluntates hoīum ipsas ex malis bonas facere, ipsas et quas fecerit custodire, & p̄p̄a dicunt: Faciamus mala ut veniant bona, in sinistrā declinat. Iō vobis dixit. Nō declinetis in dexterā neq; in sinistrā. Hoc est, Non sic defendatis liberū arbitriū, ut ei bona opera sine Dei gratia tribuatis: nec sic defendatis grām, ut quasi de illa securi, mala opera diligatis. Quod ipsa gratia Dei auertat à vobis. Taliū quippe verba sibi præponens Apostolus ait: Quid ergo dicemus: Permanebimus in peccato ut gratia abundet? Atque his verbis hominum errantiū, & Dei gratiam non intelligentium, respondit, ut debuit, dicens: Absit. Si enim mortui sumus peccato, quō viuemus in eo? Nihil potuit dici breuius & melius. Quid enim nobis gratia Dei vtilius confert in hoc p̄senti seculo maligno, nisi ut moriamur peccato? Ac p̄ hoc ipsi grām inueniet ingratus, quæ p̄ illam vult viuere in peccato p̄ quam morimur peccato. Deus autē qui diues est in misericordia, det vobis & sanum sapere, & vsque in finem proficiēter in bono proposito permanere. Hoc pro vobis, hoc pro nobis, hoc pro omnibus qui vos diligūt, & pro eis qui vos oderunt, instant in pace fraterna & vigilanter orate, ut Deo viuatis. siquid de vobis mereor, veniat ad me frater Florus.

Augustinus Vincentio ex hæresi Rogatiana, docens se fuisse aliquando eius sententię, ut arbitraretur cum hæreticis nulla vi, sed solo Dei verbo agendum, verum aliorum sententiis & exemplis superatum mutasse sententiā, & arbitrari leges principum rectē implorari aduersus hostes fidei, modo id fiat animo corrigendi non studio vindicandi, aliq; multa cōtra anabaptismum Donatistarum, & pertinaciam illorum. Epist. XLVIII.

Dilectissimo fratri Vincentio, Augustinus. Accepi epistolam, quam tuā esse lo redderet, si eū sic currere permitteret, si cor-

non mihi incredibile visum est. Attulit enim, quem catholicū Christianū esse constaret, quæ (ut opinor) mihi mentiri non auderet. Sed & si forte non sunt literæ tuæ, ego ei qui scripsit rescribendū putauit. Nunc me potius getis esse auidū & petentē, quæ tunc cum me adlescentem viuo adhuc Rogato, cui successisset, & apud Carthaginem noueras. Sed Donatistę nimium inquieti sunt, quos per ordinatas à Deo potestates cohiberi atque corrigi mihi non v̄ inutile. Nā de multorū iam correctione gaudemus, qui tam veraciter unitatem catholicam tenent atq; defendunt, & à pristino errore se liberatos esse letantur, ut eos cū magna gratulatione miremur. Qui tñ nescio qua vi consuetudinis nullo mō, mutari in melius cogitarent, nisi hoc terrore p̄culsi, sollicitā mentē ad considerationē veritatis intenderent, ne fortē non pro iustitia, sed p̄perueritate & p̄sumptione hoīum ipsas temporales molestias, infructuosa & vana tolerantia paterent, & apud Deū postea non inuenirent: nisi debitas poenas impiorū, qui eius tā lenē admonitionē, & paterna flagella contempserint. Ac sic ista cogitatione dociles facti, non in calūniis & fabulis humanis, sed in diuinis libris promissam p̄ oēs gentes inuenirent ecclesiam, quæ suis oculis reddi conspicerent, in quib. & Christū prænuiciatū, et non visum, super cælos esse minime dubitarent. Nunquidnā ego istorum saluti inuidere debeā, ut collegas meos ab hmoi paterna diligentia reuocare, p̄ quā factū est ut multos videamus accusare suam pristinā cecitatem: quæ cū super cælos exaltatū Christū et non videtes credebant, gloriā tamen eius super omnē terram, et videntes negabant, cum propheta vtrunq; vna sententia tanta manifestatione complexus sit, dicens. Exaltare super cælos Deus, & super omnem terrā gloria tua. Istos ergo atroces quondam inimicos nostros, pacem & quietem nostram variis violentiarū & insidiarum generibus grauitur infestantes, si sic contemneremus & toleraremus, ut nihil omnino quod ad eos terrendos ac corrigēdos valere posset, excogitaretur & ageretur à nobis, verē malū pro malo redderemus. Si enim quisquam inimicū suū periculosus febribus phreneticū factū, currere videret in præceps, nonne tunc potius malū pro malo redderet, si eū sic currere permitteret, si cor-

23. q. 4. nimium.

2. Ret. 5.

De verbis domini. ni. ser. 6. Cogi ad fidei quatenus ex-pedit.

A

Tf. 107.

33. q. 4. nimium. Pro bello.

gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Veruntamen si facta præterita in prophetis libris, figuræ fuerunt futurorum, in rege illo qui appellabatur Nabuchodonosor, vtrūque tempus figuratum est, & quod sub Apostolis habuit, & quod nunc habet ecclesia. Temporibus itaque Apostolorum & martyrum illud implebatur quod figuratum est quoniam rex memoratus pios & iustos cogebat adorare simulacra, & recusantes in flammis mittebat. Nunc autem illud impletur quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conuersus ad honorandum Deum verum, decreuit in regno suo, ut quicumque blasphemaret Deum Sidrach Misac & Abdenago, poenis debitis subiceretur. Prius ergo tempus illius regis significabat priora tempora regum infidelium, quos falsi sunt Christiani pro impijs. Posterius verò tempus illius regis significauit tempora posteriorum regum iam fidelium, quos patiuntur impij pro Christianis. Sed planè in eis qui sub nomine Christi erant seducti à peruersis, ne fortè oues Christi sunt errantes, & ad gregem aliter reuocanda sint, temperata seueritas & magis mansuetudo seruat, ut coercionem exiliorum atque damnorum tribulatione admoneatur considerare quid & quare patientur, & discant præponere rumoribus & calumnijs hominum scripturas quas legunt. Quis enim nostrum, quis vestrum non laudat leges ab imperatoribus datas aduersus sacrificia Paganorum? Et certè longe ibi poena seuerior constituta est, illius quippe impietatis capitale supplicium est. De vobis autem corripendis atque coercendis, habita ratio est, quæ potius admoneremini ab errore discedere, quam pro scelere puniremini. Potest enim fortasse et de vobis dici, quod ait Apostolus de Iudæis. Testimonium illis perhibeo, quia zelum Dei habent, sed non sciant scientiam. Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiam Dei non sunt subiecti. Quid enim aliud & vos quæ vestram iustitiam vultis constituere, quando non dicitis iustificari nisi eos qui à vobis potuerunt baptizari? In hac ergo Apostolica sententia quam de Iudæis protulit, hoc distatis à Iudæis, quod vos habetis sacramenta Christiana, quibus illi adhuc carent. Ceterum ad hoc quod ait: Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, & quod zelum Dei

habent, sed non secundum scientiam, pares estis omnino, exceptis duntaxat illis, quicumque in vobis sunt, scientes quid verum sit, & pro animositate suæ peruersitatis, contra veritatem etiam sibi notissimam dimicantes. Horum quippe impietas, etiam idololatriam forsitan superat. Sed quia non facile convinci possunt (in animo namque latet hoc malum) omnes tanquam non à nobis minimis alieni leuiori seueritate coercemini. Et quidem vel de omnibus hereticis qui Christianis sacramentis imbuuntur, & à Christi veritate siue veritate dissentiunt, vel Donatistis omnibus dixerimus. Quod autem ad vos attinet, qui non solum cum illis communiter Donatistis à Donato, verum etiam propriè Rogatistis à Rogato appellamini, mitiores quidem esse videmini, quia cum Circumcellionum immanissimis gregibus non sequitis sed nulla bestia si neminem vulneret propterea mansueta dicitur, quia dentes & ungues non habet. Seruire vos nolle dicitis, ego non posse arbitrator. Ita enim estis numero exigui, ut mouere vos contra aduersarias vobis multitudines non audeatis, etsi cupiatis. Sed ponamus vos et nolle, quod non ualetis, ponamus vos Evangelicam sententiam qua scriptum est: Si quis tibi uoluerit tunicam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte illi & pallium, sic intelligere, sic tenere, ut persequentibus uos non solum nulla iniuria, uerum etiam nullo iure resistendum putetis, huc certe intellectum Rogatus auctor uester, aut non habuit, aut non impleuit. Qui de nescio quibus rebus (ut dicitis) uestris acerrima perueratia et forensi disceptatione conflavit. Cui si diceretur, quis unquam Apostolorum in causa fidei, res suas iudicio publico defendit, sicut tu in epistola tua posuisti, quis unquam Apostolorum in causa fidei res alienas inuasi? Nullum quidem in diuinis literis huius facti reperire exemplum, sed tamen fortè inueniret aliquam ueram defensionem, si ueram ecclesiam retineret, & non sub ecclesie uero nomine impudenter aliquid possideret. Quod autem pertinet ad terrenarum potestatum iussa, contra schismaticos aut hereticos, vel impetranda vel exerenda, illi quidem à quibus uos separatis acerrimi fuerunt, & contra uos, quantum adire potuimus, & contra Maximianistas, quod gestorū et certis documentis probamus: sed tamen non dū ab eis separati eratis, quoniam Iuliano imperatori

A

Circumcelliones.

B

Iulianus apostata

tori in sua petitione dixerunt, quod apud eum sola iustitia locum haberet, quæ certè apostata tam nouerat, & idolatrijs deditum sic uidebat, ut aut iustitiā esse idolatriam faterentur, aut se scelerate mentitos negare non possent, ut apud eum dicerent solam locum habere iustitiā, apud quæ magnū locum cernerent heretice idolatriam. Sed fuerit error in verbo, de facto ipso quid dicitis? Si nihil iustum ab imperatore petendum est, cur à Iuliano petitur est, quod iustum putatū est? An hoc petendum est, ut sua quisque reciperet, non ut aliquem quo ab imperatore coerceatur, accuset? Interim & in suarum rerum recipiendarum repetitione ab Apostolicis exemplis recedit, quia hoc fecisse nemo inuenitur illorum. Sed tamen cum maiores uestri ipsum Cæcilianum tunc ecclesie Carthaginensis episcopum, cui tanquam criminoso communicare noluerunt, apud principem Constantinum per Anulinum proconsulem accusauerunt, non res suas amissas repetierunt, sed innocentem, sicut iustitiam, & sicut ipse iudiciorum exitus docuit, calumniose appetierunt. Quo quid sceleratius ab eis fieri potuit? Si autem, sicut falso arbitramini, vere criminosum iudicandum terrenis potestatibus tradiderunt, quid nobis obijcitis quod uestrorum præsumptio primitus fecit: quod eos non argueremus quia fecerunt, si non animo inuido & noxio, sed emendandi et corrigendi uoluntate fecissent. Vos autem indubitanter arguimus quibus crimen uidetur de inimicis communionis uestræ Christiano imperatori aliquid coqueri, cum libellus à maioribus uestris Anulino proconsuli datus, & Constantino imperatori mittendus, ita superscriptus sit: Libellus ecclesie catholice, criminum Cæciliani, traditus à parte maiori. Illos autem magis hinc arguimus, quia cum apud imperatorem ueltrò Cæcilianum accusassent, quæ primo utique apud collegas transmarinos conuincere debuerant, ipso autem imperatore longè ordinatius agere, ut episcoporum causam ad se delatam, ad episcopos mitteret, nec uicti pacem cum fratribus habere uoluerunt: sed rursus ad eundem imperatorem uenerunt, rursus non Cæcilianum tantum, uerum etiam datos sibi episcopos iudices, apud terrenum regem accusauerunt. Rursus ab alio episcopali iudicio ad eundem imperatorem appellauerunt. Nec eo ipso inter partes cognoscentes atque iudicantes, uel ueritati uel

Libellus criminis

Iulianus apostata

paci cedendum esse duxerunt. Quid autem aliud statueret Constantinus aduersus Cæcilianum & socios eius, si essent uestris maioribus accusantibus uicti, quæ quod statuit in eos ipsos quæ cum ueltrò accusassent, nec ea quæ intēdebāt, probare potuissent? Noluerunt enim ueritati consentire, nec uicti. Ille quippe imperator primus constituit in hac causa, ut res conuictorum, & ueritati peruicaciter resistentium, si conuendicarent. Sed uidelicet si uestris maioribus accusantibus atque superantibus, quæ communione Cæciliani imperator tale aliquid decreuisset, prouisores ecclesie, defensores pacis & ueritatis nominari uelletis, cum uerò in eos quæ ueltrò accusantes nihil probare potuerunt, nec oblato sibi gremio pacis, quo correcti exciperent, consentire uoluerunt, ab imperatoribus talia decernunt, indignum facinus clamatur, neminem ad ueritatem esse cogendum, malum pro malo reddendum nemini esse cōtenditur. Quid est aliud quàm id quod de uobis quidam scripsit: Quod uoluntis sanctum est? Et nunc non erat magnū neque difficile considerare atque cogitare Constantini iudicium atque sententiam contra uos uigere, quæ uestris maioribus Cæcilianum apud imperatorem totiens accusantibus & non conuincantibus, aduersus uos promulgata est: eam necessario sequi ceteros imperatores, maxime catholicos Christianos, quod totiens de uobis aliquid agere uestræ obstinationis necessitas cogit. Facile erat ista cogitare, ut uobis ipsis aliquando diceretis: Si Cæcilianus uel innocens fuit, uel nocens & conuicti non potuit, quid in hoc negotio tam longe lateque diffusa societas Christianorum peccauit? Cur orbi Christiano non licuit ignorare, quod non potuerunt, qui accusauerant, demonstrare? Cur illi quos Christus in agro suo, id est in hoc mundo seminauit, & inter zizania crescere uel que ad messē præcepit, cur tot milia fidelium in omnibus gentibus, quorum multitudinem stellis cœli & harenæ maris dominus comparauit, quos in semine Abrahe benedicendo, promissit & reddidit propterea negant esse Christiani, quia in hac causa in qua discutienda non interuenerunt, iudicibus potius suo periculo iudicantibus, quæ uictis litigatoribus credere maluerunt? Certè nullius crimine maculat nescientem. Quomodo fideles toto orbe diffusi, crimen traditorum cognoscere poterant, quod accusatores etiam si nouerant, tamen eis ostendere non ualebant?

24. q. 4. nimirum

πράσσα ἀντισπέφει.

Hemistichium Ticonij

23. q. 4. nimirum

1. q. 4. nullius.

bant? Hos ergo ab hoc crimine innocentes esse, nempe ipsa ignorantia facillime ostendit. Cur ergo innocentes falsis criminibus accusantur, quia crimina aliena, seu falsa seu vera nescierunt? Quis locus innocentiae reseruatur, si crimen est proprium nescire crimen alienum? Porro si tot gētium populos, ipsa ignorantia, sicut dictum est, innocentes ostendit, quod magnum crimen est ab istorum innocentium communione separari? Nam & facta nocentium, quae innocentibus demonstrari, vel ab innocentibus credi non possunt, non inquinant quinquam si propter innocentium confortium et cognita iustinentur. Non enim propter malos boni deserendi, sed propter bonos mali tolerandi sunt: sicut tolerauerunt prophetae contra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant: sicut ipse dominus nocentem Iudam usque ad condignum eius exitum tolerauit, & eum sacrae coenae cum innocentibus coicare permisit sicut tolerauerunt Apostoli eos qui per inuidiam (quod ipsius diaboli vitium est) Christum annuntiabant: sicut tolerauit Cyprianus collegarum auaritiam, quam secundum Apostolum appellat idololatriam. Postremo quicquid tunc inter illos episcopos gestum est, etiam si forte ab aliquibus eorum sciebatur, si non sit acceptio personarum, nunc ab omnibus ignoratur. Cur ergo non ab omnibus pax amatur? Haec facillime cogitare possentis, aut fortasse et cogitatis. Sed melius erat ut amaretis possessiones terrenas, quas timendo perdere, cognitae veritati consentiretis, quam ut amaretis vanissimam hominum gloria, quam vos putatis perdere, si cognitae veritati consenseritis. Vides itaque iam (ut opinor) non esse considerandum quod quisque cogitur, sed quale sit illud quod cogitur, utrum bonum an malum: non quo quisque bonus possit esse inuitus, sed timendo quod non vult pati, vel relinquit impedientem animositate, vel ignorata compellitur cognoscere veritatem, ut timens vel respuat falsum de quo contendebat, vel querat verum quod nesciebat, & volens teneat iam quod nolebat. Superfluo hoc fortasse dicere quibuslibet verbis, si non tam multis ostendere exemplis. Non illos aut illos homines, sed multas ciuitates videmus fuisse Donatistas, nunc esse catholicas, detestari vehementer diabolicam separationem, diligere ardentem unitatem. Quae tamen timoris huius, qui tibi

displicet, occasionibus catholicae factae sunt per leges imperatorum, a Constantino apud quem primum vestri vltro Caeilianum accusauerunt, usque ad praesentes imperatores, qui iudicium illius quem vestri elegerunt, quem iudicibus episcopis praetulerunt, inuisissime contra vos custodiendum esse decernerunt. His ergo exemplis a collegis meis mihi propositis celsi. Nam mea primitus sententia erat neminem ad unitatem Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum ne fictos catholicos haberemus, quos apertos haereticos noueramus. Sed haec opinio mea, non contradicentium verbis, sed demonstrantium superat exemplis. Nam primo mihi opponebat ciuitas mea, quae cum tota esset in parte Donati ad unitatem catholicam timore legum imperialium conuersa est, quam nunc videmus ita huius vestrae animositate perniciem detestari, ut in ea nunquam fuisse credat. Ita aliae multae, quae mihi nominatim commemorantur, ut ipsis rebus agnosceret etiam in hac causa recte intelligi posse, quod scriptum est. Da sapienti occasionem, & sapientior erit. Quam multum n. quod certo scimus, iam volebant esse catholici, manifestissima veritate commoti, & offensione suorum reuerendo quotidie differabant. Quam multos non veritas, in qua nunquam praesumpsistis, sed obduratae consuetudinis graue vinculum colligabat, ut in eis compleret diuina illa sententia: Verbis non emendabitur seruus durus: si n. & intellexerit, non obediet. Quam multi propterea putabant verae ecclesiae esse partem Donati, quia eos ad cognoscendam catholicam veritatem, securitas torpidos, fastidiosos, pigrosque faciebat. Quam multos aditum intrandi obserabant rumores maledicorum, qui nescio quid aliud nos in altare Dei ponere iactitabant. Quam multi nihil interesse credentes in qua quisque parte Christianus sit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati erant, & eos inde discedere, atque ad catholicam nemo transire cogebat. His omnibus harum legum terror, qui bus promulgandis reges seruiunt domino in timore, ita profuit, ut nunc alij dicant, iam hoc volebamus: sed Deo gratias, qui nobis occasione praebuit iamque faciendi, & dilationum morum las amputauit. alij dicant, Hoc est verum iam sciebamus, sed nescio qua consuetudine tenebamur, Grati domino, quae vincula nostra diripuit, & nos ad pacis vinculum transtulit. alij dicant, Nesciebamus hic

hic esse veritatem, nec eam discere volebamus, sed nos ad eam cognoscendam metus fecit attentos, quo timuimus ne forte sine vllis rerum eternarum lucris damno rerum temporalium fereremur: Gratias domino, qui negligentiam nostram stimulo terroris excussit, ut saltem solliciti quereremus, quod securi nunquam nosse curauimus. alij dicant: Nos falsis rumoribus terrebamur intrare, quos falsos esse nesciremus, nisi intraremus: nec intraremus, nisi cogermur. Gratias domino, qui trepidationem nostram flagello abstulit, expertos docuit quae vana & inania de ecclesia sua mendax fama iactauerit. Hinc iam credimus & illa falsa esse, quae auctoritates huius haereticis criminati sunt, quoniam posteriores eorum tam falsa & peiora finxerunt alij dicant. Putabamus quidem nihil interesse vbi fidem Christi teneremus: sed gratias domino, qui nos a diuisione collegit, & hoc vni Deo congruere, ut in unitate colatur, ostendit. His ergo dominicis lucris impediendis, ad contradicendum me opponere collegis meis, ne in montibus & collibus vestris, in tumoribus superbiae vestrae, Christi oues errantes, in pacis ouile colligerent, vbi est vnus grex & vnus pastor. Ita sane huic prouisioni contradicere debui, ne res quas dicitis vestras, perderetis, & securi Christum prosciberetis: ut iure Romano testamenta conderetis, & iure diuino patribus conditum testum, vbi scriptum est, In semine tuo benedicent omnes gentes, caluniosis criminationibus ruperetis, ut in emptionibus & venditionibus liberos contractus haberetis, & vobis diuidere quod Christus emit venditus auereret: ut quod quisque vestrum cuiquam donasset, valeret, & quod donauit Deus deorum, a solis ortu usque ad occasum vocatis filiis non valeret: ut de terra corporis vestri in exilium non mitteremini, & de regno sanguinis sui, a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrae Christum exule facere conaremini. Immo verò seruiant reges terrae Christo, et leges ferendo pro Christo. Maiores vestri Caecilianum & socios eius regibus terrae puniendos falsis criminibus obiecerunt. Conuertant leones ad cominuenda ossa caluniantium, nec Daniel ipse intercedat innocens comprobatus, & de lacu quo illi pereunt liberatus. Qui n. parat proximo suo foueam, ipse iustus cadet in eam. Eripe te frater, dum in hac carne viuis, ab ira quae vetera est pertinacibus & superbis. Terror temporum

lium potestatum, quoniam veritate oppugnat, iustus fortibus gloriosa probatio est: in finis periculis tentatio: quoniam aut veritate praedicat errantibus & discordantibus, cordatis utilis admonitio est, & insensatis inutilis afflictio. Non est tamen potestas nisi a Deo: Qui aut resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Principes n. non sunt timoribono operi, sed malo. Vis autem non timere potestatem: Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Siue n. potestas veritati fauens aliquem corrigat, laudem habet ex illa qui fuerit emendatus: siue inimica veritati in aliquem sauiat, laudem habet ex illa qui victor fuerit coronatus. Tu autem non bonum facis, ut timere non debeas potestatem, nisi forte bonum est sedere, & non aduersus fratrem detrahere, sed aduersus fratres omnes in omnibus gentibus constitutos, quibus testimonium perhibent prophetae, Christus, Apostoli, cum legisti. In semine tuo benedicent omnes gentes. cum legitur: Ab ortu solis usque ad occasum sacrificium mundum offeratur nomini meo, quoniam glorificatum est nomen meum in gentibus, dicit dominus. Audi, dicit dominus, non dicit Donatus, aut Rogatus, aut Vincentius, aut Hilarius, aut Ambrosius, aut Augustinus, sed dicit dominus, cum legisti: Et benedicentur in te omnes tribus terrae, omnes gentes magnificabunt eum: Benedictus dominus Deus Israel, qui fecit mirabilia solus: Et benedictum nomen gloriae eius in aeternum, & in seculum seculi: Et replebitur gloria eius omnis terra, fiat fiat. Et tu sedes Cartennis, & cum decem Rogastis, qui remansistis, dicitis: Non fiat non fiat. Audis loqui Euangelium: Oportebat impleri omnia quae scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Et tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, & dixit eis. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat pati Christum, & resurgere a mortuis tertia die, & predicari in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Legis est actus Apostolorum, quemadmodum hoc Euangelium coeperit ab Hierusalem vbi primo illos centum viginti spiritus sanctus impleuit, atque inde in Iudaeam atque Samariam, & in omnes gentes exierit, sicut eis dixerat ascensurus in caelum: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudaea & Samaria: & usque in fines terrae, quia in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Et tu contradicis diuinis testimonijs tanta firmitate roboratis, tanta

23. q. 4. *nummum, & cap. quae magnum.*

23. q. 6. *uides.*

Prior Augusti. sententia consentiebat cum Luthera na.

Pro. 9.

Mire argumenta tur a minore ad maius.

Pro. 29. Phryx plagis.

Regni leges Christo seruiunt.

Ro. 13.

Ge. 26. Malac. 1.

Psal. 71. B.

Luc. 24.

Acto. 1.

ta

ta luce manifestatis, & ad istam proscriptio-
nem Christi hereditatem perducere conaris.
ut cum in eius nomine, sicut dixit, predicet
poenitentia in oibus gentibus, quisquis hac
fuerit predicatione commotus, in qualibet
parte orbis terrarum, nisi quiesierit & inuene-
rit latentem in Mauritania Cesariensi Carten-
ensem Vincentium, aut aliquem ex eius no-
uem aut decem confortibus, dimitti ei pec-
cata non possint. Quid non audeat typhus mor-
ticipis pelliculae, quo non se precipitet pre-
sumptio carnis & sanguinis? Hoccine est bo-
num opus tuum, propter quod non timeas, pote-
statem? Tantum scandalum ponis aduersus fi-
lium matris tuae paruulum, scilicet & infirmum, p-
ter quem Christus est mortuus, nondum cibo
paterno idoneum, sed adhuc materno lacte
nutriendum. & Hilarij libros mihi opponis, vi-
neges Ecclesiam crescentem in oibus gentibus
vique in finem seculi, quam Deus contra incre-
dulas vestras cum iuratione promissit. Et cum
essetis infelicissimi, si tunc quando promitte-
bas resisteretis, nunc est cum redditur contradic-
titis. Sed historicus doctus magnam aliquid in-
uenisti, quod contra Dei testimonia proferre
dum putares. Dicis, n. quantum ad totius mundi
pertinet partes, modica pars est in compen-
satione totius mundi, in qua fides Christiana
nominatur: nec vis attendere, aut te nosse di-
simulas, in quam multas iam barbaras nationes
tam paruo tempore venerit Euangelium, ut nec
inimici Christi dubitare iam possint breui tem-
pore futurum, quod discipulis respondit de se-
culi fine querentibus. Et predicabis hoc Eu-
gelium in vniuerso orbe, in testimonium oibus
gentibus, & tunc veniet finis. Nunc & clama &
contende quantum potes, et si apud Persas
& Indos Euangelium predicet, vbi quidem iam diu
predicat, nisi quisquis hoc audierit Carten-
nas venerit, vel in viciniam Cartenensium mu-
dari omnino a delictis suis non poterit: ita ne si
carueris ista voce, rideri te metuis: & cum ea
non careas, fieri te non vis? Acutum autem ali-
quid videris dicere, cum catholice nomen
non ex totius orbis conione interpretaris, sed
ex obseruatione preceptorum omnium diuinorum
atque omnium sacramentorum, quasi nos est. si for-
te hinc sit appellata catholica, quod totum ve-
raciter teneat, cuius veritatis nonnullam particu-
lam est in diuersis inueniunt heresibus, huius
nominis testimonio nitamur ad demonst-
randum ecclesiam in omnibus gentibus, & non
promissis Dei, & tam multamque manife-
stis oraculis ipsius veritatis. Sed nempe hoc
est totum quod nobis persuadere conaris, so-
los remansisse Regatistas, qui catholici recte
appellandi sunt, ex obseruatione preceptorum
omnium diuinorum, atque omnium sacramentorum:
& vos esse solos, in quibus inueniat fide cum
venerit filius hominis. Da veniam, non credi-
mus. Licet, n. & hoc audeas forsitan dicere, ut
in vobis possit inueniri fides, quam se in ter-
ra non inuenturum dominus dixit, & non vos in ter-
ra sed in caelo esse deputandos: nos tamen Apo-
stolus ita cautus reddidit, ut et angelum de cae-
lo nobis aliud euangelizantem, praeterquam quod
accepimus, anathema debere esse preceperit.
Quo autem confidimus ex diuinis literis acce-
pisse nos Christum manifestum, si non inde acce-
pimus & ecclesiam manifestam: quolibet quisque
ansas & vincos aduersus simplicitatem veritatis
in textat, quolibet nebulas callidae falsitatis of-
fundat, sicut anathema erit, qui annunciaue-
rit Christum neque passum esse, neque tertia die
resurrexisse, quam in veritate euangelica acce-
pimus: Oportebat Christum pati, & resurgere
a mortuis tertia die: sic erit anathema qui-
squis annunciauerit ecclesiam praeter comunio-
nem omnium gentium: quia eadem veritate conse-
quenter accepimus & predicari in nomine
eius poenitentiam & remissionem peccatorum pro
omnes gentes incipientibus ab Hierusalem. Et inco-
cusse tenere debemus quisquis vobis annun-
ciauerit, praeterquam quod accepistis, anathema
sit. Si autem vniuersos Donatistas non audimus,
se pro ecclesia Christi supponentes, quia nul-
lum pro se testimonium de diuinis libris profe-
runt, quo id doceat: quantum minus (rogo te).
Rogatistas audire debemus, qui nec illud pro
se interpretari conabunt, quod scriptum est. Vbi
pascis, vbi cubas, in Meridie? Si in hoc loco
scripturarum Meridies Aphrica intelligenda est,
in parte Donati, quae sub caeli feruetiori plaga
est, omnes vos Maximianistae superabunt, quo-
rum schisma in Byzantio, & in Tripoli exarsit.
Sed conflagant cum eis Arzuges, & hoc ma-
gis ad se pertinere contendunt, Mauritania tamen
Caesariensis, Occidentali quam Meridianam par-
tem Donati, unde pars Rogati, breuif-
simum

frustum de frusto maiore praecisum
est. Quis autem non impudentissime nitatur ali-
quid in allegoria positum pro se interpretari,
nisi habeat & manifesta testimonia, quorum lu-
mine illustrentur obscura? Quod autem omni-
bus Donatistis dicere solemus, quanto vobis
fortius dicimus, si possunt, quod fieri non po-
test, aliqui habere causam iustam, qua conione
suam separant a conione orbis terrarum, eamque
appellant ecclesiam Christi, quae se iuste ab omni-
gentium conione separauerint, unde scitis in
Christiana societate, tam longe lateque diffusa
ne forte antequam vos separaretis, iam se aliqui
iusta causa separauerint in longinquissimis
terris, unde ad vos eorum iustitiae fama non po-
tuerit pertinere? Quo in vobis potest esse ec-
clesia potius quam in illis, qui se priores forte se
parauerunt? Ita fit ut cum hoc nescitis, incerti
vobismetipsis sitis, quod necesse est contin-
gat oibus, qui pro sua societate vtuntur testi-
monio non diuino sed suo. Neque, n. potestis
dicere, si hoc contigerit, nos latere non pos-
set, cum in Aphrica ipsa, quot iam partes factae
sint ex parte Donati, si interrogemini non di-
catis, praesertim quia tanto sibi videntur hoc
faciunt iustiores, quanto fuerint pauciores, &
vique tanto sunt latentes. Ac per hoc incerti
estis, ne forte aliqui pauci iusti & ideo mi-
nime noti, alicubi longe contra Aphricam Me-
ridiem, antequam pars Donati iustitiam suam a cae-
terorum hominum iniquitate secerneret, se primi-
tius causa aequissima separauerint in latere A-
quilonis, & ipsa sit potius ecclesia Dei tanquam
Syon spiritualis quae vos omnes iusta separatione
praeuenit, multoque praesumptius pro se inter-
prete quod scriptum est: Mons Syon latera A-
quilonis, ciuitas regis magni, quae pro se interpre-
tae pars Donati: Vbi pascis, vbi cubas, in Me-
ridie? Et tamen veris, ne, cum imperialibus legi-
bus ad vnitatem cogimini, nomen Dei a Iudeis
& Paganis diutius blasphemet, quasi nesciat
Iudei quemadmodum primus populus Israel et
bello delere voluerit duas illas tribus & di-
midiam, quae ultra Iordanem terras acceperant, quoniam
eas putauerunt se ab vnitatem sui populi sepa-
rassent. Paganis vero magis nos blasphemare
possunt de legibus, quas contra idolorum cultores
Christi imperatores tulerunt & tamen ex eis
multi correcti, & ad Deum viuum verumque con-
uersi sunt, & quotidie conuertuntur. Sed plane
& Iudei & Paganis, si tam paucos putaret esse
in

Christianos, qui pauci vos estis, qui solos vos
Christianos esse phibetis, nec blasphemare
vos dignarentur, sed & nunquam ridere cessarent.
Non timetis ne vobis dicant Iudei. Vbi est quod
Paulus vester ecclesiam vestram intelligit vbi di-
ctum est: Latere sterilis quae non parit, erupe &
exclama, quae non parturis, quoniam multi filij deser-
tae magis quam eius quae habet virum: praepones mul-
titudinem Christianorum multitudinem Iudeorum,
si Christi ecclesia est paucitas vestra? Hoc occi-
ne illis dicturi estis. Ideo magis iusti sumus,
quia pauci sumus? Nec attenditis eos respon-
suros, quod libet vos esse dicatis, non tamen estis
illi de quibus dictum est: Multi filij desertere: si tam
exigui numero remansistis. Hic tu oppositu-
rus es exemplum iusti illius in diluuium, qui cum
domo sua solus liberari dignus inuentus est.
Vides ergo adhuc quam longe sis a iustitia pro-
prios donec ad septem remaneas, quibus tu sis o-
ctauus, iustum te esse non dicimus: si tamen non istam
iustitiam (sicut dicebam) praeripuit aliquis an-
te partem Donati, & cum suis septem iusta aliqua
causa commotus, se longe alibi separauit, & a
mundi huius diluuium liberauit. Quod cum igno-
retis an factum sit, atque ita vobis inauditum, si-
cut multis populis Christianorum in longin-
quis terris constitutorum nomen Donati inau-
ditum est, incerti estis vbi sit ecclesia. Ibi, n. erit
vbi primum forsitan factum est quod postea vos feci-
stis, si potuit esse vlla iusta causa, qua vos a con-
ione omnium gentium separare possentis. Nos autem
ideo certi sumus neminem se a comunione om-
nium gentium iuste separare potuisse, quia non
quisque nostrum in iustitia sua, sed in scripturis
diuinis querit ecclesiam, & ut promissa est, red-
di conspicit. Ipsa est, n. de qua dicitur: Sicut lilium in
medio spinarum, ita proxima mea in medio si-
liarum. quae nec spinam dici possent, nisi mali-
gnitate morum: nec filiam, nisi comunione sacra-
mentorum. Ipsa est quae dicitur: A sinibus terrae ad te
clamaui, cum anxietate cor meum. Quae & in
alio psalmo dicitur: Tediū detinuit me a pecca-
toribus derelinquentibus legem tuam, & vidi in
sensatos, & tabescebam. Ipsa est quae dicitur spō-
so suo: vbi pascis, vbi cubas, in Meridie? ne
forte hanc sicut opera super greges sodalium tuorum
id est quod alibi dicitur: Dexteram tuam notam
fac mihi, & eruditos corde in sapientia. In quibus
lucis fulgentibus, & charitate feruentibus,
quasi in Meridie requiescis, ne forte velut
opera, id est, occulta & ignorata, irruam non

Typhus
pro fastu
frequens
apud Au-
gustinum.

Christia-
norum an-
gusta di-
tio.

et povera.

Luc. 24.

Psal. 47.

I

Gala. 4.

Quodli-
bet pro
quodcum-

K

Cant. 2.

L

Psal. 60.
Psal. 113.

Cant. 1.

Psal. 8.

in gregē tuū, sed in greges sodalium tuorū, id est hæreticorū. Quos ita sodales dicit, sicut spinas illas filias propter cōionē sacramētōrū. De quibus alibi dicit. Tu verò vnanimis meus, & dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dñi ambulauimus cū cōsensu. Veniat mors super illos, & descendant in infernū viuentes, sicut Dathan & Abirō, impiæ separationis authores. Ipsa est cui cōtinuo rīdetur. Nisi cognoueris temetipsam ò pulchra inter mulieres, exi tu in vestigijs gregum, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorū. O respōsio dulcissimi sponsi. Nisi cognoueris temetipsam, inquit. Quia utiq; non pōt ciuitas abscondi supra mōtē cōstituta: & ideo nō es operta, vt in curras in greges sodalium tuorū. Ego. n. sum mons paratus in cacumine montiū, ad quem veniēt vniuersæ gētes. Nisi ergo cognoueris M temetipsam, nō in verbis calumniatorū, sed in testimonijs librorū meorū. Nisi cognoueris Ista. 54. temetipsam, quia dete dictū est. Porrige lōgius funiculos, & palos validos cōfirma, et atq; ēt in dexterā atq; sinistrā extēde. Semen enim tuū hæreditabit gētes, & ciuitates, quæ desertæ erant, inhabitabis. Non est quod metuas, præualebis. n. nec erubescas quod detestabilis fueris. Confusionē n. in eternū obliuisceris, ignominia viduitatis tuæ nō eris memor. Ego. n. sum dñs qui facio te, dñs nomen ei: Et qui eruit te, ipse Deus Israel vniuersæ terræ vocabit. Nisi cognoueris temetipsam ò pulchra inter mulieres, q̄a de te dictū est: Psal. 44. Concupiuit rex speciem tuam, quia de te dictum est: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, cōstitues eos principes super omnē terram. Nisi ergo cognoueris temetipsam, exi tu, nō ego te eiicio, sed exi vt dicatur de te. Ex nobis exierūt, sed nō erant ex nobis. Exi tu in vestigijs gregū, non in vestigijs meis, sed in vestigijs gregū, nec vnus gregis, sed gregū diuersorū & errātium. Et pasce hœdos tuos, non sicut Petrus, cui dī: Pasce oues meas, sed pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum, nō in tabernaculo pastoris, vbi est vnus grex, & vnus pastor. Cognoscat. n. semetipsam, ne hoc ei cōtingat, quia eis contingit hoc, qui se i illa nō cognouerūt. Ipsa est, de cuius paucitate dī in comparatione plurimorū malorū, quia angusta & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui ambulant in ea. Et rur-

sus ipsa est, de cuius multitudine dī. Sic erit semē tuū, sicut stellæ coeli, & sicut arena maris. Idē quippe fideles sancti & boni, & i cōparatione plurimorū malorū pauci sunt, & per seipsi multi sunt: quia multi filij desertæ magis q̄ eius q̄ habet virū. Et multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraam, Isaac, & Iacob, in regno celorū: & quia exhibet sibi Deus populū abundantem æmulatorē bonorū operū. Et multa milia q̄ enumerare nemo pōt, vñr in Apocalypsi, ex omni tribu & lingua in stolis albis palmisq; victricibus. Ipsa est quæ aliqñ obscuratur, & tanq̄ obnubilatur multitudine scandalorum, quando peccatores intendunt arcū, vt sagittent in obscura luna rectos corde. Sed ēt tūc in suis firmissimis eminet. Et si aliqua in his verbis diuinis distributio facienda est, fortasse nō frustra dictū sit de semine Abraæ, Sicut stellæ coeli, & sicut harena q̄ est ad oram maris: vt in stellis coeli pauciores, firmiores, clarioresq; intelligantur, in harena autē maritimi litoris magna multitudo infirmorū atque carnaliū. Quæ aliqñ tranquillitate temporis quieta & libera apparet, aliqñ autē tribulationū & tentationū fluctibus operitur atq; turbatur. Tale tūc erat tēpus, de quo scripsit Hilarius, vnde putasti insidiandū cōtra testimonia tot diuina, tanq̄ perierit ecclesia de orbe terrarū. Potes hoc modo dicere, nec tot ecclesias Galatiæ tūc fuisse, qñ dicebat Apostolus. O stulti Galatæ, quis vos fascinauit, vt cū spiritu cœperitis, nunc carne consumemini? Sic. n. calumniaris docto uiro, qui tardicordes & timidos grauiter increpabat, quos iterū parturiebat donec Christus formaretur in eis. Quis. n. nescit illo tpe obscuris verbis multos parui sensus fuisse delusos, vt putarēt hoc credi ab Arrianis quod etiam ipsi credebāt: alios autē timore celsisse & simulate consensisse, non rectē ingredients ad veritatem Euangelij, quibus tu postea correctis sic quē admodum notū est, nolles ignosci? Prorsus nō nosti literas Dei. Lege. n. qd de Petro scripsit Paulus, & quid inde ēt senserit Cyprianus, & nō tibi discipliceat Ecclesiæ mālueritudo, q̄ mēbra Christi dispersa colligit, nō collecta dispergit: q̄ q̄ & illi qui tunc firmissimi fuerūt, & verba hæreticorū insidiosa intelligere potuerūt, pauci qdē in cōparatione cæterorum, sed tñ etiam ipsi quidā pro fide for-

titer exultabant, quidā toto orbe latitabant. Ac sic Ecclesia, q̄ per oēs gentes crescit, in frumentis dñicis conseruata est, & vsq; in finem, donec oīno gentes oēs, et barbaras teneat, conseruabitur. Ipsa est igitur Ecclesia in bono semine, quod seminauit filius hominis, & vsque ad messē crescere zizania, p̄nunciauit. Ager autē mundus est, messis finis est seculi. Hilarius ergo decem prouinciarū Asianarum, aut zizania non tritici cum arguebat, aut ipsum ēt triticū, quod defectu quodam periclitabatur, quanto vehementius, tanto vtilius arguendum putabat. Hñt. n. et scripturæ Canonice hunc arguendi morem, vt tanquam oibus dicatur, & ad quosdam verbum perueniat. Quod ēt Apostolus dicit ad Corinthios: Quomodo dñt quidā in vobis, quia resurrectio mortuorū nō est? Manifestat utiq; non oēs esse tales, veruntñ & tales non extra, sed in eis fuisse testatur, a quibus ne illi seducerentur, qui non ita sentiebant paulo post monuit dicere. Nolite seduci: Corripunt mores bonos colloquia mala. Sobrii estote iuste, & nolite peccare. Ignorantiā. n. Dei quidam habent. Ad reuerentiā vobis loquor. Qd̄ autē dicit: Cū. n. sint inter vos emulatio & contentio, nonne estis carnales, & s̄m hoīem ambulatis? tanquam oibus dicit. Eruides q̄ sit graue quod dicit. Proinde nisi in ipsa epistola legeremus: Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus ditati estis in illo in omni verbo & scientia, sicut testimoniū Christi confirmatū est in vobis, ita vt nihil desit vobis in vlla gratia, putarem oēs Corinthios carnales, & aīales, nō percipientes q̄ sunt spiritus Dei, contentiosos, & emulos, s̄m hominem ambulantes. Ita que & totus mūdus in maligno positus est, propter zizania quæ sunt per totum mūdū, & Christus propitiator est peccatorum nostrorum, non. n. nostrorum, sed totius mundi, p̄ triticum qd̄ est per totum mundum. Refrigeret autē charitas multorum propter scandalorum abundantia, quanto magis magisque glorificato Christi noīe congregabuntur in communionem sacramentorum ēt maligni, & perieuerabunt omnino peruersi, sed tamē tanquā palea de area dominica non nisi vltima ventilatione separandi. Non extinguent isti frumenta dñica, in eorum quidem cōpa-

ratione pauca, sed multa p seipsa, non extinguent electos Dei cōgregandos in fine seculi sicut Euangelium loquit a quatuor ventis, a summis celorum vsque ad terminos eorū. Ipsorū. n. vox est: Saluum me fac dñe, qm̄ defecit sanctus: Qm̄ diminutę sunt veritates a filiis hoīum. De quib. & dñs dicit inter abundantia iniquitatis: Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Deniq; non vnum hominē, sed plures in eodē psalmo loqui cōsequencia docent, vbi dī: Tu dñe seruaabis nos, & custodies nos a gnatione hac in eternum. Propter hanc. n. abundantia iniquitatis, quæ dñs futuram esse prædixit, etiam illud positū est. Cum venerit filius hoīs, putas inueniet fidē in terra? Dubitatio. n. cuncta scientis nostrā in illo dubitatione præfigurauit, qñ ecclesia ex multis, de quibus multū sperauit, sepe decepta, qd̄ aliter q̄ credebatur inuenti sunt, sic perturbatur in suis, vt de nullo facile boni aliquid velit credere. Ipsos tñ, quorum inuenturus est fidem in terra, per totum agrū cum zizaniis crescere dubitare fas non est. Ipsa est ergo ecclesia, q̄ intra sigenā dñicā cū malis piscibus natat, a quibus corde semp & moribus separatur atq; discedit, vt exhibeat viro suo gloriosa, non habens maculam neque rugam. Corporalē autē separationē in litore maris, hoc est in fine seculi expectat corrigens quos pōt, tolerans quos corrigere nō valet: non tñ p̄ eorū quos non corrigit, iniquitatē, ipsa bonorum deserit vnitatem. Noli ergo frater q̄ diuina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias ex episcoporū scriptis, siue nostrorū, sicut Hilarij, siue anteq̄ pars Donati separaretur, ipsius vnitatis, sicut Cypriani & Agrippini. Primo, quia hoc genus literarū ab G authoritate canonis distinguendum est. Non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, vt cōtra sentire non liceat, sicubi fortē aliter sapuerint q̄ veritas postulat. In eo quippe numero sumus, vt non dedignemur ēt nobis dictum ab Apostolico accipere. Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelauit. * Veruntñ in id quod peruenimus in eo ambulemus, in illa via scilicet q̄ est Christus. De qua via ita psalmus loquitur: Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, vt cognoscamus in terram viam tuam, in omnibus

Co. 22.

Gala. 4. Mat. 8.

Psal. 10.

B

1. Co. 15.

1. Cor. 3.

1. Cor. 1.

Gala. 3.

Calumniator

C.

Mat. 24.

Psal. 117. Mat. 24.

Luc. 18.

Eph. 5.

Dist. 9. noli frater.

1. hil. 3. a. π. e. d. l. v. e. p. sal. 66.

gentu-

gēribus salutare tuū. Deinde si sancti Cypriani Epi & glorioſi martyris te delectat auctoritas, quam quidē, ſicut dixi, à canonica auctoritate diſtinguimus, cur in eo te non delectat, qđ vnitate orbis terræ atq; oīum gentiū, & diligendo tenuit, & diſputando defendit: quod eos qui ſe tanquam iuſtos ab ea ſeparare voluiſſent, arrogantisſimos & ſuperbiſſimos iudicauit, irridens eos hoc ſibi aſſumere, quod nec Apoſtoliſ conſeſit dñs, vt ante tps zizania colligerent, aut tanq̄ ipſis paleas tritico ſe paleas conarent à tritico ſeparare: quod vnumquēque peccatis alienis maculari non poſſe mō ſtrauit, qđ ſibi omnes impiæ ſeditionis auctores ſolam cauſam ſeparationis aſſumunt: qđ in eo ipſo in quo aliter ſapuit, collegas diuerſa ſentientes, nec iudicandos, nec à iure cōmunionis amouēdos eſſe decreuit? Qđ in ea ipſa epiſtola ab Iubaianum quę in concilio, cuius auctoritatem ad rebaptizandū ſeq̄ vos dicitis, primitus recitata eſt, cū fateatur in pteritum ſic eſſe admiſſos in eccleſiā qui fuerant alibi baptizati, vt denuo non baptizarentur, vnde illos ſine baptiſmo fuiſſe arbitratur. Tm̄ tamen ponit vtilitatis & ſalubritatis in pace eccleſiæ, vt pp̄ illam non eos credat ab eccleſiæ muneribus ſeparari. Qua in re ſicut ingeniu tuū noui, facillime perſpicis totam cauſam veram penitus euerſam & extinctam. Si enim ſacrā cum peccatoribus cōmunicando, ſicut putatis, perit eccleſia qđ fuerat in orbe terrarū, nam vos iō ſeparatiſ: iā prius tota perierat; cū, ſicut dicit Cyprianus in eam ſine baptiſmo admittebant, ac ſic nec

H
Paleas a tritico ſeparare Dei eſt.

diuaba-
nōis -
nōis.

I ipſe Cyprianus habebat in qua eccleſia naſceretur, quanto magis multo poſterior veſter author paterq; Donatus? Si aut̄ illo tpe, cū in eam ſine baptiſmo admittebantur, erat tñ eccleſia quę pareret Cyprianum, pareret & Donatum, manifeſtum eſt non contaminari iuſtos alienis peccatis, qñ cum eis ſacrā cōmunicat. Ac per hanc ſeparationē qua exiſtis ab vnitate, qua excuſatione poſſitis abluere non habetis, impleturque in vobis ſanctæ ſcripturæ illud oraculū. Filius malus ipſe ſe iuſtum dicit, exitū autem ſuum non abluit. Meritis aut̄ Cypriani ſic non equatur, qui ppter paria ſacrā nec ipſos hēricos audet rebaptizare, ſicut nō æquatur meritis Petri, quiſquis non cogit gentes iudaizare. Sed illa Pe-

tri non tm̄ claudicatio, verū etiam correctio in ſcripturis canonicis cōtinetur. Cyprianus autem ſenſiſſe aliter de baptiſmo, quam forma & conſuetudo habebat eccleſiæ, non in canonicis, ſed in ſuis & in cōcilij literis inuenitur. Correxiffe aut̄ iſtam ſn̄iam non inuenitur: non incongruenter tamen de tali exiſtimandum eſt quod correxerit, & fortasſe ſuppreſſum ſit ab eis qui hoc errore nimium delectati ſunt, & tanto velut patrociniū carere noluerunt: qđ non deſint, qui hoc Cyprianū prorsus non ſenſiſſe contendunt, ſed ſub eius noīe à preſumptoribus atque mendacibus fuiſſe conſictum. Neq; n. ſic potuit integritas atq; notitia literarū vnus quamlibet illuſtris Epi cuſtodiri, quē admodū ſcriptura canonica, tot linguarum literis & ordine & ſucceſſione celebrationis eccleſiaſtica cuſtoditur, contra quam tm̄ nō deſuerunt qui ſub nominibus Apoſtolorum multa conſigerent: Fruſtra quidem, quia illa ſic cōmēdata, ſic celebrata, ſic nota eſt. Verū qđ poſſit aduerſus literas, non canonica auctoritate fundatas, etiam hinc demonſtrauit impiæ conatus audaciæ, quod & aduerſus eas q̄ tanta notitiæ mole firmatę ſunt, ſeſe erigere non ptermiſit. Nos tm̄ duas ob res, non negamus illud ſenſiſſe Cyprianū: quod & ſtylus eius habet quandā propriā faciē qua poſſit agnoſci: & qđ ibi magis p̄ uos noſtra cā monſtratur inuictior, veſtrāq; ſeparationis preſumptio, videlicet ne macularemini peccatis alienis, tota facilitate ſubuertitur, cū apparet in literis Cypriani, cōmunicata eſſe cū peccatoribus ſacrā, cū admiſſi ſunt in eccleſiā, qui ſm̄ veſtram, & ſicut vultis, illius ſn̄iam, baptiſmum non habebant, & tñ eccleſiā non periſſe, ſed in ſui generis dignitate per totum orbē ſparſa dñica frumenta manſiſſe. Ac per hoc ſi p̄ turbati tanquam ad aliquē pōrtum, ſic ad auctoritatem Cypriani conſugitis, videtis queni illic ſcopulum veſter error offēdat. Si autem iam nec illuc conſugere audetis, ſine vllō luctamine naufragatis. Porrò autem Cyprianus, aut non ſenſit omnino quod eū ſenſiſſe recitatis: aut hoc poſtea correxit in regula veritatis: aut hunc quaſi neuū ſui candidiſſimi peccatoris cooperuit vberē charitatis, dū vnitate eccleſiæ toto orbe creſcētis, & copioſiſſime defendit, & perſeuerantiſſime retinuit vinculū pacis. Scriptū eſt. n. Charitas

K

Ex ſtylo
iudicium

L

Petri.

4. ſen. di.
6. ſunt ra
men.

M

A

tas cooperit multitudinē peccatorū. Acceſſit huc eſt, quod tanq̄ ſarmētū fructuoſiſſimū, ſi quid in eo fuerat emendandū, purgavit pater falce paſſionis. Sarmētū aut̄, ait dñs, qđ in me facit fructū, purgat illud pater meus, vt maiore fructum afferat. Vnde, niſi qđ hærens in diſſuſione vitis, radicē non deſeruit vnitatis? Nam eſt traderet corpus ſuum ita vt arderet, charitatē at̄ nō haberet, nihil ei p̄deſſet. Attende adhuc paululū in literas Cypriani, ut aduertat qđ inexcusaſſe oſtēderit, qui ſe uoluerit ab unitate eccleſiæ, quā Deus in oībus gentibus promiſit & reddidit, quaſi iuſtitiæ ſuæ cauſa ſeparare, magisq; intelligas qđ ſit uera ſn̄ia paulo ante a me cōmemorata. Filius malus ipſe ſe iuſtū dicit, exitū aut̄ ſuū non abluit. Ponit in quadā epiſtola ſua, quā ſcripſit ad Antonianū, re quandam ſatis rei de qua nunc agimus neceſſariā, ſed melius eius uerba inſerimus. Anteceſſores, inquit, noſtri quidā de epis iſthinc, in prouincia noſtra dandā pacē mēchis nō putauerūt, & in totū pn̄iæ locū p̄ adulteria clauserunt, non tm̄ a coepiſcoporū ſuorū collegio reſceſſerunt, aut catholicæ eccleſiæ vnitate vel duriciæ, uel cenſuræ obſtinatione ruperunt, vt qđ apud alios adulteris pax dabatur, qui nō dabat, de eccleſia ſepararetur, manēte cōcordiæ uinculo, & p̄ſeuerante catholicæ eccleſiæ indiuiduo ſacramēto. Actū ſuū diſponit & dirigit unuſquiſq; eps, rōnē propoſiti ſui dño redditurus. Quid ad hæc dicis frater Vincenti? neque intueris hunc tm̄ virū pacificū ep̄m, & fortiſſimū martyre nihil vehementius ſatagiſſe, qđ ne vnitatis vinculū rumperetur. Vides eū parturientē, nō ſolū vt paruuli in Chriſto concepti naſcantur, uerum etiam ne iā nati, de ſinu matris excuſi, moriantur. Porro aut̄ ipſam rem, quam contra impios ſeparatores commemorauit, attēde. Si adulteris comunicabant, qui poenitentibus adulteris pacem dabant, nunquid illi qui hoc non faciebant, collegio maculabantur iſtorum? Si autem quod veritas habet, & quod eccleſia merito tenet, recte poenitentibus adulteris pax dabatur, illi qui in totum locum poenitiē contra adulteros claudēbant, impie utique agebant, qui membris Chriſti ſanitatē negabant, & clauē eccleſiæ pullantibus ſubtrahebant, & miſericordiſſimæ patientiæ Dei, quæ illos propterea

ſinebat uiuere, vt poenitendo ſanarentur ſacrificio contriti ſpiritus & contribulati cordis oblato, dura crudulitate p̄dicebant. Nec tm̄ iſtos miſericordes & pacificos, cū eis chriſtiana ſacrā cōicantes, & eos intra unitatis retia tolerantē, donec ad litus perducti, ſepararent, tā immanis eorū error & impietas inquinabat, ut ſi inquinaret, iā tñ eccleſia malorū cōione deleta eſſet, nec erat qđ pareret ipſum Cyprianū. Si aut̄, quod certū eſt, permanſiſſet eccleſia, certum eſt eſſe peccatis alienis in unitate Chriſti neminē poſſe maculari, non malorū factis conſentientē, ne ipſis peccatis comunicando pollueret, ſed pp̄ ſocietate bonorū, malos tanquam paleas vtque ad vltimā uentilationē in area dominica tolerantē. Quæ cum ita ſint, ubi eſt p̄ſumptio ſeparationis ueſtræ? Nōne filii mali eſtis qui ipſi uos iuſtos dicitis, exitū aut̄ ueſtrum non abluitis? Iam ſi uelim & illa cōmemorare qđ Tychonius hō cōionis ueſtræ ſcriptis ſuis inſerit, qđ magis p̄ uos pro eccleſia catholica ſcripſit, fruſtra ſe ab Aphrorū, quaſi traditorū cōione ſecernens, quo uno eū Parmenianus ſuſſocat, qđ rīdere poteritis, niſi qđ de uobis idē Tychonius dixit, & ego paulo ante recolui quod volumus ſanctum eſſe Scribit. n. ille Tychonius hō, ut dixi, ueſtræ cōionis a ducētis & ſeptuaginta eps ueſtris, cōcilium Carthagine celebratū. In quo concilio per ſeptuaginta & quinq; dies poſt poſitis oībus præteritis, limatā eſſe ſentētiā atque decretam, ut traditoribus inuenſi criminis reis, ſi baptizari nollent, pro integris cōicaretur. Deuterium autem Macrianiſem Ep̄m cōmunionis ueſtræ, dicit traditorum plebem congregatam, eccleſiæ miſcuſſe, & ſecundum ſtatuta illius concilii a ducentis & ſeptuaginta ep̄ſcopis ueſtris facti feciſſe cum traditoribus unitatem, ei que Deuterio poſt hoc factum iugiter comunicaffe Donatum, nec ſolum huic Deuterio, ſed et̄ vniuerſis Maurorum Ep̄ſcopis p̄ quadraginta annos, quos dicit uſq; ad perſequentionem p̄ Macharium factā, traditoribus ſine baptiſmo cōicaſſe. Sed dicis: Quis mihi eſt ille Tychonius? ille eſt Tychonius, quem Permenianus reſcribendo compeliſcit, & eum deterret ne talia ſcribat, nō tm̄ reſellit ea ipſa qđ ſcribit, ſed uno, ſicut ſupra dixi, eū premit, qđ cum talia diceret de eccleſia toto orbe diſſuſa,

B

C

Tychonius.
Donatus
ſta.

diffusa, & quod neminē in eius vnitate macularent aliena peccata, ab Aphrorum se tñ **D** quasi traditorū contagione remouebat, & erat in parte Donati. Posset at dicere Parmeniamus, ista eū omnia esse mentitū, sed sicut idē Tychonius cōmemorat, adhuc viuebāt multi p quos hęc certissima & apertissima esse ostenderentnr. Sed de his taceo, cōtende Tychonium esse mentitū, ad Cyprianum te reuoco, cuius mentionē ipse fecisti. Prorsus s̄m scripta Cypriani, si peccatis alienis ī vnitate quisque maculatur, iam ante Cyprianū perijt ecclesia, nec erat vñ existeret ipse Cyprianus. Si at hoc sentire sacrilegū est, & certū est ecclesiā permanere, nemo alienis peccatis in eius vnitate maculat, frustra filii mali iustos vos dicitis, exitum vestrum nō abluitis, non purgatis. Cur ergo inquis, nos queritis, cur sic suscipitis quos hēricos dicitis? Vide q̄ facillē breuiterq; respondeā. Querimus vos quia peristis, vt de inuentis gaudeamus, de quibus perditis dolebamus. Hæreticos at vos esse dicimus, sed antequā ad pacē catholicā cōuertamini, antequā errore quo irretiti estis exuamini. Cū at trāsitis ad nos, prius vtiq; relinquitis qđ eratis, ne ad nos hēretici transeatis. Baptiza ergo me inq; facerē si baptizatus non esses, aut si Donati vel Rogati, non Christi baptismo baptizatus esses. Non sacra Christiana faciunt te hæreticū, sed praua dissensio. Non pp malū quod processit ex te, negandū est bonū quod remāsit in te quod malo tuo habes, si non ibi habes vnde est bonū quod habes. Ex catholica .n. ecclesia sunt omnia dominica sacramenta, quæ sic habetis & datis, quæ admodū habēbantur & dabantur, et priusquam inde exiretis. Non tñ ideo non habetis quia ibi nō estis vnde sunt quæ habetis. Nō in vobis mutam⁹ in quibus nobiscū estis. In multis enim estis nobiscū. Nā & de talibus dictum est, Qm̄ in multis erant mecum. Sed ea corrigimus in quibus nobiscū non estis, & ea vos hic accipere volumus, q̄ non habetis illic vbi estis. Nobiscū autē estis in baptismo, in symbolo, ī cæteris dominicis sacris. In spiritu autē unitatis, & in vinculo pacis, in ipsa deniq; catholica ecclesia, nobiscū nō estis. Hęc si accipiatis, non tunc aderunt, sed tunc proderunt ea q̄ habetis. Non ergo (sicut putatis) suscipimus vestros, sed suscipiendo efficimus nostros

qui recedunt à vobis, vt suscipiātur à nobis. **F** Et vt incipiāt esse nostri, prius desinūt esse vestri. Nec nobis cōiungi cōpellimus (operarios quidē erroris detestamur) sed iō nobis illos hoies cōiungi volumus, ne hoc sint qđ detestamur. Sed baptizauit, inquis, post Ioannē Paulus Apostolus, Nunquid post hæreticū? Aut si forē audes illū amicū sponfi hæreticū dicere, & in unitate ecclesiæ non fuisse, volo & hoc scribas. Si autē hoc dementissimum est, uel sentiri, uel dicere, iā tuæ prudentiæ est considerare, quare post Ioannem Paulus Apostolus baptizauerit. Si enim post æqualē, omnes post uos baptizare debetis. Si post maiore, debes & tu post Rogatū. Si post minore, debuit post te Rogat⁹ cū presbyter baptizasses. Si autē baptismus, qui nunc datur, iō pariter valet in eis quibus dat, quāuis sint imparis meriti p quos dat, quia Christi & non eorū est a quibus ministrat, puto qđ iam intelligas, ideo Paulū dedisse quibusdā baptismum Christi, quia Ioannis baptismo fuerant baptizati, non Christi. Ioannis quippe baptismus ille dictus est, sicut multis locis diuina scriptura testat, qđ & ipse dominus dicit: Baptismus Ioannis vnde erat, de celo an ex hominibus? Baptismus autē quē dedit Petrus, non erat Petri, sed Christi, & quem dederunt qui tpe Apostolorū non caste, sed per inuidiā Christum annūciabant, nō erat eorum sed Christi: Et quē dederunt qui tempore Cypriani fundos insidiosis fraudib. rapiabant, usuris multiplicantibus senus augebant, non erat eorum sed Christi. Et quia Christi erat, ideo quanuis non per æquales datur, eis tñ quibus dabatur, æqualiter pderat. Nam si tanto melius quisq; baptizatur, quanto à meliore fuerit baptizatus, nō recte gratias agit Apostolus, quod neminē Corinthiorum baptizauerit, nisi Crispum & Caium, & Stephanæ domū. Tanto enim melius baptizarentur, quanto erat Paulus melior, si ab ipso baptizarentur. Denique cum dicit: Ego plantauī, Apollo rigauit, uidetur significare se euangelizasse, illum baptizasse. Nunquid melior Apollo quam Ioannes? Cur ergo post istum non baptizauit, qui post Ioannem baptizauerat, nisi quia iste baptismus per quemlibet datus, Christi erat, ille autem per quemlibet datus, quanuis Christo viam præpararet, tamen Ioannis erat? Inuidiose dici

dici uidetur post Ioannem baptizatum est, & post hæreticos non baptizatur. Sed potest & hoc inuidiose dici, Post Ioannem baptizatum est, & post ebriosos non baptizatur. Melius .n. hoc uitium cōmemoro, qđ nec occultare possunt in quibus regnat, & qđ multi ubi que sint, quis uel cæcus ignorat? Et tñ inter opera carnis, quæ qui agunt, regnū Dei non possidebunt, etiam hoc ponit Apostolus, vbi et hæreses enumerat. Manifesta autē, inquit, sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuria, idolorū seruitus, ueneficia, inimicitia, cōtentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, cōmessationes, & his similia, quæ prædico uobis sicut prædixi, qm̄ qui talia agunt, regnū Dei non possidebunt. Hac ergo rōne, quanuis baptizati sit post Ioannē, non baptizatur post hæreticū, quia rōne quāuis baptizati sit post Ioannē, non baptizatur post ebriosum, qm̄, & hæreses, & ebrietates in eis operibus sunt, q̄ opera q̄ agūt, regnū Dei nō possidebūt. Nonne tibi uidet quasi intolerabiliter indignū, ut cū baptizati fuerit post eum, qui non sobrie uinum bibens, sed uinum omnino non bibens, regno Dei uiam parauit, non baptizetur post ebriosum, q̄ regnū Dei non possidebit? Quid hic respōdetur, nisi quia ille baptismus erat Ioannis, post quem Christi baptismo baptizauit Apostolus, iste autem baptismus Christi est, quo baptizauit ebriosus? Inter Ioannem, & ebriosum a contrario multum interest, inter baptismū Christi & baptismum Ioannis non a contrario, sed tamen multum interest. Inter baptismū Christi, quem dedit Apostolus, & baptismum Christi quē dedit ebriosus, nihil interest. Sic inter Ioannem & hæreticum, a contrario multum interest, & inter baptismum Ioannis & inter baptismum Christi, quem dat hæreticus, nō a contrario, sed multum interest. Inter baptismum autem Christi, quem dedit Apostolus, & baptismum Christi quem dat hæreticus, nihil interest. Agnoscitur enim sacramentorum species æqualis, etiam cum magna differentia est in hominum meritis. Sed da ueniam, erraui quando te uolui de ebrioso baptizante conuincere, exciderat mihi cum Rogatista me rem habere, non

cū qualicumq; Donatista. Potes. n. tu in tam paucis collegis tuis, & in oībus clericis uestris nullū inuenire forsitan ebriosum. Vos .n. estis, qui non ex totius orbis cōione, sed ex obseruatione præceptorū omniū diuinarū atque omniū sacramentorū tenetis catholicā fidem, in quibus eā solis inuentus est, cū uenerit filius hominis, qm̄ non inueniet fidē in terra, quæ nec terra estis, sed cælestes in celo habitatis, nec timetis nec attenditis, quia Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiā. Nec uos Euangelii locus ipse cōpungit, ubi dñs ait: Cū uenerit filius hominis, putas inueniet fidē in terra? Continuo q̄pe tanquā p̄sciens nonnullos sibi superbe arrogaturos hanc fidē, dixit ad quosdā, q̄ sibi iusti uidebantur, & spernebant ceteros, similitudinē hanc. Duo quidam ascenderunt in tēplū orare, unus pharisæus, & alter publicanus, & cetera. Iam tibi q̄ sequuntur, ipse responde. **L** Inspice tamen diligentius ipsos paucos uestros, utrum nullus illic baptizet ebriosus. Tam enim late uastat hæc pestilentia aīas & tanta libertate dominatur, ut multum mirer, si non etiam uestrum gregiculum penetrat, quanuis ante ipsum aduentum filij hoīs unius boni pastoris, iā uos oues ab hoīdis separasse iactetis. Audi sanē per me uocem dominicorum frumentorum, in area dominica usque ad ultimam uentilationem inter paleam laborantium per totum scilicet mūdū, qua Deus uocauit terrā a Solis ortu usq; ad occasum, ubi et pueri laudant dñm: quicumque uos ex occasione legis huius imperialis, non dilectione corrigendi, sed inimicandio dio persequitur, displicet nobis. Et quanuis res quæque terrēna rectē à quocumque possideri non possit, nisi uel iure diuino, quo cuncta iustorum sunt, uel iure humano, quod in potestate regum est terræ, ideoq; res uestras falso appellatis, quas nec iusti possideris, & secundum leges regū terrēnorum amittere iusti estis, frustra q; dicatis, nos eis congregandis laborauimus, cum scriptum legatis, Labores impiorū iusti edent. Sed tñ quisquis ex occasione huius legis, quā reges terrē Christo seruientes, ad emendandam uestram impietatem promulgauerant, res proprias uestras cupiditē appetit, displicet nobis. Quisquis deniq; ipsas res pauperū, uel basilicas cogregationū, quas sub no-

3. q. 1. ex catholici- ca.

Psal. 54.

G
Mau.

H

Iacob. 4. Luc. 18.

Ebrietas regnabat in Africa.

23. q. 7. c. quicum que.

M
24. q. 1. qm̄ q̄.

Aug. Tomus secundus. h mine

mine ecclesie tenebatur, q̄ omnino nō debetur nisi ei ecclesie, q̄ vera Christi ecclesia est, nō per iustitiā sed p̄ auariciā tenet, displicet nobis. Qui q̄s p̄ aliquo flagitio vel facinore p̄iectū a vobis ita suscipit, sicut suscipiunt, q̄ excepto errore, quo a nobis separamini, sine crimine apud vos vixerūt, displicet nobis. Sed nec facile ista mōstratis, & si mōstratis, nōnullos toleramus, quos corrigere vel punire nō possumus, neq; p̄ paleā relinquitur areā dñi, neq; p̄ pilces malos rūpimus retia dñi, neq; p̄ hēdos in sine segregādos, deserimus gregē dñi, neq; p̄ vaia facta in contumeliā, migramus de domo dñi. Tu at frater, quantū mihi vī, si vanam gloriā hominū non attendas, & insensatorū contēnas opprobriū, q̄ dicturi sunt, quare mō, sine dubio transies ad ecclesiā, quā verā sentire te intelligo, nec huius sniā tuā testimonia lōge peto. Tu quippe in eiusdē tuā epistolā principio, cui nūc rñdeo, hęc verba posuisti: Cū optimē, inq; nouerim te, lōge adhuc a fide Christiana sepositū, & studiis olim deditū literarū, q̄tis & honestatis fuisse cultorē, Cumq; postea cōuersus ad Christianā fidē, vt ex multorū relatione cognoui, disputationibus legalib; operā daret. Certē si ad me illā epistolā misisti, hęc uerba tua sunt. Cū ergo fatearis me cōuersum ad Christianā fidē, cū nec ego ad Donatistas, nec ad Rogatistas cōuersus sim, sine ulla dubitatione cōfirmas, & p̄ter Rogatistas, & p̄ter Donatistas esse Christianā fidē. Hęc ergo fides, sicut diximus, in oībus gentibus dilatatur, quæ secundū Dei testimonium in semine Abrahamē benedicuntur. Quid igitur adhuc dubitas tenere quod sentis, nisi quia id quod nō sentis, uel aliquñ sensisse uel aliud defendisse confunderis, & dum erubescis corrigere errorem, non erubescis permanere in errore. Quod utiq; potius erubescendū fuit. Hoc est illud q̄ scriptura non tacuit. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam. Confusio adducit peccatum, cum erubescit quisque paruā mutare sententiā, ne aut inconstans putetur, aut diu errasse seipso iudice teneatur. Ita descendit in infernū viuentes, id est suam perdicionem sentientes, quos Dathā & Abiron & Chore hiattu terræ absorpti, tanto ante futuros figurauerūt. Cōfusio aut adducit gratiā & gloriā, cū

erubescit quisq; de ppriā iniquitate, & pēnitēdo in melius cōmutat, q̄ te facere piget illa p̄niciofa cōfusione superatū, netibi ab hominibus nescientib; qd loquant, obiciat illa Apostolica sniā: Si n. q̄ destruxi, hęc eadē iterū aedifico, p̄uicatorē meipsum constituo. Quæ si dici posset et in eos q̄ ueritatē correcti, p̄dicat, quā p̄uersi oppugnabāt, in ipsum Paulū primitus dicere, in quo ecclesie Christi magnificabāt Deum audientes q̄ euāgelizaret fidē, quam aliquñ vastabat. Nec quēquā putes ab errore ad ueritatē vel a quo cūq; seu magno seu paruo peccato ad correctionem sine pēnitentia posse trāsire. Sed nimis impudēs error est, hinc uelle calūniari ecclesia, quā tot diuinis testimoniis p̄stat esse ecclesiā Christi, q̄ aliter tractat illos qui eā deserūt, si hoc ipsum pēnitēdo corrigat, aliter illos q̄ in ea nondū fuerūt, & tūc primū eius pacē accipiūt, illos amplius humiliādo, istos lenius suscipiēdo, utroq; diligēdo, utriq; sanādis materna charitate seruiendo. Habes epistolā p̄lixiorē fortasse q̄ uelles. Esset aut multo breuior, si te tm̄ in rñden do cogitarem. Nunc uero etiam si tibi nihil proficit, non puto nihil eis profuturam, qui eam legere cum Dei timore, sine personarū acceptione curauerint. Amen.

Augustinus Deo gratias presbytero, rñdēs ad qōnes a quodā Pagano ipsi propositas, ad monēs vt ipse potius illi rñdeat, q̄nquidē ei quæstiones erant propositæ, proprium quēlibet suo nomine mittat ad Paganū. Cæterum Augustini librum communitet tantum Christianis: Epist. XLIX.

Sincerissimo fratri, & cōpresbytero Deo gratias, Augustinus in dño salutē. Qōnes tibi propositas mihi delegare maluisti, non (vt opinor) pigritia, sed q̄ ea quoq; ipsa q̄ nosti, libentius p̄ nos audis, dum nos nimis diligis. At ego p̄pterea malebā a te illas aperiri, q̄ ille ipse amicus qui eas p̄posuit, quā tū ex hoc conici datur, quod mihi ad quādā epistolas nō rescripsit, quasi nos uerecundatur sequi, uiderit quā ob causam. Hoc tm̄ suspicor, nec suspicio mea uel maleuola est uel absurda, cū & optime noueris quantū eū diligā, quantoq; mihi dolori sit q̄ nondum Christianus est, & utique non incōueniēter arbitrer

Ecd. 4.
Psal. 54.
N. 16.

Gala. 1.
De pan. dif. 1. 2. minem.

1. Rem. 31.

arbitrē eum, quē video mihi rescribere noluisse, nihil sibi a me scribi uoluisse. Proinde obsecro te, vt quemadmodum ego tibi parui, atq; inter meas arctissimas occupationes tuam sanctam mihiq; charissimam uoluntatem offendere timui, si nō facerem quod petisti, ita tu quoq; facias q̄ peto. Hoc est aut, vt breuiter quemadmodum a te, sicut mihi indicasti, postulauit, ad oīa illi rñdere non graueris, sed & ante facere potuisti. Scies. n. cum legeris, nihil penē a me dictū, q̄ ipse non noueras, aut q̄ me tacente nosse nō poteras. Sed hoc opus meum rogo habeas cum cæteris, quorum studio scis conuenire. Tuū uero illud, quod flagito, habeat ipse cui hoc potissimum congruit, & ceteri, quos non parum ista delectant, quemadmodum dici possunt abs te, inter quos & ipse sum. Viuas semper in Christo nostri memor.

Quæstionem primam soluens, docet resurrectionem mortuorum talem fore, qualis fuit non Lazari, sed Christi: & q̄ Christus post resurrectionem comedit, & cicatrices uulnere habuit, non fuisse fictitium, nec necessitatis sed uoluntatis.

Quæstio. M Ouet quosdam, & requirunt de duabus resurrectionibus, quæ conueniat promissæ resurrectioni, vt uicini Christi, an Lazari? Si Christi, inquit, quō potest hęc cōuenire resurrectioni natorū ex semine, eius qui nulla seminis conditione natus est? Si aut Lazari resurrectio conuenire asseritur, nec hęc quide congruere uidetur. Si quidē Lazari resurrectio facta sit de corpore nondū tabescente, de eo corpore quo Lazarus dicebatur: nra aut multis seculis post ex p̄fuso eruetur. Deinde si post resurrectionē status beatus fururus est, nulla corporis iniuria, nulla necessitate famis, qd sibi uult cibatu. Christum fuisse, & uulnera mōstrauisse? Sed si p̄ incredulū fecit, sinxit, aut uerū ostendit, ergo in resurrectione accepta futura sunt uulnera. Quib; rñdes, ideo nō Lazari resurrectionē, sed potius Christi congruere p̄missæ resurrectioni, q̄ Lazarus ita resurrexit, vt iterū morerē. Christū aut, sicut de illo scriptum est, surgens a mortuis, iā non moritur, & mors illi ultra non dominabitur. Quod et promissum est resurrecturis, in sine seculi, & cū illo

Solutio.
Rom. 6.

regnaturis in aternū. Sic aut non pertinet ad resurrectionē, dñia natiuitatis Christi, & nostræ, qd ille sine virili semine, nos aut nō sine viro & foemina creati sumus, sicut et nō pertinet ad ipsius mortis dñiam. Non. n. p̄p̄ea illius non uera mors fuit, quia sine virili semine natus est: sicut nec ipsius primi hominis aliter exorta caro q̄ nostra, q̄nquidem ille sine parentibus de terra creatus est, nos uero ex parentibus, aliquid attulit ad dñiam mortis, vt aliter ille morerē, aliter nos. Sicut aut ad mortis, sic nec ad resurrectionis dñiam ualeat diuersa natiuitas. Sed si nec hoc quod scriptū est de primo hoīe, similiter infideles homines uolunt credere, q̄rant uel aīaduertant, si uel hoc p̄nt, quam multorum animalū genera sine parentibus ex terra procreantur, q̄ tñ coeundo pariant etiam ipsa sui simile, nec p̄p̄ diuersitate natiuitatis intersit aliquid ad naturā eorum, q̄ procreata sunt ex terra, & eorū q̄ illis coeuitibus orta sunt. Similiter. n. uiuunt, similiterq; moriunt, quibus dissimiliter nata sunt. Ita non est absurdū, vt similiter resurgant corpora, quæ dissimiliter orta sunt. Hmōi aut hoīes non ualentes intueri, ad quā rem intersit aliquid diuersum, & ad quā nō intersit, ubi non aduerterint aliquā distantia primordiorum, et oīa consequentia distare oportere contendunt: possunt tales putare oleū ex adipibus non debere natate sup̄ aq̄, sicut illud qd ex oliua est, q̄n lōge est utriusque origo dissimilis: q̄n illud ex ligno, hoc ex carne proflexerit. Quantū aut attinet ad illam dñiam, quod Christi corpus, non dissolutum tabe atq; putredine, die tertio resurrexit, nra uero post longum tps, ex quadā, quo soluta discesserant confusione, reparabunt: humanq; facultati utrunq; impossibile est, diuina aut potestati utrunq; facillimum. Vt. n. radius oculi nostri, non citius peruenit ad propinquiora, q̄ ad longinquiora, sed utraq; interualla, parili celeritate contingit: ita cum in ictu oculi, sicut Apostolus dicit, sit resurrectio mortuorum, omnipotentia Dei & ineffabili nutui tā facile est quæq; recentia, q̄ diuturno tpe dilapsa caduera suscitare. Incredible sunt hęc quibusdam, quia inexpectata, cum omnis natura rerum, tam sit plena miraculis, vt non quasi facili peruestigatione rationis, sed uiuendi consuetudine mirum non sint, atque ob hoc, nec consideratio-

G

1. Co. 15.

H

ne, nec inquisitione digna videantur. Nā ego
& mecū quicunq; inuisibilia Dei p ea q̄ fa-
cta sunt intelligere moliuntur, aut nō minus
aut amplius admiramur, in vno seminis tam
paruulo grano, oīa q̄ laudamus in arbore tā-
quam licitata latuisse, q̄ mandi huius tam in-
gentē finū, q̄ de corporibus humanis dū dila-
buntur assumit resurrectioni futuræ tota &
integra redditurum. Quō autē contrariū est,
& Christū post resurrectionē cibatum, & in
resurrectione q̄ promittitur ciborū indigen-
tiam non futurā, cum & angelos legamus
eiusdē modi escas eodēq; modo sumpsisse,
non ficto & inani phantasmate, sed manife-
stissima veritate, nec tñ necessitate, sed p̄tate.
Aliter. n. absorbet terra aquā sitiens, aliter so-
lis radius candens. Illa indigentia, iste poten-
tia. Futurę ergo resurrectionis corpus, imp-
fectæ foelicitatis erit, si cibos sumere nō po-
tuerit imperfectæ foelicitatis, si cibis eguerit.
Possē hic de cōmutationibus corporaliū
qualitatū, & de præpotenti valentia in infe-
riora corpora corporū superiorū latius di-
sputare. Sed breuiter mihi rñdere propositū
est, & talib; ingeniis hoc scribitur, q̄ admone-
re suffecerit. Ciat sanē qui has proposuit qō-
nes, Christū post resurrectionē cicatrices nō
vulnera demonstrasse dubitantibus, p̄ quos
etiam cibum ac potum sumere voluit, nō se-
mel sed sapius, ne illud non corpus, sed spi-
ritum esse arbitrarentur, & sibi non solide,
sed imaginatiter apparere. Tunc autē illæ fal-
sæ cicatrices fuissent, si nulla vulnera p̄cessis-
sent, & tamen nec ipsæ essent, si eas esse no-
lisset. Voluit autē certę dispensationis grā, vt
eis quos ædificabat in fide non ficta, nō aliud
pro alio, sed hoc quod crucifixum viderant,
resurrexisse monstraret. Quid est ergo quod
dī: Si propter incredulū fecit, finxit. Quasi
verō si quisquam vir fortis pro patria dimi-
cans, multa aduersa vulnera exciperet, & pe-
nitissimo medico, qui hæc ita curare valeret,
vt cicatrices nullæ apparerent, ipse potius di-
ceret, sic se velle sanari, vt magis essent in cor-
pore suo vestigia vulnerū tanquam tituli glo-
riarum, ideo ille medicus cicatrices finxisse
diceretur: quia cum per artē efficere potue-
rit, vt non essent, certa existēte causa, per ar-
tem efficit potius vt essent, quæ vno solo mo-
do, sicut superius dixi, falsę conuincerentur,
si nulla vulnera sanarentur.

Nobilis-
mā de so-
le, & ter-
ra, ex em-
plum.

Questionem secundā solūens docet, & an-
te aduentū Christi pios seruatos fuisse per
Christū, cuius gratia nulli genti, nullo se-
culo vnquā defuit, nec ideo diuersam esse
religionē, si culturę modus consilio diui-
no, prout expedit hoīum salutī, variatur.

Item alia proposuerunt, q̄ dicerēt de Por-
phyrio & Christianos, tanq̄ validiora de-
creta. Si Christus se, inquit, salutis viā di-
cit, grām & veritatē, in seque solo ponit ani-
mis sibi credentibus reditū, quid egerunt tot
seculorū hoīes ante Christū? Vt dimittā, in-
quit, t̄pa ante Latīū regnatum, ab ipso Latio
quasi principiū humani noīs sumamus. In ip-
so Latio ante Albā dij culti sunt: in Alba æq;
religiones ritusq; valere templorum. Non
paucioribus seculis ipsa Roma, longo secu-
lorū tractu, sine Christiana lege fuit. Quid,
inquit, actū de tā innumeris aīs, qui oīno in
culpa nulla sunt, si quidē is cui credi posset,
nondū aduentum suū hominibus cōmoda-
rat? Orbis quosq; cū ipsa Roma in ritib; tem-
plorū caluit. Quare, inquit, saluator, qui di-
ctus est, sese tot seculis subduxit? Sed ne, inq;
dicant, lege Iudaica vetere hominū curantur
genus, longo post t̄pe lex Iudæorū apparuit
ac vixit angusta Syriæ regione, postea verō
prop̄psit et in fines Italos, sed post Cæsarem
Caiū, aut certē ipso imperante. Quid igitur
actū de Romanis animabus vel Latinis, quæ
grā nondū aduenientis Christi viduatę sunt,
vsque in Cæsarū t̄ps? Huc propositioni rñ-
deur, vt primo ipsi dicant, vtrū profuerint
hominibus Deorū suorum sacra, quæ p̄stat
certis t̄pibus instituta. Quæ si negant aliquid
profuisse ad animarū salutem, nobiscum ea
destruunt, & esse inania cōfitentur. Nos qui-
dem etiam pernicioſa monstramus, sed par-
uum non est vt ipsi interim prius inania fa-
teantur. Si verō ea defendūt, & sapienter atq;
vtiliter asserunt instituta, q̄ro quid actū sit de
iis qui anteq̄ hæc instituta essent, morte obie-
runt, hac. n. vii q; salute atque vtilitate fraudati
sunt. Si autem potuerunt alio modo purga-
ri, cur non idem modus perseverauit in po-
steros? Quid opus erit instituere nouitias cō-
secrationes, q̄ antiquitas non fuerunt? Hic si
dicunt Deos quidē ipsos semp fuisse & ad li-
berādos cultores suos pariter vbiq; valuisse,
sed pro varietate rerū t̄paliū ac terrenarū,
quæ

Questio.

Respon-
sio.

M
Inq;
illos
gladii

quæ scirent certis t̄pibus locisq; cōgruere.
In his alias atq; aliās, alibi atq; alibi, atq; atq; atq;
sibi uoluisse seruire, cur hæc qōnē Christianę
religioni ingerunt, in qua nobis ipsi pro diis
suis aut rñdere non possunt, aut si possunt, in
eo ipso sibi etiā pro nostra religione rñdeāt.
Ita nihil interesse pro diuersa tēporum loco-
rumq; cōgruentiā q̄ diuersis sacramētis. co-
lat, si qd̄ colit sanctū est: sicut nihil interest
pro diuersa linguarum auditorumq; cōgrue-
tia, q̄ diuersis sonis dicatur, si qd̄ dī uerum
est, dū hoc sanē interit, quod linguæ sonos
quibus inter se sua sensā cōicent, etiam ho-
mines pacto quodā societatis sibi instituere
possunt. Quibus autē sacris diuinitati cōgrue-
rent, uoluntatem Dei sequuti sunt, qui rectē
sapuerunt. Quæ oīno nunq̄ defuit ad salutē
iustitię pietatiq; mortaliū, & si qua in aliis at
que aliis populis, una eademq; religione so-
ciatis uarie celebrant, quatenus fiat pluri-
mū refert, quo & humana exhortē uel tole-
ret infirmitas, & diuina nō oppugnet autho-
ritas. Quamobrē cum Christū dicamus uer-
bum Dei, p̄ qd̄ facta sunt oīa, & iō filiū, q̄
uermum, nec uerbū dictū atq; transactum, sed
incommutabilem patrē, incommutabile ipsū
atq; incommutabiliter manens, sub cuius re-
gimine uniuersa creatura spiritalis & corpo-
ralis, p̄ cōgruentia tēporū locorumq; admi-
nistratur, cuius moderandæ & gubernandę
qd̄, qñ & ubi circa eam fieri oporteat, sapiē-
tia, & scientia, penes ipsū est. Profecto, &
anteq̄ propagaret Hebræorū gentem, p̄ quā
sui aduentus manifestationē cōgruis sacramē-
tis p̄figuraret, & ipsis t̄pib; Israëlitici regni,
& deinde cum se in carne de uirgine acce-
pta mortalibus mortaliter mōstrauit, & de-
inceps vsque nunc, cū implet oīa q̄ per pro-
phetas ante p̄dixit, & abhinc usq; in finē se-
culi, quo sanctos ab impiis dirempturus est,
& cuiq; retributurus idē ipse est filius Dei,
patri coæternus, & incommutabilis sapientia,
per quam creata est uniuersa natura, & cu-
ius participatione oīs rōnalis aīa fit beata. Ita
que ab exordio generis humani, quicunq;
in eum crediderunt, eumq; vtcunq; intelle-
xerūt, & sm eius p̄cepta piē, & iuste uixerūt,
quandolibet & ubilibet fuerint, p̄ eum pro-
culdubio salui facti sunt. Sicut. n. nos in eum
credimus & apud patrem manentem, & qui
in carne iam uenerit, sic credebant in eum

antiqui, & apud patrē manētē, & in carne uē-
turū. Nec q̄a pro tēporū uarietate nūc factū
annunciāt, qd̄ tunc futurū prænunciabatur,
iō fides ipsa uariata, uel salus ipsa diuersa est.
Nec quia una eadēq; res, aliis atq; aliis sacris
& sacramētis uel p̄dicat aut prophetatur, iō
alias atq; alias res, uel alias atq; alias salutes
oportet intelligi. Quid autē qñ fiat quod ad
unā eandēq; fideliū & piorū liberationem
pertineat, cōsiliū Deo tribuamus, nobis obe-
dientiam teneamus. Proinde aliis tunc nomi-
nibus & signis, aliis autem nunc, & prius oc-
cultius, postea manifestius, & prius a paucio-
ribus, postea a pluribus, una tñ eadēq; reli-
gio uera significat & obseruat. Nec nos eis
obiicimus, qd̄ aliter Numa Pōpilius, deos
colēdos Romanis instituit, atq; ab eis uel
Italīs antea colebant, nec qd̄ Pythagoreis tē-
poribus illa philosophia celebrata est, q̄ an-
tea uel oīno nō erat, uel in paucissimis eadē
sentientib; non tñ eodem ritu uiuentib; for-
tasse latitabat, sed utrū illi dii veri aut colen-
di sint, & utrū illa philosophia aīarum salutē
aliquid profit, hoc cū eis agimus, hoc in qōnē
uocamus, hoc disputando cōuellimus. Desi-
nant igitur obiicere nobis, quod oī sectæ, &
oī nomini religionis obiici pōt. Cum. n. non
fortuito labi, sed diuina prouidentia tempo-
ra ordinari fateant, quid cuiq; tēpori aptum
& opportunū sit, humanū consiliū p̄tergre-
ditur, & illinc dispergit, vñ ipsa prouidentia
rebus consulit. Si enim dixerint propterea
non semp nec ubique fuisse Pythagoricā di-
sciplinā, quia Pythagoras hō fuit, neq; hoc
in potestate h̄re potuit, nunq̄ hoc et dice-
re possunt, eo ipso tempore quando fuit, &
in his terrarum locis ubi illa philosophia vi-
guit, omnes, qui cum audire potuerunt, etiā
credere sectari que eum uoluisse? Ac per hoc
magis si tantæ potestatis fuisset Pythagoras,
& ubi uellet, & qñ uellet, iua dogmata præ-
dicaret, & si haberet etiam cum ea potestate
summam rerum præscientiam, nunquam &
nunquam appareret, nisi ubi & quando sibi
homines credituros esse prænosceret. Pro-
inde cū Christo non obiiciant, qd̄ eius do-
ctrinā non oēs sequuntur, sentiūt. n. & ipsi
nequaquam hoc recte obiici posse, uel phi-
losophorum sapientiæ uel etiā numini deo-
rum suorum, quid respondebunt si excepta
illa altitudine sapientiæ, & scientiæ Dei,
Aug. Tomus secundus. h 3 ubi

Consilium
Dei.

C

D

vbi fortassis illud diuinū cōsiliū lōge secre-
tius latet, sine praeiudicio ēt aliarū fortē cau-
sarū, q̄ a prudētibus inuestigari queunt, hoc
solū eis breuitatis grā, in huius qōnis dispu-
tatione dicamus tūc voluisse hominibus appa-
rere Christū, & apud eos p̄dicari doctri-
nā suā, qm̄ sciebat & vbi sciebat esse q̄ in eū
fuerant credituri? His n. tēporibus & his lo-
cis, quibus Euangeliū eius nō est p̄dicatum,
tales oēs eius p̄dicatione futuros esse p̄scie-
bat, quales non qdē oēs, sed tñ multi in eius
corporali p̄sentia fuerūt, q̄ in eum nec susci-
tatis ab eo mortuis credere voluerūt, quales
ēt nunc multos uidemus, cū tanta manifesta-
tione de illo cōpleantur p̄conia propheta-
rū, nolle adhuc credere, & malle humana
astutia resistere, q̄ tā clarē atq; p̄spicua tāq;
sublimi & sublimiter diffamata diuinā cre-
dere authoritati. Quandiu paruus & infirm⁹
est intellectus hominis, diuinā debet crede-
re veritati. Quid ergo mirū si tā infidelib. ple-
nū orbē terrarū Christus prioribus seculis
nouerat, vt eis apparere, vt p̄dicari merito
nollet, quos nec verbis nec miraculis suis
credituros esse p̄sciebat? Neq; n. incredibile
est tales fuisse tūc oēs, quales ab eius aduētu
vsq; ad hoc tps, tā multos fuisse & esse mira-
mur, & tñ ab initio generis humani, aliās oc-
cultius, aliās euidentius, sicut cōgruere t̄pib.
diuinitus visum est, nec prophetari destitit,
nec q̄ in eū crederēt defuerūt, ab Adā vsq; ad
ad Moysen, & in ipso populo Israel, q̄ spe-
ciali quodā mysterio gēs p̄phetica fuit, &
in aliis gentib. anteq̄ venisset in carne. Cū n.
nōnulli cōmemorant in sanctis Hebraicis li-
bris, iā ex tpe Abrahā, nec de stirpe carnis
F eius, nec ex populo Israel, nec ex aduentitia
societate in populo Israel, q̄ tñ huius sacri-
participes fuerūt, cur nō credamus ēt in cete-
ris hac atq; illac gētibus, alias alios fuisse, q̄-
uis eos cōmemoratos in eisdē authoritatib.
nō legamus? Ita salus religionis huius p̄ quā
solā uerā salus ueraciterq; promittitur, nulli
vnq̄ defuit q̄ dignus fuit, & cui defuit dignus
non fuit, Et ab exordio p̄pagationis huma-
nā, vsq; in finē, quibusdā ad p̄miū, quibusdā
ad iudiciū p̄dicat. Ac p̄ hoc & quibus omni-
no annunciata non est, nō credituri p̄scie-
bantur, & quibus non credituris tñ annun-
ciata est, & in illorum exemplo demonstran-
tur. Quibus autem credituris annunciatur, hi

regno cœlorum & sanctorum angelorum
societati p̄parantur.

Quæstionē tertiā soluens docet, immolatio-
nē pecudū, & incendiū thuris nō repre-
hensum in Iudæis, qm̄ hęc uero Deo imo-
labantur. Latrā nec hominibus piis, nec
angelis bonis exhibendā, multo minus sa-
xis ac dæmonib. Deniq; non ideo religio-
nem apud Christianos aliam esse quam
fuit apud Iudæos aut pios ante legem, qd̄
ritus sacrificiorum sunt nouati.

I Am uideamus eā q̄ sequit̄ qōnē. Accusant,
inquit, ritus sacrorū, hostias, thura, & cæ-
tera q̄ templorū cultus exercuit, cū idē cul-
tus ab ipsis, inquit, vel a Deo quē colūt exor-
sus ex tēporibus p̄scis, cū inducūt Deus pri-
mitus eguisse. Huic r̄ndet, qm̄ ex illo scriptu-
rarū nostrarum loco hęc qō, p̄posita agno-
scit, vbi scriptū est, Cain ex fructibus terræ,
Abel aut̄ ex primitiis ouiu obtulisse munus
Deo, hinc potius esse intelligendū q̄ sit res
antiqua sacrificiū, qd̄ non nisi vni Deo uero
offerri oportere, veraces & sacre literæ mo-
nēt, nō q̄ illo egeat Deus, cū in eisdē ipsis li-
teris apertissime sit scriptū: Dixi dño, Deus
meus es tu, qm̄ bonorū meorū nō egēs, sed
q̄ ex in his, vel acceptandis vel reprobandis
vel percipiendis, non nisi hominibus consu-
lat. Nobis enim prodest colere Deū, non ipsi
Deo. Cum ergo inspirat & docet quō colen-
dus sit, non solum sua nulla indigentia facit,
sed nostra maxima utilitate. Significatiua sūt
aut̄ omnia talia sacrificia, & quarundā rerū
similitudines, quibus admoneri nos oportet
ad ea ipsa quorū similitudines sunt, siue
scrutanda, siue noscenda, siue recolenda. De
qua re, quantum satis est, differenda, nō bre-
uis sermo flagitandus est, quod nunc r̄ndere
nobis propositum non est, p̄sertim q̄ in
aliis opusculis nostris, de hac re multa iam
diximus. Et qui ante nos Dei eloquia tracta-
uerūt, de similitudinibus sacrificiorū ueteris
testamenti, tanquā umbris figurisq; futurorū
copiose loquuti sunt. Hoc sanē nec in ista
breuitate p̄tereundū est, qd̄ tēplū sacerdo-
tē, sacrificium, & alia quæcūque ad hęc p̄-
tinētia, nisi uni uero Deo deberi nosset dij
falsi, hoc est dæmones, * q̄ sunt p̄uicatorēs
angeli, nunquam hęc sibi a cultoribus suis
quot

quos decipiunt expetissent. Verum hęc quam
exhibentur Deo, s̄m eius inspirationem atq;
doctrinam, vera religio est: cū aut̄ dæmonib.
s̄m eorum impiam superbiam, noxia super-
stitio. Quapropter qui Christianas literas v-
triusque testamenti sciunt, non hoc culpant
in sacrilegis ritibus Paganorū, qd̄ construāt
templa, & instituant sacerdotia, & faciant sa-
crificia, sed q̄ hęc idolis & dæmonibus exhibe-
ant. Et idola quidem omni sensu carere, q̄s
dubitet. Veruntamen cum his locantur sedi-
bus, honorabili sublimitate, vt a peccātib.
atque immolantibus atredantur, ipsa simili-
tudine animatorum membrorum atque sen-
suum, quamuis insensata & exanima afficiūt
infirmos animos, vt viuere ac spirare videan-
tur, accedente p̄sertim ueneratione multi-
tudinis, qua tantus eis cultus Dei impendit.
Quibus morbidis & pestilentiosis affectibus
medetur scriptura diuina, qua rem quidē no-
tā, sed tñ salubri remedio admonitionis in-
culcat, dicens Oculos habent & non vident,
aures habent & non audiunt, & cætera talia.
Hęc n. uerba quo magis aperta & populari-
ter uera sunt, eo magis incutiunt salubrē pu-
dorem illis, qui cum talibus simulachris di-
uinum cū timore cultum exhibent, eaq; uinē-
tibus similia uenerantes, adorātesq; contuē-
tur, eis que uelut p̄sentibus preces allegāt,
uictimas immolant, uota persoluunt, sic affi-
ciuntur oīno vt ea sensu carentia putare non
audeant. Ne arbitrentur aut̄ isti hoc solū no-
stros libros uelle sonare, qd̄ huiuscemodi af-
fectus humano cordi ex idolis innascit, aper-
tissime scriptū est, qm̄ oēs dij gentiū dæmo-
nia. Vnde & apostolica disciplina non solū
dicat, qd̄ apud Ioannē legitur, Fratres caute
a simulachris, uerum etiā qd̄ apud Paulum.
Quid ergo? Dico qd̄ idolis immolātū sit ali-
quid, aut idolū est aliquid? Sed q̄ immolant
gentes, dæmonibus & non Deo immolant: no-
lo aut̄ vos socios fieri dæmoniorū. Vnde sa-
tis intelligi p̄t, non tā ipsam immolationē
(nā uero Deo p̄scis sancti immolauerunt)
sed qd̄ diis falsis & impiis dæmonibus, immo-
lat, r̄phendi a uera religione, in sup̄stitioni-
bus gentiū. Sicut n. ueritas hortat̄ hoīes fieri
socios sanctorū angelorū, ita seducit impie-
tas ad societate dæmoniorū, cui p̄parat̄ ignis
æternus, sicut regnū æternū societati sancto-
rū. Neq; illinc exculant̄ impij. sua sacrilega

sacra & simulachra, qd̄ eleganter interpretā-
tur quid quæq; significant. Oīs quippe illa
interpretatio ad creaturā refertur, nō ad crea-
torē, cui vni debetur seruitus religionis, illa
q̄ vno noīe Latrā Grece appellat̄. Nec nos
dicimus terrā, mariā, cœlū, solē, lunā, stellas,
& qualdā non in promptu sitas cœlestes po-
tēstates esse dæmonia: sed cū oīs creatura par-
tim corporalis sit, partim uero incorporalis,
q̄ ēt spiritalē uocamus, manifestū est, id qd̄
a nobis pie ac religiose fit, a uoluntate animi
proficisci, q̄ creatura spiritalis est, & oī cor-
porali p̄ponēda. Vñ colligit̄ corporali crea-
turæ non esse sacrificandū. Restat spiritalis, q̄
uel pia, uel impia est. Pia. s̄m in hoībus & ange-
lis iustis & Deo rite seruientibus, impia uero
in hoībus & angelis iniq; quos ēt dæmones
dicimus. Ac p̄ hoc nec spiritali, quamuis iustæ
creaturæ sacrificandū est. Qm̄ quantomagis
pia est & subdita Deo tanto minus se tali ho-
nore dignat̄, quē scit non deberi nisi Deo.
Quanto ergo perniciosus est sacrificare dæ-
monibus, hoc est iniquē spiritali creaturæ, q̄ in
hoc proximo & caliginoso cœlo inhabitās,
tanq̄ in aereo carcere suo p̄destinata est sup-
plicio sempiterno? Quamobrē ēt cū se hoīes
superioribus cœlestibus p̄tātibus, q̄ non sunt
dæmonia, sacrificare dicunt, & solius noīs
interesse arbitrantur, quod illi Deos, nos eos
angelos appellamus, non se opponunt eis lu-
dicandis multiplici fallacia, nisi dæmones
q̄ errore delectant̄ & quodammodo pascuntur
humano, qm̄ sancti angeli non approbāt sa-
crificiū, nisi qd̄ ex doctrina ueræ sapientie
ueræq; religionis offerri vni uero Deo, cui
sancta societate deseruiūt. Proinde sicut im-
pia superbia, siue hoīum, siue dæmonū, sibi
hos diuinos honores exhiberi uel iubet uel
cupit, ita pia humilitas uel hoīum uel ange-
lorū sanctorū, hęc sibi oblata recusauit, &
cui deberet ostēdit. Cuius rei manifestissima
in sacris l̄ris n̄ris exēpla monstrant. Disper-
ta aut̄ diuinis eloquiis sacrificia, p̄ t̄pū cō-
gruentia, vt alia fierent ante manifestationē
noui testamenti, qd̄ ex ipsa uera & in uitis
sacerdotis uictima, hoc est effuso Christi san-
guine ministrat̄, & aliud nunc, qd̄ huic mani-
festationi est congruū, q̄ iā declarato nomi-
ne Christiani appellamur, offeramus, non so-
lū Euāgelicis, uerum etiā prophetice literis
demonstrat̄. Mutatio quippe nō Dei nō ipsius

Quæstio

Responso
Gene. 4

Pf. 113.

Psal. 11

H

Psal. 95.

Io. de
uitali
cap. 11
& 20.

a. l. de
ner.

Latrā.

M

religionis, sed sacrificiorum & sacramentorum impudenter nunc videretur prædicata, nisi fuisset ante prædicta. Quemadmodum. n. vnus idemq; hō, si Deo mane aliud offerat, aliud vespere, pro congruentia diurni t̄pis, non Deum mutat, non religionē, sicut nec salutē, qui alio modo mane, alio vespere salutatur, Ita in vniuerso tractu seculorum, cum aliud oblatum est ab antiquis sanctis, aliud ab eis qui nunc sunt offertur, non humana præsumptione, sed autoritate diuina temporibus congrua sacra mysteria celebrantur, non Deus aut religio commutatur.

Quæstionem quartam soluens ostendit quō perpendenda peccatorum & æternæ poenæ proportio, quodq; iuste Deus pro temporariis delictis reddit æterna supplicia.

Quæstio. **Mat. 7.** **Rabo.** **Man.** **D.** **F.** **H.**
Iam nunc deinde videamus, quale sit quod de mensura peccati atq; supplicij proposuit, sic euāgelio calūniatus. Minat, inquit, Christus non credentibus, æterna supplicia. Et alibi ait: In qua mensura mensi fueritis, in ea remetiet vobis. Satis, inquit, ridicule atq; p̄rie. Nā si ad mensurā redditurus est poenā, & oīs mēsurā circumscripta est sine t̄pis, quid sibi volunt minē infiniti supplicij? istam q̄onem à qualicunq; philosopho esse obiectā, atque propositā, difficile est credere. Quippe qui ait, oīs mensura circūscribitur t̄pe, quasi nō soleat nisi t̄pū esse mensurā, sicut horarū, & dierū, & annorū, Vel sicut dicimus breuē syllabā simplū h̄re t̄pis, ad syllabā longā: Puto. n. modios, & rabones, urnas & amphoras, non t̄pū esse mensuras. Quō ergo oīs mensura circūscribitur t̄pe? Nonne ipsi dicunt, solē istū sempiternū esse, qui t̄n quātus sit ad terrā, mensuris geometricis p̄scrutari audēt & renunciare? Quā siue possint siue nō possint, constat eū tamē propriam sui orbis h̄re mensuram. Quia & si cōprehendunt quātus sit, mensurā eius cōprehendunt, & si hoc non assequuntur, mensurā eius utiq; nō cōprehendunt, nec iō nulla est, quia hōies eam nosse non possunt. Pōt igitur aliquid & sempiternum esse, & certā sui modi h̄re mensuram. secundū ipsos. n. de solis æternitate loquutus sum, ut sua snia conuincantur atque concedant esse posse aliquid cum mensura sempiternū. Ac sic non ideo putent non esse

credēdū de supplicio sempiterno, quod minatus est Christus, quia idem dixit, In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Si. n. dixisset, quod mensi fueritis, hoc metiet vobis, et sic non omnino ad eandē rē ex omni parte necesse esset referre sniam. Possumus. n. rē dē dicere, quod plantaueris, hoc decerpes, quis nemo plantat pomū sed lignū, decerpit aut pomū magis q̄ lignū, sed illud dicimus s̄m arboris genus, quia non sic cum plantat, vñ nucem decerpat. Ita dici posset, quod feceris patieris, non ut si stuprū fecerit, stuprū patiat, sed quod peccato isto fecit legi, hoc ei lex faciat. i. quia legem talia prohibentem de sua vita abstulit, auferat eū et ipsa lex de hominum vita, quā regit. Item si dixisset quantum mēsi fueritis, t̄n remetietur vobis, nec sic esset consequens, ut omni modo equales peccatis poenas intelligere deberemus. Neque .n. equalia sunt, verbi gratia, triticū & hordeum. Et profecto dici posset, quantum mensi fueritis, tantum remetietur vobis, hoc est, quantum tritici, tantum hordei. Quod si de doloribus ageretur atque diceretur, quantum dolorem ingesseritis, tātus ingereatur vobis, fieri posset ut tantus dolor esset, quamuis tēpore diuturnior, hoc est, mora maior, vi par. Neque enim si de duabus lucernis dicamus, t̄n ignis iste caluit quantum ille: Ideo falsum erit quia vna earum forte citius extincta est. Non itaq; si aliquid s̄m aliud tantum est, secundum aliud non est tantum, quia nō oīno tantum est, ideo falsus est modus in quo t̄n est. Cum vero dixerit, In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, quomq; manifestū sit, aliud esse mensurā in qua metitur aliqd, aliud ipsam rē que metitur, iam fieri potest, ut in qua mensura homines mensi essent, verbi gratia, modium tritici, in ea illis metiantur milia modiorum, ut & tam multum interesset in quantitate frumenti & nihil in mēsurā. ut taceam de ipsarum rerum diuersitate, quia non solū fieri potest, ut in qua mensura quis mensus fuerit hordeū, in ea illi metiatur triticū, sed qua mensus fuerit frumentū, in ea illi metiat aurū & frumenti sit vnus modius, auri quamplurimi. Ita cū sine comparatione rerum ipsarum, & genus & quantitas differat, dici t̄n rectissime pōt, In qua mensura mensus est, in ea illi meritum est. Vñ aut hoc dixerit Christus, paulo superius

E. **F.** **G.** **H.**
 satis elucet. Nolite, inquit, iudicare ut nō iudicemini. In quo. n. iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Nunquid si iniquo iudicio iudicabunt, iniquo iudicabitur? Absit. Nulla quippe iniquitas apud Deū. Sed ita dictum est, In quo iudicio iudicaueritis, in eo iudicabimini, tanq̄ diceretur, in qua voluntate benefeceritis, in ipsa liberabimini, vel in qua voluntate malefeceritis, in ipsa puniemini. Velut si quæquam ad turpem concupiscentiam oculis utens excæcari iubere, rectē utiq; audiret. In quibus oculis peccasti, in eis supplicium meruisti. Iudicio. n. quisq; animi sui, seu bono seu malo utitur, vel ad benefaciendū, vel ad peccandū. Vnde nō iniquū est, ut in quo iudicatur, in eo iudicetur. Hoc est ut in ipso animi sui iudicio poenas luat, cū ea mala patitur, quæ male iudicantē aiū consequunt. Alia nanq; sunt manifesta tormēta, q̄ post futura p̄parantur, et ipsa ex eodē malæ voluntatis cardine extracta. In ipso aut aiō, vbi appetitus voluntatis hominum est, humanorū mensura factorum continuo poena sequitur culpā, plerunq; maior nō sentientis cæcitate gratioe. *Iō cū dixisset, In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini, sequutus adiunxit: Et qua mensura mēsi fueritis metietur vobis: In voluntate quippe propria metitur bonus hō bona facta, & in ea metietur ei beatitudo. Itemq; in mala voluntate propria, metitur malus hō mala opera, & in ea metietur ei miseria, quā ibi quisq; bonus est, cum bene vult, ibi et malus cū male vult. Ac p̄ hoc ibi et sit vel beatus vel miser, hoc est ipso suæ voluntatis affectu, q̄ oīum factorū meritorumq; mēsurā est. Ex qualitatibus quippe voluntatū, non ex t̄pū spatiis, siue rectē facta siue peccata metimur. Alioquin maius peccatū haberet, arborē dei cedere q̄ hōiem occidere. Illud .n. sit longa mora, iētibus multis, hoc vno iētū breuissimo t̄pe: pro quo t̄n exigui t̄pis tam grandi peccato, si perpetua deportatione homo puniretur, etiam mitius cum illo actū, q̄ dignus fuerat, diceretur, quamuis in spatio temporali longitudo poenæ, cū breuitate facinoris nullo modo sit comparanda. Quid ergo p̄riū est, si erunt pariter longa, vel et pariter æterna supplicia, sed aliis alia mitiora, vel acriora: ut quibus t̄ps equale est, nō sit equalis asperitas, p̄pter mensurā etiam peccatorū, nō in productione t̄pū, sed in voluntate peccantium?

Volūtas quippe ipsa punitur, siue animi supplicio siue corporis, ut q̄ delectat in peccatis, ipsa plectat in poenis, ut & qui iudicat sine misericordia, sine misericordia iudicatur. Et in hac quippe snia, ad hoc solū eadē mensura est, ut quod non p̄stitit, non ei p̄stetur. Atq; ita quod ipsa iudicat æternū erit, quāuis quod iudicabit æternum esse nequiverit. In eadem igitur mensura, quāuis non æternorū malefactorū, æterna supplicia remetunt, ut quæ æternā voluit haberi peccati p̄fruitionē, æternam vindictā inueniat seueritatem. Hoc aut finit proposita breuitas r̄sionis meæ, ut colligā oīa, vel certē quā plurimā quæ de peccatis, & de peccatorū poenis, sancti libri h̄nt, atq; ex his vnam eruam sine vlla ambiguitate sniam, si t̄n id valeam viribus mentis et si congruū nanciscar ocium. Nunc t̄n arbitror satis esse monstratum, non esse cōtrariū æternitati suppliciorū, quod in eadem mensura redduntur, in qua peccata commissa sunt.

Quæstionem quintam soluens docet à Salomone fieri mentionem filij Dei.

Quæstio. **Solutio.** **Prouerbiorum. 8.** **Prouerbiorum. 30.**
Post hanc quæstionem, qui eas ex Porphyrio proposuit, hoc adiunxit. sanē et de illo, inquit, me dignaberis instruere, si verē dixit Salomon: Filij Dei non hēt. Cito respondetur nō solū hoc non dixit, verum etiā dixit, quod Deus habeat filium. Apud eū. n. sapientia loquens, ait: Ante oēs colles genuit me. Et quid est Christus, nisi Dei sapientia: Item quodam loco prouerbiorū, Deus, inquit, docuit me sapientiā, & scientiā sanctorū cognouit. Quis ascendit in cœlum & descendit? Quis collegit ventos in sinum? Quis convertit aquam in vestimento? Quis tenuit fines terræ? Quod nomen est ei, aut quod nomen est filij eius? Horū duorum q̄ in extremo cōmemorauit, vnum retulit ad patrē. i. quod nomen est ei, p̄ quod dixerat, Deus docuit me sapientiā. Et alterū euidenter ad filium, cum ait, aut quod nomen est filij eius, propter cetera quæ de filio magis intelligūtur, hoc est, quis ascendit in cœlum & descendit. Quod Paulus ita cōmemorat. Qui descendit, ipse est & qui ascendit sup oēs cœlos. Quis collegit ventos in sinū, id est animas credentiū in occultū atque secretum. Quibus dicitur: Mortui. n. estis, & vita vestra abscondita est cum Christo

Christo in Deo. Quis conuertit aquam in vestimento, ut dici posset, Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis? Quis tenuit fines terrae, qui dixit discipulis suis: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudaea, & Samaria, & vsque in fines terrarum?

Questionem sextam dissoluens, ostendit miracula sacris prodita scripturis, aut credenda omnia, aut negligenda omnia, aperiens allegoriam de Iona a ceto absorpto, de herodera, & verme matutino, Deum factis loquens, postremo in iis quae Christus interpretatus est, non esse liberam hominum diuinationem.

Postrema quae proposita est de Iona, nec ipsa quasi ex Porphyrio, sed tanquam ex irrisione paganorum. Sic enim posita est. Deinde quod sentire, inquit, debemus de Iona, qui dicitur in ventre ceti triduo fuisse, quod a τριδυον est & incredibile, transfuratum cum veste hominem, fuisse in corde piscis, Aut si figura est, hanc dignaberis pandere. Deinde quid sibi est illud vult, si euomitur Ionam cucurbitam natam, quid causae fuit ut haec nasceretur. Hoc enim genus quoniam, multo cachinno a Paganis grauius irrisum aiaaduerti. Ad hoc respondetur, quod aut omnia diuina miracula credenda non sint, aut hoc cur non credatur, causa nulla sit. In ipsum autem Christum, quod tertio die resurrexerit non crederem, si fides Christianorum cachinnum metueret Paganorum. Cum autem hanc quoniam non proposuerit amicus noster, utrum credendum sit, vel Lazarum resuscitatum esse quarto die vel ipsum Christum tertio die resurrexisse, multum miror hoc quod factum est de Iona, eum in incredibili posuisse, nisi forte facilius putat mortuum de sepulchro resuscitari, quam viuum in tam vasto ventre belluae potuisse seruari. Vt enim omittam commemorare, quanta magnitudo belluarum marinarum, ab eis quae experti sunt indices, venter, quae costa illae muniebant, quae Carthagine in publico fixae populo nota sunt, quot homines in spacio suo capere possent, quos non conijciat, quanto hiatus patebat, os illud, quod velut ianua speluncae illius fuit: nisi forte, ut posuit, vestis esset impedimento, ne Iona deuorari posset illisus, quasi per angustia sese coarctauerit, quae per abruptum aeris precipitatus, sic exceptus est, ut potius reciperet in ventre bestiae, quam dente laceraretur. Quamquam scriptura neque nudum, neque vestitum in illud

Solutio.

Costa ceteri.

antrum deiectum esse dixerit, ut possit intelligi illuc et nudus irruisse, si forte opus erat tanquam ouo corium, ita illi veste detrahi, quo facilius forberet. Sic enim sunt homines de propheta huius veste solliciti, quasi aut per fenestram parua repisse, aut in balneas intrasse dicat, quo est (si necesse esset) intrare vestitum, vix molestum esset, non tamen mirum. Sed habet reuera quod non credant in diuino miraculo, vaporis ventris quo cibi madescunt potuisse ita transire, ut vitam hominis conseruaret. Quanto incredibilius ergo proponerent tres illos viros, ab impio rege in caminum missos, deambulasse in medio ignis illaesos? Quapropter si nulla isti diuina miracula voluit credere, alia disputatione refellendi sunt. Neque enim debent vnum aliquid tanquam incredibile proponere, & in quoniam vocare, sed omnia quae vel talia, vel etiam mirabilia narrantur. Et tamen si hoc quod de Iona scriptum est, Apuleius Madaurensis, vel Apollonius Tyaneus fecisse diceret, quorum multa mira, nullo fideli authore iactant, quamuis & demones nonnulla faciant sanctis angelis similia, non veritate, sed specie, non sapientia, sed plane fallacia. Tamen si de istis, ut dixi, quos magos vel philosophos laudabiliter nominant, tale aliquid narraretur, non iam in buccis creparet risus sed typhus. Ita rideant scripturas nostras (quantum possunt) rideant, dum per singulos dies rariore paucioresque se videant, vel moriendo, vel credendo, dum implentur omnia quae praedixerunt, qui hos contra veritatem inaniter pugnaturos, vane latraturos, paulatim defecturos, tanto ante riserunt, nobisque posteris suis, non solum ea legenda dimiserunt, verum experienda promiserunt. Non sane absurde, neque importune requiritur, quid ista significant, ut cum hoc expositum fuerit, non tantum gesta, sed etiam propter aliquam significationem conscripta esse credantur. Prius ergo non dubitet, Ionam prophetam in aluo ingenti maris belluae triduo fuisse, qui vult scrutari, cur nam hoc factum sit. Non enim frustra factum est, sed tamen factum est. Si enim mouent ad fidem quae figurate tantum dicta non facta sunt, quanto magis mouere debent, quae figurate non tantum dicta, sed facta sunt? Nam sicut humana consuetudo verbis, ita diuina potentia etiam factis loquitur. Et sicut sermoni humano, verba noua, vel minus uisitata, moderate ac deceter aspersa, splendorem

Apuleius Madaurensis, vel Apollonius Tyaneus.

M. Triduum.

Demetrius.

Mat. 12. De quoniam Euan-gelii l. 1. cap. 8.

Triduum Christi.

Luc. 5.

Colo. 2.

dorem addunt, ita in factis mirabilibus congruenter aliquid significantibus, quodammodo luculentior est diuina eloquencia. Proinde quod figurauerit, quod propheta belua illa deuoratum, tertio die uiuum reddidit, cur a nobis queritur cum hoc Christus exponat? Generatio, inquit, praua & adultera signum querit, & signum non dabit ei nisi signum Ionae prophetae. Sicut enim Iona fuit in ventre ceti, tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrae, tribus diebus & tribus noctibus. De ipso autem triduo mortis domini nostri Iesu Christi, quomodo reddatur, cum a parte totum intelligitur, in die primo & nouissimo, ut tota tres dies idem cum suis noctibus computentur, longum est differere, & aliis sermonibus iam sapientissime dictum est. Si cut ergo Iona ex nauis in aluum ceti, ita Christus ex ligno in sepulchrum, uel in mortis profundum. Et sicut ille pro iis qui tepestate periclitabantur, ita Christus pro iis qui in hoc seculo fluctuant. Et sicut primo iustum est ut praedicaretur Niniuitis a Iona, sed non ad eos peruenit prophetia Iona, nisi postquam eum cetus euomit, ita prophetia promissa est ad gentes, sed nisi post resurrectionem Christi non peruenit ad gentes. Iam uero quod tabernaculum sibi constituit, & coesedit ex aduerso ciuitatis Niniue, quod ei futurum esset expectans, alterius significationis personam prophetam gestabat. Praefigurabat enim carnalem populum Israel. Nam huic erat & tristitia de salute Niniuitarum, hoc est de redemptione & liberatione gentium. Vnde uenit Christus uocare, non iustos sed peccatores in penitentiam. Umbraculum ergo cucurbitae super caput eius, promissiones erant ueteris testamenti, uel ipsa iam munerata, in quibus erat utique, sicut dicit Apostolus, umbra futurarum, tanquam ab aestu temporalium malorum in terra promissionis defensionaculum praebens. Vermis autem matutinus quo rodente cucurbita exaruit, idem ipse rursus Christus occurrit, ex cuius ore Euangelio diffamato, cuncta illa quae temporaliter apud Israelitas uelut umbraculi prius significatione uiguerunt, euacuata marcescunt. Et cunctus ille populus amisso Hierosolymitano regno, & sacerdotio & sacrificio (quod totum umbraculum erat futurum) in captiua dispersione magno aestu tribulationis aduritur sicut Iona, quod scriptum est, a solis ardore, & dolet grauius, & tamen dolori eius atque umbraculo quam diligebat, salus gentium poenitentiumque pra-

ponitur. Adhuc cachinent Paganis, et uermem Christum, & hanc interpretationem prophetici sacramenti superbiore garrulitate derideant, dum tamen & ipsos sensim paulatimque consumat. Nam de omnibus talibus Esaias propheta, per quem nobis dicit Deus: Audite me quae scitis iudicium populus meus, in quorum corde lex mea est, opprobria hominum nolite metueri, & detractio eorum ne superemini, nec quod vos spernant magni duxeritis, sicut enim uestimentum, ita per tempora absumetur, & sicut lana a tinea comedentur, iustitia mea in aeternum manet. Nos ergo agnoscamus uermem matutinum, quia & in illo psalmo cuius titulus inscribitur: Pro susceptione matutina, hoc se ipse nomine appellare dignatus est. Ego, inquit, sum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Hoc opprobrium de illis opprobriis est, quae iubemur non metueri per Esaiam dicentem: Opprobria hominum nolite metueri. Ab isto uerme tanquam a tinea comeduntur, quae sub eius dente Euangelio, per singulos dies paucitate sua deficiente minorantur. Nos hunc agnoscamus, & pro salute diuina, humana opprobria sufferam. Vermis est propter humilitatem carnis, fortassis et propter uirginis partum. Nam hoc aial plerumque de carne, vel de quacunque re terrena, siue ullo concubitu natus. Matutinus est, quia diluculo resurrexit. Poterat utique illa cucurbita & sine ullo uermiculo arefcere. Postremo si habebat Deus adhuc uermem necessarium, quod opus erat addere matutinum, nisi ut ille uermis agnosceret, qui cantat pro susceptione matutina: Ego autem sum uermis & non homo? Quid ista prophetia, iam ipso rerum effectu & adimplerone lucidius? Si irrisus est uermis iste cum pederet in cruce, sicut in eodem psalmo scriptum est: Loquuti sunt labiis & mouerunt caput: Sperauit in Deo, eruat eum, saluum faciat eum, quoniam uult eum, cum completa sunt quae ibi praedixit. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: Ipsi uero non considerauerunt, & conspexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem, quod tanta manifestatio futurum in libro antiquo prophetarum, quanta manifestatio factum id nouo Euangelio recitatur, sed si in hac humilitate, ut dicere ceperam, iste uermis irrisus est, nunquid adhuc irridetur est, cum ea compleri cernimus, quae consequentia psalmus ipse habet: Comemorabunt & conuertent-

Christus uermis biliarium in telli iustis.

Psalm. 21.

D.

E.

vertetur ad dñm vniuersi fines terræ: Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentiū. Qm̄ dñi est regnū, & ipse dominabit gentium. Sic cōmemorati sunt Niniuitæ, & conuersi sunt ad dñm, hanc salutē penitentiaē gentiū tāto añ p̄figurata in Iona, dolebat Israel, sicut nūc dolet vmbra nudatus & estu faucia tus. liceat sanē cuilibet quamlibet aliter, dū tñ sm regulam fidei, cætera oīa quæ de Iona propheta mysteriis operta sunt, aperire. Illud planē qđ in vētre ceti triduo fuit, fas nō est aliter intelligere, qđ ab ip̄o cœlesti magistro in Euangelio cōmemorauimus reuelatū. Proposita exposuimus, vt potuimus, sed ille qui proposuit, iā sit Christianus, ne forte cū expectat ante librorū sanctorū finire qōnes, prius finiat uitā istā, qđ transeat a morte ad vitā. Fieri. n. potest, quod anteqđ Christianis sacramentis imbuatur, quærit de resurrectione mortuorū. Concedendū ēt fortassis qđ de Christo quæsiuit, cur tanto post venerit, vel si qđ sunt alia pauca & magna qōnes, quibus cætera inseruiunt. Si autē qualis est illa, in qua mensura mensi fueritis, metietur vobis, vel qualis ista de Iona, ēt oēs tales anteqđ sit Christianus finire cogitat, perparum cogitat vel conditionem humanam, vel ætatem iā suam. Sunt. n. innumerabiles, qđ non sunt finiendæ ante fidem, ne finiatur vita sine fide, sed planē retenta iā fide, ad exercendā piā delectationē mentiū fidelium studiosissimè requirendæ, & quod in eis eluxerit, sine typho arrogantiaē cōmunicādum, quod aut latuerit, sine salutis dispendio tolerandum.

Augustinus Bonifacio viro militari de Cæsaris comitatu, cōmonstrans illi Donatistarū hæresim nihil habere cōe cū Arriana, & qua moderatione p̄ metū legū imperia liū hæretici possunt ad ecclesie societate reduci, tum de Donatistarū & Circūcellionū immanitate, postremò de peccato in spiritū sanctū nō remittendo. Idem argumentū tractauit epistola. 48. Epist. L.

Laudo & gratulor & admiror fili dilectissime Bonifaci, quod inter curas bellorū & armorum, vehementer desideras ea nosse quæ Dei sunt. Verè hinc te apparet ēt Dei ipsa uirtute militari, fidei seruire, quam habes in Christo. Vt ergo breuiter insinuem

dilectioni tuæ, inter Arrianorum & Donatistarū quid intersit errorē, Arriani patris & filii & spiritus sancti, diuersas substantias esse dicunt. Donatistæ autē nō hoc dicūt, sed vnā trinitatis substantiā consistunt. Et si aliqui ipsorū minorē filium esse dixerunt qđ pater est, eiusdē tñ substantiæ non negarunt. Plurimi verò in eis hoc se dicunt omnino credere de patre & filio & spiritu sancto, quod catholica credit ecclesia. Nec ipsa cū illis uet̄ tur qđ, de sola cōione infeliciter litigant, & cōtra unitatē Christi rebelles inimicitias pueritate sui erroris exercēt. Aliqñ autē sicut audimus, nōnulli ex ipsis volētes sibi Gothos cōciliare, qñ eos uidēt aliqd posse, dicūt hoc se credere, qđ & illi credūt. Sed maiorū suorū autoritate vincunt, qđ nec Donatus ipse sic credidisse asseritur, de cuius parte se esse gloriant. Non te autē ista cōturbent filii dilectissime. Hæreses. n. & scādala futura p̄dicta sunt, vt inter inimicos erudiamur, ac sic & fides & dilectio nostra possit esse probator. Fides utiq; ne ab eis decipiamur, dilectio autē, ut ēt ipsis corrigēdis (quantū possumus) consulamus, non solū instantes, ne infirmis noceant, atq; ut ab errore nefario liberent, sed ēt orantes pro eis, vt aperiat dñs illis sensum, & intelligant scripturas, qđ in sanctis libris, ubi manifestat dñs Christus, ibi & eius ecclesia declarat. Isti autē mirabili cæcitate, cū ipsum Christū p̄ter scripturas nesciant, eius tñ ecclesiā non diuinarū literarū autoritate cognoscunt, sed humanarū calūniarū vanitate cōfingunt. Agnoscut nobiscū Christū, in eo quod legitur: Foderūt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt oīa ossa mea: Ipsi uerò consyderauerūt & conspexerunt me, diuiserūt sibi uestimenta mea, & sup̄ uentrem meū miserunt sortē, & nolūt agnoscere ecclesiā, in eo qđ post paulū sequitur: Comemorabuntur & cōuertentur ad dñm, vniuersi fines terræ: Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ gentiū, Qm̄ dñi est regnū, & ipse dominabatur gentiū. Agnoscut nobiscū Christū in eo quod legitur. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genuite, & nolūt agnoscere ecclesiam in eo quod sequitur: Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionē tuam terminos terræ. Agnoscut nobiscum Christū, in eo quod ipse dñs in euangelio loquitur: Opor-

Luc. 24. Oportebat Christū pati & resurgere a mortuis tertia die: & nolunt agnoscere ecclesiā, in eo qđ sequit: & p̄dicari in nomine eius p̄niam & remissionē peccatorū per oēs gentes, incipientibus ab Hierusalē. Et innumerabilia sunt testimonia librorum sanctorū, quæ in hunc librū coarctare non debui. In quibus sicut apparet, dñs Christus siue sm diuinitatē quæ æqualis est patri, qui in principio erat uerbu, & uerbu erat apud Deū, & Deus erat uerbu, siue sm susceptæ carnis humilitatem, qua uerbu caro factū est, & habitauit in nobis: sic apparet etiam eius ecclesia, non in sola Aphrica, sicut isti impudentissima uanitate delirant, sed toto orbe terrarum diffusa.

2. Re. 28. Testimoniis. n. diuinis, lites suas præferūt, qđ in cā Cæciliani quondā ecclesie Carthaginensis episcopi, cui crimina obiecerunt quæ nec potuerunt probare nec possunt, se ab ecclesia catholica, hoc est ab unitate oīum gentiū diuiserunt. Quamuis & si ueræ essent quæ ab eis obiecta sunt Cæciliano, & nobis possent aliqñ monstrari, ipsum iam mortuū anathematizarem: sed tamen ecclesiam Christi qđ non litigiosis opinionibus fingitur, sed diuinis attestationibus comprobatur, p̄ quemlibet hoīem relinquere non debemus, quia bonum est confidere in dño, qđ confidere in hoīe. Neq; n. quod sine iniuria innocentie illius dixerim, si peccauit Cæcilianus, ideo hæreditatem suam perdidit Christus, Facile est homini, seu uera seu falsa de altero homine credere, sed sceleratæ impudentie est, p̄ crimina hoīs, quæ orbi terrarū non possis ostendere, communionem orbis terrarum uelle damnare. Vtrum Cæcilianus a traditoribus diuinarū codicum fuerit ordinatus, nescio, non uidi, ab inimicis eius audiui. Non mihi de lege Dei, non de præconio prophetarū, non de sanctitate psalmorū, non de Apostolo Christi, non de Christi eloquio recitatur. Ecclesiā uerò toto terrarū orbe diffusam, cui non cōicat pars Donati, vniuersarū scripturarū testimonia consona uoce proclamant.

Gen. 26. In femine tuo bñdicent oēs gentes. Lex Dei dicit. Ab ortu solis usq; ad occasum sacrificium mundū offeri nomini meo: qm̄ glorificatū est nomen meū in gentib. Per prophetā

Psal. 71. Deus dixit. Dominabitur a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarū. Per psalmū dñs dixit Fructificans & cre-

scens in vniuerso mundo. Per Apostolū dñs dixit. Eritis mihi testes in Hierusalē, & in tota Iudæa & in Samaria, & usq; ad fines terræ. Filius Dei ore suo dixit. Cæcilianus ecclesie Carthaginensis Episcopus humanis litibus accusatur. Ecclesia Christi in omnibus gentibus constituta diuinis uocibus commendat. Ipsa pietas, ueritas, charitas, nos non p̄mittit contra Cæcilianum eorū hominum accipere testimonium, quos in ecclesia non uidemus cui Deus perhibet testimonium. Qui. n. diuina testimonia non sequuntur, p̄odus humani testimonij perdidit. Addo qđ Cæciliani causam, ipsi ad Imperatoris Constantiniani iudiciū accusando miserunt, immo uerò ipsum Cæcilianū post ep̄alia iudicia, ubi eū opprimere non potuerunt, ad supradicti Imperatoris examen, p̄tinacissimis persecutoribus p̄duxerunt. Et qđ in nobis mō reprehēdunt vt decipiant imperitos dicentes, nō debere Christianos p̄ inimicos Christi aliquid a Christianis Imperatoribus postulare: ipsi priores fecerūt. Qđ ēt in collatione, qđ simul apud Carthaginē habuimus, negare non ausi sunt, immo & gloriari ausi sunt, qđ apud Imperatorē maiores eorū criminaliter Cæcilianū fuerint insequuti, insup̄ addētes mēdaciū qđ eū illic uicerint fecerintq; damnari. Quo ergo nunc ipsi non sunt persecutores, qui cum acculando, persecutati sint Cæcilianū, & ab eo fuerint superati, falsam sibi gloriam impudentissimo mendacio arrogare uoluerunt, non solū culpā non putantes, uerū etiā pro sua laude iactantes, si probarent Cæcilianū maioribus suis accusantibus fuisse dānatum? Quemadmodum autē in ipsa collatione modis omnibus uicti sint, qm̄ valde prolixa sunt gesta, & tibi aliis rebus. Romanæ pacis necessariis occupato multum est ut legantur, breuiarium eorum tibi legi forsitan poterit, quod credo h̄re fratrem & coepiscopū meū Optatum: Aut si non habet, potest facillime accipere de ecclesia Siniuensi, quandoquidē liber iste iam sua prolixitate curis tuis forsitan onerosus est. Hoc. n. contingit Donatistis, qđ accusatoribus sancti Danielis. Sicut. n. in illos leones, sic in istos conuersæ sunt leges quibus innocentes opprimere uoluerunt, nisi qđ p̄ misericordiā Christi magis p̄ eis sunt ite leges, quæ illis uidentur aduertæ: qm̄ multi per illas correcti sunt, & quotidie corriguntur.

Luc. 24.

Acto. 1.

Constantinus. Cæcilianus. M.

2. Re. 4.

2. Re. 39.

Optatus. A.

23. q. 4. ipsa pietas.

Gal. 6.

Dist. 9. e. p. imperatores, et duob. sequen. 11. q. 3. imperatores.

Danic 3.

guntur, & se esse correctos, atq; ab illa furiosa pernicie liberatos gr̄as agunt. Et qui ode- rant diligunt, molestas q; sibi fuisse saluberrimas leges quam in infamia detestabatur, tantum recepta sanitate gratulant, & in residuos cū quib. fuerant perituri, iā simili dilectione nobiscū vt pariter in stemus ne illi pereat, excitant. Molestus est. n. & medicus furētī phre- netico, & pater indisciplinato filio, ille ligādo, iste cadendo, sed ambo diligendo. Si autē illos negligant & perire permittant, ista potius mansuetudo falsa, crudelitas est. Si enim equus & mulus in quib. non est intellectus, moribus & calcib. resistunt hoīb. a quibus eorum curanda vulnera contrectant, & cum inter dentes eorū & calces sepe hoīes periclitent, & aliqui vexent, non tñ eos deserunt, donec p dolores, & molestias medicinales, reuocent ad salutē: quanto magis hō ab homine, & frater a fratre, ne in eternum pereat non est deserendus, qui correctus intelligere pōt, quantum sibi prestabit beneficiū, qñ se psequutionē perpeti querebatur? Sicut ergo Apostolus dicit, infatigabiles cum tps habemus operemur bonum ad oēs, qui possunt catholicorum p̄ceptorū sermonibus, qui possunt catholicorum principum legibus, partim per eos qui diuinis admonitionibus, partim per eos qui iussis imperialibus parēt, omnes ad salutem vocentur, omnes a pernicie reuocentur. Quia & Imperatores, qñ pro falsitate contra veritatem constituunt malas leges, probantur bene credentes & coronantur perseuerantes. Qñ autem pro veritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrent saeuientes & corrigunt intelligētes. Quicūq; ergo legibus Imperatorū, quæ p̄ veritatem deseruatur, obtēperare non vult, acquirat grande p̄m̄ium. Quicūq; autē legibus Imperatorū, quæ pro Dei veritate ferunt, obtēperare non vult, acquirat grande supplicium. Nam & t̄pibus prophetarū, oēs reges qui in populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt q̄ contra Dei p̄cepta fuerant instituta, culpant: & qui prohibuerūt & euerterūt, sup̄ aliorū merita laudant. Et rex Nabuchodonosor, cū seruus esset idolorū, cōstituit sacrilegā legē, vt simulacrū adoraret: sed eius impiæ constitutioni qui obedire noluerunt, pie fideliterq; secerūt. Idē tñ rex, diuino correctus miraculo piam & laudabilē legē pro-

ueritate constituit, vt quicūque diceret blasphemiam in Deū verū Sidrac, Misac, & Abdenago, cum domo sua penitus interiret. Hanc legē si qui contēperant, & id qd fuerat constitutum merito p̄p̄si sunt, debuerunt dicere, qd isti dicūt, se iustos esse, quia ex lege regis psequutionē patiebant: qd vtique dicerent si ita insanirent sicuti isti insaniant, qui diuidūt membra Christi, exufflant sacra Christi, & de psequutione glōriantur, quia prohibentur ista facere legibus Imperatorum, quas cōstituerunt pro vnitare Christi, & iactant fallaciter innocentiam suam, & quā non possunt a dño accipere, ab hoīb. quarunt martyriū glōriā. Veri autē martyres illi sunt, de quibus dñs ait: Beati qui psequutionē patiunt p̄ iustitiam. Non ergo qui p̄ iniquitatē & p̄ Christianæ vnitatis impiam diuisionē, sed qui p̄ iustitiam psequutionē patiuntur, hi martyres veri sunt. Nam & Agar passa est psequutionē a Sara, & illa erat sancta q̄ faciebat, illa iniqua quæ patiebatur. Nunquid & huic psequutioni, quā passa est Agar, cōparandus est sanctus David, quē psequutus est iniquus Saul? Valde vtique distat, non quia patiebatur, sed quia p̄ iustitiam patiebatur. Et ipse dominus cū latronibus crucifixus est. Sed quos passio iungebat, causa separabat. Ideo in psalmo vox illa intelligēda est verorū martyriū, volentiū se discerni a martyribus falsis: Iudica me Deus & discerne causam meam de gente non sancta: Nō dixit discerne poenā meā, sed discerne causam meā. Pōt enim esse impiorum similis poena, sed dissimilis est martyrum cā; quorum & illa vox est: Iniuste psequuti sunt me adiuua me. Ideo se dignū existimauit, qui adiuuaretur iustē, quia illi psequiebantur iniuste. Nā si iuste illi psequerentur, non fuerat adiuuandus, sed corrigendus. Si autem putant quod nemo possit iuste aliquem psequi, sicut in collatione dixerunt, illam esse veram ecclesiam quæ psequutionē patitur, non q̄ facit. Omitto dicere qd superius cōmemorauī, quia si ita est, vt dicunt, Cęcilian⁹ ad verā ecclesiam pertinebat, qñ eū maiores illorū vsque ad Imperatoris iudiciū accusando psequiebantur. Nos. n. dicimus, ideo illum ad verā ecclesiam pertinuisse, non quia psequutionē patiebatur, sed quia p̄pter iustitiam patiebatur. Illos autē ideo fuisse alienatos ab ecclesia, nō quia psequiebantur, sed

D. Mat. 5.

Lib. 1. 4. ser. domini in mat. te. c. 4.

Psal. 4.

1. f. 11.

E.

Cęcilianus.

Prodigio sa mortis cupidi...

23. q. 4. ecclesia. Ecclesia vepetit a veteri te flammā.

Psal. 14.

sed quia iniuste psequiebantur. Nos itaq; hoc dicimus. Illi uerō si nō q̄runt causas quare quisq; faciat psequutionē uel quare patiat, sed hoc putāt esse signū veri Christiani, si psequutionē nō faciat, sed patiat, sine dubio Cęcilianū in ea definitione cōstituant, q̄ non faciebat, sed patiebatur. Maiores autē suos ab ea definitione foras mittunt, qui faciebant nō patiebantur. Sed hoc, vt dixi, omitto, illud dico, si ecclesia vera ipsa est q̄ psequutionē patitur, non quæ facit, quærant ab Apostolo quam ecclesiam significabat Sara, qñ psequutionem faciebat ancillæ. Liberā quippe matrē nostrā celestē Hierusalem. i. uerā Dei ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratā, q̄ affligebat ancillā. Si autē melius discerniamus magis illa psequiebatur Saram superbiendo, q̄ illā Sara coercendo. Illa. n. dominæ faciebat iniuriā, ista imponebat superbiam disciplinā. Deinde q̄ro, si boni & sancti nemini faciunt psequutionē, sed tantummodo patiuntur, cuius putāt esse in psalmo vocē, ubi legitur: Psequar inimicos meos, & cōprehendā illos, & non cōuertar donec deficiant: Si ergo uerū dicere vel agnoscere uolumus, est psequutio iniusta quā faciunt impii ecclesie Christi, & est iusta psequutio, quā faciūt impii ecclesie Christi. Ista itaque beata est, q̄ psequutionē patitur p̄ iustitiam. Illi uerō miseri qui psequutionē patiuntur p̄ iniustitiam. Proinde ista psequit diligēdo, illa sauiēdo. Ista ut corrigat, illi ut euerant. Ista ut reuocet ab errore, illi vt p̄cipitent in errorē. Denique ista psequitur inimicos, & cōprehendit donec deficiant in uanitate, ut in ueritate proficiant. Illi autē retribuentes mala pro bonis, quia eis cōsulimus ad aternā salutem, etiā temporale nobis conantur auferre, sic amantes homicidia, vt in seipsis ea perficiant, quādo in aliis perpetrare non possunt. Sicut. n. charitas laborat ecclesie sic eos ab illa perditione liberare, ut eorum nemo moriatur, sic eorum laborat furor, aut nos occidere ut suæ crudelitatis pascant libidinē, aut et seipsos, ne perdidisse uideant occidendorū hoīum potestatem. Qui autē nesciunt consuetudinem illorū, putant eos modo seipsos occidere, quando ab eorū insanissima dominatione per occasionem legū istarum quæ pro unitate sunt constitutæ, tati populi liberantur. Qui autē

sciunt, & ante ipsas leges qd facere solēt, nō eorū mirantur mortes, sed recordantur mores, maxime qñ adhuc cultus fuerat idolorū, ad Paganorū celeberrimas solēnitates ingentia turbarū agmina ueniebāt, nō vt idola frangerēt, sed ut interficerentur a cultoribus idolorū. Nā illud si accepta legitima potestate facere uellēt, siquid eis accidisset, possent habere qualēcūq; umbrā nominis martyriū, sed ad hoc solū ueniebāt, ut integris idolis ipsi perimerent. Nā singuli quique ualentissimi iuuenes cultores idolorū, q̄ quot occideret, ipsis idolis uouere cōsueuerāt. Quidam et se trucidandos armatis uiatoribus ingerebāt, p̄cussuros eos se nisi ab eis perimerentē terribiliter cōminātes. Nonnunquā & a iudicib. frāseuntibus extorquebāt uiolenter, ut a carnificib. uel ab officio ferirent. Vñ quidā illos sic illuisse phibet, ut eos tanquā p̄cutiendos, ligari & dimitti iuberet, atque ita eorū impetū incruentus & illæsus euaderet. Iā uerō p̄ abrupta p̄cipitia, p̄ aquas & flāmas occidere seipsos, quotidianus illis lud⁹ fuit. Hæc. n. eos tria mortis genera diabolus docuit, ut mori uolētes, qñ nō inueniebant quē terrerēt, ut eius gladio ferirent, p̄ saxa se mitterēt, aut ignibus gurgitibusq; donarent. Quis autē illos hæc docuisse credēdus est post fidens cor eorū, nisi ille qui & saluatori nostro, ut se de pinna tēpli p̄cipitaret, tanq̄ de lege suggessit? Cuius suggestionem a se utique prohiberent, si magistrum Christum in corde portaret. Sed quia in se diabolo pot⁹ dederūt locū, aut sic pereūt quēadmodum grex ille porcorū, quē de mōte in mare turba dēmonū deiecit, aut illis mortib. erepti, & pio matris catholicę gremio collecti, ita liberantur quēadmodū est a domino liberatus, quē pater eius a dæmonio sanandū obtulit dicens, qd aliqui cadere in aquā, aliqui in ignē soleret. Vñ magna in eos fit misericordia, cū et per istas imperatorū leges, ab illa secta, ubi per doctrinas dæmoniorū mendaciloquorum mala ista didicerunt, prius eripiuntur inuiti, ut in catholica postea bonis p̄ceptis & moribus sanentur assueti. Nā multum eorum quorū iam in unitate Christi, pium fidei feruorem charitatemq; miramur, cum magna letitia Deo gratias agunt, quod illo errore caruerūt ubi mala ista bona putarunt. Quas gratias modo uolētes non agerent,

H.

Luc. 4.

Marci. 5.

Mat. 17.

rent, nisi prius et nolentes ab illa nefaria societate dicerent: Quid de illis dicamns, quod nobis quotidie consentitur, quod iam olim volebant esse catholici, sed inter eos habitabant, inter quos et id quod uolebant esse non poterant per infirmitatem timoris, ubi si unum uerbum pro catholica dicerent, et ipsi et domus eorum funditus euerterentur? Quis est tam demens, qui neget istis debuisse per iussa imperialia subueniri, ut de tanto eruere malum, dum illi quos timebant timere cogitur, et eodem timore aut et ipsi corriguntur, aut certe cum se correctos esse confingunt, aut certe a quibus antea timebantur? Si autem seipsum occidere uoluerint, ne illi qui liberandi sunt liberentur, et eo modo liberantium terrore pietate, ut dum timeatur ne quidam perditio pereant, non eruantur perditioni, qui vel iam nolent perire, vel coerciti poterant non perire, quid hic agit charitas Christiana, praesertim cum illi qui suas mortes voluntarias et frivolas minantur, in populorum liberandorum comparatione per paucos sint? Quid agit ergo fraternam dilectionem, utrum dum paucis transitorios ignes meuit caminorum, dimittit omnes aeternis ignibus gehennarum, et tam multos vel iam uolentes, vel postea non uolentes per catholicam pacem ad uitam uenire perpetuam, relinquit in interitum sempiternum, cauendo ne quidam uoluntario moriantur interitu, qui uiuunt ad impedimentum salutis aliorum, quos non permittunt secundum Christi doctrinam uiuere, ut eos doceant quocumque tempore secundum consuetudinem doctrinae diabolicae ad eas quae in illis modo timeantur mortis voluntarias festinare, an potius conseruat quos potest, et si sponte pereant quos conseruare non potest? Ut enim omnes uiuant ardentem exoptat, sed omnes ne pereant plus laborat. Gratias autem domino, quod et apud nos, non quidem in omnibus, sed ualde in pluribus locis, et per alias Africę partes, sine ullis istorum insanorum mortibus, pax catholica cucurrit et currit. Ibi autem illa funeste contingunt, ubi est tam furiosum et inutile hominum genus, qui et aliis temporibus eadem facere consueuerunt. Et prius quidem quam istae leges a catholicis imperatoribus mitterentur, pacis atque unitatis Christi paulatim doctrina crescebat, et in ea quae sicut discerebat et uolebat et poterat ex ipsa parte transibat, cum tamen apud illos perditorum hominum dementissimi greges, in

porum eiusdem partis facti schismate, et in plebe Carthaginis diuisa parte Donati, ordinarent Episcopum contra Episcopum. Quod cum eorum pluribus displiceret, eundem Maximianum cum aliis duodecim, qui eius ordinationi praesentes affuerant, dānauerunt, ceteris autem ad eandem societatem schismaticis pertinentibus, die constituto facultate redeundi dederunt. Sed postea ex ipsis duodecim quosdam, et ex illis quibus dilatio data fuerat, post diem positum redeuntibus pro pace suam in suis honoribus susceperunt, et quoscumque extra ipsorum cōiōnem dānati baptizauerant, rebaptizare non ausi sunt. Cēpit hoc eorum factum contra illos pro catholica multum ualere, ut ora eorum penitus clauderent. Quae res cum, sicut oportebat, ad sanā dos ab schismate animos hominum spargere instantius, et quaquaersum poterat, catholicorum sermonibus ac disputationibus monstraretur pro pace Donati et damnatos suos in honore suum integrum suscepisse, et baptismum quem dānati uel et dilati foris ab ecclesia eorum dederant, non ausos fuisse rescindere, et orbi terrarum contra pacem Christi cōtaminationem, nescio quorum, obicere peccatorum, et euacuarē baptismum in illis quoque ecclesiis datum, uel in Aphicā uenit ipsum Euangelium plurimi confundebant, et manifestae ueritati erubescētes, corrigebant, solito crebrius, et multo magis ubicumque ab eorum saeuitia respirabat aliquata libertas. Tū uero illi sic exarscrunt, et tantis sunt odiorum stimulis incitati, ut contra eorum insidias atque uiolentias, et apertissima latrocinia, uix ullae nostrae cōiōnis ecclesiae possent esse securae, uix ulla uia tuta, qua iter agerent quocumque aduersus eorum rabiem pacem catholicam predicarent, eorumque dementiam praecipua ueritate conuinceret. Uis que adeo prioris non solum laicis, uel quibuslibet clericis, sed ipsis quoque episcopis catholicis, quodāmodo proponebatur dura cōditio. Aut enim tacenda erat ueritas, aut eorum inhumanitas praeferebatur. Sed si ueritas taceretur, non solum nemo fuerat eius silentio liberandus, sed multi et illorum seductione perdendi. Si autem ueritatis predicatione furor eorum ad saeuendum praecaret, aliquibus liberatis nostrisque firmatis, rursus a se quenda ueritate, formido impediret infirmos. Cum igitur his angustiis affligeretur ecclesia, quis existimat omnia potius sustinenda, quam Dei auxilium, ut per Christianos imperatores ferret, fuisse postea, parum attēdit non bonam de hac negligentia reddi potuisse rationem. Quod enim dicitur quod contra suas impietates leges iustas constitui noluit, non petisse a regibus terrae Apostolos talia, non considerat aliud fuisse tunc tempus, et omnia iustis praesentibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator, qui ei pro pietate praesentibus leges ferendo seruaret, quoniam ad huc illud propheticum conplebat: Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terrae, et principes conuenerunt in unum aduersus dominum et aduersus Christum eius. Nondum autem agebatur, quod paulo post in eodem psalmo dicitur. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Seruite domino in timore, et exultate ei cum tremore. Quomodo ergo reges domino seruiunt in timore, nisi ea quae praesentibus dominum fiunt, religio saeueritate prohibendo atque plectendo? Aliter enim seruit quia homo est, quia et rex est. Quia homo est, ei seruiuit uiuendo fideliter, quia uero et rex est, seruit leges iustas praecipientes et praesentibus prohibentes, conuenienti nigore sanciendo. Sicut seruiuit Ezechias, lucos et templa idolorum, et illa excelsa quae praesentibus Dei fuerant constructa destruendo. Sicut seruiuit Iosias, talia et ipse faciendo. Sicut seruiuit rex Ninuitarum, uniuersam ciuitatem ad placandum dominum compellendo. Sicut seruiuit Darius, idolum frangendum in potestatem Danieli dādo, et inimicos eius leonibus ingerendo. Sicut seruiuit Nabuchodonosor, de quo iam dixit, omnes in regno suo positos a blasphemando Deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo seruiunt domino reges, in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad seruiendum illi, quae non possunt facere nisi reges. Cum itaque nondum reges domino seruirent temporibus Apostolorum, sed adhuc meditantur inania, aduersus eum et aduersus Christum eius, ut prophetarum praedicta omnia conplerentur, non utique tunc possent impietates legibus prohiberi, sed potius exerceri. Sic enim ordo temporum uolebatur ut et Iudaei occiderent predicatores Christi, putantes se officium Deo facere, sicut praedixerat Christus, et gentes fremere aduersus Christianos, et omnes patientia martyrum uinceret. Postea uero quae cepit impleri quod scriptum est. Et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruient illi: Quis metē sobrius regibus dicat: Nolite curare in regno uestro a

quo tueat vel oppugnet ecclesia dñi vestri, non ad vos ptineat in regno vestro, q̄s velit esse siue religiosus siue sacrilegus, quibus dici nō p̄t, nō ad vos ptineat regno vestro, q̄s velit pudicus esse quis impudicus? Cur. n. cū datū sit diuinitus homini liberū arbitrium, adulterialibus puniant, & sacrilegia permittant? An fidē non seruare leuius est animā Deo, quā femina viro? Aut si ea q̄ non contēptu, sed ignorantia religionis cōmittunt, mitius vindicanda, nunquā ideo negligēda sunt? Meli⁹ est quidē, quis dubitauerit, ad Deū cōlendū doctrina homines duci, quā p̄nā timore vel dolore cōpelli. Sed nō quia isti meliores sunt, ideo illi qui tales nō sunt, negligēdi sunt. Multis. n. profuit, quod experimentis probauimus, prius timore vel dolore cogi, vt postea possint doceri, aut q̄d iā verbis didicerant opere sectari. Proponūt nobis q̄dā finiam cuiusdam secularis auctoritatis, qui dixit: Pudore & libertate liberos retinere, satius esse credo quā metu. Hoc quidē verū est, sed sicut meliores sunt quos dirigit amor: ita plures sunt quos corrigit timor. Nam vt de ipso authore istis respondeatur, apud illum et legunt, Tu nisi malo coactus, rectē facere nēcis. Porro aut scriptura diuina & pp̄ illos meliores dixit: Timor nō est in charitate, sed p̄fecta charitas foras mittit timorē. Et p̄pter hos inferiores qui plures sunt, a. t. Verbis nō emēdabit seruus durus, si. n. & intellexerit nō obediēt. Cū dixit, uerbis eū nō emēdari, non eū insit deseri, sed tacite admōnuit vā debeat emēdari. Alioq̄ nō diceret, uerbis non emēdabit, sed tātū modo diceret, nō emēdabitur. Alio quoq; loco dicit: Nō solū seruū, sed et filium induciplinatū plagis esse coercedū. Et magno fructu. Nā tu quidā inquit p̄cutis eum virga, aīam uerō eius liberabis a morte. Et alibi dicit: Qui parcat baculo, odit filiū suū. Dauid. n. qui recta fide ueroq; intellectu, totis aīe suae uiribus dicit: Sitiuit aīa mea ad Deū fontē uiuū, qñ ueniā & apparebo aīa faciē Deū. Et huius tali non solū tēporaliū p̄nāruū, uel imperialiū legū, sed nec gehēnarum timor est necessarius, cui tā deherabile bonum est adhaerere Deo, vt nō solū ab illa foelicitate alienari, tanquam magnū supplicium perhorrescat, uerum etiā differrimolestie ferat. Sed tñ antequā dicant boni filii: Cōcupiscētiā habemus dissolui & esse

cū Christo, multo prius tanquā mali serui: & quodammodo improbi fugiui, ad dñm suū tēporaliū flagellorū verberare renocant. Quis .n. nos potius amare quā Christus, qui animā suā posuit pro ouibus suis? Et tñ cum Petrū & alios apostolos solo uerbo uocasset, Paulū prius dāuū, ecclesiae suae postea magnū edificatorē, sed horrendū antea uassatorē, nō sola uoce cōpescuit, uerum etiā potestate prostrauit, atq; infidelitatis tenebris se uictē, ad desiderādū lumē cordis ut surgeret, prius corporis ex cecitate p̄cussit. Si p̄nā illa nō esset, nō ab ea postmodū sanaret. Et qñ apertis oculis nihil uidebat, si eos saluos haberet, non ad impositionē manus Ananiae, vt eorū aperiret obruptus, tanquam squammas quibus clausus fuerat inde cecidisse, scriptura narraret. Vbi est q̄d isti clamare cōsueuerūt, liberū est credere vel nō credere? Cui uini Christus intulit, quē coegit? Ecce Paulū Apostolū, agnoscat in eo prius cogentē Christū, & postea docentē, prius ferētē, & postea cōsolantē. Mirū est autē quō ille q̄ p̄nā corporis ad Euangeliū coactus intrauit, plus illis oībus q̄ solo uerbo uocati sunt in euāgelio laborauit. Et quē maior timor compulit ad charitatē, eius p̄fecta charitas foras misit timorē. Cur ergo nō egeret ecclesia p̄ditos filios vt rediret, si p̄ditū filiū coegerūt alios vt periret? Quāuis et illos quos nō coegerunt, sed tñ modo seduxerunt, p̄ terribiles, sed salubres leges in eius gremio reuocētur, blandius pia mater amplectit, & de illis multo amplius q̄ de iis quos nunquā p̄diderat gratulatur. An nō ptinet ad diligētiā pastoralē, et illas oues q̄ nō uolēter ereptae, sed blāde leniterq; seductae, a grege aberrauerint, & ab aliis ceperint p̄sideri, inuentas ad ouile dominicū, si renitere noluerint, flagellorū terrorib. uel et dolorib. reuocare? p̄sertim quoniam si apud fugitiuos & p̄redones seruos fecunditate multiplicentur, plus habet iuris quod in eis dñicus character agnoscat, qui in eis, quos suscepimus, nec tñ re baptizamus, minime uoluit. Sic. n. error corrigendus est ouis, ut non in ea corrumpatur signaculum redēptoris. Neque. n. si quisquā regio character* assignato deserto signetur, & accipiat indulgentiam, atque ille redeat ad militiam, ille autem esse in militia in qua nondum erat incipiat, in aliquo eorū character

Terent. in Adel.
G. Miror ubi hoc sit in Terentio. Prom. 23

Prom. 13

H

13. 9. 4. Quin.

23. 9. 6. schism. tici.

al. hō.

M. Ant. u. i. sententia.

2. Co. 10. Luc. 14.

character ille rescindit, an non potius in am bobus agnoscat & honore debito, quā regius est, approbat? Quis ergo nō p̄t malum esse ostendere quo cogunt, nec ad bonum se cogi oportere cōtendunt, sed a Christo coactū ostendimus Paulū. Imitatur itaq; ecclesia in istis cogendis dñm suū, quē prius ut nemi nē cogeret expectauit, vt de fide regū atq; gētium p̄dicatio prophetica cōpleret. Etiam hinc. n. non absurde intelligit illa Apostolica snia, ubi Paulus h̄at⁹ dicit. Parati uisceri om nē inobediētiā vram cū cōpleta fuerit prior obediētia uestra. Vnde & ipse dñs ad magnā coenam suam prius adduci iubet conuiuas, postea cogi. Nam cum ei serui rēpōdissent, Dñe factum est q̄d iussisti, & abhuc est loc⁹: Exite, inquit, in uias & sepes, & quoscūq; in ueneritis, cogite intrare. In illis ergo qui leniter primo adducti sunt, completa est prior obediētia: In illis autē qui cogunt, inobediētia coerecet. Nā quid est, cogite intrare, cum primo dictū esse adducite, & r̄sum esset, factū est q̄d iussisti & adhuc est locus? si miraculorū terrorib. cogēdos uoluisset intelligi, magis ad eos qui prius uocati sunt diuina miracula multa facta sunt, maxime ad eos de quib. dictū est, iudaei signa perit. In ip̄s quo que gentilib. talia temporib. Apostolorū miracula Euāgelia cōmendauerūt, vt si talib. cogi iuberentur, priores, vt dixi, potius cōuincē acti esse merito crederent. Quā p̄ si potestatem quā per religionem ac fidem regum, tpe quo debuit, diuino munere accepit ecclesia, ij qui inueniuntur in uis & in sepib. in heresib. & schismatib. coguntur intrare, nō q̄ coguntur reprehendat, sed quō cogant atē dant. Conuiuium domini unitas est corporis Christi, nō solum in sacramento altaris, sed etiam in uinculo pacis. De ip̄s sanē possumus uerissime dicere q̄ neminem cogant ad bonum. Quoscūq; .n. cogunt, non cogunt nisi ad malum. Verūtū antequam iste leges, quib. ad conuiuium sanctum coguntur intrare, in Aphricā mitterentur: non nullis fratribus uidebatur, in quib. & ego eram, quamuis Donatistarum rabies usquequaq; seuiret, nō esse petendum ab imperatorib. ut ipsam heresim iuberent oīno non esse, p̄nam constituendo eis qui in illa esse uoluissent: sed hoc potius constituerent, ut eorum furiosas uolēntias non paterentur qui ueritatem catholi

cam uel p̄dicarent loquendo, uel legerent constitimendo. Quod eo modo fieri aliquate nus posse arbitrabamur, si legē pijsimae memoriae Theodosij quā ḡnalter in omnes hereticos p̄mulgauit, ut quisquis eorū episcopus uel clericus uilibet esset inuētus, decē libris auri mulctaret, exp̄sius in Donatistas, q̄ se negabāt hereticos, ita cōfirmarent, vt nō oēs ea mulcta ferirent, sed in quorū regionibus aliquas uolētias a clericis uel a Circuncellionib. uel populis eorū ecclesia catholica pateret. uel. s. post protestationem catholicorū, qui fuissent illa p̄pessi, iā cura ordinū ad p̄soluēdam mulctā episcopi siue ministri ceteri tenerent. Ita. n. exstimabamus eis teritis, & nihil tale facere audentib. posse libere doceri & teneri catholicam ueritatē vt ad eam cogere nemo, sed eam qui uellet sine formidine sequere, ne falsos, & simulatores catholicos h̄emus. Et quāuis alijs fratribus aliud uideret, iam etate grauiorib. uel multarum ciuitatum & locorum exempla curantibus, ubi firmam & uerā catholicam uidebamus, quae tñ ibi talib. beneficijs Dei constituta esset atq; firmata, dum p̄priorum imperatorum leges ad communionē hoīes catholica uerē cogere, obtinimus tñ, vt illud potius q̄ dixi imperatorib. peteret, decretū est in cōcilio nostro, legati ad comitatum missi sunt. Sed Dei maior misericordia, qui sciret, harum legū terror & quaedā medicinalis molestia q̄ multorū esset prauis uel frigidis aīs necessaria, & illi duritiē q̄ uerbis emēdari non pōt, sed tñ aliquantula seueritate disciplina pōt, id egit vt legati nostri quod susceperant obtinere nō possent. Iā. n. nos p̄uenerant ex aliis locis quaedā episcoporum que re q̄ grauis sima, qui mala fuerant ab ip̄s multa p̄pessi, & a suis sedib. exturbati: p̄cipue horrēda & incredibilis cedes Maximiani episcopi catholici ecclesiae Vagiensis esset, vt nostra legatio iā quid ageret nō h̄ret. Iam. n. lex fuerat promulgata, vt tanta immanitatis heresis Donatistarum, cui crudelius parci uidebatur q̄ ipsa sequebatur, non tñ uolenta esse, sed oīno esse non sineret impune. Non tā supplicio capitali, p̄ seruandam etiam circa indignos mansuetudinem Christianam, sed pecuniarijs dñis propositis, & in episcopos uel ministros eorū exilio cōstituto. Supradictum quippe episcopū Vagiens.

Lex pecuniaria in Donatistas lauro nes.

sem, qm̄ apud ordinarium iudicem dicta inter partes sententia, obtinuerat basilicā q̄ illi cum catholica esset inuaserunt, statem ad altare irruentes horrido impetu & furore crudeli, fustibus & huiusmodi telis, lignis denique eiusdem altaris effractis immaniter ceciderunt, pugione etiam percusserunt in inguine, quo vulnere sanguis effluens cū exanimem redderet, nisi ei ad vitam maior sauitia eorum profuisset. Nam cū grauius sauciati per terrā insuper traherent, exundanti venę puluis obstruis sanguinē obtinuit, cuius effusione ibat in mortē. Deinde cum ab eis tande relicti, nostri cum psalmis auferre tentarentur, illi ira ardentiore succensi, est de portantium manibus abstulerunt, male multatis fugatisq; catholicis, quos ingenti multitudine superabant & facile sauiēdo terrebant. Inde in quandā turrē leuati, iā defecisse arbitantes, cū ille adhuc viueret abiecerunt. Sed quodā molli aggere exceptus, & a quibusdā nocte transeuntibus per lucernā conspectus, agnitus atq; collectus, & ad religiosam domū apportatus, adhibita magna cura post multos dies cū ab illa desperatione recreatus esset, occisum eū tñ fama scelere Donatistarū ēt trans mare nunciauerat. Quo postea q̄ venit, & vita eius inopinatisima apparuit, cica tricibus suis tā ingentibus tā recentibus, non frustra fama mortuum se nunciasse monstrauit. Auxiliū ergo petiuit ab Imperatore Christiano, non tā sui vliscendi cā, q̄ tuendæ ecclesie sibi creditæ. Qd̄ si prætermisisset, non eius fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda. Neq; n. & Apostolus Paulus vitę suę transitorie consulebat, sed ecclesie Dei, qm̄ p̄ illos qui eū occidere conspirauerant, consiliū illorū, tribuno vt proderetur effecit. Vnde factū est vt eū ad locū quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne illorū patere insidias. Romanas ēt leges implorare minime dubitauit, cuiē Romanū se esse proclamans, quos tunc affigi verberibus non licebat. Itemq; ne Iudæis eū interimere cupientib; tradere, Cæsaris poposcit auxilium Romani quidē principis sed non Christiani. Vbi satis ostendit quid facere deberet postea Christi dispensatores, qm̄ Imperatores Christianos periclitāte ecclesia reperirent. Hinc ergo factū est, vt Imperator religiosus & pius platis in notitiā suā talib; cau-

23. 9. 3. Maximianus

Act. 25

sis, mallet piissimis legib; illius impietatis errore oino corrigere, & eos, qui p̄ Christum Christi signa portaret, ad vnitatē catholicam terrendo & coercendo redigere, q̄ sauiendi tñ mō auferre iniam & errandi ac pereundi relinquere. Iā verō cū ipsæ leges venissent in Africā, p̄cipue illi qui querebant occasione, aut sauitiā furentiū metuebant, aut suos verecundabantur offendere, ad ecclesiā cōtinuo transierunt. Multi ēt qui sola illic a patribus tradita consuetudine tenebant, qualem verō causam ipsa hēresis haberet nunq̄ antea cogitauerant, nunq̄ q̄rere & considerare voluerant, mox vbi coeperunt aduertere, & nihil in ea dignū inuenire p̄ qd̄ tanta damna paterent, sine vlla difficultate catholici facti sunt. Docuit. n. eos sollicitudo, quos negligētes securitas fecerat. Istorū aut̄ omnium p̄cedentiū autoritatē, & p̄suasione sequuti sunt multi, qui minus idonei erant p̄ seipos intelligere, qd̄ distaret inter Donatistarū errorē, & catholicam veritatem. Ita cū magna agmina populorū vera m̄ in sinū gaudens reciperet, remanserunt turbæ duræ, & in illa peste infelici animositate resistentes. Ex his quoq; plurimi simulando communicauerunt, alij paucitate latuerunt. Sed illi qui simulabāt paulatim assuescēdo, & p̄dicationē veritatis audiendo, maxime post collationē & disputationē q̄ inter nos & Ep̄os eorū apud Carthaginē fuit, ex magna parte correcti sunt. In quibusdā verō locis, vbi pertinacior & impacatior p̄ualuit multitudo, cui resistere non poterant pauciores, quorū erat melior de cōiōne sn̄ia, aut turbæ authoritati paucorum potentiorum subdita in malam partem obtemperarunt, aliquanto diutius laboratum est. Ex his sunt in quibus adhuc laboratur, in quo labore multa catholici, & maxime Ep̄iscopi & clerici horrenda & dura perpessi sunt, q̄ cōmemorare longum est, qm̄ quorundam & oculi extincti sunt, & cuiusdā Ep̄iscopi manus & lingua præcisā est non nulli etiā truncati sunt. Taceo crudelissimas cędes & domorū deprædationes, p̄ nocturnas aggressiones, & incendia, non solū priuatorū habitaculorū, verū etiā ecclesiarū, in quas flāmas nō desuerunt qui & codices dñicos mitterent. Sed nos hm̄ oī afflictos malis, consequens cōsolatus est fructus. Nam vbi que a perditis ista cōmissa sunt, ibi feruētius atq; perfectius

F Domi Statu man

Atius vnitatis Christiana profecit, & vberius laudat dñs qui donare dignatus est vt serui eius passionib; suis lucrarent fratres suos & oues eius mortifero errore dispersas in pacē salutis æternę suo sanguine congregarent. Potens est dñs & misericors, quem quotidie rogamus vt ēt ceteris det p̄nitentiā, & respiciant de diaboli laqueis, a quo captiui tenentur fm̄ ipsius voluntatem, qui non q̄runt, nisi vnde nobis calumniantur, & retribuunt mala pro bonis: quia nec intelligere nouerūt, quē circa eos animum delectationemq; seuenus & quomodo eos velimus fm̄ domini p̄ceptū, quod per Ezechielem prophetā pastoribus dedit, reuocare errantes, & perditos inuenire. Illi autē, quod & alibi aliqñ diximus, & quod nobis faciunt, sibi non imputāt, & qd̄ sibi faciunt, nobis imputāt. Quis enim nostrum velit nō solū aliquem illorū perire, verum etiā aliquid perdere? Sed si aliter nō meruit pacem habere domus Dauid, nisi Absalon filius eius in bello quod cōtra patrem gerebat fuisset extinctus, quauis magna cura mandauerat suis vt eum quantū possent, viuū saluumq; seruarent, vt esset cui p̄nitenti paternus affectus ignosceret, quid ei restitit, nisi p̄ditū flere, & sui regni pace acquisita suam mœstitiā consolari? Sic ergo catholica mater bellantibus aduersus eā, quid aliud q̄ filijs suis, quia utiq; ex ipsa magna arbore, q̄ ramorū luorū porrectione toto orbe diffunditur, iste in Africā ramus fractus est, cū eos charitate parturiat vt redeant ad radicē, sine qua verā vitā hēre non possunt, si aliquorū perditione ceteros tā multos collegit, presertim quia isti nō sicut Absalon casu bellico sed spontaneo magis interitu peunt, dolorē materni cordis lenit & sanat tantorū liberatione populorū. Quorū si videas in Christi pace læticias, frequentias, alacritates, & ad hymnos audiendos & canēdos, & ad verbū Dei p̄cipiendū celebres hilaresq; conuētus, multorumq; in eis cum dolore magno recordatione p̄teriti erroris, & cū gaudio considerationē cognite veritatis, & cū indignatione & detestatione mendaciū magistrorū, quod mō cognoscant de nostris sacramētis q̄ falsa iactauerint, multorū ēt in eis cōfessiones, qd̄ olim vellent esse catholici, nec inter hoies tāti furoris auderent: horū ergo populorū congregationes per plurimas Africæ

23. 9. 5. quis. n.

H

regiones, ab illa perditione liberatorū, si sub vno conspectu videres, tunc diceris nimis fuisse crudelitatis si dū timeres ne hoies desperati & istorum innumerabili multitudini nulla æstimatione cōparādi suis & voluntarijs ignibus cremarent, isti in æternū perdendi & sempiternis ignibus cruciandi relinquerentur. Si. n. duo aliqui in vna domo habitaret q̄ certissime sciremus esse ruiturā, nobisq; id p̄nunciantibus nollent credere, atq; in ea manere p̄sisterēt, si eos inde possent eruere vel inuitos, quibus imminētē illā ruinā postea domōstrarem, vt redire vltius sub ei⁹ periculū non auderet: puto nisi faceremus nō im merito crudeles iudicamur. Porro si vnus illorū nobis diceret, quādo intraueritis eruere nos, memetipsum cōtinuo trucidabo: alter aut̄ nec exire quidē inde, nec erui vellent, sed neq; necare se auderet, qd̄ eligeremus: vtrū ambos ruinæ opprimendos relinquere, an vno salutē p̄ misericordie nostrā operā liberato, alterū nō nostra culpa, sed sua potius interire? Nemo est tā infelix, qui nō quid fieri in talibus rebus oporteat facillime iudicet. Et de duobus hibus vno. s. p̄dito, & vno liberato, similitudinē istā p̄posui. Quid ergo sentidū est de quibusdā paucis perditis, & innumerabili multitudine populorū liberatorū? Nō. n. vel tot sunt illi hoies q̄ sua voluntate p̄ eūt, quot liberant, p̄ istas leges ab illa pestifera æternaq; pernicie fundi, pagi, vici, castella municipia, ciuitates. Si autē diligentius rē de qua loquimur cogitemus, puto quod si plurimi essent in domo ruitura, & inde saltē vn⁹ liberari posset, atq; id cū facere conaremur, alij seipos p̄cipitio necarent, dolorē de ceteris nostrū, de vnus saltē salute consolaremur, nō tñ ne seipos alij p̄derent, perire vn̄ uersos nullo liberato permetteremus. Quid igit̄ de opere misericordie, qd̄ p̄ vita æterna adipiscenda & p̄na æterna vitanda hibus debemus impendere iudicandū est, si p̄ salute ista nō solū tēporali, sed ēt breui, ad ipsum tēpus exiguū liberāda, sic nos hominib; subuenire, ratio vera, & benigna compellit? Quod autē nobis obijciunt, quod res eorum concupiscamus & auferamus: Vtinā catholici fiant, & non solum q̄ dicunt sua, sed etiā nostra in pace nobiscum, & charitate possideant. Vique adeo autem calumniandi cupiditate cæcantur, vt non attendant, q̄ sunt in-

22. 9. 4. ipsas pietas.

23. 9. 4. ipsa pietas.

23. 9. 7. quod autem.

ter se contraria quæ loquuntur. Ipsi certe dicunt & inuidiosissime sibi cõqueri videntur quod eos in nrã cõmunionẽ violẽto legũ imperio coarctamus. Hoc utique nullo mō faceremus, si res eorũ possidere vellemus.

L. Quis avarus querit cõpossessorem? Quis dominandi cupiditate inflãtatus, vel fastu dominationis elatus desiderat habere cõsorte? Ipsos certe attẽdant quondã suos iã nostros socios, & fraterna nobis dilectione coniunctos, quemadmodũ sua teneant, nō solũ quæ habebant, sed et nostra q̄ nō habebãt, quæ tñ si pauperũ cõpauperes sumus, & nostra sunt & illorũ. Si autẽ priuatim quæ nobis sufficiant possidemus, non sunt illa nostra sed pauperũ, quorũ procuratiõẽ quodãmodo gerimus, nō proprietatẽ nobis vsurpatione damabili vendicamus. Quicquid ergo nomine ecclesiarũ partis Donati possidebat, Christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesijs ad catholicã transire iusserũt. Cũ ergo nobiscum sint plebes earundẽ ecclesiarũ nobiscũ pauperes, qui ab eis dẽ possessiunculis alebant, ipsi potius foris positi, desinãt cõcupiscere aliena, sed intrent in vnitate societate, vt pariter gubernemus, nō illa tanquã q̄ dicunt sua, verum etiã quæ dicunt & nostra.

1. Cor. 3. Scriptũ est n. Omnia vestra sũt. vos autẽ Christi, Christus autẽ Dei. Sub illo capite in uno eius corpore vnũ simus, & de istis talibus rebus faciamus qđ scriptũ est i actibus Apostolorũ: Erat illis aĩa vna & cor vnũ, & nemo dicebat aliquid propriũ, sed erant illis oĩa communia. Amen. quod cãtamus: Ecce quã bonũ & q̄ iocũdũ habitare fratres in vnũ, vt sic experiant & sciant qđ veraciter ad eos clamet mater catholica, quod scribit beatus Apostolus ad Corinthios: Non quæro q̄ sunt vestra, sed vos. Si autẽ consideremus qđ scriptũ est in libro sapiẽtiã: Ideo iusti tulerũt spolia impiorũ. Itẽ quod legitur in Prouerbijs. Thesaurizantur autem iustis diuitiã impiorum, tunc videbimus nō esse quærendũ qui habeant res hæreticorũ, sed qui sint in societate iustorũ. Scimus quidem illos tantam sibi arrogare iustitiam vt eam se iactent non solum habere, sed etiam alijs hominibus dare. A se quippe dicunt iustificari cum quẽ baptizauerint, vbi nihil eis restat, nisi dieeret illi qui baptizatur ab eis vt in baptizatorem suum credat. Cur enim nō faciat, quã Apostolus dicit. Credenu

in eum qui iustificat impium, deputat fides eius ad iustitiã? In ipsum ergo credat, si eum ipse iustificat, vt deputetur fides eius ad iustitiam. Sed puto qđ etiã ipsi seipos horreãt, si tñ ista vel cogitare dignant. Iustus. n. & iustificans nō est nisi Deus. Potest autẽ & de istis dici quod dicit Apostolus de Iudæis, quia ignorantes De iustitiam & suã volentes cõstituerẽ, iustitiã Dei nō sunt subiecti. Absit autẽ vt quisquã nostrũ ita se iustũ dicat, vt aut suã iustitiam velit cõstituerẽ. i. quasi à seipso sibi datã, cũ dicat ei. Quid. n. habes quod non accepisti? Aut sine peccato se eẽ iactare audeat in hac vita, sicut ipsi in nostra collatione dixerũt in ea se esse ecclesia quæ iam nō habet maculam aut rugam aut aliquid hmõ, nescientes hoc mō in eis compleri, qui vel post baptismũ continuo vel dimissis debitis, quẽ dimittẽda in oratione poscunt, de hoc exeũt corpore, in tota verò ecclesia tũ futurũ, vt sit omnino non habens maculã aut rugã aut aliquid eiusmodi, quando dicendũ erit. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus. n. mortis est peccatũ. In hac autẽ vita vbi corpus qđ corripit̃ aggrauat animã, si ecclesia eorũ iam talis est, non ergo dicat Deo, quod dñs nos orare docuit, Dimitte nobis debita nrã. Cũ. n. in baptisimo cũcta dimissa sunt, vt quid hoc poscit ecclesia, si iã et in hac vita nō habet maculã aut rugam aut aliquid hmõ? Comtemnat & Apostolũ Ioan nem clamantẽ nō habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis nō est. Si autẽ cõfessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus qui dimittat nobis peccata, & mũdet nos ab omni iniquitate. Propter hãc ipem dicit vnũ uersã ecclesia, Dimitte nobis debita nostra: vt non superbientes sed cõfiteĩtes mũdet nos ab omni iniquitate, atq; ita sibi dñs Christus exhibeat in illa die gloriosã ecclesiã nō habẽtem maculã aut rugã aut aliquid eiusmodi quã modo mundat laudacro aquæ in verbo, quia neq; aliquid remanet i baptisimo, qđ nō dimittat omnium præteritorum peccatorũ, si tñ ipse baptismus non frustra foris habeatur, si aut incus detur, aut si iã foris datus est, nou foris cum illo remaneat, & quicquid ab eis qui post acceptũ baptismum hic viuunt infirmitate humana contrahit̃ quaruncunq; culparum, propter ipsum lauacrum dimittitur.

titur. Neq; enim aliquid pdest nō baptizato dicere, Dimittẽ nobis debita nostra. Ita mō mundat ecclesiam suam lauacro aquæ in verbo, vt tunc eam sibi exhibeat non habentem maculã neq; rugã, aut aliquid eiusmodi, totã scilicet pulchram atque perfectã, quã absorbebitur mors in victoria. Nũc ergo in quantũ viget in nobis quod ex Deo natũ sumus, ex fide uiuentes, iusti sumus. In quantũ autẽ reliquias mortalitatis ex Adã trahimus, sine peccato non sumus. Et illud. n. verũ est: Qui natus est ex Deo non peccat. Et illud verum est: Si dixerimus quia peccatũ non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis nō est. Dñs itaque Christus & iustũ est & iustificã, nos autẽ iustificati gratis p gratiã ipsius. Non autem iustificat nisi corpus suum, quod est ecclesia. Et ideo si corpus Christi tollit spolia impiorum, & corpori Christi thesaurizatur diuitiã impiorũ, nō debent impij foris remanere, vt calumniant, sed intrare potius vt iustificent. Vnde & illud quod de die iudicij scriptum est: Tunc stabũt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerũt, & abstulerũt labores eorũ, non vtiq; sic intelligendũ est, quia stabit Chanaanũs aduersus Israel, cum Chanaanũ abstulerit labores Israel, sed stabit Nabuthãus aduersus Achab, quũ labores Nabuthãus abstulit. Achab Chanaanũs quippe impius, Nabuthãus iustus. Eodẽ mō non stabit Paganus aduersus Christianũ qui abstulit labores eius, quãdo idolorũ expoliata vel donata sunt templa: sed stabit Christianus aduersus Paganũ qui abstulit labores eius, quũ martyrũ prostrata sunt corpora. Sic ergo nō stabit hæreticus aduersus catholicũ q̄ abstulit labores eis quũ præualuerunt leges catholicorũ imperatorũ: sed stabit catholicus aduersus hæreticũ, qui abstulit labores eius, quũ furorẽ præualebant impiorũ Circuncellionũ: ipsa quippe scriptura soluit quõnem, q̄ nō ait: Tunc stabunt hoies, sed tunc stabunt iusti. Et ideo in magna cõstantia, quia in bona cõscientia. Iustus autẽ hic nemo est iustitia sua, id est, tanquã sibi à seipso facta, sed vt dicit Apostolus: Sicut vniciq; Deus partitus est mẽsurã fidei. Sequit̃ autẽ & adiungit: Sicut. n. in vno corpore multa mẽbra habemus, oĩa autẽ mẽbra nō eosdem actus habent, Ita multi vnũ corpus sumus in Christo. Ac per hoc nemo poterit esse iustus quãdiu fuerit ab vnitate

huius corporis separatus. Quemadmodũ nam membrũ, si præcidat ab hois viui corpore, non p̄t tenere spũ vitæ: Sic homo qui p̄ciditur de Christi iusti corpore, nullo mō p̄t spũ tenere iustitiã, et si figuram membri teneat, quã sumpsit in corpore. In huius ergo compagem corporis veniat, & labores suos non dominandi cupiditate, sed bene vtendĩ pietate possideant. Nos autẽ voluntatẽ nostrã, vt iam dictum est, ab huius cupiditatis fordibus, quolibet inimico iudicante purgamus, quando eos ipsos quorũ labores dñr, vt nobiscũ, & illis & nostris societate catholica vtant, quantũ valemus inquirimus. Sed hoc est, inquit, qđ nos mouet. Si iniusti sumus, quare nos quæritis? Quib? respõdemus. Querimus uos iniustos, ne permaneatis iniusti. Quærimus perditos, vt de inuentis gaudere possimus dicẽtes. Mortuus erat frater & reuixit, perierat & inuentus est. Quare ergo me, inquit, nō baptizas, vt abluas me à peccatis? Rñdeo. Quia nō facio iniuriã characteri imperatoris, cũ errorẽ corrigo desertoris. Quare, inquit, apud te vel pñiam nō ago? Immo nisi egeris salu esse nō poteris. Quõ. n. gaudebis te esse correctũ, nisi doleas fuisse puersũ? Quid ergo, inqt, apud vos cũ ad vos trãsim? accipimus? Rñdeo. Non quidẽ accipitis baptismũ, qui vobis ex cõpagẽ corporis Christi inesse potuit, pdesse nō potuit, sed accipitis unitatẽ spũs in uinculo pacis, sine qua nemo poterit uidere Deũ, & charitatẽ, q̄ sicut scriptũ est, cooperit multitudinẽ peccatorũ. Quod tã magnum bonum, sine quo nec linguas hoĩum & angelorũ, nec scientiã omniũ lacrorum, nec prophetiã, nec tantã fidem qua mōtes transferant, nec oĩa quæ possidet homo distributa pauperibus, nec corporis in ignibus passionem prodesse aliquid, Apostolus testis est, Hoc tã magnum bonũ, si paruũ uel nullũ putatis, merito infeliciter erratis, merito si in unitatẽ catholicã nō transitis, peritis. Si ergo, inquit, oportet ut nos extra ecclesiam & aduersus ecclesiã fuisse pœniteat, ut salui esse possimus, quõ post itã pñiam apud uos clerici uel et episcopi permanẽt? Hoc nō fieret quoniã reuera, quod fatendũ est, fieri nō deberet, nisi pacis ipsius cõpensatione sanarent. Sed sibi hoc dicant & multo maxime humiliter doleant, qui in tanta morte præcisionis iacent, ut isto quodã uulnere

quædam
modi
fuerit
modi
modi

1. Cor. 3.

Act. 4.

Psal. 132

M

2. Co. 12

Sap. 10.

23. q. 7.

quemadmodum.

Rom. 4.

Rom. 10

1. Cor. 4.

1. Io. 3.

1. Io. 1.

Rom. 3.

23. q. 7.

quemadmodum.

Eph. 5.

2. Rev. 4.

Eccle. 1.

quo sim macula & ruga.

Sapient. 5

1. Io. 1.

1. Ma.

Luc. 15.

1. Te. 4.

1. Co. 13

G matris catholicę reuiuifcant. Cum.n. præcificus ramus inferitur, fit aliud vulnus in arbore, quo possit recipi vt uiuat, qui sine vita radicis peribat. Sed cum receptus recipienti coaluerit, & vigor consequet, & fructus. Si aut non coaluerit, ille quidē arefcit, sed vita arboris permanebit. Est.n. & tale inferendi genus, vt nullo p̄ciso ramo qui intus vt ille qui foris est inferatur, nō tñ nullo sed vel leuissimo arboris vulnere. Ita ergo & isti cum ad radicē catholicā ueniūt, nec, eis quāuis post erroris sui poenitentiam honor clericatus aut episcopus aufertur, fit qdē aliquid tanq̄ in cortice arboris matris contra integritatē seueritatis. Veruntamen quia neq; qui plātat est aliquid, neq; qui rigat, ad Dei miseridordiā precibus suis coalescente in fitorum pace ramorum, charitas cooperit multitudinē peccatorum. Vt.n. constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis poenitentia clericatū accipiat, vel ad clericatū redeat, vel in clericatu maneat, nō desperatione indulgentiæ, sed rigore factū est disciplinæ. Alioquin cōtra clauē datā ecclesiæ disputabit, de quibus dictū est: Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlo: sed ne forsitam ēt de ceteris criminibus, spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret poenitentia, seuerissime placuit vt post actā de crimine dānabili poenitentia, nemo sit clericus: vt desperatione temporalis altitudinis medicina maior & uerior esset humilitatis. Nā & sctus Deuid de criminibus mortiferis poenitentia egit, & tñ i honore suo persistit. Et beatū Petrū qñ amarissimas lachrymas fudit, utiq; dñm negasse poenituit, & tñ Apostolus mansit. Sed nō ideo superuacua putāda est posteriorū diligentia, qui ubi saluti nihil detrahebāt humilitati aliquid addiderūt, quo salo tutius muniret, experti credo aliquorū fictas p̄nas per affectatas honorū potentias. Cogunt. n. multas inuenire medicinas, multorū experimenta morborū. Verū in huiusmodi causis ubi per graues dissensionū scissuras nō huius aut illius hoīs est periculū, sed populorū strages iacent, detrahēdū est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanādis charitas sincera subueniat. Habeant ergo isti de præterito detestabili errore, sicut Petrus habuit de mendacitimore amarū dolorē, & ueniant ad ecclesiā Christi uerā, hoc est matrē catholicā. Sint in

illa clerici, sint Episcopi uiliter, qui cōtra illā fuerūt hostiliter. Nō inuidemus, immo amplectimur, optamus, hortamur, & quos in uis & sepibus inuenimus, intrare cogimus, & sic nondū quibusdā psuademus quia nō res eorū, sed ipsos q̄rimus. Apostolus Petrus qñ saluatorē negauit & fleuit & Apostolus mansit, nondū acceperat promissū spiritū sanctū. Sed multo magis isti eū nō acceperunt, ubi à corporis cōpage diuisi, qđ solū corpus uiuificat spūs sanctus, eē ecclesiā, & contra ecclesiā, ecclesię sacramēta tenuerunt, & tanq̄ ciuili bello nostris cōtra nos erectis signis armisque pugnauerunt. Veniat, fiat pax in uirtute Hierusalē, q̄ uirtus charitas est. Cui sanctę ciuitati dictū est: Fiat pax in uirtute tua, & abū dantia in turribus tuis. Nō se extollant aduersus maternā solitudinē, q̄ pro ipsis & protantis populis quos decipiunt vel decipiebāt colligendis & habuit & habet: nō superbiāt, quia sic eos suscipit: nō referant ad elationis suę malū quod facit ipsa pp̄ pacis bonū. Sic multitudinibus per schismata & hæreses per euntibus subuenire cōsueuit. Hoc displicuit Lucifero, quia factū est in eis suscipiendis, at que sanandis, qui ueneno perierāt Arriano, & cni displicuit in tenebras cecidit schismatis, amisso lumine charitatis. Hoc erga istos ab initio seruauit Aphrica catholica et Ep̄orū sentētia, q̄ in ecclesia Romana iter Cęcilianū & partē Donati iudicauerūt, dānato que uo quodā Donato, qui author schismatis fuisse manifestat⁹ est, ceteros correctos ēt si extra ecclesiā ordinati essent in suis honoribus suscipiendos esse cēsuerūt: non quo ēt foris ab unitate corporis Xpi possent h̄re spiritum sanctū, sed maxime propter eos quos foris positi possent decipere, & à susceptione illius muneris impedire. Deinde vt ēt ipsorū infirmitas lenius excepta int⁹ sanabilis fieret, tā nulla pertinacia claudēte oculos cordis aduersus euidentiā ueritatis. Quid at aliud ēt ipsi cogitauerūt, qñ Maximianistas quos i sacri lego sicut eorū cōciliū indicat schismate dānauerant, & in quorū iam locū alios ordinauerant postea q̄ uiderunt ab eis populos nō recedere, ne omnes perderent in suis honoribus receperūt, & baptismo quē foris ab eis dānati dederant, nullā contradictionē quæstionēq; mouerunt? Quare ergo mirant⁹ aut q̄runtur, aut calumniantur qđ eos sic suscepimus

1. Cor. 3.

Dis. 50. ut confiteretur.

Mat. 16.

23. 7. 4. ipsa p̄nas.

Dis. 50. ut confiteretur.

Pf. 121.

K

L

Peccatū in spiritū sanctū irremissibile.

Substantiam dixit pro persona.

4. sententia. dict. 43. De fide & operibus. cap. 28.

pinus pro uera pace Christi, & non recedantur quid ipsi fecerint pro uana q̄ contra Christū est, pace Donati? Qđ eorum factū si contra eos teneatur & intelligenter asseratur quid omnino r̄deant non habebunt. Quod aut dicunt: si peccauimus in spiritū sanctū, quia exufflauimus baptismū uestrum, ut quid nos q̄ritis, cū remitti nobis hoc peccatū omnino nō possit dicente dño: Qui peccauerit in spiritum sanctū, nō remittetur ei, neq; in hoc seculo neq; in futuro: nō attendunt: quia s̄m istū sensum nemo liberandus est. Quis.n. nō loquit̄ aduersus spiritum sanctū & peccat in eū, siue qui nondum est Christianus, siue qui est hereticus Arrianus, aut Eunominus, aut Macedonius, qui eū dicunt esse creaturā, aut Photinianus qui eius omnino negat aliquam esse substantiam, sed unum tantūmodo esse Deum patrem: siue alij hæretici quos comemorare longū est? Nulli ergo istorū liberandi sunt? Aut ipsi Iudei quibus dñs hoc obiecit, si in eū crederent nō erāt baptizandi? Nō n. ait Saluator: In baptismo remittetur: sed nō remittetur, inquit neq; in hoc seculo neq; in futuro. Intelligat ergo nō omne, sed aliquod significatū esse peccatū in spiritum sanctum, quod omnino nō remittet. Sicut.n. cum dixisset: Si nō uenire peccatū non haberent: utiq; non omne peccatū intelligi uoluit, quādo qui dem pleni erant multis magnisq; peccatis, sed aliquod proprium peccatum, qđ si non haberent, possent illis omnia dimitti q̄ haberāt. i. quod in eum uenientem non crediderunt. Hoc n. non haberēt peccatū, si nō ueniret. Sic etiā cum dixit, Qui peccauerit in spiritum sanctum, vel qui uerbum dixerit aduersus spiritum sanctum, non utiq; omne quod in spiritum sanctum peccatur factū siue dicto sed aliquod certū & propriū intelligi uoluit. Hoc est at duritia cordis vsq; ad finem huius uitæ, qua homo recusat in unitate corporis Christi, quod uiuificat spiritum sanctum, remissionē accipere peccatorū. Cū. n. dixisset discipulis: Accipite spiritum sanctū, continuo iniecit. Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei: si tenueritis, tenebuntur. Huic ergo dono gr̄e Dei quicumq; restiterit & repugnauerit, vel quoquo mō fuerit ab eo alienus, vsq; in finē huius tēporalis uitæ non remittetur ei, neq; in hoc seculo neq; in futuro: hoc. s. tam grāde peccatū ut eo teneant cuncta peccata,

quod nō probat ab aliquo esse cōmissum, nisi cū de corpore exierit. Quādiu uerō hic uiuit, eū (sicut dicit Apostolus) patiētia Dei ad poenitentia adducit. Sed si ipse perseueratissima iniquitate, sicut consequenter adiungit Apostolus, Secūdu duritiā cordis sui, & cor impoenitens thesaurizat sibi irā in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, non remittet ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Isti aut cū quibus agimus vel de quibus agimus nō sūt desperandi. Adhuc.n. sunt in corpore: sed nō grāt spiritū sanctū nisi in Xpi corpore, cuius habet foris sacramētū, sed rē ipsā nō tenēt in tutus cuius est illud sacramētū, & ideo sibi iudiciū māducāt & bibunt. Vnus.n. panis sacramētū est unitatis: qm̄ (sicut Apostolus dicit) Vnus panis vnū corpus multi sum⁹. Proinde ecclesia catholica sola corpus est Christi, cuius ille caput est saluator corporis sui. Extra hoc corpus neminē uiuificat spiritus sanctus: quā (sicut ipse dicit Apostolus) Charitas Dei diffusa est i cordib⁹ nostris p̄ spiritum sanctū q̄ datus est nobis. Non est aut particeps diuinæ charitatis, q̄ hostis est unitatis. Nō habet itaq; spiritū sanctū, q̄ sūt eē ecclesiā. De illis q̄pe scriptū est. Qui seipos segregāt aiales, spiritū nō habentes. Sed nec ille eū percipit, q̄ fictus est in ecclesia, & quō deinde scriptū est: Sanctus.n. spiritus disciplinæ effugiet fictū. Qui ergo uult habere spiritū sanctum, caueat foris ab ecclesia remanere, caueat in eā simulare intrare. Aut si iā talis intrauit, caueat in eadē simulatione p̄sistere, ut ueraciter coalescat arbori uitæ. Prolixū tibi librū direxi, & tuis fortasse occupationibus onerosum. Si ergo potuerit tibi vel partibus legi, dabit tibi dñs intellectū, ut habeas qđ r̄deas eis corrigendis atq; sanandis, quos etiā tibi ipsi tanquā fidei filio, mater ecclesia ubi potueris, & quō potueris, siue ipse loquendo & r̄dendo, siue ad doctores ecclesiæ perducendo, in adiutorio domini corrigendos sanandosq; cōmendat.

Macedonius iudex Cæsareus Augustino, testans se statim fecisse quod ille petierat, eoque quod uerecunde peteret, seque legisse libros quos ad se miserat, & eorū ingenium ac sententiam prædicat. Epist. L.I.

Domino merito uenerabili, & uere suscipiendo patri Augustino Episcopo, Macedonius

Macedonius. Miro modo afficior sapientia tua, & in illis quæ ædidisti, & in ijs quæ interueniens pro sollicitis mittere non grauaris. Nā & illa tñ habent acuminis, scientiæ, sanctitatis, vt nihil supra sit. Et hæc tantum verecundiæ, vt nisi faciam quod mandas, culpam penes me remanere, non in negotio esse diudicem, domine meritò venerabilis, & vere suscipiende pater. Nō. n. instas, quod pleriq; homines istius loci faciūt, vt quodcunq; sollicitus volueris, extorqueas: sed qđ tibi à iudice tot curis obstricto petit ile visū fuerit, admones subseruiete verecundia, quæ maxima difficultas inter bonos efficacia est. Proinde statim cōmendatis effectū desiderij tribui. Nā sperandi viā ante patefecerā. Explicui tuos libros (neq; n. tā languidi aut inertes erant, vt me aliud qđ se curare paterent) iniecerunt manum, ereptumq; alijs sollicitudinū causis, suis vinculis illigauerunt. Ita. n. mihi deus propitius sit, ego anceps sum quid in illis magis mirer, sacerdotij perfectionē, philosophiæ dogmata, historiæ plenā notitiam, an faciundæ plenā iucunditatē, quæ ita imperitos et illicere potest, vt donec explicent, nō desistant, & cū explicauerint, adhuc requirant. Conuicti nanq; sunt impudenter pertinaces, iam inde à bonis, quæ memorant seculis, pro naturæ rerū obscuritate contigisse peiora, falsosq; omnes illitis quadā dulcedine sollicitatibus suis, per quas nō ad beatitudinē, sed ad prærupta sunt ducti. Hæc verò nostra præcepta, & simplicis veri q; Dei mysteria, præter vitā perpetuā qđ purissimis virtutibus pollicent, et hæc secularia & necessaria quæ nati sumus euentura mitigare, & vsus es validissimo exēplo recentis calamitatis, quo licet firmissime causam muniueris, tñ si vtrumuis sicuisset, id tibi noluissem suffragari. Sed quādo orta inde fuerat cōuincēdorū stultitiæ querela, necesse erat inde argumenta veritati accersere. Hæc iterim occupatus alijs curis, qđ & si vanæ sunt, cum, rerū exitū cogitamus, tñ quasi necessariæ pro nascendi cōditione, rescripsi. Si oculū fuerit & superstes vira, et de Italia rescribā, vt tātā doctrinæ opus debitis, & si non satisficientibus remuneretur officijs. Incolumen lætamq; sanctitatem tuam Deus omnipotens æuo largissimo tueatur, domine meritò desiderabilis & vere suscipiende pater.

Augustinus Macedonio, docens nec Epicureos nec Stoicos recte docuisse viam ad veram foelicitatem. Non enim esse virtutes nisi relatas ad charitatem Dei & proximi, quæ à Deo donatur, complectens omnes virtutes, nec in hac vita contingere perfectam foelicitatem, sed in futura. Epistola. LII.

Augustinus Episcopus famulus Christi familiæq; eius, dilecto filio Macedonio in domino salutē. Quauis sapientiā quam mihi tribuis, in me non agnoscam, tantæ tñ erga me beneuolentiæ tuæ, tamq; synceræ, gratias ago debeoq; plurimas, & meorū studiorum labores, tali ac tanto viro placuisse delector. Multò verò amplius, qđ animū tuū charitate eternitatis, & veritatis atq; ipsius charitatis affectu diuinē illi coelestiq; reipub. cuius regnator est Christus, & in qua sola semper beateq; viuendū est, si recte hic pieq; viuat, agnosco inhiantē, video propinquantē, eiusq; potiundæ amplector ardentē. Inde quippe manat et vera amicitia, nō pensanda tēporalibus commodis, sed gratuito amore potiēda. Nemo. n. pot̄ veraciter amicus esse hoīs, nisi fuerit ipsius primitus veritatis: qđ si gratis nō fiat, nullo fieri pacto pot̄. De qua re et philosophi multa dixerūt, sed apud eos vera pietas i. verax veri Dei cultus, vnde oīa recte viuendi duci oportet officia, nō inueniūt: non ob aliud, quantū intelligo, nisi quæ beatam vitam, ipsi sibi quodam modo fabricare voluerunt, potiūq; patrandam qđ impetrādā putauerūt, cū eius dator nō sit nisi Deus. Neq; n. facit beatū hoīem, nisi qđ fecit hoīem nam qui tanta creaturæ sue bonæ, bonis malifque largit, vt sint, vt hoīes sint, vt vigētes sensibus, valentes viribus, affluentes opibus sint, seipsum bonis dabit vt beati sint, quia eius et hoc munus vt boni sint. Illi verò, qđ in hac ærumnosa vita, in his moribundis membris, sub hac sacrina corruptibilis carnis, auctores suæ beatæ vitæ & quasi cōditores esse voluerunt, velut proprijs eā virtutibus appetētes, iamq; retinentes, nō ab illo fonte virtutū petentes, atque sperantes, deū superbiæ suæ resistētē sentire minime potuerunt. Vnde in errorem absurdissimū lapsi sunt, vt cū asseuerant, et in Phalaridis tauro beatum esse sapientem, cogantur fateri vitam beatā aliquā esse

De vita beata libro. 1.

DE VERA FOELICITATE EPIST. LII. esse fugiendam. Exaggeratis enim malis corporis cedunt, atq; in eorū molestijs grauissimis abscedendum ex hac vita esse decernūt. Vbi nolo dicere quātū sit scelus seipsum hominē occidere infontem, cū omnino nō debeat vel nocentē. Vnde in primo libro triū illorum, quos benignissime & studiosissime perlegisti, multa iā diximus. Sed certe confyderetur, nec superbe sed sobrie iudicet, quō vita beata sit, qua non sapiens retēta fruitur, sed illatis sibi manibus carere compelliū. Est apud Ciceronē in extrema, vt scis parte quinti Tusculanarū libri locus, p̄ hoc quod dico animaduertēdus. Cū. n. de cecitate corporis ageret, atq; affirmaret et cæcū beatū esse posse sapientē, multa dixit quæ per aures percipiendū gauderet. Itemq; si surdus esset, ea quibus oblectaretur ad oculos transulit. Si aut vtroq; sensu orbaret, & cæcus surdus que fieret non est ausus hinc ferre sententiā, eumq; beatū dicere. Sed addidit et dolores grauissimos corporis, qui eū si nō interemerint, ipse se interimat, & ad portū nō sentiendū hanc liberatus virtute perueniat. Ceditigitur sapiēs immanissimis cladibus, atq; succūbit, intantū vt eis cogatur & in seipsum homicidium perpetrare. Cui iam parcat vt illis careat malis, qui sibi ipse non parcat? Certe semper beatus est, certe beatā vitā in sua potestate cōstituta, nulla vi potest vllius calamitatis amittere. Ecce in cæcitate & surditate & atrocissimis cruciatibus corporis, aut amittit beatā vitam: aut si & in istis afflictionibus adhuc beata est, sit per hmoi doctissimorū hominū disputationes, vt sit aliquā beata vita, qđ sapiens ferre nō possit, vel quod est absurdius, quā sapiens ferre nō debeat, eamq; fugiat, abrūpat, abiiciat, seseque ab ea ferro etiā seu veneno, vel alia volūtaria morte subducatur: vt in portu nō sentiendū vel nullus oīno sit, qđ Epicurei & siqui alii simili stulticia putauerunt, vel iō beatus quā fuerit ab illa beata vita, tanqđ ab aliqua peste liberatus. O nimī iactās superbia si beata vita est in cruciatibus corporis, cur in ea nō manet sapiēs vt fruatur? si aut̄ misera est, quod obsecro te, nisi typhus impedit ne fcareatur, ne oret Deū, ne iusto & misericorditer supplicet, qui potens est & vitæ huius mala vel auertere vel mitigare, vel ad ea toleranda fortitudine armare, uel ab eis omnimodo liberare, & post hæc verē beatā vitā dare quō

70 nullū malū admittatur, & vbi summū bonū nunq; amittat? Hoc piorū p̄miū est, cuius ad piscēdā spe, vitā istā tēporalē atq; mortalē, nō tā delectabiliter qđ tolerabiliter ducimus, & mala eius tūc bono cōsilio & diuino munere fortiter ferimus, cū honorū æternorū fideli Dei p̄missione, & fideli nostra expectatione gaudemus. Ad hoc nos Apost. exhortatus, ut: Spe gaudētes, in tribulatione patientes. Ostēdit. n. quare in tribulatione patientes, p̄mittēdo, spe gaudētes. Ad hanc spē exhortor p̄ Iesum Xpm dñm nrm. Hoc. n. De ipse magister, latente maiestate diuinitatis, & carnis infirmitate apparēte, nō solū sermonis oraculo docuit verū et suę passionis & resurrectionis exēplo roborauit. In altera. n. qualia tolerare, in altera qualia debeamus sperare monstrauit. Cuius & illi grām mererent, nisi elati inflatq; supbia, inaniter conarent istā vitam beatā ipsi sibi facere, qđ solus Deus veraciter cultoribus suis post hanc vitā se largiturū esse p̄misit. Sanior quippe est eiūsdē Ciceronis illa sententiā, vbi ait: Nā hæc vita quidē mors est, quā lamentari possem si liberet. Quō ergo si recte lamentatur, beata cōprobatur, ac nō potius quā recte lamentatur, misera esse cōuincitur? Quare assuesce, obsecro te vir bone, beatus esse interim spe, ut sis et re, cū pietati perseuerantissimę retribuetur merces foelicitatis eternę. Si plixa epistola onerosus sum, tute hoc impetraui tibi, qđ me sapientē appellasti. Hinc. n. ausus sum hæc ad te loqui, vt tibi sapientiā, nō qualis mihi sit, ostētarē, sed qualis esse debeat ostēderē. Hæc est aut̄ in presentī seculo uerus ueri Dei cultus, vt sit eius in futuro seculo certus atq; integer fructus. Hic cōstātissima pietas, ibi sempiterna foelicitas. Ex ista sapiētia, quæ una & vera est, siquid habeo, à Deo sumpsit, non à me præsumpsi: atq; ab illo in me perfici fideliter spero, à quo inchoatū esse humiliter gaudeo, nec in eo qđ adhuc non donauit incredulus, nec in eo qđ iā donauit ingratus. Nō. n. meo uel ingenio vel merito, sed eius dono sum, siquid laudabiliter sum. Nā qdam acutissima & excellentissima ingenia tāto i maiores errores ierūt, quāto p̄dētius tanqđ suis viribus cucurrerūt, nec suppliciter ac ueraciter Deū, ut uia sibi ostēderet, petiuerūt. Merita uerò quorūlibet hoīum qđ sint, quādo quidē ille qđ nō cū mercede debita, sed cum gratuita gratia uenit, omnes

Re. 12.

K

L

Phalaris

omnes peccatores solus à peccatis liber atq; liberator inuenit Si ergo nos virtus vera delectat, ei dicamus, quod in eius sacris literis legimus: Diligam te domine virtus mea. Et si verè beati esse volumus (quod nolle nō possumus) id quod in eisdem literis didicimus, fido corde tenemus. Beatus vir, cuius est nomen dñi spes eius, & non respexit in vanitates & insanias mendaces. Quanta est aut vanitas, quanta insania, quantumq; mēdaciū, hominem mortalē, ærumnosam vitā mutabili & spiritu & carne ducētē, tot peccatis oneratum, tot tentationibus subditū, tot corruptionibus obnoxiiū, poenisq; iustissimis destitutum, in seipso fidere vt beatus sit, qñ ne illud quidem, quod habet in naturā suā dignitate præcipuū, id est mentē atq; rōnem, pōt vendicare ab erroribus, nisi Deus absit lux mentiū? Abijciamus itaq; obsecro te, falsorum philosophorū vanitates & insanias mendaces: quia nec virtus nobis erit, nisi absit ipse quo iuuemur, nec beatitudo, nisi absit ipse quo fruamur, & totū mutabile atq; corruptibile nostrū, quod p seipsum imbecille & qdam materies miseriarū est, dono immortalitatis atq; incorruptionis absorbeat. Qm̄ verò te reipu. scimus amatorē, non aliunde esse beatum hominē, aliunde ciuitatē, vide q̄ sit in illis sacris literis clarum. Nā quidā in eis sancto spiritu plenus hæc loquitur orans: Exi me me de manu filiorū alienorū, quorū os loquutū est vanitatē, & dextera eorū dextera iniquitatis: Quorū filij velut nouellæ constabilitæ in iuuentute sua. Filia eorum compositæ & ornatae sicut similitudo templi. Cellaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Oues eorū foecundæ, multiplicantes in exitibus suis, boues eorum crassæ. Non est ruina maceræ neq; transitus, neq; clamor in plateis eorū: Beati dixerunt populum, cui hæc sunt, beatus populus cuius dñs Deus ipseus. Vides exaggerationē terrenæ foelicitatis, beatū populū non dici, nisi à filiis alienis. i. non pertinētibus ad regenerationē, qua effimur filij Dei, à quorum manu iste se eximi precatur, ne ab eis in hanc opinionē atq; in peccata impia pertrahatur. Loquendo quippe vanitatē beatum dixerunt populū, cui hæc sunt, q̄ supra cōmemorauit, qbus ea felicitas constat, q̄ solā dilectores huius mūdi inquirunt. Et iō dextera eorū dextera iniquitatis, q̄ hæc

Psal. 17.

Psal. 39.

M

Pj. 143.

A

præposuerūt q̄ fuerāt postponēda, sicut finitæ præponitur dextera. Si. n. habentur, non in eis beata vita ponenda est, sed subdita debēt esse, nō prædita sequentia, non ducētia. Huic aut qui sic orabat, & à filiis alienis, qui beatū dixerunt populū cui hæc sunt, eximi discerniq; cupiebat, tanq̄ diceremus. Ipse qd sentis? quē beatū populū dicis? Non ait: Beatus populus, cuius est virtus animi eius. Quod si dixisset, discernisset quidē ēt istū populū ab illo qui beatā vitā in ista visibili & corporali foelicitate cōstituit, sed nondū trāscēdit. B. set oēs vanitates & insanias mendaces. Male dictus. n. omnis, sicut alibi eadē literæ docēt, qui spem suam ponit in homine. Ergo nec in seipso quisquā debet, quia & ipse homo est. Proinde vt transiret oīum vanitatū & insaniarum mendaciū limites, atq; ibi beatam vitā poneret, vbi verè est: Beatus, inquit, populus, cuius dñs Deus ipseus. Cernis igit vnde petendum sit, quod oēs docti indoctiq; desiderāt, & multi errando ac superbiendo vnde petatur & vbi accipiat ignorat. Vtriq; aut in quodā diuino psalmo simul reprehēduntur, & qui confidunt in virtute sua, & qui in abundantia diuitiarū suarū gloriantur. i. & philosophi huius seculi, & abhorrentes, vel à tali philosophia beatumq; dicētes populū cui suppetit terrena opulētia. Ac per hoc à dño Deo nostro, à quo facti sumus, & virtutē petamus, qua huius vitæ mala superem⁹, & beatā vitam, qua post istam uitam in eius eternitate perfruamur, vt & in uirtute & in p̄mio uirtutis, sicut Apostolus dicit: qui gloriatur, in dño gloriatur. Hoc nobis uelimus, hoc ciuitati cuius ciues sumus. Non. n. aliunde beata ciuitas, aliunde homo, cum aliud ciuitas non sit, q̄ cōcors hominū multitudo. Itaq; si omnis prudentia tua, qua consulere conaris rebus humanis: si omnis fortitudo, qua nullius iniquitate aduersante terreris: si omnis tēperantia, qua in tanta labe nequissimæ consuetudinis hoium te a corruptionibus abstinēs: si omnis iustitia, qua rectē iudicādo sua cuiq; distribuis, id laborat, id nititur, ut ij qbus uis ut bene sit, salui sint corpore, & ab omni cuiusq; improbitate tuti atq; pacati habeāt filios sicut nouellas cōstabilitas, filias ornatas sicut similitudinē tēpli, cellaria plena eructantia ex hoc i hoc, seculas oues crassos boues, nec maceri ruina deformat p̄diū, nec

Hier. 17.

Psal. 4.

2. Cor.

C

liti-

litigantium clamor perfonet in plateis eorū: ita non erunt verè virtutes tuæ, sicut nec istorum beatitudo. Hic. n. ad verum dāendum, illa mea verecundia q̄ in tua epistola benigno sermone laudasti, me impedire non dēt, si quælibet, inq; administratio tua, illis quas commemorauisti instructa virtutibus, hoc intentionis sine determinatur, vt hoies fm carnem nullas iniquas molestias patiantur: nec ad te existimas pertinere, quò istam quietem quam præstare niteris, referant. i. vt verbis non ambiam, quò Deum verū, vbi est quietæ omnis fructus, colāt, nihil tibi prodest ad vitam verè beatam tantus labor. Inuerecūdius hoc dicere videor, & oblitus quodammodo consueri finem intercessionum mearū. sed si nihil est verecundia, nisi quidam displicentia metus, ego in hac causa metuendo nō vereor. Metuo. n. ne primum Deo, deinde ipsi amicitia, quā mecū inire dignatus es, iure displiceam, si minus liber in admonēdo fuero, q̄ me admonere saluberrimē existimo. Sum certe verecūdius, cū tibi pro aliis intercedo: Cum verò pro teipso, tanto liberior quanto amicior, quia tanto amicior quanto fidelior: quanq̄ hæc ipsa non dicerem, nisi verecūdius agerē. Quæ si maxima est, vt ipse scripsisti, difficiliū inter bonos efficaciam, adiuuet me p te apud te, vt in illo te fruar, qui mihi hanc ad ianuā fiduciamq; p̄stitit: p̄sertim qa id qd suggero, iam facili arbitror eē animo tuo tot diuinis munerib. adminiculato & instructo. Si. n. virtutes quas accepisti, a quo acceperis sentiens, eiq; grās agēs, eas ad ipsius cultū ēt in tuis istis secularib. honoribus cōferas, tuq; p̄tati subditos hoies ad eū colendū exēplo religiosæ tuæ vitæ, & ipso studio consulendū, seu fouendo seu terrendo erigas & adducas, nihilq; aliud in eo, qd p te securius viuunt, velis, nisi vt hinc illū promereantur, apud quē beate uiuant: & veræ illæ virtutes erunt, & illius opulatione, cuius largitate donatę sunt, ita crescent & perficiēnt, vt te ad vitā verè beatā, quæ nō nisi æterna est, finē vlla dubitatione perducant: vbi iam nec prudenter discernātur à bonis mala, quæ nō erunt: nec fortiter tolerētur aduersa, quæ nō ibi erit, nisi quod amemus, non etiam quod toleremus: nec temperanter libido frenetur, vbi nulla eius incitamenta sentiemus: nec iuste subueniā ope indigētibus, vbi inopē atq;

Verecūdia quid.

D

E

indignum nō habebimus. Vna ibi virtus erit, & idipsum erit virtus, præmiumq; virtutis, qd dicit in sanctis eloquiis homo qui hoc amat. Mihi aut adhærere Deo bonū est. Hæc ibi erit plena & sempiterna sapientia eadēq; veraciter vita iam beata. Peruentio, quippe est ad æternum ac summum bonum, cui adhærere in æternū est finis nostri boni. Dicat hæc & prudentia, quia prospectissime adhærebit bono qd non amittatur: & fortitudo, quia firmissime adhærebit bono vnde non auellatur: & tēperantia, quia castissime adhærebit bono, vbi iā nō corrūpatur: & iustitia, quia rectissime adhærebit bono, cui merito subijciat. Quanq̄ & in hac vita virtus nō est, nisi diligere qd diligendū est. Id eligere, prudentia est: nullis inde auerti molestiis, fortitudo est: nullis illecebris, tēperantia est: nulla superbia, iustitia est. Quid aut eligamus qd p̄cipue diligamus, nisi quo nihil melius inuenimus? Hoc De⁹ est, cui si diligendo aliqd vel pponimus, vel æquamus, nos ipsos diligere nescimus, Tanto. n. nobis melius est, q̄to magis in illū imus, quo nihil melius est. Imus autē non ambulando, sed amando. Quē tanto habebimus p̄tiorē, quanto eundē amorē, quo in eū tēdimus, potuerimus h̄re puriorē. Nec. n. locis corporalibus vel extēdit vel includit. Ad eū ergo, qui vbiq; p̄ns est & vbiq; totus, nō pedibus ire licet, sed morib. Mores aut nri non ex eo quod quisq; nouit, sed ex eo qd quisq; diligit, diiudicari solent. Nec faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali amores. Prauitate ergo nra à rectitudine Dei longē sumus. Vnde rectū amādo corrigimur, vt recto recti adhærere possimus. Ad illum ergo quanta opera possumus, etiam illi vt perueniāt agamus, quos tanq̄ nosmet ipsos diligimus, si nosmet ipsos diligere illū diligēdo iā nouimus. Christus nanque, id est veritas, dicit: In his duobus præceptis totam legem prophetasq; pendere, vt diligamus Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & diligamus proximos tanquā nosmet ipsos. Proximus sanē hoc loco non sanguinis propinquitate, sed rōnis societate p̄landus est, in qua socij sunt oēs hoies. Nā si pecuniæ rō socios facit, quanto magis rō naturę, non negociandi, sed nascendi lege cōis? Hinc & ille Comicus (sicut luculentis ingeniis non desit resplendentia veritatis) cū ab

Psal. 72.

Mat. 22.

Terē. 178. Hec. 111.

VNO

uno sene alteri feni dictū componeret. Tūne ab re tua est ocij tibi, aliena vt cures, ea quæ nihil ad te attinent? Responsum ab altero reddidit: Homo sum, humani nihil a me alienū puto. Cui sententiæ ferunt etiam theatra tota plena stultis, indoctisq; applausisse. Ita quippe omnium affectum naturaliter attigit societas humanorum animorum, vt nullus ibi hominum nisi cuiuslibet hominis proximum se esse sentiret. Cum ergo illa dilectione quā diuina lex imperat, debeat homo diligere Deum, & seipsum & proximum, non tñ ex hoc tria præcepta data sunt: nec dictum est, in his tribus, sed in his duobus præceptis tota lex pendet & propheta: id est, in dilectione Dei ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & proximi tanquam seipsum: videlicet vt intelligeretur nullam esse aliam dilectionē, qua quisq; diligit seipsum, nisi qđ diligit Deum. Qui enim aliter se diligit, potius se odisse dicendus est. Fit quippe iniquus, priuaturq; luce iustitiæ, qui a potiore ac præstantiore bono auersus, atque inde vel ad seipsum conuersus, ad inferiora & egena vtique conuertitur: fitq; in ipso quod veracissime scriptum est. Qui aut amat iniquitatem, odit animam suam. Quia igitur nemo nisi Deum diligendo, diligit seipsum, non opus erat vt dato de Dei dilectione præcepto, et seipsum hō diligere iuberetur: cum in eo diligit seipsum quod diligit Deū. Debet ergo & proximum diligere tanq̄ seipsum, vt quem potuerit hominem vel beneficentiæ consolatione, vel informatione doctrinæ, vel disciplina coercionis adducat ad colendum Deum, sciens in his duobus præceptis totam legē prophetasque pendere. Hoc qui sobria discretione eligit, prudens est: qui nulla hinc afflictione auertitur, fortis est: qui nulla alia delectatione, tēperans est: qui nulla elatione, iustus est. His virtutibus diuinitus inspiratis, per gratiā mediatoris Dei cū patre, & nobiscū hominis Iesu Christi, per quē post inimicitias iniquitatis reconciliamur Deo in spiritu charitatis: his, in quā virtutibus diuinitus impartitis, & bona vita nunc agitur, & postea premium eius, quæ nisi eterna esse non potest, beata vita perfoluitur. Hic enim sunt eadem virtutes in actū, ibi in effectu. hic in opere, ibi in mercede: hic in officio, ibi in fine. Itaq; oēs boni & sancti, et in tormentis quibuslibet diuino

sulti adiutorio spe illius finis beati vocant, quo sine beati erunt. Nam si in eisdem tormentis & atrocissimis doloribus semp essent cū quibuslibet virtutibus, eos esse miseros nulla sana rō dubitaret. Pietas igitur, i. verus veri Dei cultus ad omnia prodest, & quæ molestias huius vite auertat aut leniat, & quæ ad illam vitam salutemq; perducatur, vbi nec aliam iam mali patiamur, & bono summo sempiternoq; perfruamur. Ad hanc te perfectius assequendam & perseverantissime retinendam exhortor, vt meipsum: cuius nisi iā particeps esses, tuosq; istos honores temporales ei seruire oportere iudicares, non Donatistis hæreticis ad eos in vnitatem Christi pacēq; redigendos per edictum diceres: Pro vobis hoc agitur, pro vobis sacerdotes incorrupte fidei, p vobis Imperator Augustus, p vobis nos quoq; eius iudices laboram. Et alia multa q̄ in eodē edicto ita posuisti, vt te appareat in terreni iudicis cingulo, non parua ex parte celestem rempublicam cogitare. Quare si de veris virtutibus & vera beata vita voluit diutius loqui tecum, quaeso, ne oerosus deputer tuis occupationibus: Imò verò me nō esse confido, qm tu ad eō magnū aium & mirabiliter laudandū geris, vt nec illas curas, de seras & his libētius ac familiarius occuperis.

Macedonius Augustino, quærens num ex pietate sit, quod iudex precibus Episcoporum condonat poenā reis p̄sertim si probabile sit illos iterum peccaturos. Epist. LIII.

Domino merito venerabili, & vnice colendo patri Augustino, Macedonius. Optatas admodum sanctitatis tuæ literas accepi per Bonifaciū venerandæ legis antistitem, quem eo magis receptum dilexi, qđ ad me desideratum peruulerat sermonē sanctitatis tuæ, & incolumitatem, domine merito venerabilis, & vnice colende pater. Itaq; sine mora quod optabat obtinuit. Verum qm exiit occasio, hoc ipsum quantumcunque est quod admonitus indulgē, nolo sine mercede remanere. Cupio enim accipere eam, q̄ mihi commodet sine pendētis incommodo, imò quæ mihi cōmodet cū gloria depēdentis. Officiū sacerdotij vestri eē dicitis, interuenire p̄ reis, & nisi obtineatis, offendi, quasi quod erat officij vestri, minime reportatis.

Hic

Hic ergo uehementer ambigo, utrū istud ex religione elcēca. Nā si à dño peccata adeo prohibent, vt ne poenitēdi quidē copia post primā penitentiam tribuat, quēadmodū nos possumus ex religione contēdere, vt nobis qualecunque illud crimē fuerit, dimitatur? qđ utique cū impunitū uolumus, probam. Et si cōstat non minus authorē q̄ probatorē teneri in oibus quæ peccantur, certū est nos culpæ societate vinciri, quoties eū impunitū esse cupimus, qui culpæ tenet obnoxius. Tū præterea accidit hoc qđ grauius est. Nā oia peccata uidentur ueniabili ora, cū is qui reus est correctionē promittit. Verū nunc vt motes nostri sunt, & sceleris pēnam cupiūt homines sibi relaxari, & id pp̄ quod scelus admittum est, possidere. Pro his quoq; interueniendū putat sacerdotium uestrū, de quibus adeo futuri nulla spes est, ut et in p̄senti eadē criminis rō perseveret. Nā qui tā puicaciter tenet pp̄ quæ crimen admisit, ostēdit se vbi licentia fuerit, similia peccaturū. Ob hæc igitur consulo prudētiam tuam, & me hoc ambiguo quo laboro, absolui desidero, nec ob aliā causam consultū te putes. Caterū hoc mihi propositū est, ut intercessoribus, præsertim talis meriti qualis tu es, et gratiā agā. Pleraq; enim quæ sponte facere uideri nolo, remissio seueritatis alios armat in crimina, opto bonis intercessoribus relaxare, vt quod libens concedo, salua seueritate iudicii alterius merito uideatur indultum. De scriptis sanctitatis tuæ aliqua mihi promiseras, & nō accepi, quaeso ut uel nūc mittas, & ad hanc meā epistolā r̄deat, vt quia sanctitatem tuam interim uidere non datur, saltē sermonibus tuis pascar. Incolumen sanctitatem tuam diuinitas æterna tueatur tuo largissimo, dñe merito uenerabilis & uere colende pater.

Augustinus Macedonio, declarās sacerdotes piē intercedere pro promittentibus penitentia ecclesiasticā, & quare hæc penitentia nō soleat nisi semel cōcedi, qum & p̄ phani iudicis seueritate clementia tēperata esse debere. Multa obiter de restitutione fraude quæstorum. Epist. LIII.

Augustinus Episcopus famulus Christi familiarisq; eius, dilecto filio Macedonio in dño salutē. Negociosissimum in repu-

blica uiram, & non suam, sed aliorum utilitatibus attentissimū, qualem te esse, & tibi gratulamur & tebus humanis, nec deserere debemus alloquio, nec occupare præmio. Accipe itaq; quod p̄ me uel nosse uoluisti, uel utrū ipse nossem, experiri. Quod si parum aut superfluum iudicares, nullo modo inter tam magnas tamq̄ necessarias curas tuas curandum esse censes. Quæris à me cur officij sacerdotij nri esse dicamus interuenire pro reis, & nisi obtineamus offendi, quasi qđ erat officij nri minime reportemus. Vbi uehementer te dicis ambigere utrum istud a religione descendat. Deinde adiungis, qua ratione ita mouearis. Nam si à domino peccata, inquis, adeo prohibentur, ut nec poenitendi quidem copia post primam penitentia tribuatur, quemadmodum nos possumus ex religione contēdere, ut nobis qualecunque illud crimem fuerit, dimitatur? Adhuc grauius urges, & dicis nos probare quod uolumus impunitum, & si constat nō minus authorē q̄ probatorē teneri in omnibus quæ peccantur, certum esse nos culpæ societate vinciri, quoties eum impunitum esse uolumus, qui culpæ tenetur obnoxius. His uerbis quem non terreas tuæ lenitatis & humanitatis ignarum? Vnde nos qui te nouimus, & hæc quærendi gratia non discernendi scripsisse minime dubitamus, aliis uerbis tuis ad ista citius respondemus. Tanquam. n. nos hæsitare in hac quæstione nolueris, aut præuidisti quid dicturi essemus, aut admonuisti quid dicere deberemus. Et ailli: Tū præterea accidit hoc quod grauius est. Nam omnia peccata uidentur ueniabiliora, cum is qui reus est correctionē promittit. Anrequam ergo discutā, quid sit illud grauius, quod in epistola tua sequitur, hoc interim quod dedisti accipiam, eoq; utar ad molem hanc amouendum, qua nostræ intercessionis posse reprimi uidebantur. Ideo quippe quantum facultas datur pro peccatis omnibus intercedim, quia omnia peccata uidentur ueniabiliora, cū is qui reus est correctionē promittit. Hæc tua est, hæc & nostra sententia. Nullo modo ergo culpas quas corrigi uolumus, approbamus, nec quod perperam committitur, i deo uolumus impunitum esse, quia placet, sed hominē miserantes, facinus autem seu flagitiū detestantes, quāto magis nobis

Psal. 10.

23. 9. 4. debet.

Quæstio

Solutio

nobis displicet vitium, tanto minus volumus in emendatum interire vitiosum. Facile. n. est atque procliue malos odisse, quia mali sunt, rari autem & pius eosdem ipsos diligere quia homines sunt, ut in uno simul & culpam improbes, & naturam approbes, ac propterea culpam iustius oderis, quam ea sedatur natura quam diligis. Non est igitur iniquitatis, sed potius humanitatis societate deuinctus, qui propterea est criminis persecutor, ut sit hominis liberator. Morum porro corrigendorum, nullus alius quam in hac vita locus. Nam post hanc quisque id habebit, quod in hac sibi metum conquisierit. Ideo compellimur humani generis charitate interuenire pro reis, ne ista uita sic finiant per supplicium, ut ea finita non possint finire supplicium. Noli ergo dubitare hoc officium nostrum ex religione descendere, cum Deus apud quem nulla est iniquitas, cuius summa potestas est, qui non tantum qualis quisque sit uidet, uerum etiam qualis futurus sit prouidet, qui solus potest iudicando non labi, quia cognoscendo non potest falli, facit tamen sicut Euangelium loquitur, solum suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Cuius mirabilis bonitatis ut simus imitatores, dominus Christus exhortatur: Diligite, inquit, inimicos vestros, & benefacite eis qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos persequuntur, ut sitis filii patris uestri qui in celis est, qui facit solum suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hac indulgentia & lenitate diuina multos abusi ab perniciem suam quis nesciat? Quos arguens Apostolus, & grauer increpans, dicit: Existimas autem homo omnes, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quoniam tu effugies iudicium Dei? An diuitias benignitatis eius & patientiam & longanimitatis contempnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Secundum autem duritiam cordis tui & cor impenitens, thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicii Dei, qui reddet uni cuique secundum opera eius. Nunquid quoniam isti in sua nequitia perseverant, ideo Deus in sua patientia non perseverat, per pauca in hoc seculo puniens, ne diuina prouidentia non esse credatur, & multa seruans ultimo examini, ut futurum iudicium commendetur? Non, ut opinor, magister ille coelestis impietatem nos diligere praecipit, cum praecipit ut nostros diligamus inimicos, benefaciamus eis, qui nos oderunt, oramus pro eis qui nos persequuntur, cum procul

23. q. 5. non est iniquitatis.

Matt. 5.

Roma. 2.

dubio si pie Deum colimus, inimicos atque odium aduersum nos acerrimis incitatos ac persecutores, nisi impios hunc non possumus. Nunquid diligendi sunt impii? Nunquid impiis benefaciendum est? Nunquid pro impiis et orandum est? Ita plane. Qui enim hoc praecipit, Deus est, nec tamen nos hoc pacto societati adiungit impiorum, quibus & parcendo, & uitam salutemque largiendo, non utique sociat. Consilium quippe eius, quantum homini pio nosse donatum est, exponit Apostolus dicens. Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit? Ad hanc uolumus adduci pro quibus interuenimus, non eorum peccatis uel parcimus uel fauemus. Nam quosdam, quorum crimina manifesta sunt, a uestra seueritate liberatos a societate tamen remouemus altaris, ut poenitendo placare possint, quem peccando contempserant seque ipsos puniendo: Nam nihil aliud agit, quem ueraciter poenitet, nisi ut id quod mali fecerit, impunitum esse non sinat. Eo quippe modo sibi non parcenti ille parcat, cuius altum iustumque iudicium nullus contemptor euadit: Quod si iniustus & se celestis ille parcendo, eisque uitam salutemque largiendo, et plerisque eorum, quos nouit non aucturos poenitentiam, tamen exhibet patientiam, quantomagis nos in eos, qui correctionem promittunt, & utrumque faciunt quod promittunt, incerti sumus, misericordes esse debemus, ut rigorem nostrum pro eis intercedendo flectamus, pro quibus dominum, quem nihil de moribus eorum est futuris latet, non tamen impudenter, quia hoc ipse praecipit, oramus: In tamen autem hominum aliquam iniquitatem progreditur, ut et post actam poenitentiam, post altaris reconciliationem, uel similia uel grauiora committant, & tamen Deus facit et super tales oriri solum suum, nec minus tribuit quam ante tribuebat largissima munerata ac salutis. Et quauis in ecclesia locus humillimae poenitentiae non concedatur, Deus tamen super eos suae patientiae non obliuiscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat, aut date mihi eundem iterum poenitendi locum, aut desperatum me permittite, ut faciam quicquid libuerit, quantum meis opibus adiuuor, & humanis legibus non prohibeor, in scortis omnique luxuria damnabili quidem apud dominum, sed apud homines plerosque etiam laudabili, aut si me ab hac nequitia reuocatis, dicite utrum mihi aliquid proficit ad uitam futuram, si in ista uita illecebrosissimae uoluptatis blandimenta contempsero, si libidinum

De poenitentia. In 1. Jo. 1. Quod non. 14. De poenitentia.

num incitamenta frenauero, si ad castigandum corpus meum multa mihi est licita & concessa subtraxero, si me poenitendo uehementius quam prius excitauero, si miserabilis ingemuero, si fleuero uerius, si uixero melius, si pauperes sustentauero largius, si charitate, quae operis multitudinem peccatorum, flagrauero ardentius: quis nostrum, ita desipit, ut huic homini dicat, nihil tibi ista proderunt in posterum, ualde saltem uitae huius suauitate perfruere? Auertat Deus tam immanem sacrilegamque dementia. Quauis ergo caute salubriterque prouisum sit, ut locus illius humillimae poenitentiae semel in ecclesia concedatur, ne medicina uilis minus uelut is esset egrotis, quam tantomagis salubris est, quam toto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat dicere Deo: Quare huic homini, qui post primam poenitentiam rursum se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcat? Quis audeat dicere erga istos non agi quod Apostolus ait: Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit? Aut istis exceptis esse definitum quod scriptum est: Beati omnes qui confidunt in eum? Aut ad istos non pertinere quod dicitur: Viriliter agite & confortetur cor uestrum, omnes qui speratis in domino? Cum igitur super peccatores tanta sit patientia, tanta misericordia Dei, ut in hac temporalis uita, moribus emendatis, non darentur in aeternum, qui nullius quae sibi praebatur expectat misericordiam, quam nemo est illo beator, nemo potentior, nemo iustior, quales nos esse oportet homines erga homines, qui hanc uitam nostram, quantacumque laude commendemus, ea sine peccato esse non dicimus? Quod si dixerimus, nos ipsos, sicut scriptum est, decipimus, & ueritas in nobis non est. Proinde licet accusatoris alia persona sit, alia defensoris, alia intercessoris, alia iudicis, de quorum proprijs officijs nimis longum est, & non necessarium hoc sermone differere: sic tamen et ipsos criminum ultores, atque in hoc officio non ira propria concitatos, sed legum ministros, nec suarum, sed alienarum examinarum iniuriarum vindices, quales iudices esse debent, terruit censura diuina, ut cogitaret sibi propter sua peccata Dei misericordiam necessariam, nec putarent ad culpam sui officij pertinere, si quod erga eos misericorditer agerent, quorum uita necisque haberent legitimam potestatem. Nam cum ad dominum Christum Iu dei adduxissent mulierem in adulterio com

Dis. 50. Quauis. De poenitentia. 3. Quauis. 4. sententia. diff. 14. illud. Non datur se. ciudus poenitentiae publicae locis. Rom. 2. Psal. 30.

al. l. cum in lemus. 1. Jo. 1.

K

prehensam, eumque tentantes dicerent, quod iusta esset lege lapidari, ac deinde quaererent, quid de illa ipse praecipere: respondit eis. Qui sine peccato est uestrum, prior in eam lapidem iaciat. Ita nec legem improbauit, quae homini ream iussit occidi, & illos terrendo ad misericordiam reuocauit, quorum iudicio haec posset occidi. Puto quod haec sententia domini audita, si praesens fuit et maritus ipse qui uiolata sui thori fide vindicari postulabat, exterritus animum ad uoluntatem parcendi ab uiscerandi cupiditate deflexit. Nam quomodo est admonitus accusator ne suas persequeretur iniurias, quoniam ipsi iudices ita sunt a iudicando prohibiti, qui in adultera puniendi, non priuato dolori commellebatur seruire, sed legi? Unde Ioseph cui uirgo Maria domini mater fuerat desponsata, cum ea cooperisset esse praegnantem, cui se nouerat non esse commistum, & ob hoc nihil aliud quam adulteram credidisset, puniri tamen eam noluit, nec approbator flagitij fuit. Nam haec uoluntas eius etiam iustitiae deputatur. Ita quippe de illo scriptum est. Et cum esset homo iustus, & nollet eam diuulgare, statuit eam occulte dimittere. Haec eo cogitante, apparuit illi angelus, qui doceret esse numinis, quod ille putauerat criminis. Si ergo cogitata infirmitate commo, & accusatorius dolor, & iudicatorius rigor frangitur, quod tandem censes pro reis esse debere, uel defensoris uel intercessoris officium: quandoquidem & vos uiri boni qui nunc iudices estis, & in foro aliquando uersati causas hominum suscepistis, scitis quam libentius defendere quam accusare soletis? Et tamen defensor ab intercessore plurimum distat. Nam ille diluendis uel obtegendis criminibus operam maximam impendit: intercessor autem et cum de culpa constat, pro pena remouenda uel temperanda curam gerit. Hoc sunt apud Deum pro peccatoribus iusti, hoc pro se ipsi peccantes inuicem ut faciant admonentur. Nam scriptum est: Confitemini inuicem peccata uestra, & orate pro uobis. Has sibi partes humanitatis, ubi potest, omnis homo apud hominem uendicat. Nam quod ipse quisque domi suae puniret admittum, in alterius domo uult impunitum. Siue n. adhibeatur apud amicum, siue ille cuiquam in quem potestas uiscerandi est se punit censetur, siue irascenti fortuito superueniat, non iustissimus, sed inhumanissimus iudicatur, si non interueniat. Scio ego te ipsum cum alijs am-

Misericordia domini. Ioan. 8.

Suspicio Ioseph de Maria. Math. 1. L Traduce re.

Iacobi 5.

est in ecclesia Carthaginensi intercessisse pro clerico, cui merito succensebat. ep̄s, & utiq; nullū ibi discrimē sanguinis, sub incrueta disciplina timebatur. Nec cū id quod ēt vobis displicebat inultū esse velletis, tanquā delicti approbatores vos iudicabamus, sed tanquā humanissimos intercessores audiebamus. Si ergo vobis fas est ecclesiasticā correptionē intercedendo mitigare, quō ep̄s vestro gladio non debet intercedere, cum illa exeratur, vt in quē exeritur bene viuatur, iste ne viuatur? Postremo ipse dñs, apud homines, intercessit ne lapidaretur adultera, & eo modo nobis intercessionis cōmendauit officium, nisi quia ille terrēdo fecit, quod nos petēdo. Ille. n. dñs, nos serui sumus. Verumtū ille sic terruit vt oēs timere debeamus. Quis. n. est nostrum sine peccato? Quod cū illis dixisset, a quibus ei offerebatur punienda peccatrix, vt qui sciret se esse sine peccato, prior in illā lapidē mitteret: cecidit sequitā, tremente conscientia. Tunc. n. ex illa iam congregatione dilapsi, solam misericordiam miserā reliquerūt. Cedat huic sn̄a pietas Christianorum, cui celsit impietas Iudeorum. Cedat humilitas obsequentiū, cui celsit superbia persequentiū. Cedat confusio fidelis, cui celsit simulatio tentatoris. Malis parce vir bone: quāto melior, tanto esto mitior: quanto sis celsior potestate, tāto humilior fias pietate. Ego qui dem intuens mores tuos, appellauit te virum bonū: sed tu intues verba Christi, die tibi ipsi Nemo bonus, nisi vnus Deus. Quod cum verū sit (hoc. n. veritas dixit) nec ego tū illud existimari debeo fallaci assentatione dixisse, & dominicis verbis quasi contrarius extitisse, vt cum ille dicat, Nemo bonus nisi vnus Deus, ego te appellauerim virum bonum. Non. n. & ipse dñs contraria sibi loquutus est, vbi ait: Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Deus ergo singulariter bonus est, & hoc amittere nō potest. Nullius. n. boni participatione bonus est, quoniā bonum quo bonus est, ipse sibi est: homo autē cum bonus est, ab illo bonus est, quod a seipso esse non potest. Illius. n. spiritu boni sūt, cuius capax creata est nostra natura per propriam voluntatem. Pertinet ergo ad nos vt boni simus, accipere & habere quod dat, q. de suo bonus est. Quo quisq; neglecto, de suo malus est. Proinde inquātū homo rectē agit,

id est scienter & amanter, & piē bonū operatur, in tantum bonus est: inquantū autē peccat, i. a. veritate & charitate & pietate deuiat, intantum malus est. Quis autē est in hac vita sine aliquo peccato? Sed eū dicimus bonū, cuius praevalent bona, eumq; optimum, qui peccat minimū. Idcirco ipse dñs, quos dicit bonos propter participationē gratiā diuinę: eosdem et malos dicit propter vitia infirmitatis humanę, donec totū quo constamus ab omni vitio sitate sanātū, transeat in eā vitam, vbi nihil omnino peccabitur. Nā vtique bonos docebat orare, non malos, quib. praecepit vt dicerent: Pater noster qui es in caelis. Ex hoc. n. boni quo filij Dei nō natura geniti, sed gratia facti, tanq. ij, quib. recipientibus eum, dedit potestate filios Dei fieri. Quę generatio spiritualis more scripturarum et ad optio nominatur, vt distinguatur ab illa generatione Dei de eo, coeterni de coeterno. Vnde scriptum est. Generationem eius quis enarrabit? Cū ergo bonos esse demonstraerit, quos voluit Deo veraciter dicere: Pater noster qui es in caelis, praecepit tū vt in eadem oratione inter cetera diceret: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debito ribus nostris. Quę debita, esse peccata quāuis manifestū sit, postea tū manifestius declarauit, dicens: Si. n. dimiseritis peccata hominibus, dimittet vobis & pater vester peccata vestra. Hanc orationē baptizati orant, nec est prorsus praeceptorū aliquid peccatorū, qd non baptizatis in sancta ecclesia dimittatur. Sed postea viuendo in hac fragilitate mortali, nisi contraherent quod dimittendū esset, non veraciter dicerent: Dimitte nobis debita nostra. Boni ergo inquantū nō peccant, filij Dei sunt: in quantum autē peccant (quod sua non mēdaci confessione testatur) utiq; mali sunt. Nisi forte quis dicat, alia bonorum, alia malorū esse peccata: qd nō vsquequaq; improbabiler dī. Verumtamen dñs Iesus sine vlla ambiguitate malos appellauit eosdē ipsos, quorum patrē dicebat Deum. Nā in eodē sermone, vbi illā docet orationē, alio loco exhortans ad precandū Deū, ait. Petite & accipietis, qrite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis. n. qui petit accipit, & q. qrit inuenit, & pulsanti aperietur. Et paulo post: Si ergo vos, inqt, cū sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quantomagis pater vester

vester qui in caelis est. dabit bona peccantibus se? Nū igitur Deus pater malorum est? Absit. Quo ergo dicitur pater vester celestis quib. dicit. Cū sitis mali: nisi q. vtrunq. veritas mōstrat, quid simus Dei dono, quid humano vitio, hoc cōmēdās, illud emēdans? Merito ait Seneca (qui tēporibus Apostolorum fuit, cuius etiā quēdā ad Paulū Apostolum loquitur epistole) Omnes odit qui malos odit: & tū ideo diligendi sunt mali: quē admodū nō vt permaneant, sed vt sanentur diligūt, ægroti. Quicquid autē post eam quę fit in baptismo ablutionē peccatorū in hac vita manendo peccamus, etiam si non tale sit, quod a diuinis remouere cōpellat altaribus, nō dolore sterili; sed misericordię sacrificijs expiatur. Quod ergo agimus vt faciatis intercedētibus nobis, Deo nos noueritis offerre pro vobis. Indigeris. n. misericordia quā prębetis. Et videte quis dixerit: Dimitte & dimittetur vobis. Date & dabitur vobis. Quāquā etiam si ita viueremus, vt nō esset quare diceremus. Dimitte nobis debita nostra: quanto a nequitia purior animus esset, tāto clemētia plenior esse deberet, vt si nō compungeremur sentētia domini dicentis. Qui vestrum est sine peccato: prior in illā lapidē iaciat: Ipsius q. hoc dixit sectamur exemplū: qui cum esset vtique sine peccato, ait mulieri quā perterriti illi reliquerāt. Nec ego te cōdemnabo, vade iā deinceps noli peccare. Potuit. n. metuere flagitiosa mulier, ne illis discedētibus, q. sua peccata cognouerāt, vt peccato parceret alieno, illā iustissimē iā ipse dānaret q. erat sine peccato. At ille nō cōsciētia pavidus, sed plenus clemētia, cū illa respondisset a nemine se fuisse dānatā: nec ego te, inqt, dānabo. Tāq. diceret. Si malitia tibi parcere potuit, quid metuis inocētiā? Et ne delictorū nō doctor * sed approbator videret, vade ait, iā deinceps noli peccare: vt se homini pepcisse, nō hoīs culpā sibi placuisse mōstraret. Iam vides igit de religione descēdere, nec nos societate criminū obstringi q. intercedimus plerunq; et pro sceleratis & si non scelerati, tamen pro peccatoribus peccatores, & quod veraciter potius q. iniuriosē dictū accipias, puto qd apud peccatores. Nec iō sanē frustra istituta sūt potestas regis, vis gladij cognitoris, vngulæ carnificis, arma militis, disciplina dñantis, seueritas et boni patris. Habēt ista oīa modos

suos, causas, rōnes, utilitates. Hęc cū timent, & coercerent mali, & quietius inter malos vī uis boni, nō quia boni pronūciādi sunt, qui talia metuēdo nō peccant. (Non. n. bonus ē quispiā timore pēnæ, sed amore iustitię) ueruntū nō inutiliter etiā metu legum humana coercetur audacia, & vt tuta sit inter improbos innocētia, & in ipsis improbis dū formidato supplicio frenat facultas, inuocato Deo sanes volūtas. Sed huic ordinationi rerū humanarum, contrarię nō sunt intercessionēs. Eporū, immo uerō nec causa, nec locus intercedendi ullus esset, si ista non essent. Tanto. n. sunt intercedētū & parcētū beneficia grāiora, quāto peccatiū iustiora supplicia. Nec ob aliud quātū sapio, in ueteritate antēto antiquorū tēporibus prophetarū seuerior legis uindicta seruebat, nisi ut ostēderetur reētē iniquis pēnas constitutas: ut qd eis parceret noui testamēti indulgētia commonemur, aut remediū sit salutis, quo peccatis parcat & nostris, aut cōmendatio māuetudinis, ut per eos, qui parcat, ueritas prędicata, nō tantū timeatur, uerum etiā diligatur. Plurimū autē interest, quo animo quisq; parcat. Sicuti. n. ē aliq. misericordiā puniens, ita & crudelitas parcēs. Nā, ut exempli gratia manifestū aliquid ponā, quis nō crudelem uerius dixerit eū, qui puero pepercerit uolētī obstinatissimē de serpētibus ludere? quis autē nō misericordē, qui talia prohibēs, cōtemporē uerborū et uerberibus emēdauerit? Et ideo non usq; ad mortē protendenda est disciplina, ut sit cui prodēsse possit, quanquā etiam cū homo ab homine occiditur, multū distet, utrū fiat nocēdi cupiditate, uel iniuste aliquid auferēdi, sicut sit ab inimico, sicut a latrone: an ulciscendi uel obediendi ordine, sicut a iudice, sicut a carnifice: an euadendi uel subueniendi necessitate, sicut interimitur latro a uiatore, hostis a milite. Et aliquādo qui causa mortis fuit, potius in culpa est, quā ille qui occidit: uelut si quisquam decipiat fidei iusto rem suū, atq; ille pro isto supplicium legitimum luat: nec tū oīs qui causa alienę mortis est, reus est. Quid si. n. quisquā stuprū petat, se seq; si non impetrauit, interimat? Quid si filius timēs patris pia uerba, pręcipitio pereat? Quid si alius homine liberato, uel ne alius liberetur, sibi ipse mortem inserat? Num propter istas alienarū mortū causas,

A
Ioan. 3.

B

Marc. 10

Luc. 6.
Deus q̄s
solus bo-
nus.

Seneca
ad diuum
Apostolū
Paulum.

Matth.

Ioan. 1.

Esai.

Luc. 6.
Matth. 6.

Matth.

Ioan. 8.

D

al. dona-
tor.

Matth.

23. 9. 5.
non frus-
tra.

Crude-
las par-
cens.

23. 9. 5.
cum ho-
mo.

H

aut sceleri consentiendū est, aut vindicta peccati quæ nō fit nocēdi, sed corrigēdi studio, ēt paterna tollēda, aut opera misericordiæ cohibēda sunt. Hæc cū accidūt, debemus eis humanū dolorē, nō pp illa ne accidāt, rectē factorū reprimere voluntatē. Sic etiā cum intercedimus pro peccatore damnando, sequūtur aliqñ quæ nolumus, sine in ipso, qui nra intercessiōe liberatur, vt vel immanius impunita grassēt audacia, subdita cupiditati, ingrata lenitati, atq; vnus morti ereptus plurimos necet, vel iplo per beneficium nostrū in melius cōmutato, moribusq; correpto, alius malè viuendo pereat, sibiq; huius impunitate proposita, talia vel grauiora cōmittat: non (vt opinor) hæc mala imputanda sunt nobis, cū intercedimus vobis, sed potius illa bona, quæ cū id facimus, intuemur & volum⁹. **I** cōmendatio māsfuetudinis, ad conciliandā dilectionē verbo veritatis; & vt qui liberantur à tēporali morte, sic viuāt, ne in aeternā, vnde nunquā liberent, incurrant. Prodest ergo & seueritas vestra, cuius ministerio quies adiuuatur nostra: prodest & intercessiō vestra, cuius ministerio seueritas tēperatur & vestra. Nō vobis displiceat, q̄ rogamini à bonis, quia nec bonis displicet quod timemini à malis. nā hominū iniquitatē etiā Apostolus Paulus non tantū de iudicio futuro, verum etiam de potestatibus vestris secularibus teruit asserens & ipsas ad dispensationem diuinæ prouidētiae pertinere. Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nō est enim potestas nisi à Deo. Quæ autē sūt à Deo, ordinata sunt. Quapropter qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autē resistunt, ipsi sibi iudiciū acquirunt. Principes, **K** nō sunt timori boni operis, sed mali. Vis autē nō timere potestatem? Bonū fac, & habebis laudē ex illa. Dei. n. minister est tibi in bonū. Quod si malū feceris, time. non enim frustra gladium portat, Dei. n. minister est, vindex ira ei qui malè agit. Ideo q; necessitate subditi estote, nō solū propter irā, sed & propter cōscientiā. ideo. n. & tributa prestatis. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum perseuerātes. Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorē timorē, cui honorē honorē, nemini quicquā debeatis, nisi vt inuicē diligatis. Hæc verba Apostoli vilitatē vestrę seueritatis ostēdunt.

Proinde sicut dilectionē iussi sunt terrentibus debere qui timēt ita dilectionē iussi sunt timentibus debere qui terrēt. Nihil nocendi cupiditate fiat, sed oīa consulēdi charitate, nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur vltio cognitoris, vt nec intercessoris religio cōtemnatur: quia & plectendo & ignoscendo hoc solū bene agitur, vt vita hominū corrigat. Quod si tāta est peruersitas & impietas, vt ei corrigendæ nec disciplina possit prodesse nec venia, à bonis tū intētiōne atq; conscientia, quam Deus cernit, siue seueritate, siue lenitate, non nisi officii dilectionis impleatur. Quod autē in epistola tua sequitur, vbi dicis: Verū nunc vt mores nostri sunt, & sceleris penā cupiāt sibi hoīes relaxari, & id pp qđ scelus admissum est, possidere: pessimū hominū genus cōmemoras, cui penitēdi medicina oīno nō prodest. Si. n. res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit non redditur: non agitur poenitētia, sed fingitur: si autē veraciter agitur, non remittetur peccatū, nisi restituatur ablatū: sed vt dixi, cū restitui potest. Plerunq; n. qui auferit, amittit, siue alios patiēdo malos, siue ipse male viuendo, nec aliud habet vnde restituat. Huic certē nō possumus dicere, redde qđ abstulisti, nisi cū habere credimus & negare. Vbi quidē si aliquos sustinet repēte cruciatus, dū existimatur habere qđ reddat, nulla est iniquitas: quia & si nō est vnde luat ablatā pecuniā, merito tñ dū eā per molestias corporales redhibere cōpellit, peccati quod male ablata est, penas luit. Sed inhumanū nō est etiam pro talibus intercedere, tāquā pro reis criminū: nō ad hoc vt minime restituantur aliena, sed ne frustra homo in hominem fauiat, illæ presertim, qui iam remisit culpā, sed quærit pecuniā, & si fraudari metuit, nō expetit vindicari. Deniq; in talibus causis, si persuadere potuerimus, eos pro quibus interuenimus, non habere quod possit, continēdo nobis eorum molestię relaxant. Aliqñ autē misericordes, & in ipso dubio noscūt homini p incerta pecunia, certa inferre supplicia: ad hanc misericordiam etiā nos prouocare & exhortari decet. Melius. n. etiam si habet, amittis, quam si non habet, aut excrucias aut occidis. Sed pro istis magis apud eos qui repetunt, quā apud eos qui iudicant intercedere cōuenit, ne ipse videatur auferre qui cum

23. 9. 5. prodest.

Ro. 13.

Irā pnam vobis.

23. 9. 5. prodest.

14. 9. 6. ca. 1. Di. vsum. cum in. De vq. iur. lib. 6. peccati.

M

cū habet potestatem nō cogit reddere, quāuis in cogēdo ita debeat adhibere integritatē, ne amittat humanitatē. Illud verò fidētissimè dixerim, eū q̄ pro homine ad hoc interuenit, ne male ablata restituat, & qui ad se cōfugiētem quantum honeste potest ad restituendū non cōpellit, sociū esse fraudis & criminis. Nam misericordius opem nostrā talib. subtrahimus, quā impendimus. Non enim opē fert qui ad peccandū adiuuat, ac non potius subuertat atque opprimit. Sed nunquid ideo nos aut ad exigendum tradere vel possumus vel debemus? Agimus quantum episcopalis facultas datur, & humanū quidē nonnunquā sed maxime ac semper diuinū iudiciū cōmittentes. Nolentes autē reddere, quos nouimus & male abstulisse, & vnde reddant habere, arguimus, increpamus, & detestamur, quosdā clam, quosdā palam, sicut diuersitas personarū diuersam videtur posse recipere medicinā, nec in aliorū perniciem ad maiorem insaniam concitari. Aliqñ etiā si res magis curanda nō impedit sancti altaris cōmunionē priuamus. Verū sepe accidit vt nos fallant, vel negando se abstulisse, vel affirmando se vnde restituant nō habere. Sæpe etiā & vos fallimini putādo vel nos non agere vt reddant, vel ipsos habere vā reddant, & oēs aut penē oēs hoīes amamus nostras suspitiones vel vocare vel existimare cognitiones, qñ credibilibus rerum signis mouemur, cū credibilia nōnulla sint falsa, sicut incredibilia nonnulla sunt vera. Ideo quosdā cōmemoras qui & sceleris penā sibi cupiunt relaxari, & id propter quod scelus admissū est possidere, addidisti & aisti: Pro his quoq; interueniendum putat sacerdotiū vestrū. Fieri. n. potest vt tu scias quod ego nescio, & propterea putē p aliquo interueniēdū, quod si me fallere potuit, cū te nō potuerit, vt ego eū nō credā possidere quod tu possidere nosci. Ita fit vt cū de reo snā nō vna sit nra, neutri tñ nostrū placeat, q̄ res nō reddat aliena. De homine vt homines, diuersa sentimus, sed in ipsa iustitia simul sumus. Et modo etiā fieri potest, vt quod scio aliqñ non habere, hoc eū tu habere nō certissimè teneas, sed credibiliter suspiceris, & ob hoc tibi videar interuenire p eo, qui & sceleris penā sibi cupiat relaxari, & id propter quod scelus admissum est possidere. Ad summā igitur neq; apud tales, si

Quare parcendū magnatibus intercedum.

B

ipsi reperiūtur qualē te esse gaudemus neq; apud ipsos qui magno studio aliena ac nihil pfutura, multoq; etiā periculosa ac perniciofa petunt, neq; apud cor meū, cui testis ē Deus, ausim dicere, sentire, decernere, interueniendū esse pro aliquo, vt quod sceleris abstulit, sceleris ipunitate possideat. Sed vt remissa iniuria, qđ iniuriosè abstulit reddat, si tñ hēt qđ abstulit, vel aliud vnde illud restituat. Nō sanè q̄cquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur. Nā plerique nec medico volunt reddere honorē suū, nec operatio mercē, nec tñ hæc qui ab inuito accipiūt, per iniuriā accipiūt, q̄ potius per iniuriā nō darentur. Sed nō ideo debet iudex videri iustū iudiciū, aut testis verū testimoniū, quia vedit aduocatus iustū patrociniū, & iurisperitus verū cōsiliū. Illi. n. inter vtranq; partē ad examina adhibētur: isti ex vna parte cōsistunt. Cū autē iudicia & testimonia, quæ nec iusta nec vera vendenda iniqua & falsa videntur, multo sceleratius utique pecunia sumit quā scelerate etiā quamuis à uolentibus datur. Ille tñ solet tanquā malè sibi ablatā pecuniam repetere, qui iustū iudiciū emit: qm uenale esse nō debuit. Qui uerò p iniquo iudicio dedit, uellet quidē repetere, nisi timeret, uel puderet emisse. Sunt aliæ psonæ inferioris loci quæ ab utraque parte nō insolenter accipiūt, sicut officialis, & a quo amouet, & cui admouetur officii, ab his extorta per immoderatā improbitatem repeti solent, data p tolerabilem consuetudinē nō solent, magisq; reprehendimus, qui talia inuistatē repetiuerunt, quā qui ea de more sumpserunt: qm multa necessarię personæ rebus humanis, uel inuitatur hmōi cōmodis, uel tenentur. Isti si uiuā uitæ mutauerint, aut excellētioris cōscenderint sanctitatis gradū, facili⁹ ea quæ hoc modo acquirerunt, tanquā sua pauperibus largiūtur, q̄ eis à quibus accepta sunt tanq̄ aliena restituat. Qui uerò cōtra ius societatis humanæ, furtis, rapinis, cālūnijs, oppressiōnib. inuasiōnibus, abstulerit, reddenda potius q̄ donāda censemus, Zachæi publicani Euāgelico exēplo, qui cū hospitio dām suscepisset, in uitā sanctam repente mutatus, Dimidiū, inquit. verū mearū do pauperibus, & sic cui aliqd abstuli, quadruplū reddo. Verū tñ si iustitia syncerius cōsolat, iustius dicit aduocato: Redde quod accepisti, qm contra uen-

C

14. 9. 5 non iud.

11. 9. 3. non licet.

D

Luc. 19.

Anculo abrumperē, & cuidā sedi omnino in
Perfius. concussē stabiliq; religarē. Tu nē d' Diosco-
 re nec Perfū tuū respicis insultatē tibi cōtor-
 to versiculo, sed planē puerile caput, si sensus
 asit, idoneo colopho contudentē atq; co-
 ercentem: Scire tuū nihil est, nisi te scire hoc
 sciat alter. (Tot vt superius dixi) legisti dia-
 logos, tot philosophorum atercationibus
 cor inseruisti. Dic mihi quis eorum finem
 actionū suarum cōstituerit in fama vulgi, aut
 in lingua hoīum vel bonorū atq; sapientū?
 Tu at, & qd' magis pudendū est, iā nauigatu-
 rus, satis pclare te in Africam proficisci te-
 raris, cū aliā ob causam te oneri nō esse asse-
 ris negociosissimis, & in aliā longe distātia
 intētis episcopis, vt tibi exponant Ciceronē,
 nisi qa times homines procliuēs ad vitupe-
 randū, ne interrogatus ab eis, si nō respōde-
 ris, indoctus & habes puteris. O rē dignā vi-
 gilijs & lucubrationibus episcoporū. Nō mi-
 hi videris aliunde dies noctesq; cogitare, ni-
 si vt in studijs tuis atq; doctrina æquē laude-
 ris ab hominibus. Quod & si semper ad cer-
 ta & recta tendentibus, periculosum esse iu-
 dicauī, nunc tñ in te maxime experior. Nō. n.
 aliunde q̄ ex eadē pernicie nō vidisti, qua tā
 dēre possemus moueri, vt tibi qd' petebas da-
 remus. Quā. n. peruerse tui p̄se nō ob aliud ad
 ea discēda quæ interrogas raperis, nisi vt lau-
 deris, aut nō vitupereris ab hominib. tā per-
 uerse ēt nos putas in tua petitione talib. cau-
 sis allegatis moueri: & vtiā possemus effice-
 re, vt tu quoq; tā inani atq; fallaci humanæ
 laudis bono minime mouereris, cū tibi nos
 indicarem nō ad p̄standū tibi qd' petis, qm̄
 hęc de te scribis, sed ad te corrigēdū moueri.
 Mores hoīum, inquis, procliuēs sunt ad vitu-
 perandū. Qui deinde? Si interrogatus quis nō
 responderit, inquis, indoctus & habes puta-
 bitur. Ecce ego interrogo non de Ciceronis
 aliquid, cuius sensum fortasse legentes inda-
 gare non possunt, sed de Epistola ipsa tua, &
 de sententia verborū tuorū. Quæro. n. cur nō
 dixeris, qui nō rñderit, indoctus & habes ma-
 nifestabit, sed potius dixeris, qui nō rñderit,
 indoctus & habes putabitur, nisi quia satis ēt
 ipse intelligis, eū qui talia non responderit,
 nō esse indoctū & hebetē, sed putari. At ego
 te admoneo, eū q' taliū putatorū linguis tāq;
 falcibus cōcidi timet, lignū esse aridū, & iō
 non putari tñ indoctū & hebetem, sed vere

esse atq; cōuinci. Fortasse dixeris, Sed cū he-
 bes aīo nō sim, & p̄cipue nō esse studeā, no-
 lo habes animo vel putari. Recte, sed quo fi-
 ne nolis, id quæro. Qd' enim illis quæstioni-
 bus aperiendis tibi & explicandis, nec nobis
 oneri esse dubitasti, hęc causam & hęc finē
 esse dixisti, & tam necessariū vt eā nimīā ne-
 cessitatem appellares, ne scilicet de his inter-
 rogatus neque respondens, ab hominibus ad
 vituperādū procliuibus, habes indoctusque
 puteris. Ego aut quæro, hocce totū sit, cur
 a nobis ista desideras, an etiā indoctus & he-
 bes putari propter aliud aliquid nolis? Si hoc
 totū est, cernis (vt arbitror) hunc esse finem
 tā vehementis intētioni tuæ, qua nobis quo-
 que oneri es, vt fateris. Quid aut à Dioscoro
 p̄t nobis esse oneri, nisi q' ipsū Dioscorū etiā
 nescientē onerat? Quod nō sentiet nisi cū sur-
 gere voluerit: atq; vtiā nō sic alligaret hęc
 onera, & frustra ēt humeros conetur excu-
 tere: quod nō ideo dico, quia istæ discuntur
 quæstiones, sed quia tali sine discuntur. Hęc
 enim finem iam certe sentis esse nugatoriū,
 inanem, ventosum. Habet & tumorem, sub
 quo ēt tabes gignitur, & pupilla mētis ad nō
 videndam opulentiā veritatis offunditur. Cre-
 de (sic est) mi Dioscore, ita te fruar in ipsa cu-
 ius volūtate & in ipsa vmbra auerteris digni-
 tate veritatis. Vnde enim tibi, nisi vel hoc mō-
 de hac re fidē faciā, non inuenio. Non enim
 vides eā, aut vllō modo quandiu linguis hu-
 manis ruinosā gaudia cōstruis, potes eā vi-
 dere. Si autem ibi nō finis est harum actionū
 atque intentionis tuæ, sed p̄pter aliud aliqd
 indoctus & habes non vis putari, quæro quid
 illud sit: si propterea ne angustior tibi aditus
 ad acquirendas temporales diuitias, vxorem
 impetrandā, honores capeffendos, & cetera
 huiusmodi, p̄cipiti fluxu transcurrētia, at-
 que in se lapsos in vnum rapiantia? Neq; ad
 hunc finē tibi seruire nos decet, immo decet
 ēt hinc te amouere. Nō. n. sic prohibemus in
 incerto famē finē ponere, vt tanq; de Mintio
 in Eridanū emigres, quo te ipse fortasse Min-
 tius ēt nō emigrantem impingeret. Cū enim
 non satiauerit auidū spiritum vanitas laudis
 humanæ, quia nihil ad cibandum affert nisi
 inane & inflatum, cogetur eā ipsa auiditas
 referre in aliud, quasi vberius atque fructuo-
 sus quod nihilominus si temporali lapsu p̄-
 tersiuit, ita est quasi fluuius ducat in flu-
 uium,

Non de-
 nat sim-
 disu ti-
 ceroni.

uium, vt non sit finis miseræ, quandiu finis
 officiorum nostrorū in re instabilicollocat.
 In aliquo igitur firmo atque incommutabili
 bono te figere volumus constantissimā in-
 tentionis domū, & securissimā requiem oīs
 bonæ atque honestæ actionis tuæ. Aut forte
 istā ipsam terrenam felicitatem quā cōme-
 morauī si prosperi rumoris aura, aut ēt flati-
 bus vela pandendo ad eā potueris perueni-
 te, hanc ēt cogitas referre in aliud certum &
 verū & plenū bonum? At mihi non vī, atq;
 oīno ipsa veritas negat, vel tantis ad se anfra-
 ctibus, q̄ tam proxima est, vel tantis sumptib.
 q̄ tam gratuita est, perueniri. An ipsa huma-
 na laude, tanq; instro vtiendū existimas, vt adi-
 tum per hanc p̄pares ad animos hominum,
 persuadendo vera atq; salubria, & caues te
 ne cum indoctū atq; hebetē putauerint, indi-
 gnum arbitrarentur, cui aurē vel intentissi-
 mā vel patientissimā p̄beant, siue ad rectē fa-
 cta quinquā exhorteris, siue malitiā atq; ne-
 quitia peccantis obiurges? Hunc tū finē iusti-
 tiæ ac beneficentiæ, si in illis interrogādis qō-
 nibus cogitasti, nos de te male meruimus, q-
 bus in epistola tua, non id potius quo moue-
 remur posuisti, ut aut libetere daremus quod
 petebas, aut ideo nō daremus, quia causa q̄-
 libet alia fortasse prohiberet. Nō tñ quia tuæ
 vanæ cupiditati, non solum seruire, verum-
 etiam non resistere puderet. Quanto. n. me-
 lius atq; salubrius (quæro te) ipsas veritatis
 regulas, multo certius & breuius per se ipsas
 accipis, quib. falsa omnia possis ipse reselle-
 re, ne quod falsum & pudendū est, si multo-
 rū annos & decrepitas falsitates, studio ia-
 statiore q̄ prudentiori didiceris, doctū atq;
 intelligentē te esse arbitreris, quod iam non
 existimo tibi videri. Nō. n. frustra tam diu tā
 vera Dioscoro diximus, ex quo in hac Epi-
 stola gradimur. Quapropter iā illud uideā-
 mus, cū te istarū rerū ignorantia nequaquam
 indoctū atq; hebetē iudices, sed ipsius poti-
 veritatis, vt quisquis de his rebus scripsit, vel
 scripserit, aut ea sint q̄ iam certus tenes, aut si
 falsa sunt, securus ignores, neq; de diuersita-
 te cognoscēda snīarū alienarū, ne quasi indo-
 ct' & habes remaneas, inani sollicitudine ma-
 cereris. Cū ergo hęc ita sint, ēt illud (si pla-
 cet) videamus, vtrū aliorū falsa existimatio-
 q̄ sunt, ut scribis, ad vituperandū procliuēs,
 ita vt si te ista ignorare persenserint, indoctū

atq; hebetē, falso qdē, sed tñ putēt, sic te mo-
 uere debeat, vt ēt ab ep̄is tibi hęc exponi nō
 incōgruenter petas: quando quidē eo sine iā
 te ista cupere credimus, quo illis cōsulas ad
 persuadendā veritatē vitamq; eorū corrigē-
 dā, qui te si in illis Ciceronis libris indoctū
 hebetēq; putauerint, indignū habebūt, a quo
 aliquid utilis salubrisq; scientiæ sibi accipiē-
 dū esse arbitrentur. Quod non ita est, mihi
 crede. Primū quia esse aliquos in illis terris,
 vbi imperitus minimeq; acutus uideri times,
 qui te de istis qōnibus quicquā interrogent
 oīno nō uideo: qñ quidē hic quo ad ea discē-
 da uenisti, & Romæ expertus es, q̄ negligēter
 habeantur, & ob hoc neq; doceantur neque
 discant, & in Africa vsq; adeo de his inter-
 rogatorē patieris neminē, vt nec te ipsum q̄
 patiat inuenias, eaq; inopia Ep̄is exponen-
 da ea mittere cogaris: quasi uero Ep̄i etiam si
 adolescētes eodē quo tu raperis animi ardo-
 re, uel potius errore, quasi aliquid magnum
 hęc discere curarunt, usq; ad canos ep̄isco-
 pales, & usq; ad cathedras ecclesiasticas, ea
 sibi in memoria durare putarentur, aut si ipsi
 uellent, non illa, ēt de inuitorū cordib. curæ
 maiores grauioresq; secluderent: aut si ali-
 qua ex eis in aīs eorū nimia consuetudine re-
 manerent, nō ēt ipsa obliuione sepelire mal-
 lent recordata, q̄ inepta rñdere quæsitā: cum
 in ipsa ēt scholari leuitate & rhetoricis ca-
 thedris, ita obmutuisse atque obtorpuisse ui-
 deantur, ut à Carthagine Hipponem, quo ex-
 poni possint remittenda existimantur: ubi tā
 insolita atq; oīno peregrina sunt, ut si uellē
 respondendi curā inspicere, aliquid uolens
 uidere, quō ad snīam quæ mihi exponenda
 esset, desuper ueniat, aut ab ea deinceps q̄
 contexeretur oratio, codicē prorsus inueni-
 re non possem. Illi aut Carthaginenses rhe-
 tores, si huic tuo studio defuerunt, nō modo
 a me non reprehenduntur, sed ēt approban-
 tur, si forte iā recolunt, non Romanorū fo-
 rorū, sed Græcorum gymnasiōrū ista solere
 esse certamina. Tu uero cū & in gymnasia co-
 gitationē iniecisti, & ea quoq; ipsa inuenisti
 talibus rebus unda atq; frigida, vbi has curas
 tuas deponeres, Christianorum tibi basilica
 Hipponensis occurrit, quia in ea nunc sedet
 Ep̄s, qui aliqñ ista pueris uendidit: sed nec te
 uolo esse adhuc puerū, & me iā esse pueriliā
 rerū sicut nō uenditorē, ita nec largitorē de-
 cet.

cer. Quæ cū ita sint, id est cū dicitur tantæ vrbes Latinarū literarū artifices, Roma atque Carthago, nec tædia tibi sint, vt à te ista perquirat, nec tædia tua curat, vt te ista perquirentē exaudiant, miror tū quantū dici non pōt, vereri te tā boni ingenij iuuenē, ne in Græcis atque Orientalibus vrribus quenq̄ de his reb. molestū interrogatorē feras. Facilius quippe corniculas in Africa audieris: q̄ in illis partibus hoc genus vocis. Deinde si fallor, & quæpiā ibi forte huiusmodi questionū tāto vtique odiosior quanto in illis locis ineptior percontator extiterit, nōne magis caues ne multo facilius existat, qui te Græci hoīes in Græcia cōstitūtū, & Græca imbutū primitus lingua, de ipsis philosophorum libris aliqua interrogent, quæ Cicero in suis literis non potuit? Quæ si acciderit, quod nūsurus es, potius te ista in Latinorū authorū libris quā in Græcorū nosse, voluisse? Quæ responsione, primo Græcis facies iniuriam, & nosti q̄ illi hoīes hoc nō ferant. Deinde iam exulcerati, & irati, q̄ cito, te quod nimis nō vis, & hebetē iudicabunt, qui Græcorū philosophorū dogmata, vel potius dogmatū particulas qualdā disertas atque dispersas in Latinis dialogis, q̄ in ipsorū authorū libris Græcis tota atque cōtexta discere maluisti, & indoctū, qui cū tā multa in tua lingua nescias, earū rerū frustra in aliena colligere ambisti. An forte illud respondere nō te Græcos de his rebus libros contēpisse, sed prius Latinos curasse cognoscere, nunc autē velle te in Latinis doctū, iā Græce quærere? Si hoc nō pudet hominem Græcum Latina puerum didicisse, nunc velle discere Græca barbarum, pudebit ne tandē in ipsis Latinis ignorare aliqua q̄ quam multū Latini docti tecū nesciant? Vel hoc ipso sentis quod de bonis magna necessitate dicis onerosum, in tāta doctorū multitudine apud Carthaginem cōstitutus. Postremo fac te de omnibus quæ à nobis quæris interrogatū, rēdere potuisse, ecce iā doctissimus atque acutissimus diceris, ecce iam te laudibus in cælum Græculus flatus attolit, tu autē memento grauitatis tuæ, & illam mereri laudē quo sine volueris, vt scilicet eos leuiter leuia ista miratos, beneuolētissime atque auidiissime iam in tua ora suspensos grauiissimū aliquid & saluberrimum doceas: id ipsum quicquid est grauiissimū & saluberrimū, vtrum teneas, & re-

cte tradere noueris, velle cognoscere. Ridiculū est. n. cū propterea superflua multa didiceris, vt tibi aures hoīum ad necessaria præparent, ipse necessaria nō tenere, quibus excipies eas pro superflua præparaueris: & dū occuparis vt discas vnde facias intētos, nolle discere quod insinuat intētis. Sed si hoc te scire iā dicis, idque ipsū Christianā doctrinā esse rēdes, te oībus præponere. nouimus, & in ea sola te se præsumere spēs salutis æternæ, nō opus est ei cognitiōe dialogorū Ciceronis, & collectiōne emedicatarum discordantium sententiarum alienarum procurari auditores, vt oribus tuis intenti fiāt, qui abs te aliquid tale accepturi sunt. Nolo prius aliquid doceas, quod didicisti, vt vera doceas. Nā si alienarū sententiarū dissidentū & repugnantiū cognitio aliquid adiuuat insinuatorē Christianæ veritatis, vt nouerit quomō aduersantes destruat falsitates, ad hoc dūtaxat, nequis cōtra differens, nō nisi in refellendis tuis figat oculum, sua vero sedulo occultet. Nā cognitio veritatis, oīa falsa, si modo proferantur, et quæ prius inaudita erāt, & diiudicare & subuerrere idonea ē. Sed vt nō solū aperta feriātur, sed et abscondita eruant, si alienos opus est cognoscere errores erige oculos auresque (oro te) vide atque ausculta, vtrum aliquis aduersus nos de Anaximene & de Anaxagora proferat aliquid: quoniam iā ne ipsorū quidē multo recentiorū multūque loquacium Stoicorū aut Epicureorum cineres caleāt, vnde aliqua contra fidē Christianā scintilla excitetur: sed circuli atque cōuenticula partim fugacia, partim audacter præpta, vel Donatistarū, vel Maximianēsū, vel Manichæorū, vel et ad quorū greges turbamque vēturus es Arrianorū, Eunomianorum, Macedonianorū Cataphrygarum, ceterarumque bestiarum innumerabiliter perstreant, quorū omnium errores si cognoscere piget, quid nosti est propter defensionē Christianæ religionis, quærere quod senserit Anaximenes: & olim sopitas lites inani curiositate recoquere, cū quorūdam etiā hereticorum, quod nomine Christiano gloriari voluerunt, vt Marcionistarū & Sabellianorū, multorūque præterea iā dissensiones quōnesque fileantur: tamen opus est (vt dixi) veritati aduersantes prægnoscere aliquas, & pertractatas habere sententias de hereticis potius qui se Christianos vocant, quā de Anaxagora, & Demo-

Themistocles.

Democrito nobis cogitandū fuit. Ille autem quisquis abs te quæserit, quod tu a nobis quæris, audiatur quod ea doctius & prudentius nescias. Si. n. Themistocles non curauit quod est habitus indoctior, cū canere neruis in epulis recussasset, vbi cū se nescire illa dixisset, atque ei dictū esset, quid igitur nosti? Respondit, Rempublicā ex parua magnā facere: dubitandū est tibi dicere, te ista nescire, cū ei qui rogari quid noueris, rēdere possis, nosse te, quoniam etiā sine istis homo esse possit beatus? Quod si adhuc non tenes, tam peruerse ista conquiris, quod peruerse si aliquo corporis periculoso morbo grauareris, delitiosas & tenerrimas vestes potius quam medicamenta medicosque cōquirereres. Non. n. vilo modo differenda est ista cognitio, aut illa huic, à te præsertim iā in hac ætate, vel discendi ordine præferenda est. Vide autem quod facile posses hoc scire si velles. Qui. n. quærit quō ad beatā vitā perueniat, nihil aliud profecto querit, nisi vbi sit finis boni, hoc est vbi constitutū sit, non praua opinione atque temeraria, sed certa atque inconcussa veritate summū hoīs bonū, quod a quolibet vbi constitutatur nō inueniunt, nisi aut in corpore, aut in animo, aut in Deo, aut in duob. aliquibus horū, aut certe in omnibus. Quod si didiceris, neque summū bonū, nec aliquā partem summi boni omnino esse in corpore, duo restabunt, animus & Deus quorū vel in vno vel in ambobus sit. Si autē adieceris & didiceris hoc idē de animo quod de corpore, quid aliud iā nisi Deus occurrat, in quo summum hoīs bonū constitutū sit, non quo alia bona non sint, sed summū id dicitur quo cuncta referunt. Eo. n. fruendo quisque beatus est propter quod cetera vult habere, cū illud iam non propter aliud, sed propter seipsum diligatur. Et ideo finis ibi dicitur, quia iā quo excurrat, & quo referatur non inuenitur. Ibi requies appetēdi, ibi fruendi securitas, ibi tranquillissimū gaudiū optimæ voluntatis. Da igitur qui cito videat, nō corpus esse animi bonū, sed animū potius esse corporis bonū. Recedatur iā ab inquirendo, vtrum summum illud bonū, vel aliqua eius pars sit in corpore. Quod. n. stultissime negat meliorem esse animū corpore, itē stultissime negatur meliorem esse eū quod dat beatā uitā vel partē aliquā beatæ uitæ, quod eū qui accipit. Non igitur accipit a corpore vel summū bonū vel partē aliquā summi bo-

ni. Hoc, qui nō videt, cæcati sunt dulcedine carnaliū voluptatum, quā ex indigētia sanitatis venire intuent. Sanitas autē perfecta corporis, illa extrema totius hominis immortalitas erit. Tā potenti enim natura Deus fecit aīam vt ex eius plenissima beatitudine quod in fine temporū sanctis promittitur, redundet et in inferiorē naturā quæ est corpus, nō beatitudo, quæ fruētis & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis vigor. Quod qui non vident, vt dixi, bellant in quietatis altercationibus, varie pro suo quicquid captu, in corpore constituentes summū hoīs bonum & carnalium seditiosorum turbas cōcitant: inter quos Epicurei apud indoctā multitudinem excellentiore autoritate vigerunt. Da item qui cito videat animū quoque ipsum nō suo bono beatum esse, cū beatus est. Alioquin nunquam esset miser, & recederet à quærendo vtrum in animo sit summū illud, atque vt ita dixerim, beatificū bonū, vel aliqua pars eius. Nam cū seipso sibi quasi suo bono animus gaudet, superbus est. Cum vero præcipit se esse mutabile, vel hoc vno saltē quod de stulto sapiens efficitur, sapientiā que esse incommutabile cernit, simul oportet cernat esse illā supra suam naturā, eiusque participatione atque illustratione se vberius & certius gaudere, quam seipso: ita cessans atque detumescēs à iactatiōe atque inflatione propria? inherere Deo, atque ab illo incommutabili refici & reformari nititur à quo esse iā capit, nō solū omnē speciem rerū oīum, siue quod sensu corporis, siue quod intelligentia mētis attingitur, sed et ipsam capacitatem formationis ante formationē, cū vel informe aliquid dicitur quod formari potest. Itaque tanto minus se esse stabile sentit, quanto minus hæret Deo qui summe est. Et ideo illū summe esse, quia nulla mutabilitate proficit, sibi autē illa cōmutationē expedire qua proficit, vt perfectē illi cohercat, eā vero cōmutationē quæ in defectu est, esse vitiosam, omnē autē defectū ad interitū vergere, quo vtrum aliqua res perueniat, tamen non appareat, tamen apparere omnibus eo ducere interitū, vt nō sit quod erat. Vnde colligit non ob aliud res, deficere, vel posse deficere, nisi quod ex nihilo factæ sunt, vt quod in eis est quod sunt & manent, & pro defectibus etiam suis ad vniuersitatis complexum ordinatur, ad eius bonitatem omnipotentiamque pertinet at qui

at qui summe est & conditor, qui potens est
 et ex nihilo, non tñ aliquid, sed et magnum
 aliquid facere. Primū aut peccatum, hoc est
 primū voluntariū defectum esse, gaudere, ad
 propriā potestatem. Ad minus. n. gaudet, q̄ si
 potestatem Dei gaudeat, quę vtiq; maior est.
 Hoc non videntes, & potentias intuentes ani-
 mi humani, magnamq; pulchritudinē facto-
 rū atq; dictorū, et si in corpore puduit pone-
 re summū bonū, in ipso tñ aīo ponentes, in-
 fra vtiq; posuerunt, q̄ vbi sincerissima rōne
 ponendū est. Inter hos qui ita sentiunt apud
 Gręcos philosophos, & numero & disputā-
 di subtilitate Stoici p̄ualuerunt, qui tñ in na-
 turalib. corporea oīa esse arbitantes, magis
 à carne quam à corpore animū auerere po-
 tuerunt. Inter eos aut qui fruendum Deo, à
 quo & nos & oīa facta sunt, vnum atq; sum-
 mum bonū nostrum esse dicunt, apud illos
 eminuerunt Platonici, qui non immerito ad
 officium suū pertinere arbitrati sunt, Stoicis
 & Epicureis maximē & prope solis omnino
 resistere. Idē quippe Academici qui Platoni-
 ci, quod docet auditorū ipsa successio. Ar-
 chefilas. n. qui primus occultata sn̄a sua, ni-
 hil aliud istos q̄ refellere statuit. Quare cui
 successerit, Polemonem inuenies. Quere cui
 Polemon, Xenocratem. Xenocrati aut disci-
 pulo Academiā scholā suam reliquit Plato.
 Quantū igitur pertinet ad q̄onem de summo
 hominis bono, remoue personas hominum,
 atq; ipsam disceptationē constitue, profecto
 reperies duos errores inter se aduersā fronte
 collidi, Vnū constituentem in corpore, aliū
 constituentem in animo summū bonū. Ra-
 tionem aut veritatis, qua summum bonū no-
 strum Deus esse intelligitur vtriq; resistere,
 sed non prius doctē vera q̄ praua dedocē-
 tem. Idipsum rursus adiunctis personis con-
 stitue, reperies Epicureos & Stoicos inter se
 acerrimē dimicantes. Eorum verò litem con-
 nantes diiudicare Platonicos, occultates sen-
 tentiā veritatis, & illorū vnā in falsitate fidu-
 ciā conuincentes & redarguentes: sed nō si-
 cut illi errorū suorū, ita Platonici verę ratio-
 nis personā implere potuerunt. Omnibus. n.
 defuit diuinę humilitatis exemplū, quod op-
 portunissimo tempore per dñm nostrum Ie-
 sum Christum illustratum est: cui vni exem-
 plo in cuiusvis animo ferociter arrogantis,
 omnis superbia cedit, & frangitur & emori-

Stoici.

F

Platoni-
ci.

Academi-
ci.

Archephi-
las.

Polemō.

Xenocra-
tes.

Plato.

G

tur. Ideoq; non valentes illi auctoritate tur-
 bas terrenarum rerū delectatione cęcatas ad
 inuisibiliū fidē docere, cū eas viderent Epi-
 cureis maxime cōtentionibus cōmoueri, nō
 solū ad hauriendā, quo vltro ferebantur, sed
 et ad defendendā corporis voluptatem, vt
 in ea summum bonū hominis constitueret.
 Eos aut qui aduersus hanc voluptatē virtu-
 tis laude mouerentur, minus difficulter eam
 contēplari in animis hominū, vnde facta bo-
 na de quibus vtcunq; poterāt iudicare, pro-
 cederent: simul videbant si eis conarentur in-
 sinuare aliquā rē diuinam, & super oīa incō-
 mutabilē, q̄ nullo attingeretur corporis sen-
 su, sed sola mente intelligeretur, quā tñ etiā
 naturam ipsius mentis excederet, eumq; esse
 Deū propositū animo humano ad fruendū,
 purgatū ab omni labe humanarum cupidita-
 tū, in quo vno acquiesceret oīs beatitudinis
 appetitus, & in quo nobis vno bonorū om-
 nium finis esset, non eos intellecturos, sed re-
 pugnantibus vel Epicureis vel Stoicis, mul-
 to q̄ sibi facilius palmā duros, i. vera salu-
 brisq; sn̄a, quod perniciosissimum est gene-
 ri humano, imperitorū populorum irrisione
 sordesceret: & hoc in moralibus. In natu-
 ralibus aut quęstionibus si isti dicerent effe-
 cttricem omnium naturarū esse incorporeā
 sapientiā, illi aut a corpore nusquā discede-
 rent, cū alij atomis, alij quatuor elemētis, in
 quib. ad efficiendā oīa ignis præualeret, prin-
 cipia rerū darent, quis nō videret stultorum
 abundantiam corpori deditam, cū incorpo-
 reā potentiam conditricē rerum nequaquā
 valeret intueri, in quorum potius suffragiū
 raperetur? Restabat pars rationalium q̄onū.
 Nosti. n. quicquid propter adipiscendam sa-
 pientiā quæritur, aut de moribus, aut de na-
 tura, aut de ratione q̄onem habere. Cum er-
 go Epicurei nunquā sensus corporis falli di-
 cerent, Stoici aut falli aliqñ cōcederent, vtri-
 que tñ regulā cōprehendendę veritatis in sē
 sib. ponerēt, quis istis cōtradicientib. audiret
 Platonicos? Quis nō modo in sapientiū, sed
 omnino in hominum numero habendos pu-
 taret si ab eis prōptē diceretur, non solū esse
 aliquid qđ neq; tactu corporis, neq; olfactu
 vel gustatu, neq; his auribus aut oculis perci-
 pi possit, neq; omnino talium rerum quę ita
 sentirentur aliqua imaginatione cogitari: sed
 id solum verē esse atque id solū posse perci-
 pi,

H

K

L

pi, quia incōmutabile & sempiternū est, per-
 cipi autē sola intelligentia qua vna veritas,
 quomodo attingi potest attingitur? Cū ergo
 talia sentirent Platonici quę neq; docerent
 carni debitos homines, neq; tanta essent au-
 thoritate apud populos, vt credenda, persua-
 derēt, donec ad eum habitū perduceretur a-
 nimus quo ista capiunt, elegerunt occultare
 sn̄am suā, & cōtra eos differere, qui verū se
 inuenisse iactarent, cum inuētionē ipsam ve-
 ri in carnis sensibus ponerēt: & eorū quidē
 cōsiliū quale fuerit, quid attinet quere? diui-
 nū certe vel diuina aliqua auctoritate p̄ditū
 nō fuit. Tñ illud attēde, qm̄ Plato à Cicero-
 ne multis modis apertissime ostēditur in sa-
 pientia nō humana, sed planē diuina, vn̄ hu-
 mana quodāmodo accēderetur, in illa vtiq;
 sapientia profus immutabili, atq; eodē mo-
 do semper se habente veritate cōstituisse, & si
 nem boni & causas rerū, & ratiocinandi fi-
 duciā. Oppugnatos aut esse nomine Epicu-
 reorum & Stoicorū à Platonici eos, qui in
 corporis vel in animi natura ponerēt & finē
 boni & causas rerū: & ratiocinandi fiduciam
 eorū successione tēporū esse deuolutā, vt cū
 Christianę et ætatis exordio, rerū inuisibiliū
 atq; eternarū fides p̄ visibilia miracula salu-
 briter prædicaretur hominibus, qui nec vide-
 re nec cogitare aliquid p̄ter corpora pote-
 rāt, beato Apostolo Paulo, qui eandē fidem
 gētibus p̄seminabat, idē ipsi Epicurei & Sto-
 ici, in actibus Apostolorum contradixisse in-
 ueniātur. Qua in re satis mihi videtur demō-
 stratū esse errores gentiū, siue de moribus, si-
 ue da natura rerū, siue de rōne inuestigandę
 veritatis, qui quauis essent multi atq; multi-
 plices, in his tñ maxime duabus sectis emine-
 bāt, expugnātibus doctis & tāta differēdi sub-
 tilitate atq; copia subuertētibus, durasse tamē
 vsq; in tpa Christiana. Quos iā certe nostra
 ætate sic obmutuisse cōspicimus, vt vix iā in
 scholis rhetorū cōmemoret tñ quę fuerint
 illorū sententię, certamina tñ etiā de loqua-
 cissimis Græcorū gymnasijs eradicata atque
 compressa sunt, ita vt si qua nuhc erroris se-
 cta contra veritatem, hoc est, cōtra ecclesiā
 Christi emerferit, nisi noīe cooperta Chri-
 stiano, ad pugnandum proflire non audeat.
 Ex quo intelligitur ipsos quoque Platonice
 gentis philosophos, paucis mutatis, q̄ Chri-
 stiana improbat disciplina, inuictissimo vni-

regi Christo pias ceruices oportere submit-
 tere, & intelligere verbum Dei hoīe indutū,
 qui iussit & creditum est, qđ illi vel profer-
 re metuebant. Huic te mi Dioscore vt tota
 pietate subdas, velim, nec aliam tibi ad capes-
 sendā & obtinendam veritatē viā munias, q̄
 quę munita est ab illo qui gressuū nostrorū
 tāquā Deus videt infirmitatē. Ea est autē pri-
 ma humilitas, secūda humilitas, tertia humi-
 litas, & quoties interrogares hoc dicerem,
 non quo alia non sint præcepta quę dicant,
 sed nisi humilitas oīa quęcūq; benefacimus
 & præcesserit & comitetur, & consecuta fue-
 rit, & p̄posita q̄ intuemur & apposita cui ad-
 hæreamus, & imposita qua reprimamus, iā
 nobis de aliquo bono facto gaudentibus, to-
 tū extorquet de manu superbia: vitia quippe
 cetera in peccatis, superbia verò et in rectē
 factis timenda est, ne illa q̄ laudabiliter facta
 sunt ipsius laudis cupiditate amittantur. Ita-
 que sicut rhetor ille nobilissimus cū interro-
 gatus esset, quid ei primum videretur in elo-
 quentię præceptis obseruari oportere, pronu-
 nciationē dicitur r̄disse: cū quæreret qđ
 secundo eandē pronunciationē; quid tertio,
 nihil aliud q̄ pronunciationē dixisse, si inter-
 rogares, & quotiens interrogares de p̄ce-
 ptis Christianę religionis, nihil me aliud
 respōdere nisi humilitatē liberet, & si forte
 alia dicere necessitas cogeret. Huic humili-
 tati saluberrimę quā dñs n̄ Iesus Christus, vt
 doceret humiliatus est, huic, inquā, maxime
 aduersatur quædā, vt ita dicā, imperitissima
 sc̄ia, dū nos sc̄ire gaudem⁹, qđ Anaximenes,
 qđ Anaxagoras, quid Pythagoras, quid Demo-
 critus senserit, & ceteri hmōi, vt docti
 eruditiq; videamur, cū hoc à vera doctrina
 & eruditione lōge absit. Qui. n. didicerit Deū
 nō distēdi atq; distūdi per locos neq; fini-
 tos neq; infinitos, quasi in aliqua parte maior
 sit, i aliqua minor, sed totū vbiq; esse p̄sentē,
 sicut veritatē, cuius nemo sobrie dicit parte
 esse in isto loco & partē in illo, qm̄ veritas
 vtiq; Deus ē, nequaquā eū mouebit qđ de infi-
 nito aere sensit, quęcūq; sensit qđ ipse Deus es-
 set. Quid ad illū si nesciat quam dicant isti
 corporis formā, eā quippe dicunt quę vndi-
 que finita sit. Et vtrū refellendī causa tanquā
 Academicus Anaximeni Cicero obiecerit,
 formā & pulchritudinē Deū habere oportere,
 quasi corporeā speciem cogitans, quia
 ille

M

N

γυό μαν-
Demo-
Sthenes.

A

ille corporeum Deū esse dixerat, Aer. n. corpus est: au ne ipse sentiebat esse formā & pulchritudinē incorporeā veritati, qua ipse aius informatur, & per quā omnia sapientis facta pulchra esse iudicamus: vt nō tñ refellendi gratia, sed ēt verissime dixerit, quod Deū pulcherrima specie deceat esse, quā nihil est pulchrius ipsa intelligibili atq; incōmutabili veritate. Quod aut ait ille gigni aerem, quem tñ Deū esse censebat, nullo modo mouet hūc virū, qui intelligit non sicut aer gignitur, id est, aliqua causa vt fit efficitur, cum omnino deus nō sit, ita genitum esse verbum Dei, Deū apud deū, sed longe alio modo, quā nemo nisi cui ipse Deus inspirarit, intelligit. Illum autem ēt in ipsis corporalibus desipere quis nō videat, cū aerem gigni dicat, & Deū velit, eū autem a quo aer gignitur, nō. n. a nullo gigni potest, non dicat Deum? Cum aut dicitur aer esse semper in motu, nequaquā cōturbat hominē, vt propterea illū Deum putet, qui nouit omnis corporis motū inferiorē esse, q̄ est motus animi. Motū at animi longe pigriorem, q̄ est motus summæ atq; incōmutabilis sapientie. Item Anaxagoras siue quilibet, si mentem dicit ipsam veritatē atq; sapientiam, quid mihi est de verbo cum homine contendere? Manifestū est enim omnū rerū descriptionem & modum de illa fieri, eāque non incongrue dici infinitam, nō per spatia locorum, sed per potentia quæ cogitatione humana cōprehendi non pōt. Neq; quod informe aliquid sit ipsa sapientia, hoc. n. corporum est vt quęcūq; infinita fuerint, sint & informia. Cicero aut studio refellēdi (quantū videtur) propter aduersarios corporaliter sentiētes, negat infinito aliquid iungi posse, quia ex ea parte qua quicquā adiungit necesse est esse in corporibus aliquē finē. Ideo ait nō eū vidisse atq; motū sensui iūctum & cōtinentē, id est, continua copulatione adherentē infinito, id est, infinitæ rei vllū esse potuisse, quasi de corporibus ageret, quibus nihil iungi, nisi per fines locorum potest. Sic aut addidit. Neq; sensum oīno quo tota natura pulsā sentiret, quasi ille dixisset mentē illā ordinatricem & moderatricē rerū oīum habere sensum, qualē haberet aīa per corp⁹. Nā manifestū est totā sentire animā. cū per corpus aliquid sentit. Nā totam vtq; nō latet, quod illud est quod sentitur. Ad hoc autem

dixit totā naturā sentire, vt illi quasi auferret, quod ait mentē infinitā. Quo. n. tota sentit, si infinita est? Sensus. n. corporis ab aliquo loco incipit, nec percurrit totū nisi ad cuius finem peruenit, quod in infinito dici nō potest. Sed neq; ille de sensu corporis aliquid dixerat. Et aliter dicitur totū quod incorporeū est, quia sine finibus locorū intelligitur, vt & totū & infinitū dici possit: totū propter integritatē, infinitū propter hoc, quia locorū finibus non ambitur. Deinde inquit: Si mentē ipsam quasi aīa aliquid esse voluit, erit aliquid interius ex quo illud animal nominetur, vt mēs ista quasi corpus sit, & habeat intus animā vnde animal appelletur. Vide quemadmodū corporali cōsuetudine loquitur. Quo. n. solent videri aīalia pp sensum crassum, vt opinor, eorū cōtra quos differit, & tñ dixit rem quæ illos, si euigilare possent, satis admoneret, omne quod sicut corpus viuum animo occurrit, magis animā habere & esse animal, q̄ animam esse cogitari oportere. Hoc est. n. quod ait: Erit aliquid interius, ex quo illud animal nominet, sed adiungit: Quid aut interius mente? Non ergo pōt mens habere interiorē animā vt sit animal, quia ipsa est interior. Ergo corpus habeat extrinsecus cui sit interior, vt sit animal. Hoc est. n. quod ait: Cū gatur igitur corpore externo: quasi Anaxagoras dixerit, nisi animalis alicuius esset, mentē esse non posse. Si mentē ipsam solā sapientia esse sentiebat, q̄ nullius quasi animantis propria est, quia oibus animis se frui valentibus veritas cōiter præstō est. Et ideo vide q̄ vrbane concludat. Quod qm non placet, inquit, hoc est nō placet Anaxagoræ, vt illa mens q̄ dicit Deū, cingatur corpore externo quo animal esse possit, aperta simplexq; mens nulla re adiuncta qua sentire possit. i. nullo corpore adiuncto per quod sentire possit, fugere intelligentiæ nostræ vim & notionē vī. Nihil verius, q̄ fugere hoc vim & notionem intelligentiæ Stoicorum & Epicureorū, qui nisi corporalia cogitare non pōt. Qd aut ait: Nostræ humanæ intelligi voluit: & bene nō ait fugit, sed fugere videt. Hoc. n. illis videtur neminē hoc posse intelligere, & ideo nihil tale esse arbitrantur. Sed quorundam intelligentiam, quantū homini datū est, nō fugit esse aperta simplicemq; sapientiam atq; veritatem, quæ nullius aīantis sit propria, sed qua communiter

inter omnis quæ id pōt anima, sapiens & verax efficitur. Quā si sensit esse Anaxagoras, eamq; Deū esse vidit mentemq; appellauit, non solū nomen Anaxagoræ, quod pp literatam vetustatē, oēs, vt militariter loquar, literatiores libenter sufflant, nos doctos & sapientes nō facit, sed ne ipsa quidē eius cognitio qua id verū esse cognouit. Non. n. mihi propterea veritas chara esse debet, quia nō lauit Anaxagorā, sed quia veritas est, et si nullus eā cognouisset illorū. Si igitur nec eius hoīs qui verū forsitan vidit, cognitio nos instare debet, vt ea quasi docti esse videamur, sed ipsius veri soliditate, qua verē docti esse possumus, quāto minus eorū hominū, q̄ falsa senserunt, noīa & dogmata, nostrā pnt adiuuare doctrinā, & latentia cognita facere? Cū si hoīs sumus, magis nos cōtristari deceat, tot & tā nobilitatorū hoīum errorib. si eos audire cōtigerit, q̄ hæc propterea studio sē q̄rere, vt inter eos qui illa nesciunt, iactatione inanissima ventilemur. Quanto. n. melius ne audissem quidē nomen Democriti, q̄ cū dolore cogitare, nescio quē suis tēporibus magnū putatū, qui deos esse arbitraretur imagines, q̄ de solidis corporib. fluere, solidiq; ipsæ non essent, easq; hac atq; hac motu proprio circumeundo atq; illabendo in aīos hominū facere, vt vis diuina cogitetur, cū pfecto illud corpus vnde imago fluere, quāto solidius est, pstantius quoq; esse iudicet. Ideoq; fluctuauit eius, sicut isti dicunt, nutauitq; inīa, vt aliquā naturā quādā de qua fluere imagines, Deū esse diceret, qui tñ cogitari non posset, nisi per eas imagines quas fundit ac emittit, id est, q̄ de illa natura, quā nescio, quā corporeā & sempiternā, ac et p hoc diuinā putat, quasi vaporis similitudine continua velut emanatione ferrentur, & venient atque intrarent in animos nostros, vt Deū vel deos cogitare possemus. Nullam. n. aliā causam cuiuslibet cogitationis nostra opinatur isti, nisi cū ab his corporibus q̄ cogitamus, veniunt atq; intrāt imagines in aīos nostros: quasi non multa ac propē innumerabilia cogitentur incorporaliter atq; intelligibiliter ab eis, qui talia cogitare nouerunt, sicut ipsa sapientia & veritas. Quam si isti nō cogitant, miror quō de illa vtcunque disputent. Si aut cogitant, vellē mihi dicerent, vel de quo corpore, vel qualis in eorū animos

veniat imago veritatis. Quanquā Democritus et hoc distare in naturalibus qōnibus ab Epicuro dī, quod iste sentit inesse cōcurfioni atomorū vim quandā animalem & spiritalem: qua vi eū credo imagines ipsas diuinitate præditas dicere, non oēs omnium, sed deorū, & principia mentis esse in vniuersis quibus diuinitatem tribuit, & animantes imagines q̄ vel prodesse nobis soleāt vel nocere. Epicurus verò neq; aliquid in principis rerū ponit præter atomos, i. corpuscula quādā tam minuta, vt et diuidi nequeat, neque sentiri, aut visu, aut tactu possint: quorū corpusculorū concursū fortuito, & mūdōs innumerabiles, & animātia, & ipsas aīas fieri dicit, & deos quos humana forma non in aliquo mundo, sed extra mundos, atq; inter mūdōs constituit: & nō vult omnino aliquid pter corpora cogitare. q̄ tñ vt cogitet, imagines dicit ab ipsis rebus quas atomis formari putat defluere, atq; in animū introire subitioles q̄ sunt illæ imagines q̄ ad oculos veniunt. Nā & videndi causam hanc esse dicit, ingentes quāsdā imagines, ita vt vniuersum mundū cōplectantur extrinsecus. Intelligis aut iam, vt arbitror, quas isti opinentur imagines. Miror non admonuisse Democritū, vel hoc ipso falsa esse q̄ dicit, quia venientes tā magnæ imagines in tā breuem aīum nostrū, si corporeus, vt illi volunt, tā paruo corpore includitur, totæ illū tangere non possunt. A magno. n. corpore cum parū corpus attingitur, a toto simul attingi nullo pacto potest. Quo igitur totæ simul cogitantur, si intrāt cogitantur, in quantū veniētes atq; intrātes animū attingunt, quæ nec totę intrare possunt per tam parū corpus, nec totæ tam parū animū attingere? Memento me secundū illos hæc dicere: non. n. ego talem animū sentio: aut si incorporeū Democritus animū existimat. Epicurus quidē solus ista ratione vrgeri potest. Sed et ille quare non vidit, non opus esse nec fieri posse, vt incorporeus animus aduentu atq; contactu corporearū imaginum cogitet. De visu certe oculorū, ambo pariter redarguuntur. Tam breues. n. oculos, tā grādium imaginū corpora tota attingere, nullo modo possunt. Cum aut quęris ab eis, quare vna imago videat corporis alicuius, a quo innumerabiliter imagines fluūt. Respōdet, eo ipso quo frequenter fluūt & transeunt ima-

Demo-
critus de
Deo.

G

H

K

ima-

imagines, quasi quadam earum cōstipatione & densitate fieri, vt ex multis vna videatur. Quam vanitatē Cicero refellit, vt eo ipso neget æternū Deum eorū posse cogitari, quo innumerabiliter fluentibus & labētibus imaginibus cogitatur. Et qm̄ innumerabilitate atomorum suppeditante, dicunt fieri formas Deorū sempiternas, cū ita discedunt quædā corpuscula de diuino corpore vt alia succedant, & dissolui illā naturam eadem successione non sinant. Oīa ergo, inquit, æterna essent, quia nulli deest ista innumerabilitas atomorū, quæ ppetuas ruinas subinde suppleat. Deinde quō nō vereatur iste Deus ne intereat, cū sine vlla intermissione pulsetur, agiturq; atomorū incurfione sempiterna? Pulsa ri. n. dicit illud corpus, quod irruentibus atomis feriat, & agitari quod penetret. Deinde cū ex ipso imagines de quib. iā satis dictū est semper affluant, quō pōt de immortalitate confidere? * In quib. oibus deliramētis hæc opinantiū, illud præcipuè dolendū est, quod non sufficit enarrari, vt nulla cuiusquā disputatione aduersante respuantur. Sed acutissimorū hominū ingenia, id est negociū susceperunt, vt copiosè ista refellerent, q̄ statim dicta est à tardissimis derideri abijciq; debuerunt. Si. n. concesseris esse atomos, si cōcesseris est concursu fortuito seipsas pellere & agitare, num & illud eis fas est concedere, vt inter se atomi fortuito concurrentes, rē aliquā ita conficiant, vt eā forma modifitent, figura determinent, æqualitate poliāt, colore illustrent, aīa vegetent? quæ oīa nullo modo nisi arte diuinæ prouidentia fieri videt quisquis magis mente q̄ oculis amat videre, idq; ab eo expetit à quo factus est. Nā nec ipsas atomos esse vllō modo concedendū est, quod omīssa subtilitate q̄ de diuisione corporū à doctis traditur, vide quā facillè secundū ipso rum opinionē possit ostendi. Certè. n. ipsi dicunt oīa, quæ sint nature, nihil esse aliud quā corpora, & inania quæq; his accidant, quod credo motū & pulsum dicere, & consequētes formas. Dicant ergo in quo genere ponāt imagines, quas de corporibus solidioribus affluere putant, ipsas minimè solidas, ita vt tactu nisi oculorū cū videmus, & animi cū cogitamus, scēiri nō possint, si & ipsa corpora sunt, Nā ita censent, vt exire à corpore & venire ad oculos, vel ad aīum possint, quem

al. l. esse se
uerus.

M

nihilominus dicunt esse corporeū. Quæro, vtrū est ab ipsis atomis affluant imagines? Si affluūt, quō iā sunt atomi à quib. aliqua corpora separantur? Si nō affluunt, aut pōt aliqd sine imaginib. cogitari quod vehementer nolunt, aut vnde norunt atomos quas nec cogitare potuerunt? Si iā pudet me ista refellere, cum eos non puduerit ista sentire. Cum vero ausi sint est defendere, non iā eorum, sed ipsius generis humani me pudet, cuius aures hæc ferre potuerunt. Cū igitur tanta sit cecitas mentiū per ingluuē peccatorū amorēq; carnis, vt est ista sententiarū portēta doctores contererere disputando non potuerint, dubitabis tu Dioscore, vel quisquā vigilanti ingenio præditus, vllō modo ad sequendā veritatē melius consuli potuisse generi humano, q̄ vt homo ab ipsa veritate susceptus ineffabiliter atque mirabiliter, & ipsius in terris personā gerens, recta præcipiendo, & diuina faciēdo, salubriter credi persuaderet, quod nōdū prudenter posset intelligi? Huus nos gloriæ sumus, huic te immobiliter atq; constanter credere hortamur, per quē factum est, vt nō pauci, sed populi est qui non possunt ista diiudicare ratione, fide credant, donec salutaribus præceptis adminiculati euadant ab his perplexitatibus in auras purissimæ atq; sincerissimæ veritatis. Cuius authoritati tātō deuotius obtemperari oportet, quāto videmus nullū iam errorē se audere extollere, ad congregandas sibi turbas imperitorum, qui non Christiani nominis velamenta cōquirat. Eos autē solos ex veteribus præter Christianū nomen in conuenticulis suis aliquanto frequentius perdurare, qui scripturas eas tenent, per quas annūciatū esse ipsum dñm Iesum Christum, se intelligere & videre dissimulat. Porro illi cū in vnitatem atq; cōione catholica nō sint, Christiano tñ nomine gloriantur, coguntur aduersari credentibus, & audent imperitos quasi ratione traducere, qm̄ maximè cum ista medicina dominus venerit, vt fidem populis imperaret. Sed hoc facere coguntur, vt dixi, quia iacere se abiectissime sentiūt, si eorū autoritas cū autoritate catholica confertur. Conāt ergo autoritatē stabilissimā fundatissimæ ecclesiæ quasi rationis noīe & pollicitatione superare. Omnium. n. hæreticorū quasi regularis est ista temeritas. Sed ille fidei Imperator clemētissimus, & p̄ cōuentus ce-

leberimus

leberimos populorum atq; gentiū, sedesq; ipsas Apostolorum arce autoritatis munivit ecclesiam, & per pauciores pie doctos & vere spiritalis viros copiosissimis apparatibus etiam inuictissimæ rationis armavit. Verū illa rectissima disciplina est, in arcē fidei q̄ maxime recipi infirmos, vt pro eis iam tutissime positus, forensissima ratione pugnetur. Platonici vero, qui fallorum philosophorū erroribus illo tpe circunlatrantibus, non habentes diuinam personā qua imperarent fidem, sententiam suam tegere querendam, q̄ polluentiam proferre maluerunt, cum iam Christi nomen terrenis regulis admirantibus perturbatisq; crebresceret, emergere ceperunt, ad profendum atque aperitendū quid Plato sensisset. Tunc Plotini schola Romæ floruit, habuitq; condiscipulos multos acutissimos & solertissimos viros. Sed aliqui eorū magicarum artiū curiositate deprauati sunt, aliqui dñm Iesum Christum ipsius veritatis atque sapientiæ incomutabilis quam conabantur attingere cognoscentes gestare personam, in eius militiam transferunt. Itaq; totum culmen autoritatis lumenq; rationis in illo vno saluari nomine atque in vna eius ecclesia, recreādo atque reformando humano generi constitutum est. Hæc me tibi diuissime in hac Epistola locutum, & si alia forte tu malles, omnino non penitet: Probabis enim hæc magis quāto magis in veritate proficies, & tunc probabis cōsiliū meum, quod nunc vilitati studiorum tuorum minus obsecutum putas. Quanquam est illis ipsi quæstionibus tuis, non solū quibusdā in hac epistola, sed et ceteris pene omnibus in ipsis mebranis, in quibus ea misisti, vt potui breuiter annotando responderim. In quibus me si parum egisse, aut aliud q̄ volebas egisse, arbitraris, nō recte cogitas mi Dioscore, a quo nūc ista quæseris. Oratoris autē libros, & q̄ sunt de oratore, oēs prætermis. Nescio quis. n. nator mihi esse visus sum, si ea exponenda persequerer. Nā de ceteris possem est decenter interrogari, si mihi quisquā res ipsas, nō de libris Ciceronis, sed per seipsas tractandas dissoluendasq; proferret. In illis autē res ipsæ nūc nostræ professioni minus cōgruūt. Hæc autē omnia nō facerē, nisi me post agritudinē in qua erā cum homo tuus venisset, aliquantū ab Hippone remouerem. Quibus

item diebus perturbatione valetudinis febribusq; repositus sum. Inde factum est vt tardius quā possent, tibi hæc mitteretur. Quæ quomodo acceperis, rescripta flagito.

Augustinus Dardano respondet ad duas quæstiones, ostendens quomodo Deus dicitur alicubi esse, aut non esse, & quomodo Christus non sit vbiq; & rursus sit vbiq;.

Epist. L VII.

Fateor me, frater dilectissime Dardane, illustrior mihi in charitate Christi, q̄ in huius seculi dignitate, literis tuis tardius respondisse q̄ debui. Cuius rei causas nollem quæres, ne molestius me feras diutius excusantem, quam perculisti tardius rescribentē. Cum ergo te malim offensionem meam facillè ignoscere, quā de mea defensione iudicare, quæcunque illæ causæ fuerint, crede nullum tui apud me esse potuisse contemptū. Immo enim uero citissime rescripsissem, si te contempsissem. Nec modo, quia tandem aliquā rescripsi, ideo saltē tandem aliquā dignum aliquid te lectore molitus sum, & quod merito possim tuo nomine pnotare. Sed rescribe vt cunq; iā malui, q̄ pati & hanc atatem me huius officij debitore transire. Nec tua me dignitas terruit fecitq; cunctantem, cum sit humanitas tua grator quā illa suspectior. Sed vnde te magis amo, hinc difficilior vnde sufficiam tantæ auaritati religiofi tui amoris inuenio. Huc accessit quos pter mutua charitatis flāmam, qua sit vt etiam eos quos nūquam videmus diligamus, dū eos habere q̄ diligamus, credimus, vbi me vtiq; præuenisti, fecistiq; vt verear in me decipi opinionē atque expectationē tuā. Præter hoc ergo mihi tales quæstiones in tua epistola proposuisti, q̄ si a quolibet propositæ forent, oīo quoque meo quod mihi desit, non paruum negociū facerent. Cum vero abs te proponantur, cui profunda rimanti solutionis earum superficialis nequaquam sat est, & proponuntur occupatissimo aliarumq; curarū molibus valato & obstructo, tuæ prudentiæ est & beneuolentiæ cogitare, q̄ te placidum habere debeam, vel quod diu non rudi, vel si et nunc pro tuæ intentionis granditate non rñdero. Quæris igitur: Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, quō nūc esse credatur

Quæst. 1
1. Tim. 1

Aug. Tomus Secundus. L in

Luc. 23. in celo, cū pendens in ligno, iamq; moriturus latroni credenti dixerit. Hodie mecū eris in paradiso: Et hinc fortasse intelligendū dicitur paradiso, quasi in aliqua celi parte constitū, aut quia ubique Deus sit, hominem quoq; illū qui in Deo sit ubiq; diffusum, ex hoc nimirum intelligi volens, et in paradiso esse potuisse qui ubique sit. Vbi ego q̄ro, vel potius agnosco, quemadmodū accipias hominē Christū, non utique sicut quidā heretici verbū Dei & carnē, hoc est sine aīa humana, ut verbū esset carni pro anima, vel verbū Dei & aīam & carnem, sed sine mente humana, ut verbū Dei esset anima pro mente humana. Non utique sic accipis hominē Christum, sed sicut superius locutus es, ubi aīsti, Christum omnipotentem Deū, ea te ratione credulitatis accipere, ut Deū non crederes, nisi perfectū et hominem credidisses, profecto eū dieis hominem perfectū, totam illic naturam humanā vis intelligi. Nō est autē homo perfectus, si vel anima carnī, vel animæ ipsi mens humana defuerit. Si ergo secundū hominem quem verbū Deus suscepit, putamus dictū esse. Hodie mecū eris in paradiso, non ex his verbis in celo existimandus esse paradiso. Neque. n. ipso die in celo futurus erat homo Christus Iesus, sed in inferno secundum animā, in sepulchro autem secundum carnē. Et de carne quidem quod eo die in sepulchro sit posita, manifestissimum est Evangelium: Quod vero illa aīa in infernum descendērit, Apostolica doctrina prædicat. Qñ quidem beatus Petrus ad hanc rē testimonium de psalmis adhibet, ubi de ipso prædictum esse demonstrat. Qñ non dereliques animam meā in inferno, neque dabis sanctū tuum videre corruptionē. Illud de anima dictū est, quia nō ibi est derelicta vnde tā cito remeavit: illud de corpore qđ in sepulchro corrupti celeri resurrectione non potuit. Sed ī sepulchro paradiso nullus intelligit. Et si quisquā esset ita absurdus, ut hoc sapere conaretur, eo quod illud sepulchrū in horro erat, certe hinc ab ista opinione reuocaretur, qđ ille cui dictū est: Hodie mecū eris in paradiso, nō illo die fuit cū Ch̄ro in illo sepulchro: nec eius fidei pro magno munere offerret sepultura carnis, nihil gaudij vel doloris in morte sentiētis, eū ille de requie ubi sensus est, cogitaret. Restat igitur ut si secundū

hōiem dictū est: Hodie mecū eris in paradiso, in inferno intelligatur esse paradiso, ubi erat eo die futurus secundū humanā animā Christus. Vtrum autē sinus ille Abrahamę ubi diues impius cū in tormentis esset inferni, requiescentē pauperē vidit, vel paradisi censendus vocabulo, vel ad inferos pertinere existimandus sit, non facillē dixerim. De illo quippe diuinitē legimus dictū esse: Mortuus est autē & diues, & sepultus est ī inferno: Et cū apud inferos in tormentis esset. In pauperis autē morte vel requie non sunt inferi noiati: Sed contigit, inquit, mori inopem illū & auferri ab angelis in sinū Abrahamę. Deinde ardenti diuinitē dicit Abrahamā. Inter nos & vos chaos magnum firmatū est, tanquā inter inferos sedes q; beatorū. Non. n. facillē alicubi scripturarū in ferorū nomen positū inuenitur in bono. Vnde et quæri solet, si non nisi pēnalia rectē intelliguntur inferna, quō animam dñi Christi credamus fuisse in inferno? Sed bene respondetur, ideo descendisse, ut quibus oportuit subueniret. Vnde beatus Petrus eū dicit soluisse dolores inferni, in quibus impossibile erat teneri eū. Porro si vtraque regio & dolentium & requiescentium, i. & ubi diues ille torquebatur, & ubi pauper ille lætabat, in inferno esse credenda est, quis audeat dicere dñm Iesum ad pēnales inferni partes venisse tantūmodo, nec fuisse apud eos qui in Abraham sinu requiescunt? ubi si fuit, ipse est intelligēdus paradiso, quem latronis animæ illo die dignatus est polliceri. Quæ si ita sūt, generale paradisi nomen est, ubi feliciter uiuitur. Neq; n. qđ paradiso est appellatus ubi Adam fuit ante peccatū, propterea scriptura prohibita est et ecclesiā vocare paradisu cū fructu pomorum. Est autē sensus multo expeditior, & ab his omnibus ambiguitatibus liber, si non secundū id quod homo erat, sed secundū id quod Deus erat Christus dixisse accipiatur: Hodie mecū eris in paradiso. Homo quippe Christus illo die secundū carnē in sepulchro, secundū animā in inferno futurus erat, Deus vero idē ipse Christus ubique semper est. Est. n. lux quæ lucet etiam in tenebris, quamuis eam tenebræ non comprehendant. Est virtus & sapientia Dei, de qua scriptum est, quod attingat à fine vsque ad finem fortiter, & disponat omnia suaviter, & attingat ubique propter suam munditiā, & nihil

hil inquinatū in eā incurrat. Vbiq; ergo sit paradiso, quisquis beatorū ibi est, cum illo ibi est qui ubiq; est. Cum enim sit Christus Deus & homo, deus utiq; vnde dicit. Ego & pater vnus sumus, homo autē vnde dicit, Pater maior me est, idēq; filius Dei vnigenitus à patre, & filius hominis ex semine Dauid secundū carnē, vtrunq; in illo obseruandū est cum loquitur vel cū de illo scriptura loquit, & quid secundū quid dicatur intueđū. Nam sicut vnus homo est aīa rationalis & caro, sic & vnus xps est verbū & homo. Proinde qđ ad verbū attinet, creator est Christus. Omnia .n. per ipsum facta sunt. Quod verò ad hominem, creatura est Christus. Factus est enim ex semine Dauid secundum carnē, & in similitudinem hominū factus. Item quia in homine duo sunt anima & caro: secundum animā tristis fuit vsque ad mortē, secundum carnē passus mortem. Nec tñ cum filium Dei Christum dicimus, hominem separamus, aut cum eūdem xpm filium hominis dicimus separamus Deum: secundum hominē nanq; in terra erat, non in celo ubi nunc est, quādo dicebat, Nemo ascendit in celū, nisi qui de celo descendit, filius hominis qui est in celo: quāuis secundū id quod filius Dei erat, esset in celo, scđm id verò quod filius hominis erat, adhuc esset in terra, nondūq; ascendisset in celū. Similiter cum secundū id, qđ filius Dei est sit dñs gloriæ, scđm id autē quod est filius hominis crucifixus sit, ait tñ Apostolus. Si. n. cognouissent, nūquā dñm gloriæ crucifixū. Ac p hoc & filius hominis secundū Deum erat in celo, & filius Dei scđm hominē crucifigebatur in terra. Sicut ergo potuit rectē dici, dñs gloriæ crucifixus, cum ad solā carnem illa passio pertineret, ita rectē dici potuit, Hodie mecū eris in paradiso: cū iuxta humanā humilitatē, per carnem in sepulchro, per animam in inferno illo die futurus esset, iuxta diuinā vero immutabilem nunquā de paradiso, quia ubiq; est semper, recessisset. Noli itaq; dubitare ibi nūc esse hōiem xpm Iesum, vnde vētur⁹ est, memoriterq; recole & fideliter tene Christianā cōfessionē, qm̄ resurrexit à mortuis, ascendit in celū, sedet ad dexterā p̄ris, nec aliū de q̄ inde venturus est ad viuos mortuosq; iudicandos. Et sic venturus est illa angelica voce testate, quemadmodum ire visus est in

celū, id est in eadē carnis forma atq; substantia cui profecto immortalitatē dedit naturā nō abtulit. Scđm hanc formā nō est putād⁹ ubiq; diffusus. Cauendū est. n. ne ita diuinitatē adstruamus hōis, ut veritatē corporis auferamus. Non est autē cōsequens: ut quod in Deo est, ita sit ubiq; ut Deus. Nā & de nobis verissima scriptura dicit, qđ in illo viuimus, mouemur & sumus, nec tñ sicut ille ubiq; sumus, sed aliter homo ille in Deo, qm̄ aliter & Deus ille in hōie proprie quodā & singulari modo. Vna enim p̄sona Deus & homo est, & vtrunq; est vnus Christus Iesus, ubiq; per id qđ Deus est, in celo autē per id quod homo. Quāquā & in eo ipso quod dicitur De⁹ ubiq; diffusus, carnali resistentum est cogitationi, & mens à corporis sensibus auocada, ne quasi spatiofa magnitudine opinemur Deū per cūcta diffundi, sicut humor, aut aer, aut lux ista diffundit: omnis. n. huiusmodi magnitudo minor est in sui parte q̄ in toto, sed ita potius sicuti est magna sapientia etiā in hōie cuius corpus est parū. Et si duo sint sapientes quorū sit alter corpore grandior, neuter sapiētior, nō est illa in maiore maior, minor in minore, aut minor in vno q̄ in duobus, sed tanta in hoc quāta in illo, & tanta in vno quoq; quanta in vtroque. Neq; n. si equa liter sunt oīno sapientes, plus sapiunt ambo q̄ singuli, quemadmodū si æqualiter sint immortales, nō plus viuūt ambo quam singuli. Ipsa deniq; immortalitas corporis quæ in Christi carne præcessit, nobisq; in fine futura promittit, cū magna sit res, nō est profecto mole magna. Sed licet corporaliter habeatur, incorporea quædā excellētia est. Nā cū ipsum immortale corpus minus sit in parte q̄ in toto, immortalitas eius tā plena est in parte q̄ in toto: & cum sint alijs alia maiora, nō tamen alijs alia immortaliora sunt mēbra. Sicut nunc quando ex omni parte sanī sumus secundū modū præsentis in corpore sanitatis, nō qđ maior ē man⁹ tota q̄ digitus, ideo manus totius sanitatē maiore dicitur esse, q̄ digiti: sed in illis inæqualibus æqualis est ipsa, qm̄ ita breuiora grandioribus cōparantur, ut qđ tā magnū esse nō pōt, quā est aliud, possit tamen esse tam sanum. Esset autem maior sanitas in maioribus membris, si essent maiora saniora. Cum vero non est ita, sed maiora atque minora tam sana sunt

Salutatio.

G

Acto. 2.

Psalm. 15.

H

Joan. 10. Ioan. 14.

Luc. 16. Alter d. singulari. Greci. Abrahā in inferno.

Joan. 1. Ro. 1. Christus quomodo creatura

Secundū hominē pro eo quod est secundū humanā naturā. Ioan. 3. I. Cor. 2.

Parad. sus.

3. Com. dif. 21. Hic qđ ritur. Christi ubiq; Iohan. Sapi. Sapi.

Christus non ubique.

A

Acto. 17

1. se. dif. 37. sateen mur.

B

sunt, dispar est perfectio in membrorum molibus, quãtitas, sed par est in disparibus sanitas. Cũ ergo sit corpus aliqua substantia, quãtitas eius est in magnitudine molis eius: sanitas verò eius non quantitas, sed qualitas eius est. Non ergo potuit obtinere quantitas corporis, quã potuit qualitas. Nã ita distantibus partibus quã simul esse nõ possunt, quã sua quẽquẽ spatia locorum tenent, minores minora, & maiora maiores, nõ potuit esse in singulis quibusque partibus tota vel tanta, sed amplior est quantitas in amplioribus partibus, breuior in breuioribus, & in nulla parte tanta quanta per totũ. Qualitas verò corporis quã sanitas dicitur, cũ sanũ corpus est totũ, tanta est in maioribus, quãta in minoribus partibus. Nõ. n. quã minus magnã sunt ideo minus sanã sunt, aut quã ampliores, ideo saniores. Absit ergo, vt quod potest in corpore qualitas creati corporis, non possit in seipsa substantia creatoris. Est ergo Deus per cuncta diffusus. Ipse quippe ait per prophetã: **Cælum & terram ego impleo.** Et quã pauloante posui de sapietia eius. Attingit a fine vsq; ad fine fortiter, & disponit omnia suaviter. Item quã scriptum est. **Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ.** Et quã dicitur in quodam psalmo: **Quo abibo à spiritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Si ascẽdero in cælum, tu ibi es: si descendero ad infernũ, ades: quia substantialiter Deus vbiq; diffusus. Sed sic est deper cuncta diffusus, vt non sit qualitas mundi: sed substantia creatrix mundi sine labore regens, & sine onere continens mundũ. Non tamen per spatia locorum, quasi mole diffusa, ita vt in dimidio mundi corpore sit dimidius, & in alio dimidio dimidius: atq; ita per totũ totus, sed in solo cælo totus, & in sola terra totus, & in cælo & in terra totus solus: & nullo contentus loco, sed in seipso vbiq; totus. Ita pater, ita filius, ita spiritus sanctus, ita trinitas vnus Deus. Neq; enim mundũ inter se in tres partes diuiserunt quas singulas singuli implerent, quasi nõ haberet vbi esset filius, aut spiritus sanctus in mundo, si totũ occupasset pater. Nõ ita se habet vera incorporea, immutabilisq; diuinitas. Non. n. corpora sunt quorum amplior sit in tribus quã in singulis magnitudo: nec loca suis molibus tenet, vt distantibus spatijs simul esse nõ possint. Si. n. anima in corpore cõstituta, nõ solũ nullas angustias, verumetiã quãdã latitudinẽ inue-**

nire nõ corporaliũ locorũ, sed spiritaliũ gaudiorũ, cũ sit quod ait Apostolus. Nescitis quã corpora vestra templũ in vobis spiritus sancti est, quẽ habetis à Deo: nec dici nisi stultissime potest, nõ habere locũ in nostro corpore spiritus sanctum, quod totum nostra anima impleuerit: quãto stultius dici illis angustijs impediri alicubi trinitatem, vt pater & filius & spiritus sanctus, vbiq; simul esse non possint? Verum illud est multo mirabilius, quod cũ Deus vbiq; sit totus, nõ tã in oĩbus habitat. Non. n. omnibus dici potest, quod ait Apostolus vel quod iã dixi, vel etiam illud: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Vnde ecotrario de quibusdam idem dicit: Quisquis autem spiritum Christi non habet. hic nõ est eius. Quis porro audeat opinari, nisi quisquis inseparabilitate penitus trinitatis ignorat, quod in aliquo habitare possit pater aut filius, in quo non habitat spiritus sanctus: aut in aliquo spiritus sanctus, in quo nõ & pater & filius? Vnde fatendum est vbiq; esse Deũ per diuinitatis presentiam, sed nõ vbiq; per habitationis gratiam. Propter hanc enim habitationẽ, vbi proculdubio gratia dilectionis eius agnoscitur, nõ dicimus, Pater noster qui es vbiq;: cũ & hoc verum sit, sed, Pater noster qui es in cœlis vt templum eius potius in oratione commemoramus, quod & nos ipsi esse debemus: & in quantum sumus, intantum ad eius societate & adoptionis familiã pertinemus. Si enim populus Dei nondũ factus æqualis angelis eius adhuc in ista peregrinatione dicitur templũ eius, quantum magis est templum eius in cœlis vbi est populus angelorum, quibus aggregandi & cõquandi sumus, cum finita peregrinatione quod promissum est sumpserimus? Cum igitur qui vbiq; est non in oĩbus habitat, et in quibus habitat nõ æqualiter habitat. Nã vnde est illud quod Haliæus poposcit, vt dupliciter in eo fieret spiritus Dei qui erat in Heliã. Et vnde in omnibus sanctis sunt alij alijs sanctiores, nisi abundantius habedo habitorem Deum? Quomodo ergo verũ supra diximus, quod Deus vbiq; sit totus quã in alijs est amplius, in alijs minus? Sed non est negligenter intuendum quod diximus, in seipso esse vbiq; totum. Non, ergo in eis, quia alij plus eum capiunt, alij minus. Ideo enim vbiq; esse dicitur, quia nulli parti re-

rum absens est. Ideo totus, quia non parti rerũ partem suã presentẽ præbet, & alteri parti alterã partem, æquales equalibus, minori vero minore, maioriq; maiore, sed non solũ vniuersitati creature, verumetiã cuilibet parti eius totus pariter adest. Hiq; ab eo longe esse dñr, qui peccando dissimillimi facti sũt: & hi ei propinquare qui eius similitudinem pie viuendo recipiunt. Sicut rectẽ dicuntur oculi tanto esse ab hac luce longius quanto fuerint ceciores. Quid. n. tam longe est à luce quã cecitas, et si lux presentẽ sit, atque oculos perfundat extinctos? Propinquare autẽ luci merito perhibetur oculi, qui sanitatis accessu acie recipiendo lucem recipiunt. Porro aut quod parũ distinctẽ putauimus posse intelligi, cũ diceremus Deũ esse vbiq; totũ, nisi adderemus in seipso, video diligentius exponendũ. Quõ. n. vbiq; si in ipso? Vbiq; scilicet, quia nusquã est absens. In seipso autẽ, quia nõ continetur ab eis quibus est presentẽ tanquã sine eis esse nõ possit. Nam spatia locorũ tolle corporibus, nusquã erunt; & quia nusquã erunt, nec erunt. Tolle ipsa corpora qualitatis corporũ, non erit vbi sint, & ideo necesse est, vt non sint. Etenim cum per totã suã molem corpus æqualiter sanum est, aut æqualiter candidũ, non est in vna quã in alia parte eius sanitas maior, aut candor, nec maior in toto quã in parte eius: quia non sanius, aut candidius totũ constat esse quã partẽ. Si autẽ inæqualiter sit sanũ aut inæqualiter candidũ, fieri potest vt in minore parte sit sanitas maior aut candor, cum minora quã maiora saniora vel candidiora sunt membra: vt quæ adeo non mole constat quod in qualitatibus magnum dicitur esse vel paruum. Verumtã si moles ipsa corporis, quantacunq; vel quantulacunq; sit, penitus auferat, qualitates eius nõ erit vbi sint, quãuis non mole metiendẽ sint. At vero Deus nõ si minus capitur ab illo cui presentẽ est, ideo ipse minor est. Totus. n. in seipso est, nec in quibus est, ita est vt indigeat eis, tanquã non possit esse nisi in eis. Sicut autẽ nec ab illo abest in quo non habitat, & totus adest quãuis eũ ille non habeat: ita & illi in quo habitat, totus est presentẽ, quamuis eũ non ex toto capiat. Neque. n. ad habitandum diuidit se per hominum corda seu corpora, aliam sui partem huic tribuens, illi aliam, sicut lux ista per aditus & per fenestras domo-

rum: sed potius si quemlibet sonum cũ corporea res sit ac transitoria surdus non capit, surdaster non totũ capit, atque in ijs qui audiunt cum pariter ei propinquant, tantomagis alius alio capit, quanto est acutioris, tanto aut minus, quanto est obtusioris auditus, cũ ille non varie magis minusve insonet, sed in eo loco in quo sunt, omnibus equaliter presentẽ sit: quanto excellentius Deus natura in corporea, & immutabiliter viuã, qui non sicut sonus per moras tẽporum tendi & diuidi potest, nec spatia aereo tanquã loco suo indiget, vbi presentẽ presentẽ sit, sed eterna stabilitate in seipso manens, totus adest rebus omnibus potest, & singulis totus: quãuis in quibus habitat, habeant eũ pro suã capacitatis diuersitate, alij amplius, alij minus, quos, ipse sibi dilectissimũ templum gratia suẽ bonitatis ædificat? Et donationũ quidẽ dictã sunt diuisiones tanquã per partes & membra vnus corporis, vbi & simul omnes vnũ templũ, & singuli singula tẽpla sumus, quia non est Deus in omnibus, quã in singulis maior. Et sit plerumque vt plures eum manus capiant, vnus amplius. Sed cum dixisset Apostolus, Diuisiones autẽ donationũ sunt, continuo subiecit: Idem autẽ spiritus. Item cũ ipsas donationũ diuisiones cõmemorasset, Omnia autẽ hæc, inquit, operatur vnus atq; idẽ spiritus, diuidens propria vniciq; prout vult. Diuidens ergo non ipse diuisus, quia ipse vnus atque idẽ. Illã uero diuisiones dictẽ sunt, sicut membrorũ in corpore, quia non idẽ valent aures, quã oculi, atque ita membra cetera diuersis officijs cõcorditer distributa: quẽ tã cũ sani sumus, vna neque diuersa, nec alibi maiore, alibi minore, sed cũ sint ipsa disparia cõi & parili salute cõgaudent. Huius corporis caput est Christus, huius corporis vnitas nostrõ sacrificio cõmmandatur. Quod breuiter significauit Apostolus dicens. Vnus panis vnũ corpus multi sumus. Per caput nostrũ recõciliamur Deo, quia in illo est diuinitas vnigeniti facta parti ceps mortalitatis nostrẽ, vt & nos participes eius immortalitatis essemus. Hoc sacrm longe est à cordibus sapietium superbiorum, & ideo non Christianorum, ac per hoc nec vere sapientium. Illorum et dico sapietium, qui cognouerunt Deum, quia cognoscẽtes Deũ, sicut dicit Apostolus, non sicut Deũ glorificauerunt aut gratias egerunt. Nostri autẽ in quo.

Hier. 23. Sap. 8.

Sap. 1.

Psal. 38.

1. se. dist. 27. fatea anur.

1. Cor. 6.

1. se. dist. 37. scien. dum.

E

Deus quõ. n. cubi m est.

Rom. 8.

Man. 1

F

4. Reg.

Li. 83. 7. 42.

1. se. dist. 37. vel autem.

1. Co. 13.

1. Co. 10.

Rom. 1

sacrificio dicatur. Gratias agamus dño Deo nostro. A cuius sacrificij humilitate lōge abest typhus & cothurnus illorū. Et ideo multū mirabilis res est, quemadmodū quorundā nondum cognoscentiū Deum sit inhabitator Deus, & quorundā cognoscentium non sit. Nec illi. n. ad templum Dei pertinent, qui cognoscentes Deū nō sicut Deū glorificauerunt, aut gratias egerunt: & ad tēplū Dei pertinent paruuli sanctificati sacro Christi, regenerati spiritu sancto, qui certē regenerati per aetate nondū possunt cognoscere Deū. Vnde quē potuerunt illi nosse nec hñe, isti potuerunt habere antequā nosse. Beatissimi autē sūt quibus hoc est Deū hñe quod nosse. Ipsa quippe noticia plenissima, verissima est. Hinc iā oportet ēt illam quā post epistolā tuā subscriptionē addidisti, pertractare quaestionē. Si adhuc ignorant paruuli Deum, quō Ioannes ēt antequam nasceretur, ad aduentum & praesentiam matris domini, in suā matris utero potuit exultare? Cum. n. cōmemorasses te legisse librum meum de baptismo paruulorum, addidisti & aisti, de praegnantibus quid sentias opto cognoscere, cū credulitatis fidē pro puero mater Ioannis Baptistae rñderit. Hāc sunt certē verba Helizabet matris Ioannis: Beata tu inter mulieres, & beatus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi ut veniat mater dñi mei ad me? Ecce. n. ut facta est vox salutationis tuā in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Hoc autem ut diceret, sicut euangelista praelocutus est, repleta est spiritu sancto, quō proculdubio reuelate cognouit quid illa exultatio significasset infantis. Illius venisse matrem, cuius praecursor ipse & demonstrator esset futurus. Potuit ergo esse ista significatio rei tantae a maioribus cognoscendae, non a paruulo cognita. Nam neq; cum hoc ante in Euangelio narraretur dictū est, credidit infans in utero eius, sed exultauit. Neq; ipsa dixit, exultauit, in fide infans in utero meo, sed exultauit in gaudio. Videmus autē exultationē non solum paruulorū, sed ēt pecorū, non utiq; de aliqua fide vel religione, vel quacunq; rationali cognitione venientē. Sed hāc planē inuitata & noua extitit, quia in utero, & ad eius aduentū, quē hominū saluatore fuerat paritura. Ideo mira, ideo in magnis signis deputanda. Ideo hāc exultatio, & tanquā matris dñi red-

ditā resalutatione, sicut solent miracula fieri, facta est diuinitus in infante, non humanitus ab infante. Quāq; ēt si vsque adeo est in illo puero acceleratus vsus rōnis & voluntatis, vt intra viscera materna iam posset agnoscere, credere, consentire, qđ in alijs paruulis etas expectatur vt possint, ēt hoc in miraculis habendū diuināe potentiae, non ad humanā tendendū est exemplar naturae. Nam qñ Deus voluit, ēt iumentū mutū rationabilius est locutū. Nec ideo sunt admoniti hoies in deliberationibus suis, etiā afinina expectare consilia. Quocirca nec quod factū est in Ioanne cōtēno, nec inde regulā quid sentiendū sit de paruulis figo. Immo in illo propterea mirabiliter pdico, quia in alijs non inuenio. Habet quidem aliquid simile ēt illa in Rebeccae utero lucta geminorū. Verum & hōc vsque adeo prodigiū fuit, vt diuinū propterea mulier oraculū quæreretur & audiret duobus illis infantibus, duos populos fuisse figuratos. Scire autē diuinā paruulos qui nec humana ad huc nouerint, si verbis velimus ostendere, veror ne ipsis sensib. nostris facere videamur iniuriā, qñ id loquendo suademus, vbi oēs vires officiūq; sermonis facillimē superat euidentia veritatis. An non videmus ēt cū articulare vocis quali scunq; signa adere ceperint, atque ad initiū fandi transire ab infantia, adhuc eos talia sentire ac dicere, in quibus si remansissent, annisq; accedentibus tales esse persisterent, nullus eos vel fatuus, nimium fatuos esse dubitaret? Nisi forte id restat, vt in vagitu infantie, vel in ipso adhuc vteri filētio credamus paruulos fuisse sapiētes, postea vero quam nobiscum ceperunt loqui, ad hanc ignorantia quā ridemus crescendo venisse. Quod opinari, vides quā sit absurdū, cū paruulorū sensus in quali acunq; verba prorūpēs, qui certē ad ea q; maiores sapiunt penē nullus est, tñ cōparatus illi in quo nascuntur intelligentia dici pōt. Vnde autē in ipso tanto saluti psidio, qñ eis Christiana gratia subuenit, quod vobis quib. possunt & motibus reluctātur, nō eis imputatur, atque omnis renisus ipsorū nihil pēditur, donec in eis sacramēta peragantur, quibus id quod de originali damnatione tractum est expietur, nisi quia in tātum nesciunt quod faciunt, vt nec facere iudicētur? Porro si iā vterentur rationis & voluntatis arbitrio, quo illi sanctificationi

tionē adhiberi deberet assensus, quātū mali esset resistere tātē gratiae, quamq; non solū nihil prodesset quod fieret, verum etiā inde reatus accresceret, quis xpian⁹ ignoret? Dicim⁹ ergo in baptizatis paruulis, quāuis id nesciāt, habitare spiritū sanctum. Sic enim eum nesciūt quāuis sit in eis, quemadmodum nesciūt & mētē suā: cuius in eis ratio qua vt nōdū possunt, velut quaedā scintilla sopita est, excitanda aetatis accessu. Neq; hoc in paruulis, mirū debet videri, cū Apostolus quibusdā ēt maioribus dicat: Nescitis quia tēplū dei estis, & spūs Dei habitat in vobis? De quilibet paulo ante dixerat: Animalis autē homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei: quos ēt paruulos vocat, non carnis aetate, sed mētē. Non itaq; percipiebant cognitione spiritū sanctū qui habitabat in eis, & habitante in se spiritu sancto, adhuc animales nondū spirituales erant, quia nondū poterant inhabitare torē suū spiritū cognitione percipere. Habitare autē ideo & in talibus dicitur, quia in eis occulte agit, vt sit tēplū eius, idq; in proficiēdo perseuerantibus perficit. Spe. n. salui facti sumus, sicut Apostolus dicit, cū alio loco dicat: Saluos nos fecit p lauacrū regenerationis. Cum ergo dicat, saluos nos fecit: tanquā salus ipsa iam data sit, quemadmodum intelligendum sit, illic exponit, vbi ait: Spe. n. salui facti sumus. Spes autē quae videtur, nō est spes. Quod. n. videt quis, quid sperat? Si autē quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Multa itaque dicuntur in scripturis tanq; facta sint, cū in spe adhuc esse intelligatur. Vnde est & illud quod dñs discipulis ait: Omnia quae audiui a patre meo, nota feci vobis. Quod vsque adeo secūdū spē dictū est futurorum, vt eis postmodum dicat: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Agit ergo in quibus mortalibus adhuc habitat, ipsum aedificationē habitaculi sui, quam non in ista, sed in alia post hāc vitam perficit, qñ absorbetur mors in victoria, diciturq; illi. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Quid est autē mortis aculeus nisi peccatū? Propter qđ nūc etiā renati ex aqua & spiritu, omnibusque peccatis siue originis ex Adā in quo oēs peccauerunt, siue factorum, dictorum, cogitationūq; nostrarū, in illius lauacri mundatione deletis, tñ quia manemus in hac vita hu-

mana, quae tentatio est super terram, merito dicimus. Dimitte nobis debita nostra. Et hāc orationē dicit vniuersa ecclesia, quā mudat Saluator lauacro aquae in verbo, vt eā sibi exhibeat gloriosam, non habentē maculā, aut aliquid eiusmodi. Tunc utiq; perficitur in re, vbi nūc proficiendo ambulatur in spe. Nā quomodo est nūc non habens maculam, aut rugam, aut aliqd eiusmodi, quae uel in omnibus ad eā pertinentibus hoibus, qui iam ratione mentis utuntur, & uoluntatis arbitrio, mortalitatisq; carnis sarcinā portant, uel certe qđ etiā ipsos contentiosos necesse est fateri, in multis suis membris ueraciter dicit: Dimitte nobis debita nostra? Cū itaq; proficiētes in quibus mortalibus habitat dū de die in diē renouat, magis magisq; iustificet, exaudiat orantes, mundet confitentes, ut exhibeat sibi templum immaculatū in aeternū, merito dicitur nō habitare in eis qui cognoscentes Deū, non sicut Deū glorificauerūt, uel gratias egerunt. Colendo enim & seruiendo creaturae potius q̄ creatori, non unius ueri Dei templū se esse uoluerunt. Atq; ita dum uolūt eū habere cum multis, facilius effecerunt ut eū non haberent, quā ut dijs multis, falsis uel miserent. Et merito dicitur habitare in eis, quos secūdū propositū uocatos, iustificandos glorificandosq; suscepit, etiā antequam incorpoream quae ubiq; tota est ualeant eius nosse naturā, quātū nosci ex parte per speculum & in aenigmate ab homine in hac uita cum plurimū profecerit, potest. Sicut. n. in quibus habitat, multi tales, qualib. dicit Apostolus: Nō potuis uobis loq; quali spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquā paruulis in Christo lac uobis potū dedi non escā. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidē potestis. His quippe etiā illud dicit: Nescitis quia tēplū Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Hos tales si ēt antequā perueniant ad spiritalē mentis aetatem, ubi non lacte alantur, sed solido cibo, dies uitae hui⁹ extremus inuenit, perficit in eis habitator illorum, quicquid intelligentiae minus habuerunt: quoniam & ab unitate corporis Christi, qui nobis uia factus est & a templi Dei societate non recesserunt: Vnde ut non recedant, regulam fidei pusillis magnisque communē in ecclesia perseueranter tenēt & in quod peruenerunt in eo ambulant, donec eis deus

uoluntatis
arbitrio
genua
sen. di. 37
cap. i. h. d.
Baptif
mus, par
uulorum.

Secunda
quaestio.

Solutio.
Imae. 1.

4. sen. di.
6. c. illud

N. 21.
Super G.
ne. ad h.
ram 11.
cap. 29.

Gen. 21.
N. 21.

Rom. 8.
Tit. 2.

Fact. 1.
sperant.
Ioan. 15.

Ioan. 16.

B
al. l. 3.
primum
dicit.

I. Co. 15.

Matt. 6.
Eph. 5.

Rom. 1.

I. Co. 3.

I. Co. 6.

I. Co. 15.

Eph. 1.

gentibus constitutos, nondū fideles, nondum baptizatos. Quō ergo Dei filios, nisi secundū prædeterminationē, secundū quā & Apostolus dicit, quod nos elegerit Deus in Christo, ante cōstitutionē mūdi? Illa verò in vnū cōgregatio factura eos erat filios Dei. Neq; n. in vnū dictū est aliquē corporalē locū, cum de tali vocatione gentiū propheta prædixerit: Et adorabunt eū vnusquisq; de loco, omnes insule gentiū. Sed congregaret in vnū, dictū est, in vnū spiritum, & in vnū corpus, cuius vnū caput est Christus. Talis congregatio

Dædificatio est templi Dei. Talē congregationem non generatio carnalis, sed regeneratio spiritualis facit. Habitat itaq; in singulis Deo tanquā in tēplis suis, & in oibus simul in vnū cōgregatis tanq̄ in tēplo suo. Quod templū quandiu sicut arca Noe in hoc seculo fluctuat, sit quod in psalmo scriptum est: Dñs diluuiū inhabitat. Quauis & propter multos in omnibus gentibus populos fidelium, quos aquarū nomine Apocalypsis signat, possit intelligi congruenter: Dñs diluuiū inhabitat. Sequitur autem: Et sedebit dñs rex in æternum. Vtique in ipso templo suo iam in vita sua æterna post fluctuationē huius seculi constituto. Deus igitur vbiq; p̄sens est, & vbiq; totus p̄sens, nec vbiq; habitās, sed in tēplo suo, cui per gratiam benignus est & propitius. Caput autē habitans ab alijs amplius, ab alijs minus. De iplo verò capite nostro Apostolus ait: Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Nō ideo corporaliter, quia corporeus est Deus, sed aut verbo translato vsus est, tanq̄ in tēplo manu facto nō corporaliter sed vmbra litera habita uerit. i. p̄figurātibus signis. Nā illas omnes obseruationes, vmbra futurorū vocat, et ipso translato vocabulo. Summus. n. Deus, sicut scriptū est, nō in manufactis templis habitat: Aut certē corporaliter dictum est, quia & in Xpi corpore quod assumpsit ex virgine tanq̄ in templo habitat Deus. Hinc est. n. qđ Iudæis signū petētib; cū dixisset: Soluite tēplū hoc, & in triduo resuscitabo illud, Euangelista quid hoc esset cōsequenter exponens ait. Hoc autē dicebat de tēplo corporis sui. Quid ergo est? Hoccine interesse arbitramur inter caput & mēbra cetera, quod in quolibet quauis præcipuo mēbro, velut in aliquo magno Propheta, aut Apostolo, quan-

Psal. 28.

Colof. 2. *σωματι κωσ.*

Act. 17.

Ioan. 2.

nis diuinitus habitet, non tñ sicut in capite, quod est Christus omnis plenitudo diuinitatis? Nā & in nostro corpore inest sensus singulis mēbris, sed nō tātus quantus in capite, vbi prorsus omnis est quinquepartitus. Ibi. n. & visus, & auditus, & olfactus, & gustus, & tactus. In ceteris autē solus est tactus. An etiā præter hoc quod tanquā in tēplo in illo corpore habitat omnis plenitudo diuinitatis, est aliud quod interfit inter illud caput, & cuiuslibet mēbri excellentiā? Est planē quod singulari quadā susceptione hominis illius vna facta est persona cū verbo. De nullo. n. sancto- rū dici potuit, aut potest, aut poterit: Verbū caro factū est. Nullus sanctorū, qualibet præstantia gratiæ vnigeniti nomē accepit, ut qđ est ipsum Dei verbum ante secula, hoc simul cū assumpto homine diceretur. Singularis ē ergo illa susceptio, nec eū hominibus aliquibus sanctis quantalibet sapientia & sanctitate præstātibus, vilo modo potest esse communis, vbi diuinæ gratiæ satis perspicuū clarūq; documentum est. Quis. n. tā sit sacrilegus, ut audeat affirmare, aliquam posse animā per meritum liberi arbitrii, ut alter sit Christus efficiere? Ut ergo ad personā verbi vnigeniti p̄tineret, quo pacto per liberum arbitrium cōmuniter omnibus & naturaliter datum vna sola anima meruisset, nisi hoc singularis gratia præstitisset, quā fas est prædicare, de qua nefas est velle iudicare? Hęc si pro virib; nostris) quantū dominus adiuuuit) rite tractauimus, quādo Deū vbiq; p̄sentē, & nō spacijs distantibus, quasi aliqua mole vel distensione diffusum, sed vbiq; totū cogitare te extendis, auerte mentē ab omnibus imaginibus corporū, quas humana cogitatio voluere cōsuevit. Nō. n. sic sapientia, non iustitia, nō sic deniq; charitas cogitatur, de qua scriptum est. Deus charitas est. Cum verò habitationē eius cogitas, vnitatē cogita congregationēq; sanctorū, maxime in cēlis: vbi propterea p̄cipuē dici habitare, quia ibi sit voluntas eius perfecta eorū in quibus habitat obedientia. Deinde in terra, vbi ædificans habitat domū suā, in fine seculi dēdicandam. Christum autem dominum nostrum vnigenitū Dei filiū æqualem patri, eundemq; hominis filium, quo maior est pater, & vbiq; totum p̄sentem esse non dubites tanquā Deum, & in eodem templo Dei esse tanquam inhabitantem Deum,

Deū, & in loco aliquo cēli propter veri corporis modū. Sed cū me delectat loqui tecū, nescio utrū seruauerim sermonis sufficientis modū, quasi diurnū silētū loquacitate cōpensarem. Verū quia religione & beneuolētia qua me p̄occupasti, ita inuisceratus es cor di meo, ut tanq̄ cum amico verē colloquar, quicquid in opere styli n̄ri vtiliter elaboratū esse cognoscis, Deo grās age. Si qua autē vitia mea perspicias, ut charissimus amicus ignosce, eadem. s. sinceritate dilectionis mihi optans medicinam, qua concedis & veniam.

3. semel d. sim. 1. c. 1. r.

F

Ioan. 1.

G

1. Ioan. 4

H

Paulinus Augustino proponit nouem questiones ex diuersis scripturarum locis. Epistola LVIII.

DE paucis quæ nunc iam ad nauē currete literarū perlatore, & mihi in ipsius festinatione operanti in mentē venerūt, ne sine corollario mihi rescribas, aliqua proponam. Quæ si fortē lucida sunt & mihi videntur obscura, nemo prudentiū filiorum, qui forte de nostris in hora lectiunculæ huius circa te steterint, de insipientia mea rideat, sed potius beneuolentia fraternæ charitatis faueat instruendo, ut efficiar videntium particeps, & ex doctrina tua illuminatis mentib; considerantiū mirabilia de lege dñi. Dic ergo mihi benedicte doctor Israel, quid sit quod dicitur in Psal. 15. Sanctis qui in terra sunt eius, mirificauit oēs voluntates suas inter illos. Multiplicatæ sunt. n. oēs infirmitates eorū, postea accelerauerunt. Quos ait sanctos qui in terra sunt sancti. Nū illos Iudæos, qui filij carnis Abraham, & non filij repromissionis excluduntur à semine quod in Isaac vocatū est? Ideo sanctos in terra, quia sancti genere carnali, vita autē sensuq; terreni sunt, qui terrena sapiūt & carnali obseruantia in vetustate literæ con senescunt: nō renascentes in nouā creaturā, quia non receperunt eū per quē vetera transierūt, & facta sunt oīa noua. Sic. n. fortē eos in hoc psalmo sanctos appellat, quo mō in euāgelio iustos, vbi dicit: Nō veni vocare iustos, sed peccatores. i. illos iustos, qui in sanctitate generis & litera legis gloriātur. Quibus dicit: Nolite gloriari in patre Abraham, quia potēs est Deus de lapidib; istis excitare filios Abraham. Quorū forma in illo Pharisæo proponitur, qui iustitias suas tanquam nescienti

Psal. 15.

I

Matth. 9

Matth. 3

dño recolens, prædicabat in tēplo: non orās vt exaudiretur, sed exigens quasi debitū mereri pro operib; bonis quidem, sed ingratis Deo, quia quod iustitia ædificauerat, superbia destruebat: nec id ipsum silētio, sed voce clamabat, vt appareret eū non diuinis aurib; loqui, qui & ab hominib; vellet audiri. Atq; ideo non placuit Deo, qui placebat sibi. Quā dissipauit dñs ossa hominū sibi placentium. Confusi sunt, inquit, quia spreuit illos, q̄ cor humile, & contribulatū non spernit. Deniq; & in ipsa Euangelij parabola, qua Pharisæi & Publicani persona cōferē, euidenter ostendit ipse dñs quid in homine suscipiat, quid repellat, sicut scriptū est: Quia Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam. Ideo protestatur magis iustificatū abiisse è templo Publicanū de cōfessione peccatorū suorum, q̄ Pharisæum de imputatione iustitiarum suarū. Merito autē ille laudator sui repudiatus abscessit à facie Dei, qui cū ipso nomine et peritiā legis præferret, oblitus fuerat in propheta dicentē dñm. Super quem habitabo nisi super humilē & quietum, trementē sermōnes meos? Ille autē in corde contrito sui accusator accipitur, & obtinet veniā de confessis peccatis propter gratiam humilitatis, sancto illo Pharisæo, quales Iudæi sancti sūt, reportante sarcinā peccatorū de iactantia sanctitatis. Ipsius nimirum sunt forma Iudæi illi, de quibus Apostolus ait: quod suā iustitiam statuere cupientes, quæ ex lege est, iustitiæ Dei non sunt subiecti, quæ est ex fide, quæ reputata est patri nostro Abraham ad iustitiā non ex operibus, quia secundum omnipotentiam Dei credidit Deo: Apud quē ille verē iustus est, qui ex fide viuunt, nec sanctus in terra est, sed in cēlo; quia non carne, sed spiritu ambulat, cuius conuersatio in cēlis est, non gloriantis in circuncisione carnis, sed in circuncisione cordis, quæ non litera, sed spiritu agitur inuisibiliter, vnde laus eius non ex homine, sed ex Deo. Deinde quod iungit in eodē versiculo: Miras fecit voluntates tuas inter illos: credo ex eo dicit, quod ipsis primum lucernam legis accendit, & præcepta viuendi dedit. Notas enim inquit, fecit vias suas Moysi, & filijs Israel voluntates suas. Deinde ipsum pietatis suæ sacramentum in ipsis operatus est, natus in carne ex uirgine Deus in gente ipsorum, & de carne ipsorum factus ex semine

K

Psal. 52.

Luc. 18.

Iaco. 4.

Esa. 66.

Rom. 10.

L

Psal. 15.

Ioan. 9.
Matt. 12.

mine David hō: Deinde virtutes sanitarum, quas in ipsis & corā ipsis p̄fecit. Qui p̄ hęc non modo creditus nō est, sed & blalphematus est ab eis, cū dicerēt. Hic homo si a Deo esset, non curaret sabbathis: Et non eijcit demonia nisi in Beelzebub principe demoniorū. Propter hanc mentē obdurata in pietate cęcatam, multiplicatę sunt infirmitates & tenebrę eorū. Sed quid est q̄ ait: Postea accelerauerunt? Vtrū in p̄niam, sicut illi in actib.

A Apostolorū, cap. 2. qui beati Petri p̄dicatione cōpuncti, crediderunt in eū quem crucifixerunt: & festinantes tanto expiari peccato, ad domū gratię cōcurrerunt. An verō, quia virtutes aīę ex fide & charitate Dei roborantur, illis impijs vtroq; vacuis multiplicatę sunt infirmitates animę ex impietate scelerū mortiferis languorib. occupatę. Christus etenim lumē & vita, credētiū est, & sanitas sub pēnis eius. vnde non mirum si & tenebrę & infirmitates eorū multiplicatę sunt in interitū, qui vitā & lucē non receperunt neq; sub pennis eius manere voluerunt. Quos & ipse flens in Euangelio protestatur, sępe voluit congregare ipsos sub alas suas, sicut gallina congregat pullos suos, & noluerunt. Multiplicatis ergo infirmitatib. quo accelerauerūt, fortē in crucē dñi conclamandā, & inuito Pilato nefarijs vocib. extorquendā, vt adimplerent mensurā patrū suorū, vt isti dñm prophetarū occiderent, quorū patres ipsos prophetas iuterfecerunt, a quib. hic mundi Saluator esse venturus nunciabatur. Postea accelerauerūt. Veloces. n. pedes eorū ad effundendū sanguinē. Contritio & infelicitas in vijs eorū, & viā pacis nō cognouerunt, i.

Psal. 13.

B Christum, qui dicit: Ego sum via. In cōsequēti psalmo illud mihi exponi desidero, quid dicat: De absconditis tuis adimpletus est vter eorū. Saturati sunt porcina, vel sicut in quibusdā psalterijs scriptū audio, Saturati sunt filijs, & reliquerunt q̄ super fuerunt paruulis suis. Rursus in alio psalmo admirari soleo, filiū ad patrē loqui intelligēs, in psalmo 58. vbi de Iudęis inimicis de quib. supra dixerat: Ecce ipsi loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorum, Paulo infra dicit: Ne occideris eos, ne q̄ obliuiscantur legis tuę. Disperges illos in virtute tua, & destrue eos dñe. Quod in his vsque in hodiernū diē videmus impleri. Destructi sunt. n. a veteri sua gloria sine tē

Ioan. 14.
Psal. 16.
v̄ d̄ v. filijs
v̄ d̄ v. sui-
bus.
Hieronymus
ta-
mē ex He-
braeo ver-
tit filijs.
Psal. 58.

plo & sine sacrificijs, ac sine p̄phetis in omni n̄tū gentiū dispersione viuentes. Sed quid miramur quod iā per prophetā pro eis non occidendis rogabat, pro quib. & sub ipso tēpore passionis iā ad crucē eū ducentibus precabatur, dicens: Pater dimitte eis, non. n. sciunt quid faciunt. Verū quod adiecit: Ne vnquam obliuiscantur legis tuę, tanquā p̄ hoc necessaria esset et sine fide Euangelij vita eorū, obscurū mihi fateor. Quid. n. ijs ad salutē, q̄ sola fide quæratur, prodest in legis memoria & meditatione versari, nisi fortē p̄ honore legis ipsius, vel generis Abrahā, vt et in parte terrena carnalis seminis eius, qua videntur secundū harenā maris cōputati, legis antiq̄a litera perseveret, ne fortē aliqui legēdo legē, illuminentur ad fidē Christi, qui & legis & prophetarū finis est, & in omnibus eorū libris p̄figuratus ac prophetatus elucet? Aut quia ex ipsis impijs eorū, generatio vētura est electorū, qui de singulis tribubus electi, in duodenis milib. signabunt, quib. ipsa reuelatio beati Ioannis ex voce angeli p̄renūciantis hoc testimoniū perhibet, quia comitatu regis æterni familiaris adhærebunt penitus immaculati, & humanę coniunctionis expertes? De quib. specialiter ait: Sequuntur agnū quocunq; ierit, quia cū mulierib. se nō coinquinauerunt, virgines. n. sunt. In sexagesimo septimo prater alia illud mihi obscurissimū est, quod ait: Verumtū Deus conuassauit capita inimicorū suorū, verticem capilli perambulantiu in delictis suis: quid sit verticē capilli perambulantium in delictis. Non enim dixit verticē capitis, sed verticē capilli qui sine sensu est. An repletū peccatis hoīem vult ostendere? Scriptū est: Omne cor in dolore a pedibus vsque ad caput. Et paulo infra quod ait: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. A quo ipso? Et nunquid canes Dei dici possunt gentiles, quos ipse in Euangelio canes nominat? Aut ne fortē ipsos canes Dei dicat, quales æstimari possunt, si qui in noīe Christiano gentiliter viuunt, quorum pars cum infidelibus ponit, quia deum quem verbis colunt, factis negant? Hęc interrim de psalmis, nūc & de Apostolo, quodcū que p̄ponā. Dicit ad Ephesios, quod in alia epistola dixerat de gradibus vel ordinibus dispositionum Dei operāte spiritu sancto diuisiones gratiarum: Et quosdā quidem dedit

Luc. 23.

C

Apo. 11

Psal. 61

D

Mat. 11

Ephes.

1. Co 11

Apo-

Act. 11.
21.

1. Ti. 2.

Apo. 11.
cap. 2.

Ro. 11.

1. Ti. 2.

Psal. 23.

Apostolos, quosdā at̄ prophetas, alios verō euangelistas, alios at̄ pastores & doctores vsque ad consummationem sanctorū, & reliqua. Hoc opto distinguas mihi in hac diuersitate nominū, quę sit cuique nomini officio rum vel gratiarum proprietas. Quid proprie sit Apostolorū, quid prophetarū, quid Euangelistarū, quid pastorū, quid due doctorū. In omnibus. n. his diuersis nominib. simile & p̄pē vnū doctrinę officiu video fuisse tractatū. Hos autē prophetas, quos post Apostolos posuit, nō puto illos esse, qui ordine temporū ante Apostolos fuerunt, sed istos, quibus iam suis Apostolis per gratiā donabatur, aut interpretatio scripturarum, & inspectio mentium, aut p̄dictio temporis secuturi, vt Agabus cernebat, qui & famem instantē p̄dixit, & quę beatus Paulus in Hierosolymis passurus esset, & verba denūciauit, & signozonę eius ostendit. Inter pastores specialiter & doctores qd̄ intersit dignoscere volo, quia p̄positis ecclesię vtrunq; nomen adscribitur. Ita qd̄ ait ad Timotheū: Obsecro igitur primū oīū fieri cōsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiōes p̄ oib. hominibus: q̄s̄o, exponas mihi qd̄ diuiscrim sit i hac diuersitate verborū, cū omnia mihi quę gerenda dixit, orationis officio conuenire videat. Itē quod ad Romanos ait, interrogo & rogo vt edisseras mihi. Multum. n. cęcutire me fator in hac Apostoli sentētia de Iudęis qd̄ ait: Secūdū Euāgelium quidē inimici p̄p̄vos, secūdū, electiōne aut charissimi p̄p̄ tres quō idē inimici propter nos, q̄ credidimus et gētib. tanq̄ nō potuerint gētes credere, nisi Iudęi nō credidissent? Aut ipse vnus oīum creator Deus, qui omnes homines saluos fieri vult, & ad agnitiōne veritatis venire, capax nō acquisitionis viriusq; , alterū p̄ altero possideret? Deinde si charissimi propter patres, quō aut vnde charissimi, si nō credant, & inimici Deo esse persistāt? Nōne, inquit: Qui oderant te Deus, oderā illos, & super inimicos tuos tabescebā, perfecto odio oderam illos? Certē hoc puto, paterna vox loquitur ad filiū per prophetam in eodem psalmo, vbi supra de parte credētiū dixerat. Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis cōfortatus est principatus eorū. Quid aut illis prodest ad salutē, quę non nisi per fidē & gratiā Christi capitur, si propter

fidē patrū Deo charissimi sunt, quo bono diliguntur quos necesse est propter hoc dānari, qd̄ propter suam infidelitatē a prophetarū & patriarcharum parentū fide discrepantes inimici sunt Euāgelio Christi? Si ergo charissimi Deo, quō peribūt? & si non credūt, quomodo non peribunt? Si propter patres sine suo merito diligūtur, quō & p̄p̄ qd̄ nō saluabūtur? sed & si fuerint Noe, Daniel, & Iob in medio eorū, filios impios nō saluabūt, soli salui erūt. Adhuc aliud obscurius mihi erue de profundo & in vadū p̄fer. In epistola Colossensiu omnino colligere, nō possum quod ait: Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione angelorum, quę nō vidit; ambulans frustra inflatus sensus carnis suę, & non tenens caput, de quibus angelis dicit: si de inimicis & malis, quę illorū religio, aut humilitas, aut quis sit magister seductionis huius, qui p̄ obtentū nescio cuius angelicę religionis quasi visa & cōperta doceat quę nō vidit. Sine dubio hæretici, q̄ doctrinas demoniorū & sequunt, & p̄munt conceptis ab eorū spiritu adinuentionib. quę nō viderūt phāta smata quasi visa fingētes, & pestiferis disputationib. in corda male credula seminātes, ij sunt qui nō tenēt caput. i. Christū fontē veritatis, cuius doctrinę quicquid aduersatur, insanū est. Et hi cęci duces cęcorū, de quib. dici puto. Me dereliquerūt fontē aquę viuę, & foderūt sibi lacus cōtritos, qui nō tenēt aquā. Deinde in sequenti capite adiecit. Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, neq; conrectaueritis, quę sunt oīa in interitū ipso vsu secūdū p̄cepta & doctrinas hominū, rationē quidē habētia sapientię in superstitione & humilitate ad nō parcēdū corpori, nō i honore aliquo ad saturitatē carnis. Qui sunt isti, quib. rationē sapientię inesse testat magister veritatis, & tū ipsam veritatē religionis inesse abneget, an forte de talibus loquitur, de quibus ad Timotheū dicit: Habentes autē speciem pietatis, & virtutē eius abnegantes? Rogo ergo specialiter hæc capitula duo de Colossensium epistola per singula mihi verba dissolvas, quia laudabilibus execranda p̄miscuit. Quid est. n. tam laudabile, q̄ ratio sapientię? & qui tā execrabile, q̄ superstitio erroris? Humilitas quoque & deo placita, & maxime in vera religioe laudabilis, cū rōne sapientię ipsis datur. De quorum doctrinis & actibus,

Exec. 14.

G

Colo. 2.

Mat. 15.
Hære. 2.

H

2. Ti. 3.

Augustinus Paulino respondet ad nouem propositas quæstiones. Epist. LIX.

Beatissimo & venerabiliter desiderabili, & desiderabiliter venerabili sancto sancteque charissimo fratri & coepo Paulino, Augustinus in dño salutem. Quod de peruen-tione tam prospera fratris & compresbyteri nostri Quinti, & qui cū eo nauigauerunt, cito nos dñs exhilarauit, nunciantib. literis san-ctitatis tuæ, gratias agens ei qui recreat affli-ctos, & humiles cōsolatur, & synceritati cor-dis tui occasione filij & condiaconi nri Ruf-fini, q̄ proxima occurrit, nunc rescripta per-soluo. De litore nanq; Hipponensi profect⁹ est: & approbo misericordiæ consiliū, quod tibi dñs inspirauit, mihiq; insinuare digna-tus es. Ipse & hoc adiuuet, ipse prosperet, q̄ iā curam nostrā ex magna parte liniuit, quia peruectus & cōmendatus est charissimus ho-mo non solum bonis operibus, sed et sanctis orationib. tuis. Litera sanè venerationis tuæ vbi multa quæsiisti, & quærenda admonuisti, & quærendo docuisti, ad me peruenerunt. Sed quas ipse continuo rescripsi per homi-nes eorundē sanctorum solatorū nostrorū, sicut his tuis recentioribus comperi, nō sunt redditæ venerationis tuæ. In quibus quidem, quatenus ad interrogata responderim, reco-lere non valui: nec earū exemplum cum re-quisissem, vbi hæc omnia possem recogno-scere, inueni. Ad nonnulla tñ me respondisse certus omnino sum, & ideo non ad omnia, quia vt cito finire, festinatio perlatoris vrge-bat. Simul et miseram, sicut iusseras, & illius epistolæ exemplum, quā tuæ charitati apud Carthaginem de corporū resurrectione scri-pteram, vbi de vsu membrorum exorta erat quæstio. Nunc ergo & hoc misi, & alterum alterius, quia nec ipsam in manus tuas perue-nisse cōieci, eo quod iterum interrogasti q̄-dam, quæ iam me in ea respondisse lego & agnosco. Sed ista per quem dixerim nescio. Scripta quippe charitatis tuæ, quibus ea red-didi, sicut etiam ipsa indicant, missa sunt mi-hi ab Hipponē a nostris, cū essem apud san-ctum fratrem & coepiscopum nostrum Bonifacium. Nam eorum perlatorē non vidi, & continuo rescripta non distuli. Quia ergo tunc sicut scripsi, non poterā inspicere co-dices Græcos propter quædā psalmi 16. in-

Solutio prima q̄-ni. Psal. 16.

spexi postea quos inueni. Et vnus habebat, q̄ & Latini nostri: Dñe perdens de terra disper-tire eos. Alius sicut ipse posuisti: A paucis de terra: Et illud quidem apertum habet sensū: Perdens de terra quā eis dedisti, disper-tire eos in gentibus, quod & factum eis est, cum graui bello expugnati atque subuersi sunt. Il-lud aut alterum quō accipiendū sit, non mi-hi occurrit, nisi quia in comparatione perdi-tæ multitudinis eorum reliquæ saluæ factæ sunt vtique in paucis, a quibus eos disper-tiēdos, hoc est diuidendos atque separandos, scriptura prænuñciauit dicens: Dñe a paucis, id est a reliquijs, quas ex illa gente saluas feci-sti, de terra disper-tire eos, vt terrā intelliga-mus ecclesiā hæreditatemq; fidelium atque sanctorū, quæ dñr terra viuentium: & quæ iā illo loco rectè intelligi potest. Beati mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terrā. Cum autem dictum esset, A paucis de terra diuide eos, additum est, in vita eorum: vt in manifesto futurum intelligeretur, dū hic vi-uunt. Separantur. n. multi ab ecclesia, sed cū moriuntur, qui tamen cum viuunt per sacra-mentorū cōmunionem vnitateq; catho-licæ, videntur ecclesiæ copulati. Isti ergo di-uisi sunt a paucis, q̄ diuisi sunt de terra, quā sicut agrum suum excolit pater agricola. Di-uisi autē in vita sua, id est, hic in manifesto si-cut videmus. Sequitur autem: Et de abscon-ditis tuis adimpletus est venter eorum, id est præter hoc quod in manifesto diuisi sunt, et de absconditis tuis, quæ in occulto reddis, re-tributione malorum, adimpletus est venter eorum. Ventrem posuit pro interiorum la-tentiumque secretis. Quod vero sequitur: Sa-turati sunt porcina: Iam quid mihi ex hoc vi-deretur, aperui. Sed quod alij codices habēt, & verius habere perhibentur, quia diligen-tiora exemplaria per accentus notam eandē verbi Græci ambiguitatem Græco scribēdi more dissoluunt, obscurius est quidem, sed electiori sententiæ videtur aptius cōuenire. Quia enim dixerat. Et de absconditis tuis ad-impletus est venter eorum: quibus verbis oc-culta Dei iudicia significata sunt. Occulti quippe sunt miseri, qui etiam gaudent in malis, quos tradidit Deus in concupiscētias cordis eorū: velut quæreretur vnde possint cognos-ci, qui in abscondito ira Dei adimpleti sūt: & ruderetur quod in Euangelio dictum est:

Ex

Ex fructib. eorum cognoscetis eos: continuo subiūctū est, Saturari sunt filijs: hoc est fructi-bus: quod euidentius dñr operib. suis. Vnde ali-bi legit: Parturiuit iniustitiam, cōcepit dolo-rē, & peperit iniquitatē. Et alibi: Deinde cō-cupiscētia cū conceperit, parit peccatū. Ma-li ergo filij, mala opera, quib. cognoscunt: & qui de absconditis Dei iudicijs internis cogita-tionū suarū tanquā in ventre adimpleti sunt. Bona opera boni filij sunt. Vñ ad spōsam ec-clesiam dñr: Dentes tui sicut grex detonsarum ascendēs de lauacro, quæ oēs geminos creāt, & sterilis nō est illis. In quo gemino foetu, ge-minā opus delectationis agnoscat, Dei. f. & proximi. In quib. duob. præceptis tota lex pē-det & prophete. Ite aut sensus quo ita expo-nit quod scriptum est, Saturati sunt filijs: nō mihi occurrerat, cū ante rescriberē, sed recē sui breuissimam quandā eiusdē psalmi expo-sitionē quam iā olim dictauerā, & hoc satis breuiter a me possum reperi. Inspeci et co-dices Græcos, vtrū datiuus casus esset qd̄ di-ctū est, filijs, an genitiuus, quo illa lingua vñ pro ablatiuo, & inueni genitiuū. Quod si ad verbum interpretaret, scriptū esset, Saturati sunt filiorū, sed rectè itēpres sniam fecutus est, & Latino more dixit, Saturati sunt filijs. Quod vero sequit, Et reliquerunt reliquias paruulis suis: Existimo paruulos accipiēdos manifestos carnis filios. Vñ etiam in istā, nō de porcina, sed de filiis expositionem, manet illa snia qua dixerunt: Sanguis huius sup nos & super filios nostros. Ita. n. reliquerūt ope-rū suorū reliquias paruulis suis. In quintode-cimo aut psalmo qd̄ scriptū est: Mirificauit, vel mirificet oēs volūtates suas inter illos: ni-hil phibet intelligi, immō & cōueniētius vñ nō inter illos, sed in illis. Sic. n. & Græci codi-ces habent. Sæpe aut quod hēt illa lingua in illis, nostri interpretant inter illos, vbi vñ sen-tentiæ conuenire. Accipiamus ergo, Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit oēs volunta-tes suas in illis: qd̄ pleriq; codices hēt, Et in-telligamus voluntates eius, munera græ, quæ gratis data est. i. q̄a voluit, non quia debebat. Vnde est: Scuto bonæ voluntatis tuæ custodi-sti nos. Et, In volūtate tua deduxisti me. Et Voluntarie genuit nos verbo veritatis. Et, Piuuā voluntariam segregans Deus hēredi-tati tuæ. Et, Diuidens propria vniciq; prout vult: & alia innumerabilia. Proinde, Mirifica-

Psal. 7. Iacobi. 1. Can. 4. Matt. 22. Matt. 1. Psal. 15. Solutio q̄-ni. se-cunde. Psal. 5. Psal. 72. Iaco. 1. 1. cor. 12. Psal. 15.

uit oēs voluntates suas in illis, in quib. nisi in sanctis qui in terra sunt eius? Si enim terra, si-cut supra ostēdimus, pōt accipi in bono, & vbi nō additū est eius, quanto magis vbi dñr terra eius? Miras ergo fecit oēs volūtates suas in illis. Miras oīno fecit, q̄a eos ex desperatio-ne mirabiliter liberauit. Ex hac admiratione exclamat Apostolus: O altitudo diuitiarū sa-pientiæ & scientiæ Dei. Supra quippe dixerat: Cōclulit. n. Deus oēs in infidelitate, vt oīum misereat. Nā hoc et hic sequit: Multiplicatæ sunt infirmitates eorū postea acclerauerunt. Infirmitates posuit pro peccatis: sicut ad Ro-manos Apostolus dicit. Si. n. Christus cū in-firmi essemus, adhuc iuxta tps p̄ impijs mor-tuus est: hos dixit infirmos quos impios. De-inde paulo post eandem sniam repetens, Cō-mendat, inquit, suam charitatem Deus in no-bis, qm̄ cū adhuc peccatores essemus, Chri-stus p̄ nobis mortuus est. Quos infirmos su-pra, eos hic peccatores appellauit. Item in cō-sequentib. hoc idem alijs verbis versans. Si. n. cum inimici essemus, inquit, reconciliati su-mus Deo per mortē filij eius. Ac p̄ hoc in eo quod dictum est: Multiplicatæ sunt infirmi-tates eorū: intelligunt multiplicata peccata eorū. Lex. n. subintravit, vt abundaret delictū. Sed qm̄ vbi abundauit delictū, superabunda-M enim venit ille vocare iustos, sed peccato-res. quia nō est opus sanis medicus, sed agro-tantib. quorum. i. multiplicatæ sunt infirmi-tates, vt eis sanandis esset necessaria tantę gra-tiæ medicina, & cui dimittunt peccata mul-ta, diligeret multū. Hoc cinis vaccæ & asper-sio sanguinis, & cruentarum multiplicatio victimarum significabat, nō efficiebat. Ideo deinceps dicit: Non congregabo conuenti-cula eorum de sanguinibus. i. illorum sacri-ficiorum, quæ immolabantur in figura sangui-nis Christi. Nec memor ero nominum eorū: in multiplicatione infirmitatum: i. fornicato-res, idolis seruientes, adulteri, molles, masculo-rum concubitores, fures, auari, raptores, ebriosi, maledici, & quicumque alij regnum Dei non possidebunt. Sed vbi abundante peccato, superabundauit gratia, postea acce-lerauerunt. Hæc quidem, fuerunt, sed abluti sunt, sed sanctificati sunt, sed iustificati sunt in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spi-ritu. Tomus secundus m ritu

Ro. 11. Psal. 15. Rom. 5. Matt. 9. Psal. 15. Eph. 5.

Aritu Dei nostri. Ideo non memor erit nomi-
Nostri nū illorū per labia sua. Sanē codices emēda-
contra ha tiones & electioris auctoritatis, nō hēnt vo-
bet. luntates suas, sed volūntates meas, qđ tantun-
dem valet, quia ea persona filij Dei dī. Ipse
Ato. 2. quippe loquit, quē verba illa euidenter ostē-
dunt, quib. & Apostoli vñ sunt. Nō derelin-
ques aīam meā in inferno, nec dabis sātū tuū
videre corruptionē. Eadē sunt vtiq; munera
gratię patris & filij & spiritus sancti. Et iō re-
ctissime & filius eas pōt dicere voluntates
suas. Qđ verō in psal. lviij. de Iudæis intelli-
Psal. 58. gur, dicēte: Ne occideris eos, ne qñ obliuiscā-
tur legis tuę: cōueniēter mihi vñ intelligi: ita
esse prænūciatum, eandē gentem etiā debel-
latam atq; subuersam, in populi victoris su-
perstitiones nō fuisse cessuram, sed in veteri
māsuram, vt apud eā esset testimoniū scriptu-
rarū toto orbe terrarū, vñ ecclesia fuerat euo-
cāda. Nullo. n. euidentiore documēto, ostēdit
gentib. quod saluberrime aduertit nō inopi-
natū & repentinū. aliquid institutum spiritu
B præsumptionis humanę, vt Christi nomē in-
spē salutis æternę tanta auctoritate prępol-
leat, sed olim fuisse prophetatū atq; conscri-
ptū. Nā ipsa prophetia quid aliud nisi a no-
stris putaret esse conficta, si nō de inimicorū
codicib. probaret? Ideo ne occideris eos, ne
ipsum gētis nomē extinxeris, ne qñ obliuiscā-
tur legis tuę. Quod vtiq; fieret, si ritus & sa-
era gentiliū colere compulsū penitus quale-
cunq; nomen religionis suę minime retine-
rēt. Quod in eorū figura ēt de Cain scriptum
est, quod constituit in eo dñs. signū, ne quis
occideret eum. Deniq; eū dixisset: Ne occi-
Gene. 4. deris eos, ne qñ obliuiscant legis tuę: velut
Psal. 48. quæreret quid de illis esset faciendum, vt in
aliquos vsus testimoniū, veritatis non occidā-
tur. i. non consumant, neq; obliuiscant legis
Dei cōtinuo subiunxit. Disperge illos in vir-
tute tua. Si. n. in vno loco essent terrarum, nō
adiuarent testimonio prædicationem Euan-
gelij, quę fructifera toto orbe terrarū. Ideo
disperge illos in virtute tua, vt eius. ipse, cu-
ius fuerunt negatores, persecutores, interfe-
tores, vbiq; sint testes, per ipsam legē, quam
obliuiscunt, in qua est ille propheta quem
C nō sequunt. Neq; n. eis aliquid prodest, qđ
eā non obliuiscunt. Aliud est enim legē Dei
habere in memoria, aliud intellectu & effe-
ctu. In IX. aut VII. psal. queris quid sit, Ve-

runtamen Deus conquassabit capita inimi-
corum suorum, verticem capilli perambulā-
tium in delictis suis: nō mihi vñ aliud dictū,
quam Deus conquassabit capita inimicorū
suorum nimitū superbiētū, nimitū se extollē-
tū in delictis suis. Per hyperbolē quippe si-
gnificauit superbiam tm̄ se extollentē, & tan-
ta elatione incedentē quasi capilli verticem
perambulando calcaret. Item in eodem psal.
quod scriptū est: Lingua canū tuorū ex ini-
micis ab ipso: nō semper in malo accipien-
dū sunt canes. Alioquin nō reprehēderent apud
prophetam canes nescientes latrare, & amā-
tes dormire. Profecto enim laudabiles canes
essent, si & latrare scirēt, & vigilare ama-
rent. Et certē illi trecenti in numero per cru-
cis literam sacratissimo. non eligerent ad vi-
ctoriam faciendā, qui tanquam canes lambe-
rent aquā, nisi aliquid magnum significarēt.
Vigilant. n. & latrat boni canes, & pro domo
& pro dño, & pro grege, & pro pastore. De-
niq; & hinc in ecclesię laudib. cum prophe-
tia exeret lingua canum est commemorata
nō dentes. Tuorum aut canum dixit ex ini-
micis. i. vt qui erant inimici tui fierent canes:
tui, & latrarent pro te qui sequebant in te. Ad-
didit aut, Ab ipso: vt nō a seipsis hoc factum
intelligerēt, sed ab ipso. i. misericordia eius.
& gratia. De prophetis. quod ait Apostolus,
Quosdam quidē dedit Deus in ecclesia. Apo-
stolos, quosdam aut prophetas, hoc ita intel-
ligo quod ipse scripsisti, prophetas eos. dictos
isto loco ex quib. Agab. erat, non illos qui vē-
turum in carne dñm prophetauerunt. Euāge-
listas verō inuenimus, quos Apostolos fuisse
non legimus, sicut fuerunt Lucas & Marcus.
Pastores aut & doctores. quos maxime vt di-
scernerem voluisti eosdem putō esse sicut &
tibi visum est, vt non alios pastores, alios do-
ctores intelligamus, sed ideo cum prædixisset
pastores, subiunxisse doctores, vt intelli-
gerent pastores ad officium suum pertinere
doctrinam: Ideo enim non ait: Quosdā autē
pastores quosdā verō doctores, sed cū supe-
riora ipso locutionis genere destingeret di-
cēdo, quosdā aut Apostolos, quosdā aut pro-
phetas, quosdam verō Euāgelistas, hoc tan-
quam vnum aliquid duobus. nominibus am-
plexus est, quosdam autem pastores & do-
ctores. Illa planē difficilime discernuntur,
vbi ad Timotheum scribens ait: Obsecro
itaque

Græca itaq; primū oīum fieri obsecrationes, orō-
laulanti. nes, interpellationes, gratiarū actiones. Secun-
dum Græcū. n. eloquiū discernēda sunt. Nā
nostri: interpretēs vix reperiunt, qui ea dilige-
ter & scienter trāsferre curauerint. Ecce. n. si-
cut ea ipse posuisti: Obsecro fieri obsecratio-
nes: non eodē verbo vtrūq; dixit Apostolus,
qui vtiq; Græce illam scripsit epistolam, sed
pro eo quod in Latino est obsecro, ille Græ-
ce dicit παρακαλώ. Pro eo verō qđ Latinus
vester obsecrationes, ille posuit δεήσεις. Pro-
inde alij codices in quib. & nostri sunt, non
habēt obsecrationes, sed deprecationes. Tria
porrō quę sequunt, orōnes, interpellationes,
gratiarū actiones, pleriq; Latini codices sic
habent. Vñ si velimus s̄m Latine lingue pro-
prietates ista discernere more loquendi, no-
strā vel qualēcunq; sciētiam fortasse tenebi-
mus, sed mirū si istā Græci sermonis vel
cōsuetudinē obtinebimus. Precationē & de-
precationē, multi nostri idem putant, & hoc
quotidiano vsū iā oīno præualuit. Qui autē di-
stinctius Latine locuti sunt, precationib. vte-
bant in optandis bonis, deprecationib. verō
in deuitandis malis. Precari. n. dicebant esse
precando & bona optare: Imprecati mala,
quod vulgo iam dī maledicere. Deprecari
aut mala precando depellere. Sed visitatum
iam loquēdi modum potius sequamur, & si
ne precationes siue deprecationes inueneri-
mus, qđ Græci δεήσεις vocant, non putemus
emendandā esse. Orōnes verō, quas Græcus
habet προσευχάς, distinguere a precib. vel p-
cationib. oīno difficile est. Qđ vero quidam
codices nō habēt orōnes sed adorationes, qđ
nō dictum est in Græco εὐχάς sed προσευχάς
non arbitror sciēter interpretatū. προσευχάς
enim orōnes dici à Græcis notissimū est. Et
vitiq; aliud est orare, aliud est adorare. Deni-
que nō isto verbo, sed alio legitur in Græco:
Matth. 4 Dñm Deum tuū adorabis. Et. Adorabo ad tē
Psal. 5. plum sanctū tuū: & si qua similia. Pro inter-
pellationib. aut quod nostri habēt, secundum co-
G dices credo veros postulationes posuisti.
Hęc interim duo. i. qđ alij postulationes, alij
interpellationes interpretati sunt, vnum ver-
bū trāsferre voluerūt, quod Græcus habet
ἐπιτεύξαι. Et pfecto aduertis, Sed nostri aliud
esse interpellare, aliud postulare. Non. n. so-
lemus dicere postulant interpellari, sed in-
terpellant postulaturi. Veruntū ex vicinitate

verbū vsurpatū, cui propinquitas ipsa impe-
trat intellectū, nō est velut cēloria notatione
culpādum Nā & de ipso dño Iesu Christo di-
ctum est, qđ interpellat pro nobis. Nūquid
interpellat, & nō etiam postulat? Immo verō
quia postulat, pro eo positum est interpellat.
euidēter quippe alibi de eo dī. Et si quis pec-
cauerit, aduocatū habemus ad patrem Iesum
Christum iustū, ipse est ex orō pro peccatis
nostris. Quanquā fortassis codices apud vos
etiā i eo loco de dño Iesu Christo nō habēt
interpellat pro nobis, sed postulat pro no-
bis. In Græco. n. quo verbo hic positæ sunt
interpellationes, quas ipse posuisti postulatio-
nes, ipsum & illic verbū scriptū est interpel-
lat pro nobis. Cum igit & qui precatur orat,
& qui orat precatur, & qui interpellat Deū
ad hęc interpellet, vel, vt orat, & preces, qđ
sibi vult qđ ista ita posuit Apostolus, vt non
sit eorū negligēda distinctio? Excepto. itaq;
nomine gnali, & salua loquēdi cōsuetudine,
secundū quam. siue dicas precationem siue
orōnem interpellationē, vel postulationem,
vna eademq; res intelligit, aliqua ēt singulo-
rū istorū proprietates inquirēda est, sed ad eā
liquidō peruenire difficile est. Multa quippe
hinc dici pnt quę improbanda nō sint, sed
eligo in his verbis hoc intelligere, qđ omnis
vel penē omnis frequēt ecclesia, vt preca-
tiones accipiamus dictas, quas facimus in ce-
lebratione sacramētorū, antequam illud qđ
est in dñi mensa, incipiat benedici: orōnes
cū benedici & sanctificatur, & ad distribuē-
dum cōminuitur, quā totā petitionem ferē
omnis ecclesia dominica orōne concludit.
Ad quem intellectū etiam verbi Græci origo
nos adiuuat. Nam eam quam dicunt εὐχην,
raro ita scriptura ponit vt intelligatur orō,
sed plerūque & multo vsitatius votum ap-
pellat εὐχην προσευχην verō, quod verbū ita
positū est vnde tractamus, semper orōnem
vocat. Vnde hanc verbi originem, sicut supe-
rius dixi, non nulli minus erudite iuuentes,
προσευχην non orationem sed adorationem
dicere voluerunt, quę potius προσκύνησις di-
citur. Sed quia oratio interdum dicitur, quę
vocatur εὐχη, adoratio putata est προσευχη.
Porrō si vsitatius, vt dixi, in scripturis votum
appellatur εὐχη, excepto nomine generali
orationis, ea propriē intelligenda est oratio,
quā facimus ad votum. i. προσεὐχην. Vouentē
m 2 autem

Rom. 8.

1. Io. 2.

H

Preces ante consecrationem.

Hyperbole.

Esa. 56.

Indic. 7.

Quæst. 1. Plinio. Epist. 4.

Episcopi doctores.

Postulationes.

Quæst. 1. Th.

1. Cor. 10

aũt omnia quę offerunt Deo. maxime sancti altaris oblatio, quo sacramēto prædicat nrm illud votũ maximũ, quo nos vouimus i Chriſto esse mãſuros, utiq; in compage corporis Chriſti. Cuius rei sc̄m est, quod vnus panis, vnũ corpus multi sumus. Iõ in huius sanctifi- catione & distributionis preparatione existi- mo Apostolũ iussisse pprie fieri *προσευχῆς*. i. orõnes, vel, vt nõ nulli minus peritẽ interpre- tati sunt, adorationes. hoc est ad votũ, qđ vsũ tatius in scripturis nuncupat *ευχῆ*. Interpella- tiones aut, siue, vt vestri codices habet, postu- lationes, sunt, cũ populus benedicit. Tunc. n. antistites velut aduocati, susceptos suos per

Benedi- catio sacer- dotis.

manus ipositione misericordisimę offerunt potestati. Quib. peractis & participato tanto sacramento, gratiarũ actio cuncta cõcludit, quam in his etiã verbis vltimã commẽdauit Apostolus. Hęc aut causa præcipua fuit ista dicẽdi, vt his breuiter perstrictis atq; signifi- catis nõ putaret negligẽdum esse quod sequi- tur. Pro oibus hominib. pro regib. & ijs qui in sublimitate sunt, vt quietã & tráquillam vi- tam agamus in omni pietate & charitate: ne quisquã sicut se habet humanę cogitationis infirmitas, existimaret non esse ista facienda pro his, a quib. persecutione patiebatur eccle- sia, cũ membra Chriſti ex omni essent homi- nũ genere colligenda. Vnde adiungit & di- cit. Hoc. n. bonũ & acceptũ est coram salua- tore nostro Deo, qui omnes homines vult sal- uos fieri, & in agnitione veritatis venire. Et ne quisquã diceret posse esse salutis viam in bona conuersatione, & vnus Dei oĩpoten- tis cultu, sine participatione corporis & san- guinis Chriſti, vnus. n. Deus, inquit, & vnus mediator Dei & hominum homo. Chriſtus.

1. Ti. 1.

Iesus: vt illud qđ dixerat, Omnes hoĩes vult saluos fieri: nullo alio modo intelligat præ- stari, nisi per mediatorem non Deum quod semp verbũ erat, sed hoĩem Chriſtũ Iesum, cũ verbũ caro factum est & habitauit in no- bis. Vñ nec illud moueat te, quod de Iudęis idem Apostolus ait: Secundum Euangelium quidem inimici pp vos, secundum electio- nem autem dilecti pp patres. Altitudo quip- pe illa diuitiarum sapientię & scientię Dei, & illa inscrutabilia iudicia eius, & inuestiga- biles vię eius hinc fidelibus cordibus magnã ingerunt admirationem, qui de illius sapien- tia pertingẽte a fine vsq; ad finẽ fortiter &

2. Ti. 2.

mediator Dei & hominum homo. Chriſtus. Iesus: vt illud qđ dixerat, Omnes hoĩes vult saluos fieri: nullo alio modo intelligat præ- stari, nisi per mediatorem non Deum quod semp verbũ erat, sed hoĩem Chriſtũ Iesum, cũ verbũ caro factum est & habitauit in no- bis. Vñ nec illud moueat te, quod de Iudęis idem Apostolus ait: Secundum Euangelium quidem inimici pp vos, secundum electio- nem autem dilecti pp patres. Altitudo quip- pe illa diuitiarum sapientię & scientię Dei, & illa inscrutabilia iudicia eius, & inuestiga- biles vię eius hinc fidelibus cordibus magnã ingerunt admirationem, qui de illius sapien- tia pertingẽte a fine vsq; ad finẽ fortiter &

Rom. 1.

Ro. 11.

oĩa suauiter disponẽte non dubitat, quid sit qđ ei placet, vt nascant, crescant ac multipli- cent ijs, quos & malos ipse non fecit, tñ ma- los futuros esse præsciuit. Nimis. n. cõsilium eius in abdito est, quo et malis bene vtĩ ad- profectũ bonorum, etiã in hoc mirificans oĩ- potentiã bonitatis suę: quia sicut illorum ne- quitia est male vtĩ bonis operibus eius, sic illius sapientiã est bene vtĩ malis operib. eo- rũ. Hanc igit altitudinẽ sacramenti sic com- mẽdat Apostolus: Nolo vos ignorare fratres hoc sacramentũ, vt nõ sitis vobis sapientes, M quia cæcitas ex parte i Israel facta est, donec plenitudo gentiũ intraret, & sic oĩs Israel sal- uus fieret. Ex parte dixit quia nõ oēs excæca- ti sunt. Erant. n. ex illis qui Chriſtũ cognoue- rūt. Plenitudo aut gentiũ in his intrat, qui s̄m propositum vocati sunt: & sic omnis Israel saluus fiet, quia & ex Iudęis & ex gentibus q̄ secundum propositum vocati sunt, ipsi verus sunt Israel. De quo dicit idẽ Apostolus: Et s̄m p Israel Dei. Illos aut dicit Israel secundum carnem: Videte, inquit, Israel secundũ carnẽ. Deinde interponit testimonium prophetę: Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impie- tatem ab Iacob. & hoc illis a me testamentũ Es. 9. cum abstulero peccata eorum, non vtique omnium Iudæorũ sed electorũ. Hinc adiun- git ea quę inquirenda posuisti, Secundum Euangelium quidẽ inimici ppter vos: Preciũ quidem redẽptionis nostrę sanguis est Chri- ſti, qui vtĩq; non nisi ab inimicis potuit occi- di. Hic est ille vsus malorũ in profectum bo- norũ. Quod verò adiungit, Secundũ electio- nem dilecti pp patres, hinc ostendit nõ illos inimicos, sed electos eẽ dilectos. Sed scriptu- rã mos est ita loqui de parte tanquam de ro- to, sicut Corinthios in primis epistolę suę partib. ita laudat tanquam omnes tales sint, cum essent laudabiles quidam eorum: & po- stea in non nullis epistolę ipsius locis, ita re- prendit tanquam omnes culpabiles essent propter quosdam qui tales erant. Istam diui- narum scripturarum consuetudinem per oẽ corpus literarum eius creberrime sparsam, quisquis diligenter aduertit, multa dissoluit quę inter se videntur esse cõtraria. Inimicos ergo alios dicit, alios dilectos. Sed q̄ in vno populo erant velut eosdem ipsos dicere vi- demur, quãquã & ex ipsis inimicis qui cruci- fixerũt dñm pleriq; cõuersi sunt & apparue- runt

Ephe. 1.

Rom. 15.

Rom. 11.

Rom. 8.

Matt. 22

Sapi. 4.

runt electi. Tunc electi qñ conuersi, quantũ ad salutis initiũ, q̄tum verò ad Dei præsciẽtiã nõ tunc electi, sed ante cõstitutionem mundi, sicut idem dicit Apostolus, qđ elegerit nos ante mundi constitutione. Duob. itaq; mo- dis, ipsi inimici qui dilecti siue quia in vno populo vtriq; fuerant, siue quia ex inimicis læuĩtib. vsq; ad sanguinem Xpi, quidãeorũ dilecti facti erãt s̄m electione quę latebat in præsciẽtia Dei. Ad hoc. n. addidit, pp patres, quia id qđ patrib. promissum est, oportebat impleri, sicut circa finem epistolę ad Roma nos ait. Dico. n. Chriſtum ministrũ fuisse cir- cuncisionis pp veritatem Dei ad cõfirmãdas promissiones patrum, gentes aut super mi- sericordiam glorificare Deum. Secundũ istam misericordiam dictũ est: Inimici pp vos, qđ & supra dixerat, illorũ delicto salus gentib. Cum aut dixisset: Secundum electionem pp patres: addidit. Sine poenitentia. n. sunt dona & vocatio Dei. Vides certe illos significari, q̄ pertinet ad numerum prædicatorũ, de qui- bus alio loco dicit. Scimus q̄ diligẽtib. Deũ oĩa cooperant in bonũ, ijs, qui s̄m propositum vocati sunt sancti. Multi. n. sunt vocati, pauci verò electi. Qui verò electi, ipsi sunt se- cundũ propositũ vocati, in quib. Dei pcul- dubio præsciẽtia falli non põt. Hos præsci- uit & p̄distinavit cõformes imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aut p̄distinavit, illos & vocauit. Hęc vocatio est s̄m propositum, hęc est sine poe- nitentia. Quos aut vocauit, illos & iustifica- uit. Quos aut iustificauit, illos & glorificauit. Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Non sunt in ista vocatione, qui in fide q̄ per dilectione operat, etiam si aliquatũ ambulat, non per- seuerant vsq; in finẽ: & vtiq; potuerunt rapi, ne malitia mutaret intellectum eorum, si ad illam prædeterminationem & vocationem, quę s̄m propositum & sine poenitentia est, perti- nerent. At ne quisquã præsumptor ita de oc- cultis iudicet alienis, vt dicat: Ideo nõ rapti sunt ex hac vita, antequã essent fidei deserro- res, quia in eadẽ vita nõ fideliter ambulabãt, & hoc in eorũ cordib. nouerat dñs, quanuis hominib. aliter appareret: quid dicturus est de infantulis paruulis, qui plerique accepto in illa ætate Chriſtiã gratiã sacramento, cũ sine dubio pertinerent ad vitam æternam regnumq; cõlorum, si cõtinuo ex hac vita

emigrarent, sinunt crescere, & nonnulli etiã apollatae sunt? Vñ nisi quia non pertinent ad illã prædeterminationem, & s̄m propositum ac sine poenitentia uocationem. Cur aut ad eã alij pertineant, alij non pertineant, occulta causa esse potest, iniusta non potest. Nũquid enim iniquitas apud Deum? Absit. Na & hoc ad illam pertinet altitudinem iudiciorũ, quã mirans tanquã expa uit Apostolus: Ideo qp pe illa iudicia uocat, ne quisquã talia fieri pu- tet, siue iniquitate, siue temeritate facientis, si ue casũ & fortitudo labentib. illis partib. tam dispositorum sub tanta sapientia Dei seculo- rum. In epistola porrò ad Colossenses, quod scriptum est: Nemo uos seducat uolẽs in hu- miliate, & cetera quę sequuntur, quousq; ti- bi obscura esse dixisti, nec ego adhuc sine ca- ligine intelligo, atq; utinam præfens de me ista quæsisses. In eo quippe sensũ, quem mi- hi in his uerbis habere uideo, adhibenda est quædam pronuntiatio in uultu & modo uo- cis qui exprimi literis nõ potest, ut ex aliqua parte aperiat, quod iõ sit obscurius, quia nõ recte (sicut existimo) pronũciat. Quod enim scriptũ est: Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne attaminaueritis: tãquam præceptum putatur Apostoli, nescio quid tangere, gustare, attami- nare prohibentis. Contra est aut, si tamen in tanta obscuritate ista non fallor. Per irri- sionem quippe uerba posuit eorum, a quib. eos nolebat decipi atque seduci, qui discer- nentes cibos secundũ culturã angelorũ, atq; ita de hoc mundo decernentes, dicũt: Ne teti- geritis, ne gustaueritis, ne attaminaueris, cũ sint omnia mũda mũdis, & oĩs creatura Dei bona sit. Quod in alio loco ipse euidenter cõ- mendat. Totam ergo ipsius sniã circumstan- tiã uideamus. Ita. n. Apostoli intẽtione p̄spe- cta sensum eius, quantum ualeamus, fortasse tenebimus. Quib. enim ita scribit, metuebat eos seduci umbris rerum dulci nomine sciẽ- tię, & auerti a luce ueritatis quę est i Chriſto Iesũ domino nostro. Hanc aut sub nomine sapientię uel scientiã curã uanarum super- fluarumue obseruationum, & de superstitio- ne gentilitatis, maximeque ab eis qui Philo- sopheri sunt nũcupati, & a Iudaismo canendã eẽ cernebat, ubi erãt umbrę futurorũ remo- uendã, qñ lumen earũ iam Chriſtus adue- nerat. Cũ ergo cõmemorasset & cõmendaf- set quantum certamen, pro eis haberet, & p

D Qñis. 7. solutio. Colo. 2.

MULTI- ROS.

Colo. 2.

Ihs qui Laodicæ fuerant, & quicumque non viderant faciem eius in carne, vt cordib. confolarentur copulati in charitate, & in omnib. diuitijs plenitudinis intellectus, ad cognoscendum mysterium Dei, qd est Christus, in quo sunt oēs thesauri sapientiæ & sapientiæ absconditi. Hoc dico, inquit, vt nemo vos circunue niat in verisimili sermone: q̄a veritatis amore ducebant, verisimilitudinē illis timuit ne deciperent. Et iō cōmendauit in Christo qd dulcissimum habebant thesaurū. s. sapientiæ & scientiæ, cuius noīe & promissione induci poterāt in errorē. Nam & si corpore, inquit, absens sum spiritu vobiscū sum gaudēs & videns vestram ordinationem, & id quod deest fidei vestræ in Xpo. Iō illis timebat, qm̄ quid eis adhuc deesset, videbat. Sicut ergo accepistis, inquit, Iesum Xpm̄ dñm nrm̄, in ipso ambulate radicati & superedificati ī ipso, cōfirmati in fide, sicut & didicistis, abundantes in gratiarum actione. Vult eos fide nutriri, vt capaces fiāt participandorū thesaurorū sapientiæ & scientiæ, qui sunt absconditi in Xpo, ne antequā sint ad hęc idonei, verisimili sermone capiant, & a veritatis itinere deuiant. Deinde apertius quid eis timeat ostendens: Videte, inquit, ne quis vos decipiat per philosophiam & inanē seductionem s̄m traditionē hoīum s̄m elementa mundi, & non s̄m Christū, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ideo corporaliter dixit, quia illi vmbra līter seducebant, translato verbo, vsus sicut ē vmbre nomen in his rebus non est vtiq; verbū propriū, sed quadā similitudinis rōne translatum. Et estis in illo inquit repleti, qui est caput oīs principatus & potestatis. Per principatus. n. & potestates superstītio gētiliū vel philosophi seducebant, prædicantes illam quam vocāt theologia per elementa huius mundi. Caput aut̄ oīum Christum, principium oīum voluit intelligi, sicut ipse ait cum ei dictum esset: Tu quis es? Rñdit: Principium qui & loquo vobis Omnia. n. per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Mirabiliter aut̄ vult eos esse horum mirabilium contemptores, cum eos ostendit corpus factos illius capitis, dicēdo: Et estis ī illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. Hinc iam ne vmbra Iudaismi seducantur adiungit. In quo etiā circuncisi estis, circuncisione non manu facta

in expoliatione corporis carnis. Vel sicut alii qui hēt, in expoliatione corporis peccatorū carnis circuncisionis Xpi, consēpulti ei in baptisimū, in quo & cōsurrexistis per fidē operationis Dei, qui suscitauit illū a mortuis. Vnde quēadmodum & hic corpus Xpi eos ostēdit, vt ista contēnant, cohærentes tanto capiti suo, mediatori Dei & hoīum Xpo Iesu, & nullū falsū vel inualidū mediū per qd Deo cohæreant requirētes. Et vos, inquit, cū essetis mortui in delictis & p̄putio carnis vestræ, Præputiū vocauit qd significatur p̄putio, hoc est, delicta carnalia quib. expoliandi sumus, viuificauit, inquit, cū illo donans vobis omnia delicta, delens qd aduersus nos erat chirographū in decretis, qd erat cōtrariū nobis, quia reos lex faciebat, q̄ subintrauerat vt abundaret delictū. Tollēs, inq̄t, illud de medio & affigens illud cruci exuens se carne triumphans eos in semetipso: nō vtiq; bonos sed malos principatus & malas ptates, diabolicas. s. & dæmoniacas exēplauit. i. exemplū de illis dedit, vt quemadmodum ipse se exiit carne, sic suos ostenderet exuēdos carnalib. vitijs, per quæ illi eis dominabant. Iā hic diligenter attende quemadmodū inferat p̄p qd cuncta ista commemorauimus. Nemo ergo vos, inquit, iudicet in cibo, tāquā propterea oīa illa dixerit, quia isti per hmōi obseruationes seducebant a veritate qua liberi fiebant. de qua dictum est in euāgelio. Et veritas liberabit vos. i. liberos faciet. Nemo ergo vos, inquit, iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quod est vmbra futurorum: hoc p̄p Iudaismū. Deinde sequitur p̄p superstitiones gentiliū, Corpus aut̄ Xpi, inquit, nemo vos cōuincat. Turpe est inquit, & nimis incōgruū, & a generositate vestræ libertatis alienū, vt cum istis corpus Christi, seducamini vmbra, & & cōuinci videamini veluti peccātes, si hęc obseruare negligitis. Corp⁹ ergo Xpi, nemo vos cōuincat volēs ī humilitate cordis. Hoc si p̄ verbū Græcū dicerēt, ēt in latina cōsuetudine populari, sonaret vstitatus. Sic. n. & vulgo dicit, qui diuitem affectat thelo diues, & qui sapientem thelo sapiens, & cetera huiusmodi. Ergo & hic thelo humilis, quod plinius dicitur thelo humilis. i. volens humilis, affectans humilitatem, quod intelligitur, volens

Byter, coe
piscopus,
subdiacono-
nis. cōdia-
conus, re-
baptizate,
sōlent
quidam.
Inculcans
εμβε-
τεωων.

K

cut qdā codices habēt: Quæ vidit inculcāt. Aut. n. sic dicere voluit: Quæ nō vidit inculcans, quia hoīes ista suspitionib. & opinionibus agunt, non qd viderint ista esse faciēda. Aut certē quæ vidit inculcās, iō magna existimans quæ vidit ea quibusdā locis obseruari alibi ab hominib. quorum authoritati haberet fidem etiā rōne non reddita: & ideo sibi magnus v̄r, quia ei cōtigit quorūdam sacrorū videre secreta. Sed plenior sensus est, quæ non vidit inculcans, frustra inflatus mēte carnis suæ. Mirabiliter ibi eū dixit inflatū mēte carnis suæ, vbi thelo humilem supra dixerat. Fit enim miris modis in anima hominis vt de falsa humilitate magis inflēt, q̄ si apertius superbiret. Et nō tenens, inquit, caput, quod vult Christum intelligi, ex quo omne corpus cōpactum, & cōnexum subministratū & copulatū crescit in incrementū Dei. Si ergo mortui estis cum Xpo ab elementis huius mūdi, quid adhuc velut viuentes de hoc mūdo decernitis? His dictis inserit verba eorū qui decernūt de hoc mūdo, per has obseruationes quasi rōnabiles affectata vanitate humilitatis inflati, Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne ataminaueritis. Recolam⁹ qd dictū est superius: vt hoc intelligamus. Non vult. n. eos obseruationib. iudicari vbi dī: Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne ataminaueritis, quæ sunt oīa, inquit, in corruptionē per abusionē. Oīa hæc, inquit, magis ad corruptionē valent cū superstītiose ab his abstineat, vt eis homo abutatur. i. non eis vtaf sc̄cundū præcepta & doctrinas hoīum. Hoc planum est, sed quod sequitur multum requirit. Quæ sunt quidē rōnē habētia sapientiæ ī obseruatione & humilitate cordis & vexatione corporis. Vel sicut alij interpretati sunt: Ad non parcedum corpori, nō in honore aliquo ad saturitatē carnis. Cur, inq̄s, hæc dicit rōnem h̄re sapientiæ quæ ita

Colo. 2.

Ετοις
ελευθη
σει.

κατα
βουλη

Ι
εδελον
cos.
μιση
νοχ.
Γρα
Latina
cut in
compri

σκληρον
ειφειδισα

reprehēdit? Dicam quod & ipse in scripturis potes aduertere, sape sapientiā positā etiā in sedib. mundi huius, quam dicit expressius sapientiā huius mundi. Nec moueat quod hic non addidit, mundi. Nō. n. & in alio loco, cū ait: Vbi sapiens vbi scriba, addidit huius mūdi, vt diceret vbi sapiēs huius mūdi, & tñ hoc intelligit. Sic & ista rō sapientiæ. Nihil. n. ab eis dī in huiusmodi superstītiofis obseruationib. vbi s̄m mundi huius elementa naturā quæ rerum, rō quēdā sapientiæ reddi videat. Nam & cū dicit. Cauete ne quis vos decipiat per philosophiā: nō ait, huius mūdi. Et quid est philosophia Latine, nisi studiū sapientiæ? Sunt ergo, inquit, ista rōnem quidem habentia sapientiæ. i. de quib. aliqua ratio reddatur, secundum elementa mundi huius, & principatus ac potestates ī obseruatione & humilitate cordis. Id enim agūt ista, vt superstītionis vitio cor humilietur ad non parcedum corpori, dum fraudat istis escis, quibus compellitur abstinere, nō in honore aliquo ad saturitatem carnis: non quod honoratius illo magis q̄ illo cibo caro satureretur, cum ad ei⁹ necessitatē non pertineat, nisi quolibet valedudini apto alimento refici atque sulcari. De Euāgelio inq̄s itio tua solet multos mouere, quic dñs post resurrectionē, cū in eodē corpore surrexerit, a quibusdā qui eū nouerāt, vtriusq; sexus hoīb. & agnitus nō sit, & agnitus sit. Vbi primum quæri solet, vtram ī eius corpore. an potius in illorum oculis aliquid factū sit, quo non posset agnosci? Cum n. legitur. Tenebant oculi eorū ne cognoscerent eum impedimentum quoddam agnoscendi v̄r in luminibus factum esse cernentium. Cū verò aperte alibi dī Apparuit eis in alia effigie, vtiq; in ipso corpore, cuius alia erat effigies, aliquid factum fuisse, quo impedimēto tenerentur. i. moram agnoscendi paterentur oculi eorum. Sed ego miror cum duo sint in corpore, quibus cuiusq; species agnoscat, lineamētā & color, cur ante resurrectionem, quod in monte ita transfiguratus est, vt fieret vultus eius splendidus sicut sol, neminem mouet eum vsq; ad tantum excellentiam fulgoris & lucis. colorem sui corporis mutare potuisse: & post resurrectionē mouet aliqua tenus lineamenta mutata esset vt non posset agnosci: rursum eadem potentia facultate, sicut tunc pristinum colorem, sic & post re-

I. Co. 1.

M

A
Quis. 8.
soluio.

Luc. 24.

Marc. 16

B

surrectionem pristina liniamenta reuocasse. Nā & illi tres discipuli, ante quorū oculos ī monte transfiguratus est, nō eū agnoscerent, si ad eos talis aliūde venisset: sed quia cū illo erant ipsum esse certissime retinebāt. At. n. corpus ipsū erat in quo resurrexit. Quid hoc ad rē? Nam illud utiq; ipsum corpus erat, in quo in mōte transfiguratus est, & ipsum erat iuuenis in quo natus est: & tñ si quis eum repente iuuenē vidisset, qui non nisi infantulū nosset, nō utiq; agnosceret. An verò ad liniamenta mutanda non pōt celeriter Dei potestas, qđ pōt per annorū moras hoīs aetas? Qđ aut Mariæ dixit: Noli me tangere, nondū. n. ascendi ad patrē, nihil aliud noueris me intelligere qđ tu. Ita. n. significare voluit tactū spiritalem. i. accessum fidei se requirere, qua credit eū excelsum esse cum patre. Et quod ab illis duob. in fractione panis est agnitus, sacramentū esse, quo nos in agnitionem suam congregat, nullus debet ambigere. De verbis Symeonis, vbi ait virgini matri dñi: Et tuā ipsius aīam pertransibit framea: In alia epistola, cuius exemplum ēt modo misi, dixi quid mihi videat, quod ēt tibi inter cetera visum est. Et quod adiunxit: Vt denudentur multorum cordium cogitationes: hoc intelligēdū puto, quia per dñi passionem, & insidiā Iudaeorū, & discipulorū infirmitas patuit. Tribulationē igit, gladij nomine significatā esse, credibile est, quo materna aīa vulnerata est doloris affectu. Ipse fuit gladius in ore psecutorū, de quib. in psalmo dī: Et gladius in ore eorū. Ipsi enim erant filij hominum, quorum dentes arma & sagittę, & lingua eorum gladius acutus. Nam & ferrū quod pertrāsijt aīam Ioseph, pro dura tribulatione positum ferrum mihi vī. Aperte quippe dī. Ferrum ptransijt aīam eius donec veniret verbū eius, id est tandiu fuit in dura tribulatione, donec fieret quod p̄dixit. Hinc enim magnus est habitus, & ab illa tribulatione liberatus. Sed ne humanę sapientię tribueretur qđ venit verbum eius. i. factū est quod p̄dixit, more suo scriptura sancta Deo inde dat gloriā. Et continuo subiungit: Eloquium domini igniuit eum. Vt potui non defui interrogationibus tuis adiutus orationibus tuis, & ipsis quas misisti disputationibus tuis. Cum. n. interrogando disputas, & queris acriter, & doces humiliter. Vtile est autem vt de ob-

Ioh. 20.

Qon. 9. solutio.

Psal. 58.

Psal. 56.

Psal. 105.

scuritatibus diuinarum scripturarum, quas exercitationis nostrę causa Deus esse voluit, multę inueniant snie, cum aliud vī, quę tñ omnes sanę fidei doctrinęq; concordent. Da bis sanē veniam stylomeo multum festinātī, vt iam in nauī constituto occurrerem perlatori. Filium aut nostrum Paulinum in Christi charitate dulcissimum, in hac potius epistola resaluto, & paucis vt festinus exhortor, vt misericordię dñi, qui sciens dare auxiliū de tribulatione, eū turbulentissima tēpestate misit in portum, quo tu pelago tranquilliore permeasti, ipsi marinę trā quietitati minime credens, & qui eius rudimentis excipiens atq; nutriendis te dedit, gratias agat quantas potest, & omnia ossa eius dicant, Dñe qs similis tibi? Non enim vberiore fructu legit vel audit me docentem ac differentem, vel quibuslibet exhortationibus accendentem, quā inspicit te viuentem. Resalutant sanctam & syncerissimam benignitē tuā conserui mei qui mecum sunt. Condiaconus autem noster Peregrinus, ex quo a me profectus est cum sancto fratre nostro Urbano, quando episcopatus sarcinam subire perrexit, nondum remeavit Hipponem. Saluos eos tamen in nomine Christi, & literis eorū & fama nunciatē cognoscimus. Compresbyterum Paulinum, & omnes qui qua p̄sentia in dominoperfruuntur germano saluamus affectu.

Augustinus Cęciliano p̄sidi, vt suo edicto coerceat Donatistas iuxta Hipponem: quę admodum alibi fecerat. Epist. LX.

Domino eximio, & in Christi charitate vere meritō honorabili suscipiendo filio Cęciliano, Augustinus. Administrationis tuę claritas & fama virtutū, pietatis quoque Christianę laudāda diligētia & fida synceritas, qđ tibi diuina munera eo donante gaudes tributa, a quo speras p̄mittēte potiora, excitaueerūt me, vt hoc epistolari alloqo, aītus carū mearū excellētia aperirē tuę Quātū. n. per alias Aphricę terras te vnitati catholicęq; mirabili effiacia cōsuluisse gaudem, tñ dolemus regionē Hipponēsiū, & ei vicinas partes conīnes Numidię, p̄sidiāli edicti tui vigore nondum adiuuari meruisse, domine eximie & in Christi charitate vere meritoq; honora-

honorabilis ac suscipiende fili. Quod ne meę potius negligentia deputetur, qui episcopalem sarcinam Hippone sustineo, tuę magnificentia non tacendum putauī. Quantum etiam in campo Hipponensi hęretica p̄sumat audacia, si ex fratribus & collegis meis, qui hęc tuę sublimitati narrare potuerint, vel ex presbytero, quem cum literis mihi fueris audire dignatus, adiuuante domino Deo nostro, proculdubio prouidebis vt tumor sacrilegę vanitatis, terrendo sanetur potius, quā vlciscendo refecetur.

Augustinus Dulcicio Tribuno, vt Donatistas edicto suo corrigat, non occidat, de quę mira vesania quorundam qui sibi necem consciscabant. Epist. LXI.

G De isto Dulcicio vide. 2. re trac. 59. & 63.

Domino eximio & honorabili filio Dulcicio, Augustinus salutē in dño. Non debui contemnere petitionē tuam, qua desiderasti a me institui, quemadmodum te oporteat hęreticis rñdere, quorū salus in dñi misericordia, infantia quoq; tuę strenuitatis inquiri. Quāuis. n. ingētes eorū multitudines, vñ plurimum gratulamur, quidā tñ eorū & Deo & hoīb. miserabili istinctu furoris igrati, nisi suis cędib. nos vastare nō pñt, suo nos exitio terrere se credunt, aut latitiam suam querentes de morib. nostris, aut tristitiam nostram de mortib. suis. Sed non debet tantorumq; populorum salutem, furiosus error hoīm impedire paucorum: quid eis velimus, non solū Deus & prudentes hoīs, verum etiā ipsi cū sint nobis inimicissimi, sentiunt. Cum. n. suę p̄uincię terrēdos putāt, nō dubitāt nostimere ne pereant. Sed quid faciamus, videntes quod multi adiuuante dño per occasionē vestrā viam pacis inueniāt? Nunquid prohibere nos possumus vel debemus ab hac vnitatis instātia, dū metuimus, qđ dā durissimi, & in seipos crudelissimi, non nra, sed propria volūtate se pdant: Optaremus quidē vt oēs qui contra Xpm portant signum Xpi, & contra Euāgeliū de ipso Euāgelio qđ non intelligūt gloriant, a sua peruersitate discederēt. Sed qm Deus occulta satis dispositione, sed tñ iusta, nōnullos eorū p̄oenis p̄destinavit extremis: p̄culdubio meli' incōparabili numerositate plurimis ista pestifera diuisione & dispersione redintegratis atque

collectis, quidā suis ignib. pereūt, qđ pariter vniuersi sempiternis ignib. gehennarū merito factilegę diffensionis ardebūt. Sic. n. pereūtes dolet ecclesia, quemadmodū rebellē filiā sanctus Dauid, de cuius salute seruāda sollicita dilectione mandauerat: Nam eum merito nephandę impietatis extinctum, et cum testimonio lachrymosę vocis ingemuit. Veruntñ superbo & maligno discedente in locū suū, populus Dei, qui fuerat illius tyrannide diuilius, agnouit regē suū, & de amisso filio mœrorē patris, perfectio consolata est vnitatis. Non itaq; reprehendimus dñe eximie & honorabilis fili, quod tales hoīs apud Tamugadē, prius edicto admonēdos existimasti: sed qđ ibi dixisti, noueritis vos debite neci dandos: putauerunt sicut eorū rescripta indicāt, hoc te fuisse cōminatū, qđ tu illos apprehensos fueras occisurus, nō intelligentes de illa nece, quā ipsi sibi volunt ingerere te locutū. Nō. n. tu in eos ius gladij vllis legib. accepisti, aut imperialib. constitutis quorū tibi iniūta est executio, hoc p̄ceptū est vt necent. Secundo sanē edicto dilectionis tuę planius quid volueris aperuisti. Quod aut etiā ipsum ep̄m illorū putasti literis alloquendum, humanissime ostendisti, quanta mansuetudine temperati sint in catholica ecclesia, etiā qui potestate Christiani imperatoris, siue terrendo siue plectendo corrigendis p̄ficiunt errorib. nisi quod honorificentiorib. eum verbis tractasti qđ decebat hęreticum Sed quod eius responsoni me respondere voluisti, credo te arbitratū etiam hoc Tamugadensib. debere p̄stare, vt fallax doctrina ipsius a quo seducebant, aliquanto diligentius resellatur: verum nos & occupatissimi sumus, & tāplurimis opusculis nostris hmōi vaniloquia refutamus. Iā enim nescio quotiens disputādo & scribendo mōstrauimus, nō eos posse hęc martyrum mortē, quia Xpianorum nō hēt vitam, cum martyrem non faciat poena, sed causa. Docuimus etiam liberum arbitriū sic homini datū, vt tñ & diuinis legibus & humanis rectissime grauium supplicia cōstituta sint peccatorum: & pertinere ad religiosos reges terrę, non solum adulteria, vel homicidia, vel huiusmodi alia flagitia seu facinora, verum etiam sacrilegia seueritate congrua cohibere. Multūq; illos falli, qui putāt a nobis istos tales suscipi, quales sunt, quia non

Mira in hęreticos clemētia.

Martyrē non facit poena, sed causa.

K

sponte surgentem lectio epistolæ tuæ multo
ardētius excitauit, cōmisi me iam Deo qui
pro viribus meis operaretur in me, vt ea re-
scriberem, quæ vtiq; nostrum studio in dño
& curæ ecclesiasticæ p̄ tua præstātia & mea
obsecundatione congruerent. Atq; illud pri-
mum, quod orōnib. meis te adiuuari credis,
non solum nō defugio, verum etiam libenter
amplector. Ita enim, & si nō meis, certe tuis,
me dñs nunc * exaudiet: Quod fratrem Ali-
pium in nostra cōiunctione mansisse, exem-
plo sit fratrib. curas mūdi huius vitare cupiē-
tib. benevolentissime accepisti, ago gratias
quas nullis verbis explicare possim: dñs hoc
rependat in aīam tuam. Omnis itaq; fratrum
coetus qui apud nos coepit coalescere, tanta
tibi prerogatiua obstrictus est, vt locis terra-
rum tantum longe disiuunctis ita nobis cōsul-
ueris tanquam præsentissimus spiritu. Qua
propter præcibus quantum valemus incum-
bimus, vt * locum tibi commissum tecū dñs
sustinere dignē, nec te vīpīam deserere, sed
adesse adiutor in opportunitatib. faciēs cum
ecclesia sua misericordiam per sacerdotium
tuū, quale spirituales viri vt faciat, lachrymis
eū gemitibusq; interpellant. Scias itaq; dñe
beatissime & plenissima charitate venerabi-
lis, non desperare nos immo sperare vehe-
menter, q̄ dñs & Deus noster per authorita-
tem personæ quā geris, quā non carni, sed
spiritui tuo impositā esse cōfidimus, multas
carnales foelicitates & ægritudines, quas
Aphricana ecclesia in multis patit, in paucis
gemit cōsiliōrum grauitate & tua possit sana-
re. Cum. n. Apostolus tria breuiter genera vi-
tiorum detestāda & vitanda vno in loco po-
suerit, de quib. innumerabilium peccatorū
exurgit seges, vnū horū quod scđo loco po-
suit accerrime in ecclesia vindicat, duo autē
reliqua, i. primum & vltimum, tolerabilia vi-
dent hoīb. atq; ita paulatim fieri pōt, vt nec
vitia iam putent. Ait enim vas electionis: Nō
in comeffationib. & ebrietatib. non in cubili-
bus, & impudicitijs, non in contentione, &
dolo, sed induite vos dñm Iesum Christum,
& carnis curā ne feceritis in concupiscētijs.
Horum ergo triū, cubilia & impuditiæ tā
magnum crimen putat, vt nemo dignus, nō
modo ecclesiastico ministerio, sed ipsa etiā
sacramētōrum communione videatur, qui
se isto peccato maculauerit. Et rectē omnino

Sed quare solum? Comeffationes. n. & ebri-
tates ita concessæ & licitæ putant, vt in hono-
rem et beatissimorum martyru, nō solū per
Dies solēnes, quod ipsum quis non lugendū
videat qui hæc nō carnis oculis inspicit, sed
et quotidie celebrent. Quā foeditatem, si tm̄
flagitiosa & nō etiam sacrilega esset, quibus-
cunq; tolerantia virib. sustētādā putaremus.
Quancūq; vbi est illud, quod cum multa vi-
tia enumerasset idē Apostolus, inter quæ po-
suit ebriosos, ita conclusit, vt diceret cum ta-
lib. nec panem edere. Sed feramus hæc in lu-
xu & labe domestica, & eorū cōiuuiorū, quæ
priuatis parietib. continent, accipiamusque
cum eis corpus Christi cum quib. panē ede-
re prohibemur, saltem de sanctorū corporū
sepulchris saltem de locis sacrorū, de domi-
bus orōnum tm̄ dedecus arceat. Quis. n. au-
det negare priuatim, quod cum frequētā in
sanctis locis, honor martyrum nominatur?
Hęc si prima Aphrica tentaret auferre à cōte-
ris terris, imitatione digna esse deberet. Cum
vero & per Italiæ maximā partem & in alijs
oīb. aut propē oīb. trāsmarinis ecclesijs, par-
tim quia nūquam facta sunt, partim quia vel
orta vel ī veterata, sanctorū, & vere debita fu-
tura cogitātū epōrū diligētia & animaduer-
sione extincta atq; deleta sint, dubitā q̄uo
possumus tantam morū labem, vel pposito
tam lato exēplo emēdare? & nos quidem illa
rū partium hoīem habemus ep̄m, vnde ma-
gnas agimus gratias Deo: quancūq; eius mo-
destiæ atq; lenitatis est, eius deniq; prudentiæ
& sollicitudinis in dño, vt etiam si Apherē-
set, cito illi de scripturis persuaderet curan-
dum, qđ licentiosa & male libera cōsuetudo
vulnus inflixit. Sed tāta pestilentia est huius
mali, vt sanari prorsus, quantum mihi vī, nisi
concilij autoritate non possit. Aut si ab vna
ecclesia inchoanda est medicina, sicut vide-
tur audacię, mutare conari quod Carthagi-
nensis ecclesia tenet, sic magnæ impudentiæ
est velle seruare quod Cartaginensis ecclesia
correxit. Ad hanc autem rem quis alius epi-
scopus esset optandus, nisi qui ea diaconus
execrabatur? Sed quod erat tūc dolendum,
nunc auferendum est, non asperere, sed, sicut
scriptum est, in spiritu lenitatis & mansuetu-
dinis, Dant enim mihi fiduciam literę tuæ
iudices grauisimæ charitatis, vt tecum tan-
quam mecum audeam colloqui. Non ergo
asperere,

a. l. noster

a. l. gregē

Rom. 13.

1. Co. 5.

I Ebriosi in honorem martyru.

K Cōcilium contra ebrios.

Galat.

aspere; quantum existimo, nō duriter, non mō
imperioso ista tollunt, magis docendo q̄ iu-
bendo, magis mouēdo q̄ minando. Sic. n. agē-
dum est cū multitudine peccantiū. Seueritas
aut exercenda est in peccata paucorum. Et si
quid minamur, cū dolore fiat, de scripturis
comminando vindictam futuram, ne nos ipsi
in nostra ptate, sed Deus in nostro sermone
timeat. Ita prius mouebunt spirituales spiri-
talib. pximi, quorū autoritate & lenissimis
quidē sed instantissimis admonitionib. cetera
multitudo frangat. Sed qm̄ istæ in coemite-
rijs ebrietates & luxuriosa conuiuia, nō so-
lū honores martyru à carnali & iperita ple-
be credi solent, sed et solatia mortuorū, mi-
hi vī facilius illis dissuadere posse istam foē-
ditatem, ac turpitudinē, si & de scripturis p̄-
hibeat, & oblationes pro spiritib. dormien-
tiū, quas vere aliqd adiuuare credēdū est, su-
per ipsas memorias non sint sumptuosę, atq;
oīb. petentib. sine typho & cum alacritate
præbeant neq; vendant. Sed si quis pro reli-
gione aliquid pecuniæ offerre voluerit, in p̄-
senti pauperib. eroget. Ita nec deserere vide-
bunt memorias suorum, qđ pōt gignere nō
leuem cordis dolorē, & id celebrabit in ec-
clesia quod pie honesteq; celebrat. Hęc inte-
rim de comeffationib. & ebrietatibus dicta
sint. De contentione aut & dolo quid me at-
tinet dicere, qm̄ ista vitia nō in plebe, sed in
nostro numero grauiora sunt? Horū aut mor-
borū mater superbia est, & humanæ laudis
auditas, quæ etiam hypocrisim sepe generat.
Huic non resistit, nisi crebris diuinorū lib-
rorum testimonijs incutiatur timor & charitas
Dei, si tm̄ ille qui hoc agit, seipsum præbeat
patientiæ atq; humilitatis exemplum, minus
sibi assumendo quam offert, sed tm̄ ab eis qui
se honorant nec totum nec nihil accipiēdo,
& id quod accipitur laudis aut honoris, nō
pp se qui totus coram Deo esse debet & hu-
mana contemnere, sed pp illos accipiatur
quib. consulere non potest, si nimia deiectio-
ne vilescat. Ad hoc enim pertinet quod di-
ctum est: Nemo inuentum tuam cōtemnat:
cum hoc ille dixerit, qui alio loco ait: Si ho-
minibus placere vellem, Christi seruus non
essem: Magnum est de honoribus & laudib.
hominum nō letari, sed omnem pompam
inanem præcidere, & siquid inde necessariū
retinet, id totum ad vtilitatē honorantium

Consiertu do qđo vol lenda. 44 dist. ca. co meffatio- ner.

I Sacrificia pro mortuis.

Cōtentio, & dolo.

M

Authoritas. 1. Ti. 4. Galat. 1.

salutemq; conferre. Non. n. frustra dictū est:
Deus confringet ossa hominum placere vo-
lentium. Quid. n. languidius, quid tā sine sta-
bilitate ac fortitudine, qđ ossa significant, q̄
homo quem male loquētium lingua debili-
tat, cum sciat falsā esse quæ dicunt? Cuius rei
dolor nullo modo aīa viscera dilaniaret, si
non amor laudis ossa eius cōfringeret: Præ-
sumo de robore animi tui. Itaq; ista quæ tecū
confero, mihi dico, dignaris tm̄ credo mecū
consyderare, quam sint grauiā, q̄ difficilia.
Nō. n. huius hostis vires sentit, nisi qui ei bel-
luni indixerit: quia & si cuiquam facile est
laude carere dum denegat, difficile est ea nō
delectari cum offertur: & tm̄ tanta mentis in
Deum debet esse suspensio, vt si non merito
laudemur corrigamus eos quos possumus:
ne arbitrentur aut in nobis esse qđ non est, aut
nostrum esse qđ Dei est, aut ea laudent, quæ
quanuis non desint nobis, aut et super sint, ne
qua q̄ tm̄ sunt laudabilia: velut sunt bona oīa
quæ vel cum pecorib. habemus communia,
vel cum impijs hominib. Si aut merito lau-
damur, pp Deū gratulemur eis quib. placet
verum bonū: nō tm̄ pro his quæ placemus ho-
minib. sed si coram Deo tales sumus quales
nos esse credunt: & non tribuitur nobis sed
Deo, cuius dona sunt omnia quæ vere meri-
toq; laudantur. Hęc mihi ipse tanto quoti-
die vel potius ille cuius salutaria præcepta
sunt, quæcunq; siue in diuinis lectionibus in-
ueniant, siue quæ intrinsecus aīo suggerunt,
& tamen vehementer cum aduersatio dimi-
cans sepe ab eo vulnera capio. cum delectā-
tionem oblatæ laudis mihi auferre non pos-
sum. Hęc propterea scripsi, vt si tuę sanctita-
ti iam nō sunt necessaria, siue q̄ plura huius-
modi ipse cogites atq; vtiliora, siue q̄ tuas sā-
ctitati medicina ista nō opus sit, mala tamen
mea nota sint tibi, sciasq; vnde pro mea infir-
mitate Deū rogare digneris, quod vt impēsis-
sime facias, obsecro per humanitatem illius
qui præceptum dedit, vt inuicem onera no-
stra portemus. Multa sunt quæ de vita nostra
& conuersatione desierem, quæ nollem per
litteras ad te venire, si inter cor meum & cor
tuū, vlla essent ministeria p̄ter os meum &
aures tuas. Si aut venerabilis nobis omnium-
que nostrum tota sinceritate charissimus,
cuius in te vere fraternam cū præsens essem
benignitatem studiumq; perspexi, senex Sa-
turni-

Psal. 52.

A

Laudes hominum qđo accipiende.

B

turninus dignatus fuerit, qñ oportuñ videbitur ad nos venire, quicquid cū eius sanctitate & speciali affectu colloqui poterimus, aut nihil aut nō multum distabit, ac si cū tua dignatione id ageremus. Quod vt nobiscum ab eo petere atq; impetrare digneris, tantis precib. posco, quantis verba nulla sufficiūt. absentiam. n. meam tantam lōge Hipponenses vehementer nimisq; formidant, neq; vllō modo mihi sic volunt credere, vt & ego vobis. Agrum fratribus datum prouisione & liberalitate tua didicimus ante epistolam tuā, per sanctum fratrem & cōseruum nostrum Partheniū, a quo multa alia q̄ audire desiderabamus, audiuius. Prestabit dñs, vt etiam cætera, quæ adhuc desideramus impleantur.

Augustinus Paulino, cupiens ab illo plenius explicari, q̄o voluntas hominis subditur voluntati diuinę. Epistola L X V.

Sanctis & Deo dilectissimis merito venerabilibus, & multum desiderabilibus. fratribus, Paulino & Therasiæ, Augustinus in dño salutem. Charissimus frater Celsus cum rescripta repeteret, debitum reddere festinaui. Sed vere festinaui. Cum enim eum putarem adhuc aliquot dies nobiscum moraturum, repente cōperta occasione nauigij, mihi pri dianam suam pfectionem iam nocte suggestit. Quid facerem cum eum tenere nō possem, & quia ad nos cum quibus ei melius esse pparabat, nec si possem deberem. Proinde pauca illico hæc arripui dictanda atq; mittenda, plixioris epistolę me confitens debitorum, cū post reditū venerabilium fratrum nostrum collegarū Therasij & Eudodij, primum nostri ex parte satiatus fuero. Vberius enim ad vos in eorum pectorib. & orationibus nos esse venturos, iam iamq; in Christi nomine atq; adiutorio speramus. Cum hæc scriberemus, et per vnanimem filium nostrum Carthagustinensis ecclesię presbyterum Fortunatianū Romam nauigaturum, aliam epistolam paucis ante dieb. iam dederam. Nunc ergo quod soleo rogo, vt qđ soletes faciatis. Oretis pro nobis vt videat Deus humilitatem vōstrā & laborem nostrum, & dimittat omnia peccata nostra. Colloqui autem vobiscum talia cupio, si dignemini literis, qualia colloqui possemus, si coram vestris sensib. adessemus. Ec-

ce illam quasiunculam quā nuper pposueram, tanquā si p̄sens p̄senti inter dulces loquelas obderem planē Christiano intellectu & deuotione soluisi sed nimis cursum & breuiter, posset quippe ibi aliquñ diutius & vberius habitare gratia oris tui, si cum dixisset ita te illo quo foeliciter vteris loco perseverare decreuisset, vt siquid de te aliud dño placuerit, eius voluntatem p̄feras tuę idipsum aliquanto apertius explicares, quo nam modo voluntatem Dei quæ nostræ voluntati p̄ponenda nouerimus. Vtrum tñ in ea re quam p̄pterea p̄ferre deberemus, quia & inuiti cogere mur. Ibi. n. fit quidem qđ nolimus. Sed iō nos cogimur vt velimus, quia ille vult cuius voluntatis nec excellētiā fas est recusare, nec omnipotentiam licet euitare: sicut Petrum alter cinxit & tulit quō noluerat: veruntñ quō nollet ijt, sed volēs mortē subiit. Asperrimū est, ibi, vbi est potestas, nō mutare iniam, quamuis aliud occurrat in quo potius appareat voluntas Dei ad mutandam inim nos uocantis, nō quia nostra mala erat, sed in qua recte permaneret, nisi ab illo in alteram uocaremur. Neq; .n. malum fuit Abraham nutrire & educare filiū, quoad posset q̄rum in ipso esset usq; ad finē uitæ: sed re p̄te inssus occidere, mutauit utiq; nō prius malam inim, sed quæ mala esset, si potiorib. mutata non esset. Hinc quoque nō dubiro nihil aliud videri tibi, sed plerunq; non uoce de celo, non per prophetam, non per reuelationē, uel somnij, uel excessus mentis, qui dicitur extasis, sed rebus ipsis accidentibus, & ad aliud q̄ statueramus uocantibus cogimur agnoscere Dei uoluntatem aliam q̄ erat nostra. Quod si proficisci statueremus, & aliquid oriretur quod consulta de officio nostro ueritas uetaret deserere, aut decernentibus ibi manere nunciaretur aliquid quod eadem ueritate consulta uos compelleret proficisci, de hoc tertio genere causarū mutandę sententię, quid tibi uideatur, peto mecum plenius & enodatus colloquaris. Sepe nos quippe conturbat, & difficile est nos aliquid quod magis faciendum erat omittere, dum illud mutare uolumus, in quo prius permanere statueramus, non quidem malum, uerum iā ideo malum, quia id quod prius agendum est occurrens deseritur. Qđ si non occurreret, nō solum sine uinperatione sed etiam

Primi. 18

etiam cum laude, in illo priore perduraret. Hic non falli difficile est, hic omnino vox prophetica p̄ualet, Delicta quis intelligit? Hinc (oro) participem me facias cogitationum tuarum, quid in talib. vel facere soleas, vel faciendum esse reperias.

Augustinus Maximo medico, recens ad ecclesiā catholicā conuerso, hortans illum vt studeat & alios eodē adducere, p̄fer tim quum nonnullos in errore adduxisset autoritate sua, Instruens illum aduersus eos, qui de trium personarum eadem essentia impie disputant. Epist. L X V I.

G

Domino eximio meritoq; honorabili & religioso fratri Maximo, Alipius & Augustinus i dño salutem. Cū a sancto fratre & coepto nostro Peregrino de tua tuorūq; non corporali sed spiritali salute p̄cipue q̄reremus, de tua q̄dem letos, de tuorū uerō tristes nos eius respōsa fecerunt, qđ non sunt ecclesię catholicę salubri correctione sociati. Et quia id cito futurū sperabamus, adhuc non esse factū multum dolemus, dñe eximie meritoq; honorabilis & religiose frater. Proinde charitatē tuam in dñi pace salutates, & p̄cipimus & rogamus, vt eos qđ didicisti docere nō differas, vnum. s. Deum esse solum cui seruitus illa debet, quę latia Græco uocabulo nuncupat. Ipsum. n. uerbum est in lege ubi scriptum est Dñm Deum tuum adorabis, & illi soli seruias: quę si Deum patrem tñ modo dixerimus, respondebit nobis, ergo latia filio nō debet, quod nefas est dicere. Si autē debet, quomodo ergo in tñ debet Deo, si & patri & filio debet, nisi quia vnus cui per latiam seruire iussi sumus, ita dī solus vt & pater intelligat & filius, immō uerō et spiritus sanctus. De illo qppe dicit Apostolus. Nescitis quia corpora uestra tēplū sunt in uobis spiritus sancti, quę habetis a Deo & nō estis uestri. Empti. n. estis magno precio, glorificate Deū & portate in corpore uestro. Quę Deū nisi spiritum sanctum, cuius corpora nostra dixerat esse templum debet ergo latia spiritus sancto. Nam si templum facere, sicut Salomon fecit de lignis & lapidibus iuberemur, utiq; faciendo templum latia exhibere conuinceremur, quanto magis latia debemus cui nō templū facimus, sed sumus? Ac p hoc

Matth. 4

1. Cor. 6

si patri & filio & spiritui sancto latia debet & exhibet a nobis, de qua dictum est: Dñm Deum tuū adorabis & soli illi seruias, pcul dubio dñs Deus noster cui soli per latia seruire debemus nō est pater solus, nec filius solus, nec solus spiritus sanctus, sed ipsa trinitas vnus Deus solus, pater, & filius & spūs sanctus: nō vt pater sit ipse qui filius, vel spiritus sanctus ipse sit aut pater aut filius, cum sit in illa trinitate pater filij solius, & filius patris solius, spiritus autē sanctus & filij sit spiritus: sed p̄ vnā eandemq; naturā atq; inseparabilem uitam, ipsa trinitas, quantum ab hoīe potest fide p̄cedente intelligitur vnus dñs Deus noster de quo dictū est: Dñm Deum tuū adorabis & illi soli seruias, & quę p̄dicat Apostolus. Ait n. Qm̄ ex ipso & in ipso & per ipsum sunt oīa, ipsi gloria in secula seculorū, amen. Nō enim sic ex Deo pater vnigenitus filius, quem admodum ex illo est vniversa creatura quam ex nihilo creauit. Hunc quippe de sua substantia genuit nō ex nihilo fecit, nec eum ex tpe genuit, p quem cuncta tempora condidit. Qm̄ sicut flamma splendorem, quem gignit, tpe non p̄cedit, ita pater nunq̄ sine filio fuit. Ipse est quippe sapientia Dei patris, de qua scriptū est: Splēdor est. n. lucis æternæ. Luci ergo cui? cador est, i. Deo patri sine dubio cōeterna est. Et iō non sicut in principio fecit Deus coelum & terrā, ita in principio fecit uerbū, sed in principio erat uerbū. Spiritus quoq; sanctus non sicut creatura ex nihilo est factus: sed sic a patre p̄cedit, vt nec a patre nec a filio sit factus. Hęc trinitas vnus est: eiūsdēq; nature atque substantiæ, non minor in singulis quā in omnibus, nec maior in omnibus quā in singulis, sed tanta in solo patre vel in solo filio, quanta in patre simul & filio, & tāta in solo spūs sancto quanta simul in patre & filio & spiritus sancto. Neque enim pater vt haberet filiū de se ipso, inquit seipsum, sed ita genuit de se alterum se, vt totus maneret in se, & esset in filio, tantus quantus & solus. Similiter & spiritus sanctus integer de integro, nō p̄cedit vnde procedit, sed tantus cum illo quātus ex illo nec minuit eū procedēdo nec auget hærēdo. Et hęc oīa nec confuse vnum sunt, nec distincte tria sunt, sed eū sint vnum: qui tam multis cordibus fidelium suorū donauit.

Rom. 11

Sapie. 7

Commode accipe, tria unū.

*cum tres
sint unū.*

donavit ut essent cor unū, quanto magis cō-
seruat i seipso ut sint hæc tria, & singula De^o
& simul oīa non tres dij sed vnus Deus? Hic
est vnus dñs Deus noster, cui vniuersa pieta-
le seruit, cui soli latria illa debet: qui cum in
reb. quæ nascuntur in tpe sua bonitate effe-
rit, ut suæ substantiæ prolem quælibet res gi-
gnat. i. homo hominem non alterius naturæ,
sed eius cuius ipse est, vide quam impie dicat
ipse nō genuisse id quod ipse est. Hæc. n. pro
L pinquitate sunt nomina non naturæ, & iō ad
aliquid vel relative dicunt, quæ aliquando
eadem sunt, aliquando diuersa. Eadem. s. cum
fratres referunt ad fratrem, amicus ad amicum,
vicinus ad vicinum, cognatus ad cognatum,
& si qua similia, quæ infinitum est velle om-
nia percurrere. In his. n. qd̄ est iste ad illum,
hoc est ille ad istum. Diuersa sunt autē sicut
pater ad filium, filius ad patrem, focer ad ge-
nerū, gener ad socerum, dñs ad seruum, ser-
uus ad dñum. Non est quidem hoc iste, ad il-
lum, quod ille ad istum, sed ambo tātum ho-
mines sunt. Relatio diuersa est, non natura:
qm̄ si attendas quid sit alter ad alterum, non
est hoc ad illum iste, quod ad istum ille: q̄
iste pater, ille filius: aut iste focer, ille gener:
aut iste dominus, ille seruus. Si autem atten-
das quid quisq; sit, vel ad seipsum vel in seip-
so, hoc est ille qd̄ iste: q̄ ille homo est sicut
iste. Vnde intelligit prudentia tua non ab eis
rationabiliter dici a quorum errore te domi-
nus liberavit, ideo Dei patris & Dei filij natu-
rā esse diuersam, quia iste pater est, ille filius.
Et Deum patrem non genuisse id quod est ip-
se, quia non genuit patrem filij sui, quod est
ad illum ipse. Quis. n. non videat ista vocabu-
N la non in seipsis demonstrare naturas, sed al-
terius ad alterum significare personas? Tale
est etiam illud quod simili loquuntur erro-
re, ideo filium alterius esse naturæ diuersæq;
substantiæ, quia pater Deus non est de altero
Deo, filius autem Deus est quidem, sed de pa-
tre Deo. & hic enim non iudicatur substan-
tia, sed origo, i. non quid sit sed vnde sit quis
que vel non sit. Neq; enim Abel & Adam iō
non vnus naturæ atq; substantiæ fuerunt, quia
iste fuit hō de hoīe illo, ille de nullo. Si ergo
vtriusq; natura queratur, homo Abel, homo
Adam. Si autem origo, primus homo ex quo
Abel, nullus homo ex quo Adam. Item in
Deo patre & Deo filio, si vtriusq; natura que-

ratur, vterque Deus, nec magis magnus alter-
altero Deus. Si autem origo, pater est Deus
de quo filius Deus, de quo autem pater, nul-
lus est Deus: frustra itaque ad hoc responde-
re conantes dicunt, sed, homo cum passione
generat, Deus autem sine passione genuit fi-
lium. Hoc enim non solum ipsos nihil, sed
nos adiuvat plurimum. Nam si temporalib.
& passibilibus rebus Deus tribuit, ut qd̄ sunt
hoc generent, quanto magis ipse æternus &
impassibilis, non alius, q̄ est ipse, generavit
vnus vnicum, ideo nostra inenarrabili admi-
ratione, quoniam sine passione, & tāta secū
æqualitate, ut eum nec potestate præcederet
nec ætate. Sed ideo totum quod habet, quod
potest, nō tribuit sibi, sed patri, quia nō est a
seipso, sed a patre, Aequalis est enim patri,
sed hoc quoque accepit a patre nec sic acce-
pit vnde esset æqualis, quasi prius fuerit in-
æqualis, sed natus æqualis, sicut semper natus,
ita semper æqualis. Non itaque inæqualem
genuit, & æqualitatem iam nato addidit: sed
gignendo eam dedit, quia æqualem non im-
parem genuit. Ideo in forma Dei æqualem
esse Deo, nō ei rapina fuerat, sed natura: quo-
niam id nascendo sumpsit, non superbiendo
præsumpsit. Propterea vero patre dicit esse
maiores, quia seipsum exinaniuit, formam
serui accipiens, non amittens Dei, pp̄ quam
formam serui, non tantum patre, verum etiā
seipso & spiritu sancto minor factus est. Nec
tantum hac excellentissima trinitate, sed etiā
minoratus est paulo minus ab angelis, homi-
nibus quoque minor fuit, quando parentib.
subditus fuit. Propter hæc itaque formam ser-
ui, quam veniente plenitudine temporis exi-
naniuit accepit, dixit: Pater maior me est.
Propter illam formam vero quam nec exina-
nitus amisit, dixit: Ego & pater vnum sumus:
& homo scilicet factus, & permanens Deus.
Homo enim assumptus est a Deo, non in ho-
mine consumptus est Deus. Ideo valde ra-
tionabiliter & patre minor est homo Chri-
stus, & patri æqualis est idem ipse Deus Chri-
stus. Cum igitur huic rectæ atque catholi-
cæ fidei præsentibus nobis cum magna exul-
tatione populi Dei consociatum te esse gau-
deamus, quare adhuc de tuorum segnitia tri-
stes sumus? obsecramus te per misericordiā
Dei, ut ipso adiuvante auferas istum mœro-
rem de cordibus nostris. Neque enim cre-
dendum

*1. sen. d.
16. notan-
dum.*

*B
Ioan. 11
Ioan. 10*

denū est autoritate tuam ad pueritatem
tuorū plurimū valere potuisse, & ad corre-
ctionē nihil valere posse. An forte contem-
nunt te, quia in ecclesiæ catholicæ participa-
tionē hac ætate venisti cū te amplius debeāt
admirari atq; venerari, quia vetulissimū er-
rorē senili quadā iuuentute vicisti. Absit ut
ipfi resistant tibi vera dicenti, cui cōsenserant
a veritate deuianti. Absit ut nolint tecū recta
sentire, cū quo eos delectauit errare: tu tātū
ora p̄ eis & insta eis. Immo vero adhuc eos
ad domū Dei tecū, qui in domo tua sunt te-
cū: vel te non pigeat in domū Dei cum illis
venire, qui in domum tuam soliti fuerant cō-
uenire, præsertim cū catholica mater aliquos
a te petit, aliquos repetit. Perit eos quos apud
te inuenit, repetit eos quos per te perdidit. Nō
exerucietur dānis, sed potius letetur lucris.
Acquirat filios quos non habuit, non plan-
gat quos habuit. Oramus ad Deū ut facias qd̄
hortamur, & speramus de misericordia ei⁹,
quod literis sancti fratris & coepiscopi no-
stri Peregrini, & rescriptis dilectionis tuæ, ci-
to de hac re gaudio replebitur cor nostrum,
& lingua nostra exultatione.

Augustinus Alipio seni, de Gabiniano mira-
culis conuerso ad Christianismum,
Epistola. LXVII.

Augustinus Alipio seni. Frater Paulus
hic est incolumis, apportat negociorū
suorū secundas curas, præstabit dominus ut
et ipse vltimæ sint: multū vos salutat, & nar-
rat gaudia de Gabiniano, quod ab illa sua cā,
misericordia Dei liberatus, non solū Chri-
stianus, sed etiā fidelis sit valde bonus, p̄ pas-
cha proxime baptizatus, in corde atque in
ore habens gratiam quā percepit. Quantū eū
desiderem, quādo explicabo? Sed nosti ut eū
diligam. Architheater etiam Dioscorus Chri-
stianus fidelis est simul gratiam cōsecutus.
Audi etiā quemadmodum, neque enim cer-
uicula illa vel lingua nisi aliquo prodigio
domaretur: filia eius in qua vnica acquiesce-
bat egrogat, & vsque ad totā desperationē
salutis tēporalis, eodē ipso patre renuncian-
te peruenit. Dicitur ergo & constat, cum mi-
hi hoc & ante fratris Pauli reditum, comes
Peregrinus vir laudabilis & bene Christia-
n⁹, qui cū eis eodē tempore baptizatus est,

indicaret: Dicitur ergo ille senex tandē con-
uersus ad implorandam Christi misericordiā,
voto se obligasse Christianū fore, si illā sal-
uā videret. Factum est At ille quod vouerat,
dissimulabat exoluere, sed adhuc manus ex-
celsa. Nam repentina cecitate diffunditur, sta-
timq; venit in mentē vnde illud esset: exclam-
auit confitens, atq; iterū vouit, se recepto
lumine impleturū esse quod vouerat. Rece-
pit, impleuit, & adhuc manus excelsa. Sym-
bolū nō tenuerat, aut fortasse tenere recusa-
uerat & se nō potuisse excusauerat, Deus vi-
derit. Iā tū post festa omnia receptionis suæ
paralytū soluitur multis ac penē oībus mē-
bris: & etiam lingua. Tunc somno admonit⁹
E confitetur per scripturā, ob hoc sibi dictū es
se accidisse, quod symbolū non reddiderit.
Post illam confessionem redduntur officia
omnia membrorū nisi lingue solius: se tamē
didicisse symbolū, ideoq; memoria iā tene-
re nihilominus in eadem tentatione literis
falsus est: sicq; omnis est ab eo deleta nuga-
citas, quæ (ut scis) multū decolorabat: natu-
ralē quandam eius benignitatē, eumq; insul-
tantem Christianis faciebat valde sacrilegū.
Quid dicā, nisi domino hymnum canamus
& supertexalemus eum in secula?

*Et tamen
post con-
fessionem
omnia de-
ceptionis
sua.
Al. de-
decora-
bas.*

Clerici Hippone catholici Ianuario primæ
sedis episcopo, partis Donatiæ, De im-
manitate Circūcellionū aduersus catholi-
cos. Stylus est Augustini quanquā cōmu-
ni clericorū nomine scripta est epistola.
Epistola. LXVIII.

Ianuario Clerici catholici regiōis Hippo-
nensiu. Clerici & Circūcelliones vestri no-
ui generis & inauditæ credulitatis p̄secutiōe
in nos sauiūt. Qui si malū, p̄ malo redderēt,
et si cōtra legē facerēt Christi nūc verō cōsi-
deratis oīb. factis nostris & vestris, inueni-
mur hoc pati qd̄ scriptū est. Retribuebāt mi-
hi mala pro bonis: Et i alio psalmo: Cū ijs q̄
oderūt pacē erā pacificus, cū loquebar illis
debellabāt me gratis. Nā cū sis in tā grādi cō-
stitutus ætate, a bitramur te optime nosse, qd̄
pars Donati, quæ primo apud Carthaginem
pars Maiorini dicebatur, vltro accusauit Cē-
cilianū tunc episcopum ecclesiæ Carthagi-
nensis, apud Imperatorem illum antiquum
Constantinum. Sed ne forte aut oblita hoc
Aug. Tomus Secundus. n sit

*F
psal. 34.
ps. 119.*

fit grauitas tua. aut te nosse disimules, aut et quod non putamus, forsitan nescias, exemplum relationis tunc Anulini Proconsulis, que pars Maiorini tunc interpellauit, ut ea crimina que obijciebat Cęciliano ad memoratum Imperatorem ab eodem Proconsule mitteretur, his nostris literis inseruimus. Anulius nunc Proconsul Aphricę. Scripta celestia maiestatis vestre accepta atque adornata, Cęciliano & ijs qui sub eodem agunt, quique clerici appellantur, deuotio mea apud acta paruitatis meę in sinuare curauit eosdemque hortata est, ut Unitate consensu omnium facta, cum omni omnino munere indulgentia maiestatis vestre liberati esse videatur, catholica custodita sanctitati legis debita reuerentia ac diuinis rebus inferuiant. Verum post paucos dies extiterunt quidam aduata secum populi multitudine, qui Cęciliano contradicendum putarent, quique fasciculum in aluta signatum, & libellum sine signo obtulerunt dicationi nostre, atque impedito postularunt, ut ad sacrum & venerabile comitatum numinis vestri dirigerent, que manente Cęciliano in statu suo, subiectis eorundem actis, quo cuncta maiestas vestra possit, dignoscere, paruitas mea dirigere curauit. Transmissi libelli, duo, vnus in aluta subscriptus ita, Libellus ecclesie catholice criminum Cęciliani traditus a parte Maiorini. Itē alius sigillo cohærens eidem aluta, dat die XVII. Kal. Maias Carthag. dno nostro Costantino Augusto. Post hæc relationem ad se missam iussit Imperator venire partes ad episcopale iudicium in vrbe Roma faciendum, vbi quemadmodum causa dicta atque finita sit, & Cęcilianus innocens iudicatus sit, indicant gesta ecclesiastica. Iam utique post pacificum moderamen episcopalis iudicij, omnis contentions & animositatis pertinacia debebat extinguere. Sed rursus maiores vestri ad Imperatorem redierunt, & non recte iudicata neque causam auditam esse conquesti sunt. Vnde ille alterum episcopale iudicium dedit habendum in Arelateni Gallie ciuitate, vbi multi vestri, vana diabolica dissensione danata, cum Cęciliano in concordiam redierunt. Alij verò pertinacissimi & litigiosissimi ad eundem Imperatorem appellauerunt. postea & ipse coactus episcopalem causam inter partes cognitam terminauit, & prius contra vestram partem legem constituit, ut loca congregationum vestrarum sicuti vendicarentur,

Exemplum
epistole.

Hæc tenent
videtur
exemplum
epistole.
Suspicionem
fuisse
scriptum,
verum
conf. ut
subnotarint
an-

H

quarum omnium rerum documenta, si vellemus inserere, nimium longas literas faceremus. Illud tamen nullo modo prætermittendum est, quod Felicis Aptugensis, que fontem omnium malorum in concilio Carthaginensi, ab Secundo Tigisiano primate patres vestri fuisse dixerunt vrgentibus apud Imperatorem vestris, publico iudicio causa discussa atque finita sit. Nam memoratus Imperator, in hac ipsa causa vestros apud se accusatores & assiduos interpellatores, literis suis fuisse testatur, quarum exemplum infra scripsimus. Imperatores Cęsares Flauij, Costantinus Maximus, & Valerius Licinianus. Licinius, ad Probianum Proconsulem Aphricę. Helianus prædecessor tuus, merito dum vir perfectissimus, verus vicarius præfectorum tunc per Aphricam vestram, incommoda valedudine teneretur, eiusdem partibus sanctus, inter cetera etiam id negocium vel inuidiam, que de Cęciliano episcopo ecclesie catholice videtur esse commota, ad examen suum atque iussionem credidit esse reuocandam. Etenim cum iam Superium centurionem, & Cęcilianum magistratum Aptunginorum & Saturninum Excuratorem & Calibium iuniorum eiusdem ciuitatis curatorem, atque solum seruum publicum superscripta ciuitatis, præsentem esse fecisset, audientiam præbuit competentem, adeo ut cum Cęciliano fuisset obiectum, quod a Felice eisdem episcopatus videretur esse delatus, cui cum diuinarum scripturarum proditio atque exortio videretur obiecta, innocetum de eo Felice fuisse constiterit. Denique cum Maximus Vigentium decurionem Ziquensium ciuitatis, epistolam Cęciliani ex diuino iure falsasse contenderet, eundem ipsum Vigentium suspensum actis, que subherant, peruidimus, & ideo minime certum quod se decurionem Ziquensium ciuitatis esse se asseuerauerit. Vnde volumus ut eundem ipsum Vigentium sub idonea prosecutione ad comitatum meum Costantini Augustini mittas, ut illis que impræsentiarum agunt, atque diurnis diebus interpellare non desinant, audientibus & coram assistentibus. apparere & intimari possit, frustra eos Cęciliano episcopo inuidiam comparare, atque aduersus eum violenter insurgere voluisse. Ita enim fiet ut omnis, sicut oportet, eiusmodi contentions, populus sine dissensione aliqua religioni propriae cum debita veneratione deseruiat. Hęc cum videas ita se habere, quid est quod nobis de Imperatorum iussionibus que

Exemplum
epistole.

Pro. 19.

Eccles.
27.

M

Burda.
alias, Burda.

Hæc tenent
epistola.

que contra vos constituuntur, inuidiam concitatis, cum hoc totum vos potius antea feceritis? Si nihil debet in his causis Imperatores iubere, si ad Imperatores Christianos hæc cura pertinere non debet, quis vrgebat maiores vestros causam Cęciliani ad Imperatorem per Proconsulem mittere, & episcopum, contra quem absentem iam sententiam quoquo modo dixeratis, iterum apud Imperatorem accusare, quo innocente pronunciato, ordinari eius Felicis alias apud eundem Imperatorem calumnias machinari? & nunc quod aliud quam ipsius maioris Constantini iudicium contra vestram partem viuunt, quod maiores vestri elegerunt, quod assiduis interpellationibus extorserunt, quod episcopali iudicio prætulerunt, si displicent imperialia iudicia, que primitus Imperatores ad ea vobis excitanda coegerunt? Sic enim modo contra catholicam clamatis in ijs que contra vos ab Imperatoribus decernuntur, quemadmodum si vellent aduersus Danielē clamare, qui liberato illo, eisdem Leonibus consummendi missi sunt, a quibus eum ipsi primitus consummari voluerunt. Scriptum est enim. Nihil inter est inter minas regis & iram Leonis. Daniele calumniosum inimicum in lacu Leonum mitti coegerunt, vicit innocentia eius illorum malitia, illisus inde leuatus est, ipsi illuc missi perierunt. Similiter maiores vestri Cęcilianum & eius societatem, regie iræ consumendum obiecerunt, cuius innocentia liberata, ab eisdem regibus eadem vos patimini, que illos vestri pati voluerunt: quod scriptum est. Qui parat proximo foueam, ipse incidet in eam. De nobis ergo quod queramini non habetis, & tamen ecclesie catholice mansuetudo, et ab his Imperatorum iussionibus omnino conqueuerat, nisi vestri clerici & Circuncelliones, per suas immanissimas improbitates furiosasque violentias quietem nostram perturbantes atque vastantes, hæc in vos recoili & moneri coegissent. Nam priusquam recentiores leges istę, de quibus modo querimini, venissent in Aphricam, insidias in itineribus nostris episcopis tetenderunt, clericos nostros plagis immanissimis quassauerunt, laicis quoque & plagas grauissimas inflixerunt, & intulerunt eorum ædificijs incendia. Presbyterum et quendam, quia propria libera voluntate unitatem nostram cõionis elegit, de domo sua raptum, & pro arbitrio immaniter cesum, in gurgite etiam cenofo volutum, burda vestitum, cum quibusdam dolendum, quibusdam

ridendum in pompa sui facinoris ostentarent, abductum inde quo voluerunt, vix post dies duodecim dimiserunt. Vnde conuetus municipalibus gestis a nostro episcopo Proculianus, cum ab inquirenda causa disimulasset, & iterum continuo conuetus esset, nihil se dicturum amplius gestis expressit. Et hodie illi qui hoc fecerunt, presbyteri vestri sunt, adhuc nos insuper territantes, & sicut potuerunt, persequentes. Nec tamen de his iniurijs & persecutionibus, quas ecclesia catholica in regione nostra tunc pertulit, Imperatoribus conqueustus est episcopus noster. Sed factum concilio placuit ut pacifice conueniremini, quo si fieri posset, habere inter nos collationem, & errore sublato, fraternam charitatem pacis vinculo lætaretur. Et in ipsa conuentione quid Proculianus primo responderit quod concilio facturi essetis, & alias & illic visuri quod respondere deberetis. Deinde quid postea cum propter suam promissionem denovo conuetus esset, actis expresserit, recusans pacificam collationem, ipsa gesta instruat grauitatem tuam. Deinde cum vestrorum clericorum & circuncellionum notissima omnibus non cessaret immanitas, dicta causa est, cum Crispinus iudicatus hæreticus, nec pena decem librarum auri que in hereticos ab Imperatoribus fuerat constituta per mansuetudinem catholicam ferri permissus est, & tamen ad Imperatores appellandum putauit. Cuius appellationi quod ita responsum est, nonne vestrorum præcedens improbitas, & eadem ipsius appellatio extorsit videretur: nec tamen etiam post ipsum rescriptum intercedentibus apud Imperatorem nostris episcopis, eadem auri condemnatione multatus est. Ex concilio autem nostri episcopi legatos ad comitatum miserunt, qui impetraret, ut non omnes episcopi & clerici patris vestre ad eandem condemnationem decem librarum auri, que in omnes hereticos constituta est teneretur, sed ipsi soli in quorum locis aliquas a vestris violentias ecclesia catholica pateret. Sed cum legati Romam venerunt, iam cicatrices episcopi catholici Vagitanii horredę ac recentissimę Imperatorum commouerant, ut leges tales mitterentur, quales & missę sunt. Quibus in Aphricam venientibus, cum utique non ad malum sed ad bonum cepissetis vrgeri, quid facere debebatis nisi & vos mittere ad episcopos nostros, ut quomodo vos ipsi conuenirent, sic conuenirentur a vobis, & potius collatione veritas appareret. Non solum autem

A

Pena
pecunia
ria in hæ
reticos.

B

Mira cum
delicias
Circuncel
lionum.

nō fecistis, sed peiora mala nobis vestri nūc faciunt, nō tm̄ nos fustibus quassant ferroq; concidunt, verum etiā in oculos extinguendos, calcē misto aceto, incredibili excogitatione sceleris mittūt. Domus insuper nostras cōpilantes, arma sibi ingentia & terribilia fabricarunt, quib. armati per diuersa discurrūt cōminantes atque anhelantes cedes, rapinas, incendia, cecitates. Quibus rebus cōpulsus sumus tibi primitus cōqueri vt consideret grauitas tua q̄ multi vestrū, immo vos oēs qui vos pati dicitis persecutionē, sub ipsis quasi terribilibus imperatorū catholicorū legib. in possessionib. vestris & alienis securi fedeat, & nos a vestris tam in audita mala patiamur. Vos dicitis pati persecutionē, & nos ab armatis vestris fustib. & ferro concidimur. Vos dicitis pati p̄secutionē, & nostrā dom⁹ ab armatis vestris cōpilando vastant. Vos dicitis pati p̄secutionē, & nostri oculi ab armatis vestris calce & aceto extinguunt. Insuper ēt si quas mortes sibi vltro ingerūt, nobis volūt esse inuidiosas, vobis gloriosas. Quod nobis faciunt, sibi nō imputat, & q̄ sibi faciunt, nobis imputant. Viuunt vt latrones, moriunt vt Circuncelliones, honorant vt martyres: & tm̄ nec latrones aliq̄ audiuius eos, quos depredati sunt, excecaff. Occisos auferūt luci, viuis auferunt lucē. Nos interim si q̄ vestros tenemus, cū magna dilectione seruam⁹ illesos, loquimur illis, & legimus oīa quib. error ipse conuincit, qui fratres a fratrib. separant, facimus quod dñs per Esaiā prophetā p̄cepit dicens: Audite qui pauetis verbum dñi, dicite, fratres nostri estis ijs qui vos oderūt, & q̄ vos execrant, vt nomen dñi honorificent & appareat illis in iocunditate, ipsi aut erubescant. Ac sic aliquos eorū cōsiderantes euidentia veritatis & pulchritudinē pacis, nō baptismo quē iā sicut regalē characterē tanquam desertores acceperant, sed fidei q̄ illis defuit, & spiritus sancti charitati & Christi corpori sociamus. Scriptū est: Fide mundans corda eorū. Itēq; scriptū est: Caritas cooperit multitudinē peccatorū. Si aut vel nimia duritia, vel pudore nō efēntes eorū insultationē, cū quib. contra nos tā multa falsa iactabant, & tā multa mala excogitabant, vel magis timore, ne qualia nobis antea faciebāt, talia nobiscū iā patiant, vnitati Christi consentire noluerūt, sicut ille si retenti sunt, sic a no-

15.
Pet. 4.

bis dimittūtur illesi, hoc (quantū possumus) monemus et laicos nostros vt eos illesos teneant, & nobis corripiēdos instruendosque pducant. Sed aliqui nos audiūt, & si possunt faciunt. Alij cū illis quē admodū cū latronib. agunt, quia eos re vera tales patiunt. Aliqui ictus eorū suis corporib. imminētes feriēdo repellūt, ne ab eis ante feriant. Aliqui apprehensos iudicib. offerunt, nec nobis intercedētib. eis parcunt, dū ab eis pati mala immania pertimecūt. In quib. oībus illi nō deponūt facta latronū, & honorē sibi exigunt martyriū. Hoc est ergo desiderū nostrū, q̄ tuā grauitati p̄ has literas & p̄ fratres, quos misimus allegamus. Primū (si fieri potest) vt cū ep̄is nostris pacifice conferatis, vt in quib. fuerit inuentus, non hoīes sed error ipse tollat, vt hoīes non puniant, sed corrigantur, vt vos modo cōueniatis, quia eorū conuentionē antea contēpistis. Quanto melius. n. hoc inter vos facitis, vt quod egeritis cōscriptū & subscriptum Imperatori mittatis, q̄ vt hęc apud terrenas p̄tates fiant, q̄ non possunt nisi iā datis contra vos legibus sequi. Vestri. n. collegæ qui nauigauerant apud p̄fectos dixerunt se audiri venisse. Et nominauerunt sanctū patrem nostrum catholicum ep̄m Valentinū, *Venit au* qui tunc in comitatu erat, dicentes cum illo *diri vt au* se velle audiri, quod eis nō poterat iudex cōcedere, qui iam secundū leges quę cōtra vos *dis. iur.* constitutæ sunt iudicabat: nec ille ep̄s ita venerat, aut aliquod tale mandatum a suis ep̄iscopis acceperat. Quāto ergo melius ipse Imperator, qui nō est eisdē legibus subditus, & qui habet in potestate alias leges ferre, cum ei collatio vestra fuerit recitata, de tota ipsa causa poterit iudicare, quāuis iā olim dicta fuerit terminata. Sed ideo nos conferre volumus, nō vt causa iterū finiatur, sed vt eis, qui nesciunt, iam finita monstratur. Quod si hoc **F**acere vestri ep̄scopi voluerint, quid inde perditis, & nō potius acquiritis, quia voluntas vestra innotescit, ne dissidentia merito reprehendatur? An fortē puratis non licere fieri, cum non vos lateat, quod dominus Christus etiā cum diabolo de lege locutus est? Quod cum Paulo Apostolo non solum Iudęi, sed etiā de heresi Stoicorum & Epicureorum philosophi gentium contulerūt? An fortē istę leges Imperatoris, vos nō permitunt nostros ep̄iscopos conuenire? Ecce *interim*

Venit au
diri vt au
dis. iur.

Impera-
tor supra
leges, sed
nō extra

interim ep̄iscopos nostros qui sunt in regione Hipponensi, vbi a vestris tāta mala patimur cōuenite. Quāto. n. licentius & liberius ad nos, per vestros v̄ra scripta, quā eorū arma perueniūt? Postremo per istos ipsos fratres nostros, quos ad vos misimus talia rescribite. Si aut & hoc non vultis, saltē cū vestris a quibus talia patimur, nos audite. Ostendite nobis veritatē pro qua vos pati dicitis persecutionem, cū patiamur nos vestrorum tantam crudelitatem. Si enim nos esse in errore conuiceritis, forte conceditis nobis vt nō re baptizemur a vobis, iustum existimantes, vt nobis hoc p̄stetis, qui baptizati sumus, ab eis quos nullo iudicio damnastis, quo p̄stitistis eos, quos Felicianus Multicanus, & Prætextatus Assuritanus per tam longū tempus baptizauerāt, quādo eos per iudicū iulīa de Basilicis pellerē conabamini, quia Maximiano cōmunicabant, cum quo a vobis in concilio Bagaitano expresse nominatimq; damnati sunt. Quę omnia gestis iudicialibus & municipalib. demonstramus, vbi & ipsum concilium vestrorum allegastis, dum vultis iudicibus ostendere, quod schismaticos vestros de Basilicis pelleritis. Et tamen qui ab ipso semine Abrahę, in quo omnes gentes benedicuntur schisma fecistis, de Basilicis pelli non vultis, non per iudices sicut schismaticis vestris vos fecistis, sed per ipsos reges terrę qui completa propheta Christum adorant, apud quos Cęcilianum accusantes victi recessistis. Si autē nec audire nec docere nos vultis, venite aut mittite nobiscū in regionem Hipponensī, qui videant armatum exercitum vestrum, quamuis nullus miles numero armorum suorum calcē & acetum addidit ad oculos Barbarorum, si neque hoc vultis saltem scribite ad illos, vt iam ista non faciant, vt iam se a cędibus nostris, a rapinis, ab excæcatione compescant. Nolumus dicere, dānate illos. Vos enim videritis, quomodo vos non inquinēt, quos modo ostendimus in vestra communionē latrones, & nos inquināt quos nunquā potuistis ostendere traditores. Ex his omnibus eligite quod volueritis. Si autem querelas nostras contempseritis, nos minime poenitebit ordine pacifico agere voluisse. Aderit dominus ecclesię suę, vt vos potius humilitatem nostram contempseritis poeniteat.

Augustinus Restituto, Quatenus mali tolerandi in ecclesia. Epistola LXIX.
D Omino desideratissimo & honorificissima sinceritate charissimo fratri & diacono Restituto, Augustinus in dño salutē. Aestus indicātes piā flammā cordis tui, indicauit mihi fidelissimus vt sis particeps eorū frater Deo grātiās. Lege itaq; Tychoniū quē bene nosti, nō q̄ dē oīa probaturus: nā quę in illo cauenda sint, bene nosti. Hanc tm̄ quęstionē quomodo in ecclesia Dei si qua forte peruerla, vel ēt scelerata corrigere atq; extinguere non valemus, saluo vnitatis vinculo tolerāda sint, strenge videtur mihi tractauisse atque soluisse: quanquā in eius literis tantummodo intentione correctā, ad ipsos diuinarū scripturarū fontes recurrere nos oportet, vt ibi videamus q̄ plurima de hac re testimonia sententiarū, vel exēpla gestorū posuit, & qm̄ nemo possit oīa ponere, nisi q̄ penē oēs sanctorū librorū paginas in sua scripta transferre voluerit: Ita prope nulla est, quę nos nō admoueat intus in ipsa societate sacramentorū, quibus imbuimur ad vitā eternā, cū ijs qui oderunt pacem esse debere pacificos, donec ingemiscēdo nostra longinqua peregrinatio transeat, atq; in virtute Hierusalem matris eternę securissima pace perfruamur, & in turribus eius abundantia verorū fratrum, quorū nūc inter multos falsos gemim⁹ paucitatem. Quę est autē virtus illius ciuitatis, nisi Deus eius Deus nr̄? Vides igitur in quo solo fiat pax, & singulis hominibus qui secū sine illo bellū gerunt, & i nullo extrinsecus oborto scandalo, & omnibus simul q̄ quanquā in hac se vita diligāt & amicitie fide nexibus tenentur, tm̄ nec presentia corporis nec cōfessione animi summē perfecteq; copulantur. Cōfortet cor tuū in domino, memor nostri.

Augustinus Bonifacio Comiti, qui cōcepto prius voto monachismi, post ex ipsius cōsilio suscepit comitis potestatem, ac duxit vxorē, p̄ter ipsius cōsiliū, multisq; bellis foeliciter gestis in multis peccauit. Hūc literis secretis hortat ad vetus propositū, si p̄ vxorē liceat, si nō liceat, potestate mūdāna vtaf in bonū nō malū. Epist. LXX.

D Omino filio in presentē & in eternam salutē Dei misericordia protegendo & Aug. Tomus secundus. n 3 re-

regendo Bonifacio, Augustinus. Fidelio-
 rem hoīem & qui faciliores haberet accessus ad
 aures tuas ferēs literas meas nūq̄ potui repe-
 rire, q̄ nūc obtulit domin⁹ seruū & ministrū
 Christi, diaconū Paulū, ambobus nobis cha-
 rissimū: vt aliquid tibi loquerer, nō pro po-
 tētia tua & honore quē geris in isto seculo
 maligno, nec pro incolumitate carnis tuā
 corruptibilis atq; mortalis, q̄ & ipsa trāsto-
 ria est, & quādiu sit, semper incertū est, sed
 pro illa salute q̄ nobis promisit Christus: qui
 propterea hic ex honoratus atq; crucifixus
 est, vt doceret nos bona huius seculi magis
 cōtēnere quā diligere, & hoc amare & spera-
 re ab illo, qđ in sua resurrectionē mōstrauit.
 Resurrexit enim a mortuis, iā nec moriturus,
 & mors ei vltra nō dominabit. Scio non
 deesse hoīes, qui te secūdū vitā mundi huius
 diligūt, & secūdū ipsam tibi dāt cōsilia, ali-
 qñ vtilia aliquando inutilia, quia homines
 sunt, & sicut possunt, ad presens sapiunt, ne-
 scientes quod cōtingat sequenti die. Secūdū
 autē Deum ne pereat anima tua, nō facile tibi
 quisquā cōsultit, nō q̄a desint qui hoc faciāt,
 sed quā difficile est inuenire qñ tecum ista
 possint loqui. Nā & ego semper desideravi,
 & nūquā inueni locū vel tēpus, vt agerem te
 cū, quod me agere oportebat cum homine,
 quē multum diligo in Christo. Scis autē qua-
 lem me apud Hipponē videris, quando ad
 me venire dignatus es, quia vix loquebar im-
 becillitate corporis fatigatus. Nunc ergo fili
 audi me, saltem per literas tibi sermo cinātē,
 quas in periculis tuis nūq̄ tibi mittere potui,
 periculū cogitans perlatoris, & cauēs ne ad
 eos ad quos nollē, mea epistola perueniret.
 Vnde peto vt ignoscas, si me putas plus ti-
 muisse quā debui, tamē dixi quod timui. Audi
 ergo me, immo dominū nostrū per mini-
 sterium infirmitatis meae. Recole qualis fue-
 ris adhuc in corpore constituta religiosā me-
 morie priore coniuge tua, & recenti eis obi-
 tu, quō tibi vanitas seculi huius horruerit, &
 quō concupieris seruitutem Dei. Nos noui-
 mus, nos testes sumus quid nobiscū apud Tu-
 banas de animo & voluntate tua fuerimus
 collocti. Soli tecū eramus ego & frater Ali-
 pius: Nō enim existimo tantū voluisse terre-
 nas curas quibus impletus es, vt hoc de me-
 moria tua penitus delere potuerint. Nempe
 omnes actus publicos quibus occupat⁹ eras,

relinquere cupiebas, & te inociū sanctū cō-
 ferre, atq; in ea vita viuere in qua serui Dei
 monachi viuūt. Vt autē nō faceres, quid te re-
 uocauit, nisi quia cōsyderasti ostendentibus
 nobis, quantū prodesset Christi ecclesijs qđ
 agebas si ea sola intentione ageres, vt defen-
 sa ab infestationib; Barbarorū, quiescā & trā-
 quillam vitā agerent, sicut dicit Apostolus:
 In omni pietate & castitate. Tu autē ex hoc
 mundo nihil quēres, nisi ea quae necessa-
 ria essent huic vitae sustentandē tuae ac tuorū,
 accinctus baltheo castissimē cōtinētē & in-
 ter arma corporalia spiritualibus armis tu-
 tius fortiusq; munitus. Cū ergo te esse in hoc
 proposito gauderemus, nauigasti, vxorēq; du-
 xisti: sed nauigasse debebas sublimiorib; potestati-
 bus: vxorē autē nō duxisses, nisi susceptā dese-
 rēs cōnētā cōcupiscētia victus esses. quod
 ego cū cōperissem, fateor miratus obstupui:
 dolorē autē meū ex aliqua parte cōsolabatur
 qđ audiui te illā ducere noluisse, nisi prius
 catholica fuisset facta: & tñ hāeresis eorū qui
 verū filiū Dei negāt, tñ prauauit in domo
 tua, vt ab ipsis filia tua, baptizaretur. Iā verō
 si ad nos non falsa perlata sunt, quae vnam
 falsa sint quod ab ipsis hāericis etiā ancillae
 Deo datē rebaptizate sunt, quantis tantū ma-
 lū plāgendū est fontibus lacrymarū? ipsam
 quoq; vxorē non tibi suffecisse, sed concubi-
 narum nescio quarum cōmmissione pollutū
 loquuntur homines, & forsītā mentiuntur.
 Ista omnibus patent, tot & tanta mala, q̄ te,
 postea qđ cōiugatus es, cōsequuta sunt. Quid
 ergo dicā? Christianus es, cor habes, Deum
 times, tu ipse cōsydera quae volo dicere & in-
 uenies de quātis malis debeas agere penitē-
 tiā, propter quā tibi credo dñm parcere, &
 a periculis omnib; liberare, vt agas eam, sicut
 agēda est. Sed si illud audias quod scriptum
 est: Ne tardes cōuerti ad dñm neque differas
 de die in diē: Iustā quidē dicis habere te cau-
 sam, cuius iudex ego non sum: quoniam par-
 tes ambas audire non possum. Sed qualiscū-
 que sit tua causa de qua modo querere vel
 disputare nōn opus est; nunquid corā Deo
 potes negare, quod in istam necessitatem nō
 peruenisses, nisi bona seculi huius dilexisses
 quae tanquā seruus Dei, quem te ante noue-
 ramus, cōtemnere oīno, & pro nihilo habe-
 re debuisti: & oblata quae sumere vt eis yte-
 reris

1. Tim. 3.

Rem. 6.

M

1. Ioh. 2.

B

Arriani hāresis.

Al. l. d. c. 1.

Ecclesi. 5.

1. 7. q. 2. 114.

Mon. 114.

feris ad pietatē, non autē negata vel delegata
 sic q̄rere, vt pp̄ illa in istā necessitatē perdu-
 cereris: vbi cū amantur vana, perpetrant ma-
 la, pauca quidē a te, sed multa pp̄ te: & cum
 timent qđ ad exiguū tps nocent, si tñ nocent,
 cōmittunt ea q̄ verē in aeternum nocent. De
 quib; vt vnū aliquid dicā, quis non videat, qđ
 multi hoīes tibi cohāreant ad tuendā tuā po-
 tentiā vel salutē, qui et si tibi oēs fideles sint,
 nec aliquorū vllā timeant infidiā, nempe tñ
 ad ea bona q̄ ipsi quoq; non secūdū Deū,
 sed secūdū seculū diligunt, per te cupiunt
 peruenire: ac p̄ hoc qui refrenare & cōpescere
 debuisti cupiditates tuas, explere cogis
 alienas. Quod vt fiat, necesse ē multa q̄ Deo
 displicent fiant, nec sic tñ explentur tales cu-
 piditates. Nam facilius refecantur in eis qui
 Deū diligunt, quā in eis qui mundū diligūt
 aliqñ satiatur. Propter quod dicit diuina scri-
 ptura. Nolite diligere mundū, nec ea q̄ in mū-
 do sunt. Siquis dilexerit mundū, dilectio pa-
 tris non est in eo, quia oē quod in mūdo est,
 concupiscētia carnis est, & concupiscētia
 oculorū & ambitio seculi, q̄ non est a patre,
 sed ex mundo est. Et mundus transit & cōcu-
 piscētia eius. Qui autē facit uoluntatem Dei,
 manet in aeternū, sicut & Deus manet in aeternū.
 Qñ ergo poteris tot hominū armatorum
 quorū fouenda est cupiditas, timetur atroci-
 tas, qñ in quā, poteris eorū concupiscētiā
 qui diligunt mundū, nō dico satiare, qđ fieri
 nullo modo p̄t, sed aliqua ex parte pascere,
 ne vniuersa plebs pereat, nisi tu facias qđ De⁹
 prohibet, & facientib; cōminatur? Propter qđ
 vides tā multa contraria vt iam vile aliquid
 quod rapiat, uix inueniatur. Quid autē dicam
 de uastatione Aphricē, quam faciunt Aphri
 Barbari resistente nullo, dū tu talis tuis neces-
 sitatibus occuparis, nec aliquid ordinās vn-
 de ista calamitas auertatur? Quis autē crede-
 ret, quis timeret, Bonifacio domesticorū &
 Aphricae comite in Aphrica constituto cū tā
 magno exercitu & ptate, qui tribunus cum
 paucis fēderatis oēs ipsas gentes expugnando
 & terrendo peccauerat, nunc tantū fuisse
 Barbaros aufuros, tantū progressuros, tanta
 uastaturos, tanta rapturos, tanta loca, quae ple-
 na populis fuerant deserta facturos? Qui non
 dicebant qñcunq; tu comitiā sumeres po-
 testatē, Aphros Barbaros non solū domitos,
 sed et tributarios futuros. Romanæ reipubli-

cc? Et nūc qđ in contrariū uersa sit spes homi-
 nū vides, nec diutius hinc tecū loquēdū est,
 quia plus ea tu potes cogitare qđ nos dicere.
 Sed fortē ad ista rñdes, illis hoc esse potius
 imputandū qui te lēserunt, qui tuis officiosis
 virtutibus nō paria, sed cōtraria reddiderūt.
 Quas causas ego audire & iudicare nō pos-
 sum: tuā causam potius aspice & inspice, qđ
 non cū hominib; quibuslibet, sed cū Deo ha-
 bere te cognoscis, quia in Christo fideliter
 viuīs, ipsum debes timere ne offendas. Nam
 causas ego superiores potius attendo, quia
 vt Aphrica tanta mala patiat, suis debent ho-
 mines imputare peccatis. Verumtñ nolim te
 ad eorū numerū pertinere, per quos malos
 & iniquos Deus flagellat p̄nis temporalib;
 quos uoluerit. Ipsi nanq; iniqui si correcti
 non fuerint, seruat aeterna supplicia, qui eorū
 malitia iustē vtitur, ut alijs mala ingerat tēpo-
 ralia. Tu Deū attende, Iesum Christū confi-
 teri. Quicunq; ad eius regnū cupiūt pertine-
 re, & cū illo ac sub illo semper beate viuere,
 diligunt et inimicos suos, bene faciunt illis
 qui eos oderunt, & orant pro eis a quib; per-
 sequutionē patiuntur. Et si qñ adhibent pro-
 disciplina molestā seueritatem, non tñ amittunt
 sincerissimam charitatē. Si ergo tibi bona
 sunt p̄stita, quāuis terrena, transitoria ab
 Imperio Romano, quia & ipsum terrenum
 est non celeste, nec pōt p̄stare, nisi qđ habet
 in ptate. Si ergo bona in te collata sunt, noli
 reddere mala pro bonis. Si autē mala tibi irro-
 rogata sunt, noli reddere mala pro malis.
 Quid istorū duorum sit, nec discutere volo,
 nec ualeo iudicare, ego Christiano loquor.
 Noli reddere uel mala pro bonis, uel mala
 pro malis. Dicis mihi fortasse, in tanta neces-
 sitate quid uis ut faciā? Si consiliū a me secū-
 dum hoc seculū q̄ris, quō ista salus tua tran-
 sitoria tuta sit, & potentia atque opulentia,
 vel ista seruetur quā nunc habes, uel et ma-
 ior addatur: quid tibi rñdeam nescio. Incer-
 ta quippe ista, certū consiliū habere nō pos-
 sunt. Si autē secūdū Deū me cōsulis, ne aia
 tua pereat, & times uerba ueritatis dicentis:
 Quid prodest homini si totū mundū lucre-
 tur, animē autē suē detrimentum patiat, ha-
 beo planē quod dicā. Est apud me consiliū
 qđ a me audias. Quid autē opus est vt aliud di-
 cam quā illud quod supra dixi: Noli dilige-

Math. 5

1. The. 5.

G

re mundū, nec ea q̄ in mūdo sunt. Si quis autē dilexit mundū, nō est charitas patris in illo: Qm̄ omnia q̄ in mundo sunt, concupiscētia carnis est, & cōcupiscētia oculorū, & ambitio seculi, q̄ non est à patre, sed ex mūdo est. Et mundus transit & cōcupiscētia eius, Qui autē fecerit voluntatē Dei, manet in æternū, sicut & Deus manet in æternū. Ecce consiliū arripe, & age. Hic appareat, si vir fortis es, vince cupiditates quibus iste diligitur mūdus, age p̄niam de præteritis malis, qm̄ ab eis cupiditatib. victus per desideria bona traheris. Hoc consiliū si acceperis, si tenueris, atq; seruaueris, & ad bona illa certa peruenies, & cū salute animæ tuæ inter ista incerta versaberis. Sed fortē iterū quæris à me, quō ista facias tātus mundi huius necessitatib. implicatus. Ora fortiter & dic Deo q̄ habes ī psalmo: Deneccitatib. meis erue me. Tūc. n. finiuntur istę necessitates, qm̄ vincuntur illę cupiditates: Qui exaudiuit te, & nos pro te, vt liberareris de tot tantisq; periculis, visibilib. corporaliumq; bellorū, vbi sola ista vita qm̄q; finienda periclitat, aīa vero non perit, si non malignis cupiditatib. captiua teneat, ipse te exaudiet vt iteriores & inuisibiles hostes, i. ipsas cupiditates inuisibiliter & spiritaliter vincas, & sic vtaris hoc mundo tanquā non vtens, vt ex bonis eius bona facias, non malus fias, quia & ipsa bona sunt, nec dātur hoībus, nisi ab illo qui habet omniū celestīū & terrestriū potestātē. Sed ne putētur mala, dātur & bonis: ne putent magna vel summa bona, danē & malis. Itemq; auferuntur ista & bonis vt probent, & malis vt crucient. Quis enim nesciat, quis ita sit stultus vt nō videat, quod salus huius mortalī corporis, & membrorū corruptibiliū virtus, & victoria de hominibus inimicis, & honor atque potentia tēporalis, & cętera istius mundi bona terrena, & bonis danē & malis, & bonis auferunt & malis? Salus vero aīa cū immortalitate corporis, virtusq; iustitię, & victoria de cupiditatib. inimicis, & gloria & honor & pax in æternū non dantur nisi bonis. ista ergo dilige, ista cōcupisce, ista omnib. modis quere. Propter hęc acquirēda & obuinēda fac elemosynas, funde orationes, exerce ieiunia, quantū sine lēione corporis tui potes. Bona vero terrenanoli diligere quātalibet tibi abū dēt. Sic eis vtete, vt bona multa ex illis, nul-

lum aut malum facias propter illa. Oīa qui p̄petalia peribunt, sed bona opera nō pereūt, et quę de bonis parentib. fiunt. Si n. coniugē nō haberes, dicerē tibi q̄ & tribuno diximus vt in sanctitate continentię viueres. Adderē quod tunc fieri prohibuimus, vt iā te quātū rerū humanarū salua pace potuisses, ab reb. bellicis abstraheres, & ei vitę vacares in societate sanctorū, cui tūc vacare cupiebas, vbi in silentio pugnāt milites Christi, nō vt occidant hoīes, sed vt expugnēt Principes & p̄tates & spiritalia nequitię, i. diabolū & angelos eius. Hos. n. hostes sancti vincunt, quos videre nō possunt, & tñ quos non vident, vincunt, ista vincēdo quę sentiunt. Sed vt te ad istā vitā non exhorter, coniunx impedimento est, sine cuius cōsensione continenter tibi non licet viuere: quia etsi tu eā post illa tua verba Tubunensia ducere nō debebas, illa tibi tñ nihil eorū sciens, innocenter & simpliciter nupsit. Atq; vitā posses ei persuadere cōtinētiā, vt sine impedimēto redderes Deo q̄ te debere cognoscis. Sed si cum illa agere nō potes, serua saltē pudicitia coniugale, & roga Deū, qui de necessitatib. eruit, vt quod non potes mō, possis aliqñ. Veruntū vt Deū diligas, non diligas mundū, vt in ipsis bellis, si adhuc in eis te versari o pus est, fidē teneas, pacē quaras, vt ex mundi bonis facias bona opera, & p̄ mundi bona non facias opera mala, aut nōn impedit cōiunx, aut impedire non debet. Hęc ad te fili dilectissime vt scriberē, charitas iussit, qua te, secundū Deū, nō secundū hoc seculū diligo, quia & cogitans quod scriptū est, Corripe sapientē & amabit te: Corripe stultum & adijciet odisse te: non vtique stultum sed, sapientem debui cogitare.

Nebridius Augustino proponit questionem de intellectu & memoria quę phantasias accipit à sensibus. Epistola 71.

Augustino Nebridius. Epistolas tuas per placet ita seruare vt oculos meos. Sunt enim magnę nō quātitate, sed reb. & magnarū rerū magnas cōtinēt probationes. Illę mihi Christū, illę Platonem, illę Plotinum sonabunt. Erunt igitur mihi, & ad audiendum propter eloquentiā dulces, & ad legendum propter breuitatē faciles: & ad intelligendū propter sapientiam salubres. Curabis ergo, quod

quod tuę menti sanctū bonūq; fuerit visū, me docere. His aut literis respondebis, cum de phantasia & memoria subitū aliquid disputeris. Mihi. n. ita v̄, quod quamuis non omnis phantasia cum memoria sit, omnis tamen memoria sine phantasia esse non possit. Sed dices, quid cū recordamur nos intellexisse aut cogitasse aliquid? Contra hęc ergo respondeo & dico propterea hoc euenisse, quia cū intelleximus vel cogitamus, corporeum aut tēporale aliquid gerimus, quod ad phantasiā pertinet. Nā aut verba intellectui cogitationibusq; nostris adiunximus, q̄ verba sine tēpore non sunt, & ad sensum vel phantasiā pertinent, Aut tale aliquid intellectus noster cogitationē passa est, quod in animo phantasticam memoriā facere potuisset. Hęc ego inconsideratē ac perturbatē, vt soleo, dixi: tu explorabis, & falso reiecto, veritatem in literis conferes. Audi aliud: Cur, q̄ te, non à se potius q̄ à sensu phantasiā habere omnes imagines dicimus? Potest. n. quemadmodum noster animus intellectuales ad intelligibilia sua vidēda à sensu admonetur potius quā aliquid accipit, ita & phantasticus animus ad imagines suas contēplandas, à sensu admoneri potius quam aliquid assumere. Nā fortē inde cōtingit, vt ea quę sensus non videt, ille tñ aspiciere possit: quod signum est in se & a se habere oēs imagines. De hac re quoque quid sentias respōdebis.

Augustinus Nebridio, aperit triplicē phantasiarum naturam. Epist. 72.

Augustinus Nebridio. Proemio super sededo, & cito incipiā quod me iam iamq; vis dicere p̄sertim non cito desturus. Memoria tibi nulla v̄ esse posse sine imaginibus vel imaginarijs visis, quę phantasiarū nomine appellare voluisti. Ego aliud existimo. Primum ergo videndū est, non nos semper rerum prætereuntū meminisse, sed plerunque manentium. Quare cum sibi memoria præteriti temporis vendicet tenacitatem: constat eam tñ partim eorū esse, quę nos deserunt, partim eorū quę deferuntur à nobis. Nā cum recordor patrē meū, id vtique recordor quod me deseruit, & nunc non est: Cū aut Carthaginem, id quod est & quod ipse deserui. In vitroque tñ generum horū, p̄-

teritum tēpus memoria tenet. Nam & illum hoīem & istam urbē ex eo quod vidi, nō ex eo quod video meminisse. Hic tu fortasse quæris. quorsum ista? præsertim cum animaduertas vtumlibet horum non posse in memoriā venire, nisi visō illo imaginario. At mihi satis est sic interim ostendisse, posse dici earū et rerum quę nondum intereunt memoriā. Verum quid me adiuuet facito intentus accipias. Nonnulli calūniantur aduersus Socraticum illud nobilissimum inuenrū, quo asseritur, non nobis ea quę discimus veluti noua inferi, sed in memoriā recordatione reuocari, dicentes memoriā præteritarum rerum esse, hęc aut quę intelligendo discimus, Platone ipso authore, manere semper, nec posse interire, ac per hoc non esse præterita: quę non attendunt illā visionē esse præteritam, qua hęc aliqñ uidimus mente, à quibus quia defluximus, & aliter alia videre cepimus, ea nos reminiscendo reuifere, i. per memoriā.

Quamobrem si, ut alia omittam, ipsa eternitas semper manet, nec aliqua imaginaria figura requirit, quibus in mentem quasi uehiculis ueniat, nec tñ uenire possit, nisi eius meminissimus, potest esse quarundā rerum sine ulla imaginatione memoria. Iā vero quę tibi v̄ anima et non ut sensibus corporis corporalia posse imaginari, falsum esse conuincitur isto modo. Si anima, priusquā corpore utatur ad corpora sentienda, eadē corpora imaginari potest & melius (quod nemo sanus ambigit) affecta erat antequam his fallacib. sensibus implicaretur, melius afficietur animæ dormientium quam uigilantium, melius phreneticorū quam tā pestē carentium: his. n. afficiuntur imaginibus, quib. ante istos sensus uanissimos nuncios afficiebant: & aut uerior erit sol quem uident illi, quam ille quem sani atque uigilantes, aut erit ueri falsa memoria. Quę si absurda sūt, sicuti sūt, nihil est aliud illa imaginatio mi Nebridi q̄ plaga inflata per sensus quib. non (ut tu scribis) cōmemoratio quædā sit ut talia formetur in aīa, sed ipsa huius falsitatis illatio, siue ut expressius dicat impressio. Quod sanē te mouet, quo fiat ut eas facies formasq; cogitemus quas nunquā uidimus, acute mouet, itaque faciā quod ultra solitum modū hanc epistolā porrigat, sed non apud te, cui nulla est pagina gratior, q̄ quę me loquaciorē ap-
portat

Geni-
m.

M

I. Cor. 1.

L

Prom. 9.

Scientia
reminiscē
tia.

C

portat tibi. Oēs has imagines, quas phantasias
 Phantasia
 fra: u iri-
 plex gen⁹
 cū multis vocas, in tria grāa comodissime ac
 verissime distribui video. Quorū est vnū sen-
 sis reb. impressum, alterū putatis, tertū ratis.
 Primi grāis exēpla sunt, cū mihi tuā faciē, vel
 Carthaginē, vel familiarē quondā nostrum
 Verecundū, & si qd aliud manentiū vel mor-
 tuarū rerū, quas tū vidi atq; sensi, in se aīus
 format. Alteri generi subijciantur illa, q̄ pu-
 tamus ita se habuisse, vel ita se habere, velut
 cū differendi gratia quādā ipsi fingimus ne-
 quaquā impediētia veritatē, vel qualia figu-
 ramus, cū legitur historia, & cū fabulosa vel
 audimus, uel componimus, vel suspicamur.
 Ego. n. mihi, vt libet atq; vt occurrit animo,
 Aeneā faciē fingo, ego Medea cū suis angui-
 bus alitibus iunctis iugo, ego Chremetis &
 alicuius Parmenonis. In hoc genere sunt etiā
 D illa, quae siue sapientes, aliquid veri talib. in-
 uoluentes figuris, siue stultū variarū superstiti-
 tionū conditores pro vero attulerunt, vt est
 tartareus Phlegethon & quinq; antra gentis
 tenebrarū, & stylus septentrionalis continens
 cēlū, & alia poetarū atq; hæreticorū mille
 portenta. Dicimus tñ & inter disputandum,
 puta esse tres superinuicem mundos, qualis
 hic vnus est. Et puta quadrata figura terrā cō-
 tineri, & similia. Hęc. n. omnia vt se cogitatio
 nis tēpestas habuerit, fingimus & putamus.
 Nam de rebus quod ad tertū genus attinet
 imaginū numeris maximē atq; dimensionib.
 agitur: quod partim est in rerū natura, ve-
 lut cū totius mundi figura inuenitur, & hanc
 inuentionē in animo cogitātis imago sequi-
 tur: partim in disciplinis tanq̄ in figuris geo-
 metricis & rhythmicis musicis, & infinita va-
 rietate numerorū, q̄ quāuis vera, sicut ego au-
 tumo, cōprehendantur, gignūt tñ falsas ima-
 ginationes, quib. ipsa ratio vix resistit: tametsi
 nec ipsam disciplinam differendi carere hoc
 E malo facile est, cū in diuisionib. & cōclusio-
 nib. quoidā quasi calculos imaginamur. In
 hac totā imaginū sylua credo tibi nō videri
 prius illud genus ad animā, priusquā inhæ-
 reat sensib. pertinere, neq; hinc diutius disse-
 rendū: de duob. reliquis iure adhuc q̄ri pos-
 set, nisi manifestū esset, animā minus esse ob-
 noxiā falsitatib. nondū passam sensibiliū sen-
 suumq; vanitatē. Ad istas imagines quis dubi-
 tauerit illis sensibilib. multo falsiores? Nā illa
 q̄ putamus & credimus siue fingimus, & ex

omni parte oīno falsa sunt, & certē longē (ve-
 cernis) peiora sunt q̄ videmus atq; sentimus.
 Li in illo tertio grāe quodlibet spatiū corpo-
 rale aīo figurauero, quanq̄ in rōnibus disci-
 plinarū minimē fallentibus cogitatio pepe-
 risse videat, ipsis rursūm rationib. arguenti-
 bus falsū esse cōuincō. Quo fit vt nullo pa-
 cto aīam credā nondū corpore sentientem,
 nondū per sensus vanissimos mortali & fu-
 gaci substantia verberatam, in tanta falsitatis
 ignominia iacuisse. Vnde ergo euenit, vt que
 nō uidimus cogitemus? Quid putas esse, nisi
 vim quandā minuendi & augēdi animē in-
 sitā, quā quocunq; venerit necesse est afferat
 secū? Quae vis in numeris p̄cipue animaduer-
 ti pōt: hac fit, verbi gratia, vt corui quasi ob
 oculos imago cōstituta, q̄ videlicet aspectib.
 nota est, demēdo & addendo q̄dā, ad quāli-
 bet oīno nunquā visam imaginē perducat.
 Hac euenit, vt per cōsuetudinē voluētib. sese
 in talibus animis, figurā huiuscemodi velut
 sua sponte cogitationib. irruant. Licet igitur
 animae imaginanti, ex ijs q̄ illi sensus inuexit,
 demendo, vt dictū est, & addendo, ea gigne-
 re q̄ nullo sensu attingit tota, partes vero eo-
 rū in alijs atq; alijs reb. attigerat. Ita nos pue-
 ri apud mediterraneos nati atq; nutriti, vel in
 paruo calice aqua visa, iam imaginari Maria
 poteramus: cū sapor fragorū & cornorum,
 anteq̄ in Italia guitaremus, nullo mō veniret
 in mentē. Hinc est q̄ a prima natiuitate cēci
 cū de luce coloribusq; interrogantur, quod
 rīdeant non inueniunt. Non. n. coloratas vl-
 las patiunt imagines, q̄ senserunt nullas. Nec
 mirere quo pacto ea que in rerū natura figu-
 rantur & fingi possunt non primo in aīa, q̄
 omnib. inest, cōmissa voluantur, cū ea nunq̄
 extrinsecus senserit. Nā et nos cum indignā-
 do aut letando, ceterisq; huiuscemodi ani-
 mi motib. multos in nostro corpore vultus
 coloresq; formamus, prius nostra cogitatio
 q̄ facere possumus tales imagines concipit.
 Consequunt ista miris illis modis, & cōmit-
 tendis cogitationi tuę, cum in anima sine vl-
 la corporaliū figura falsitatū numeri agitan-
 tur occulti. Ex quo intelligat velim, cū tam
 multos aī motus esse sentias expertes omniū
 de quib. nūc q̄ris imaginū, quolibet alio mo-
 tu animā sortiri corpus, q̄ sensibilib. cogi-
 tatione formarū, quas eā, priusquā corpore
 sensibusq; vtatur, nullo modo arbitror pa-
 ti posse.

ti posse. Quamobrē pro nostra familiaritate,
 & pro ipsius diuini iuris fidē sedulo monue-
 rim charissime mihi ac iucundissime, nullam
 cū istis infernis vmbrib. copules amicitia, ne-
 ve illā, quae copulata, est cū ceteris diuellere.
 Nullo. n. modo resistitur corporis sensibus,
 quae nobis sacratissima disciplina est, si per
 eos influctis plagis vulneribusq; blandimur.

H Augustinus Possidio de cultu & fucis & in-
 auribus, etiam virorum. Epist. LXXIII.

D Omino dilectissimo & venerabili fra-
 tri & cōsacerdoti Possidio & qui tecū
 sunt fratribus, Augustinus & qui mecū sunt
 fratres in dño salutē. Magis quid agas cū eis
 qui obtemperare nolunt cogitandū est, quā
 quemadmodū eis ostendas non licere quod
 faciūt. Sed nūc epistola factitatis tuae, & oc-
 cupatissimū me reperit, & celerrimū baiuli
 rediit, neque rescribere tibi neque ad ea
 quae consuluisti, ita vt oportet respondere
 permisit. Nolo tamē de ornamentis auri vel
 vestis praeproperam habeas in prohibendo
 sententiā: nisi in eos qui neq; coniugati, neq;
 coniugari cupientes, cogitare debeant quo-
 modo placeat Deo. Illi autē cogitāt que sunt
 mundi, quomodo placeant vel viri vxorib.
 vel mulieres maritis, nisi qd capillos nudare
 feminas quas et caput velare Apostolus iu-
 bet, nec maritatus decet. Fucari autē pigmetis,
 quo vel rubicundior vel cādidior appareat,
 adukerina fallacia est, qua nō dubito et ipsos
 maritos se nolle decipi, quibus solis permit-
 tendū sunt feminae ornari, secundū veniā, nō
 secundū imperium. Nam verus ornatus ma-
 xime Christianorū & Christianarū, non tñ
 nullus fucus mendax, verū ne auri quidē ve-
 stisq; pompa, sed mores boni sunt. Execran-
 da autē superstitio ligaturarū, in quibus etiā
 in aures virorū, in summis ex vna parte auri-
 culis suspensae deputentur, nō ad placendū
 hominib. sed ad feruendū dēmonibus adhi-
 bet. Quis at possit speciales nefariarū super-
 stitionū prohibitiones in scripturis inueni-
 re, cū generaliter Apostolus dicat: Nolo vos
 socios fieri dēmoniorū. Et iterū: Quae. n. cōso-
 nātia Christi ad Belial? Nisi forte quia Belial
 nominauit, & generalē societate dēmonio-
 rū phibuit, licet Christianos sacrificare Ne-
 ptuno, quā nihil proprie de Nepturo vetitū le-

1. Cor. 7.
 De cōsc.
 dif. 5. su-
 care.

2. Cor. 6.

gimus. Moneantur interim miseri, vt si obtē-
 perare nolunt praeceptis salubrioribus, saltē
 sacrilegia sua nō defendāt, ne maiori se sce-
 lere implicēt. Quid autē cum eis agēdum sit,
 si soluere in aures timēt, & corpus Christi cū
 signo diaboli accipere non timent? De ordi-
 nando at qui in parte Donati baptizatus est
 author tibi esse non possum. Aliud est. n. face-
 re si cogaris, aliud consulere vt facias.

In aures
 signū dia-
 boli.

Augustinus Deuterio episcopo significat se
 Victorinū hypodiaconū, qui clam docue-
 rat hæresim Manichæorū deprehensum ē
 clericorū ordine submouisse, ad monēsne
 ille recipiatur ad poenitentia, nisi prodāt
 quoquot nouit eodē infectos errore. Do-
 cet at qui apud Manichæos fuerunt audi-
 tores, qui electi. Epist. LXXIII.

D Omino beatissimo et venerabiliter cha-
 rissimo fratri & coepiscopo Deuterio,
 Augustinus in domino salutē. Nihil melius
 me facere posse arbitratus sum, q̄ vt tuae san-
 ctitati potissimū scriberē, ne per negligētia i
 nostra puincia dñi nostri Iesu Christi ouile
 vastet inimicus, qui nō desinit insidiari, vt p-
 dat animas tā magno precio cōparatas. Mal-
 lianensem quendā subdiaconū Victorinum,
 apud nos cōstitit esse Manichæū, & in tā sa-
 crilego errore sub noīe clerici latitabat. Nā
 est et ætate iam senex. Ita est at manifestatus,
 vt et ipse a me interrogatus, anteq̄ a testibus
 coargueretur, negare non posset. Tot. n. & ta-
 les iā esse sciebat, quib. se incautus effuderat,
 vt nihil aliud si negare tentaret, q̄ non dico
 impudētissimus, sed insanissimus appareret:
 auditorē sane Manichæorū, nō electū se esse
 cōfessus est. Auditores at qui appellanē apud
 eos, & carnib. vescūtur, & agros colūt, & si
 voluerint, vxores habēt, quorū nihil faciūt q̄
 vocātū electi. Sed ipsi auditores ante electos
 genua figunt, vt eis manus supplicibus impo-
 nātur, non a solis episcopis vel presbyteris
 aut diaconis, sed a quibuslibet electis. Solē
 etiam & lunā, cū eis adorant & orant. Die
 quoq; dominico cum illis ieiunāt, & omnes
 blasphemias cū illis credunt, quibus Mani-
 chæorū Hæresis detestanda est, negātes scili-
 cet Christū natū esse de virgine, nec eius car-
 nē veram confitētes fuisse, sed falsam: ac per
 hoc & falsam eius passionem, & nullam
 reitū

Audito-
 res et ele-
 cti qui.

resurrectione fuisse cōtēdunt: patriarchas p-
phetasq; blasphemant, legē per famulū Dei
Moysen datam, non à vero Deo dicunt sed à
Principe tenebrarū: aīas non solū hoīum sed
etiā pecorū, de Dei eē substantia, & omnino
partes Dei esse arbitrantur. Deum denique
bonū & verū dicunt, cū tenebrarū gente pū-
gnasse & partē suā tenebrarū principib. mis-
cuisse, eāq; toto mūdo inquinatā & ligatā,
per cibos electorū suorū ac p solē & lunam
purgari asseuerant, & q purgari de ipsa par-
te Dei non potuerit, in fine seculi aeterno ac
penali vinculo colligari, vt nō solū violabi-
lis & corruptibilis & cōtaminabilis credat
Deus, cui pars potuit ad mala tāta pducī, sed
nō possit saltē totus à tāta cōtaminatione, &
immūdia, & miseria vel in fine seculi pur-
gari. Has cū illis intolerabiles blasphemias,
sub diaconus iste quasi catholicus, nō solū cre-
debat, sed quibus virib. poterat edocebat. Nā
docēs patefactus est, cū se quasi discētib. cre-
didit. Rogauit me qdē posteaq; se Manicheo-
rū auditorū esse confessus est, vt eū in viā ve-
ritatis doctrinā catholicā reuocārē. Sed fa-
teor, eius fictionem sub clerici specie vehe-
mēter exhorui, eūq; coercitū pellēdū de ci-
uitate curauī. Nec mihi hoc satis fuit, nisi &
tuę sanctitati eū meis literis intimarē, vt à cle-
ricorū gradu cōgrue ecclesiastica seueritate
deiectus, cauēdus oīb. innotescat. Petēti autē
pnīe locum, tūc credat si & alios quos illic
nouit esse, manifestauerit nobis, non solum
in Malliana sed in ipsa omnino prouincia.

Augustinus senex Auxilio episcopo iuue-
ni, vt aut anathematis sententiā rescindat,
aut doceat quibus adductus causis, putet
ob vnus peccatū totā familiam excom-
municari posse. Epistola LXXV.

A Domino dilectissimo, & venerabili fra-
tri & cōsacerdoti Auxilio, Augustinus
Vir spectabilis filius noster Clascianus, gra-
uiter apud me literis questus est, quod sit a-
nathematis iniuriam à tua sanctitate per-
pessus, Narrans quod venerit ad ecclesiam,
apparitione paucorū suarū, potestati congrua
comitatus, & egerit tecum, ne contra salutē
suam faueres eis, qui per Euangeliū peieran-
do adiutorium violandæ fidei, in ipsa fidei
domo requirebant. Quos tamen consideran-

tes quid male fecerint, non inde violēter ab-
ductos, sed spōte dicit egressos, atq; hinc ve-
nerationem tuā ita sibi succensuisse, vt eccle-
siasticorum cōfessione gestorum cum om-
ni domo sua anathematis sententia feriretur.
Quibus literis lectis non mediocriter astuās
cogitationibus, magna cordis tēpestare flu-
ctuātib. apud charitatem tuā tacere nō po-
tuit: vt si habes de hac re sententiā, certis ratio-
nib. vel scripturā testimonij exploratā, nos
quoq; docere digneris, quomodo recte ana-
thematisetur pro patris peccato filius, aut p
mariti vxor, p domini seruus, aut quisquā ēt
in domo nondū natus, si eodē tpe quo vni-
uersa domus est anathemate obligata nascat,
nec ei possit per lauacrū regenerationis, in
mortis periculo subueniri. Neq; enim hac
corporalis est pēna, qua legimus quosdā cō-
tēptores Dei cum oīb. qui eiusdē impietatis
participes nō fuerūt pariter interfectos: tūc
qdē ad terrorē viuētū mortalia corpora pe-
rimebātur, quandoq; vtiq; moritura, Spiritu-
lis autē pēna, qua fit qā scriptū est: Quæ liga-
ueris in terra erūt ligata & in celo: aīas obli-
gat, de quibus dictū est: Anima pīs mea est,
& aīa filij mea est. Anima q peccauerit, ipsa
moriet. Audiisti fortasse aliquos magni nomi-
nis sacerdotes cū domo suā quēpiā anathe-
matizasse peccantiū, sed forte si essent inter-
rogati, reperirent idonei reddere inde rōnē.
Ego aut, qm si quis ex me quærat vtrum recte
fiat, quid ei rideā nō inuenio: nūquā hoc fa-
cere ausus sum, cū de quorundā facinorib.
immaniter aduersus ecclesiā perpetratis gra-
uissimē pmoueret. Sed si tibi q iuste fiat, dñs
reuelauit, nequaquā iuuenilē aetate tuā, & ho-
noris ecclesiastici rudimēta contemno. En
assum, senex à iuvene coepiscopo, & episcopo
tot annorū à collega necdū anniculo pa-
ratus sum discere, quō vel Deo vel hominib.
iustā possum reddere rationē, si animas inno-
centes pro scelere alieno, ex quo non trahūt
sicut ex Adā, in quo omnes peccauerūt, ori-
ginale peccatum, spiritali supplicio puniamus.
Etenim Clasciani filius, etsi traxit ex
parte primi hoīs culpam, sacro fonte baptif-
matis expiandā, tamen quicquid postea quā
genuit peccati pater eius admisit, vbi parti-
ceps ipse non fuit, ad eum nō pertinere quis
ambigit? Quid de tot animabus in vniuersa
familia? Vñ si vna anima per istā seueritatem
qua

qua tota domus ista anathematizata est, sine
baptismate de corpore exeundo perierit,
innumerabilium mors corporum, si de ec-
clesia homines innocentes violenter abstra-
hantur & interficiantur, huic damno non
potest comparari. Si ergo de hac re potes
reddere rationem, vnam & nobis rescri-
bendo præstes vt possimus & nos: si autem
non potes, quid tibi est inconsulta commo-
tione animi facere, vnde si fueris interro-
gatus, rectam rationem non vales inuenire?
Hæc autem dixi, etiam si filius noster
D Clascianus aliquid admisit, quod tibi ana-
themate plectendum iustissime videretur.
Ceterum si veras ad me literas misit, nec
solus in domo sua debuit ista sententia coer-
ceri. Sed hinc cum tua sanctitate nihil ago,
nisi tantum peto ignoscas petenti veniam,
si agnouerit culpam: si autem nihil eum pec-
casse prudenter agnoscis, quoniam ipse in
domo fidei iustus flagitabat fidem debere
seruari, ne ibi frangeretur vbi docetur: fac
quod sanctum virum facere oportet, vt si
sibi contigit tanquam homini, quod uti-
que homo Dei dicit in psalmo: Turbatus
est præ ira oculus meus, exclames ad Deū:
Misere mei domine, quoniam infirmus
sum, vt porrigat dexteram tuam, & com-
primat iracundiam tuam, & tranquillet
mentem tuam ad videndam faciendamque
iustitiam. Sicut enim scriptum est: Iracun-
dia viri iustitiam Dei non operatur. Nec ar-
bitreris ideo nobis non posse subrepere in-
iustam commotionem, quia episcopi sumus,
sed potius cogitemus inter laqueos tē-
tationum nos periculosissime viuere, quia
E homines sumus. Aufer itaque gesta eccle-
siastica, quæ perturbatio fortasse fecisti, &
redeat inter vos charitas quam cum illo &
eathecumenus habuisti. Aufer litem, & re-
noua pacem, ne tibi pereat homo amicus,
& de vobis gaudeat diabolus inimicus. Po-
tens est autem misericordia Dei nostri, quæ
& me exaudiat orantem, ne mea tristitia de
vobis augeatur, sed potius quæ est exorta sa-
netur, & erigat per gratiam suam, & lætifi-
cet iuuentutem tuam non contemnentem se-
nectutem meam. Vale.

Augustinus Aurelio, disputans an monachi,
qui sponte sua de monasterijs recesserūt,

recipi debeant alibi in numerum clericorū.
Epistola LXXVI.

Domino beatissimo & debita obseruan-
tia venerabili, sinceriterq; charissimo
fratri & cōsacerdoti Papæ Aurelio, Augu-
stinus in domino salutem. Literas nullas tuæ
venerabilitatis, ex quo ab inuicem corpora-
liter digressi sumus accepi. Nunc vero legi
epistolam benignitatis tuæ de Donato & fra-
tre eius, & quid responderem, diu fluctuaui.
Sed tamen etiam atque etiam cogitanti quid
fit vtile salutē eorum, quibus in Christo nu-
triendis, seruimus, nihil mihi aliud occurre-
re potuit, nisi non esse istam viam dandam
seruis Dei, vt se facilius putent eligi ad ali-
quid melius, si facti fuerint deteriores. Et ip-
sis enim facilis lapsus, & ordini clericorum
fit indignissima iniuria, si desertores mona-
steriorum ad militiam clericatus eligantur,
cum ex ijs qui in monasterio permanent, nō
tamen nisi probatiores atque meliores in cle-
rum assumere ioleamus: nisi fortē, sicut vul-
gares dicunt. Malus choraula bonus sym-
phoniacus est: ita idem ipsi vulgares de no-
bis iocabuntur, dicentes: Malus monachus
bonus clericus est. Nimis dolendum, si ad
tam ruinolam superbiam monachos surri-
gamus, & tam graui contumelia clericos di-
gnos putemus, in quorum numero sumus,
cum aliquando etiam bonus monachus vix
bonum clericum faciat, si adsit ei sufficiens
continentia, & tamen desit instructio neces-
saria, aut personæ regularis integritas. Sed
de istis credo arbitrata sit beatitudo tua,
quod nostra voluntate, vt suis potius corre-
gionalibus viles essent, de monasterio re-
cessissent. Sed factum est, sponte abierunt,
sponte deseruerunt, nobis, quantum potui-
mus, pro eorum salute renitentibus. Et de
Donato quidem, quia iam factū est, vt ante-
quam de hac re aliquid in cōcilio statuerē-
mus, ordinaretur, si fortē à superbiæ puer-
sitate correctus est, quod vult prudentia tua
de suo faciat: de fratre vero eius, cuius vel
maxime causa de monasterio etiā ipse Do-
natus abscessit, cum intelligas quid sentiam,
nescio quid respondeam. Contradicere ta-
men prudentiæ, honori, charitatiq; tuæ non
audeo, & sane spero id te facturum, quod
membris ecclesiæ salubre perspexeris.

Augu-

24. 9. 3.

si habet.

Mat. 16.

Exe. 18.

Psal. 6.

Eccl. 1.

qua

Augustinus & Alipius Aurelio, graulans de dono doctrinae. Epistola 77.

Pf. 125.

Domino beatissimo & venerabiliter suscipiendo, sincerissimeque charissimo fratri, & verè sancto Papæ Aurelio, Alipius & Augustinus in dño salutē. Impletū est gaudium nostrū, & lingua nra exultatione, nunciandis literis tuis sanctā cogitationē tuā, adiuuante dño, qui eā inspirauit, & ad effectū esse perductā, de oib. ordinatis fratribus nostris, & p̄cipue de sermone presbyterorū, quod p̄te populo infunditur, per quorum linguas clamatur charitas tua maiore voce in cordibus hoīum, quā illi in auribus. Deo gratias. Nā quid melius & aīo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quā deo gratias? Hoc nec dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi grandius, nec agi fructuosius potest. Deo gratias, qui te & tam fideli pectore ditauit erga filios tuos, & id quod in intimo aīæ habebas, quo humanus oculus nō penetrat, eduxit in lucē, donando tibi non solū vt bene velles, verum et in quibus posset apparere quod velles. Ita planè fiat, luceant hæc opera coram hoībus, vt videant, gaudeant, glorificēt patrē qui in cœlis est. Talibus delecteris in dño, vt ipse te p̄ eis orantē dignè exaudire, quā tu per eos loquētē nō dedignaris audire. Eat, ambulet, currant in via dñi, benedicantur pusilli cū magnis, iocundantur in ijs qui dicunt eis: In domū dñi ibimus: p̄cedant illi, & sequantur isti, imitatores facti eorū, sicut & illi Christi: serueat iter sanctarū formicarū, fragrent opera sanctarū apiū, feratur fructus in tolerantia cū salute perseveranti vsque in finē. Nec sinat dñs tentari supra quod possumus ferre, sed faciat cū tentatione exitum, vt possumus sustinere. Orate pro nobis digni exaudiri, cū tanto quod pro sacrificio acceditis ad Deū sincerissime dilectionis & laudis eius in operibus vestris: orate vt & in nobis hæc luceant, quā nouit ille quē oratis, cū quanto nostro gaudio in vobis luceant. Hæc sunt vota nostra, hæc multitudines solatorū, secundū multitudinē dolorū nostrorū in corde nostro, iocundant animā nostrā. Ita est quia ita promissū est, ita erit quod restat, sicut promissum est. Obsecramus te p̄ eū, qui tibi ista donauit, & populū cui seruis hac per te benedictione pfudit, vt iubeas singulos, quos volueris sermones eorū seorsum

Math. 5

Pf. 121.

I

1. Co. 10.

Fortē, tamen

conscriptos, & emendatos mitti nobis. Nam & ego quod iussisti nō negligo, & de Tycho nij septem regulis vel clauibus, sicut saepe iā scripsi, cognoscere quod tibi videat expecto.

Augustinus Hesychio, de die supremo mundi non inquirendo, de quibus Hebdomadibus. Danielis. Epistola 78.

Domino beatissimo Hesychio, Augustinus. Ad sanctitatem tuam filio tuo cōpresbytero nostro remeate Cornuto, p̄ quē literas tuæ venerationis accepi, quibus exiuitatē meā visitare dignatus es, & tandē rescripta persoluo, & debitū resalutationis obsequiū, multum me cōmendans acceptissimis dño precibus tuis dñe beatissime frater. De prophetis autē dictis siue p̄dictis, de quibus voluisti vt aliquid scriberē, melius mihi visum est sancti Hieronymi hoīs doctissimi expositio nes eorundē verborū, ne illas fortē non habeas, de opusculis eius excerptas, dirigere beatitudini tuæ. Si autē iā eas habebas, nec inquisitioni tuæ satisfaciebāt, quid de his sentias, peto mihi rescribere nō graueris, & quē admodū ipse eadē prophetica oracula intelligas. Ego. n. maximè illud de hebdomadibus Danielis secundum tps, quod iā transactum est, intelligendum puto, nā de saluatoris aduentu, qui expectatur in fine, tēpora dinumerare non audeo: nec aliquē prophetā de hac re numerū annorū existimo præfinisse, sed illud potius præualere, quod ipse dñs ait: Nemo potest cognoscere, quod ipse dñs ait: Nemo potest cognoscere tēpora, quæ pater posuit in sua potestate. Quod enim in alio loco ait: De die autē illa & hora nemo scit, sunt qui sic accipiunt, vt putent se posse tēpora cōputare, diem vero tantummodo ipsum & horā neminem scire: vbi omitto dicere quē admodum soleant scripturæ diē vel horam etiā pro tempore ponere. Sed certè illud de ignorantia tēporum apertissimè dictum est. Nam cū hinc dñs interrogatus esset à discipulis suis: Nemo inquit, potest cognoscere tēpora, quæ pater posuit in sua potestate. Non enim dixit diē vel horā, sed tēpora, quæ in breui spatio non solent dici sicut dies vel hora, maxime si Græcum intueamur eloquiū, ex qua lingua in nostrū eundem librum, vbi hoc scriptum est, scimus translatum, quāuis latine

L

Acto. i.

Mat. 24

latine satis exprimi nō potuerit. Ibi. n. Græce legi *χρόνος* & *καιρός*. Nisi autē vtrūque hoc verbum tpa appellat. siue *χρόνος* siue *καιρός*, cū habeat hæc duo inter se nō negligendā differentia. *καιρός* quippe appellat Græci tēpora quædem, nō tñ quæ in spatio voluminibus tractantur, sed quæ in rebus ad aliquid opportunis vel importunis sentiuntur: sicut mensis, vindemia, calor, frigus, bellū, & siqua similia, *χρόνος* autē ipsa spatio temporū vocat. Et hoc certe ipsi Apostoli non ita quæsierunt, quasi vnum nouissimū diē vel horam exiguā diei partē scire voluissent, sed vtrū iā esset opportunum tempus, quo regnū representaretur Israel. Tunc audierunt: Nemo potest cognoscere tēpora quæ pater posuit in sua potestate. i. *χρόνος* & *καιρός*, quæ si latine diceret, tēpora autē opportunitates, nec sic quæ dictū est, esset expressum, quia siue opportuna siue importuna sint tēpora *καιρός* dicuntur. Tēpora ergo cōputare, hoc est *χρόνος* vt sciamus quā sit finis huius seculi vel aduentus dñi, nihil mihi aliud videtur, quā scire velle quod ipse ait scire neminē posse. Opportunitas vero illius tps profecto nō erit antequā prædicetur Euageliū in vniuerso orbe in testimoniu oibus gētibus. Apertissima enim de hac re legitur sententia saluatoris dicentis: Et prædicabitur hoc euageliū regni in vniuerso orbe in testimoniu oibus gētibus, & nunc veniet finis. Tunc veniet, quid est, nisi añ non veniet? Quāto post ergo veniat, incertū nobis est, an te tñ nō esse venturū dubitare vtiq; nō debemus. Si ergo susciperent hunc laborē serui Dei, vt peragrato orbe terrarū, quantū possent colligerent, quod remāsit gētū, vbi nō dū est Euageliū prædicatū, hinc aduertere vtiq; possemus, quantū hoc tps longe est à fine seculi. Quod h̄ propter quædam loca inaccessibleia & inhospita fieri posse nō creditur, vt à seruis Dei peragret orbis, quot quantū sint adhuc gētes sine Christi Euangelio, fideliter renunciatur: multo minus existimo in scripturis posse cōprehendi, quāta vsq; ad finē futura sint tpa, quæ p̄ posuit in sua potestate. Vnde si iā nobis certissime nunciatū fuisset in oib gētibus Euageliū prædicari, nec sic possemus dicere quantū tps remaneret vsq; ad finē, sed magis magisq; iam appropinquare merito diceremus. Nisi quis forte

Acto. 1.

Mat. 24.

A

rūdeat, tanta celeritate p̄dicato Euagelio, Romanas gētes & plerasq; Barbaras occupatas, atq; ita nōnullas nō paulatim, sed subito ad fidē Christi fuisse cōuersas, vt nō sit incredibile paucis annis, etsi non vitæ nostræ, quæ iā senescent, certe iuuenū qui veteri sunt ad senectū, vniuersas oīno residuas gētes Euangelio posse cōpleri. Sed si ita erit, facilius cū factū fuerit probari experiēdo quā legēdo antequā fiat inueniri potest. Hoc me cōpulsit dicere cuiusdā opinio, quæ p̄sbiter quoque Hieronymus temeritatis notat quod ausus fuerit Danielis hebdomadas de aduētū Christi futuro, nō de p̄terito exponere. Si quid autē p̄ meritis potioribus sanctæ humilitati cordis tui dñs melius reuelauit, siue reuelauerit, peto nobiscū cōicare digneris, & hæc nostra rescripta sic accipere tāquā hoīs, quæ mallē quidē eorū quæ à me inquisisti habere scientiā, quā ignorantiā, sed quia id nondū potui, magis eligo tantā ignorantiam confiteri, quā falsam scientiā profiteri. B

Hieronymus.

Hesychius Augustino, docens diē supremū inquirendum esse. Epist. LXXIX.

Domino beatissimo & charitate sincerissima venerando fratri & coepiscopo Augustino, Hesychius in domino salutē. De sideranti & expectanti. mihi sanctus cōpresbyter noster Cornutus literas pertulit tuas, quæ me lætificauerunt, quia memoriā nostri bonā habere dignatus es, qui & mihi paucis sermone proprio sanctę mētis tuæ de ijs quæ petieram in transitu significasti. Aliquāta autē de opusculis sancti cōpresbyteri Hieronymi adiunxisti, vt meā quoniam lectione eius operis de sanctis scripturis explere possem. Et quia dignatus es id petere à nobis, vt quid sentiremus de ipsis quæstionibus per literas tuas sincerissimæ charitati insinuaremus, ad ea de quibus scripta legi, prout intellectus exiguus meæ mediocritatis sentire potuit aut intelligere, infra scripsi. Cum Dei omnipotentis conditoris totius creature arbitrio & potestate cuncta gerantur, vel quæ facta sunt, vel quæ et futura sunt, sanctorū prophetarū vobiscum cognoscuntur, qui priusquam fierent ea quæ futura erāt, voluntate diuina hominibus loquuti. Vnde satis admiratione plenum est, si ea Deus, quæ prædici voluit, ad hominū sensus penitus non posse peruenire consti-

C

constituit, secundum hoc capitulum, quod dñs beatis Apostolis loquutus est, dicens: Nemo potest cognoscere tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. Primum quia in antiquissimis libris ecclesiarum non ita scriptum est: Nemo potest, sed scriptum est: Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. Quae ratio sermonis sequenti verbo recte completur, cum dicit: Sed eritis mihi testes in Hierusalem, & in Iudaea, & Samaria, & usque ad ultimum terrae. Non ergo Apostolos testes consumationis mundi, sed nominis, & resurrectionis sue voluit intelligi. Nam de temporibus cognoscendis ipse dñs monet. Quisnam est fidelis servus & prudens quem constituit dñs super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Sanctus ille servus, quem veniens dominus eius inuenerit sic facientem. Familia Christi verbo predicationis participat, & fidelis famulus inuenitur, qui in tempore expectantibus dominum necessariam escam creditibus praestat. Malus enim servus sic reprehenditur. Quod si dixerit malus servus, moram facit domino meo venire, veniet dominus eius in die qua nescit, & hora qua ignorat: & reliqua. Item arguit quare tempus non cognoscatur, dicens: Hypochritae, faciem coeli noctis probare, tempus hoc quare non cognoscitis? Item Apostolus: In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & reliqua. Item Apostolus, De temporibus autem & momentis non necesse habemus vobis scribere: Vos enim ipsi diligenter scitis quia dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc subitaneus illis apparebit interitus, quomodo dolores parturientis, & non effugient. Item Apostolus: Non retinetis memoria, quia cum essem apud vos, haec dicebam vobis, & nunc quod detineat scitis, ut reueletur in suo tempore. Nam mysterium iniquitatis iam operatur tantum, ut qui tenet modo teneat donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Item dominus in Evangelio increpat Iudaeos: Et tu si cognouisses tempus visitationis tuae, forsitan permassisses, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Et dominus sic predicat ad Iudaeos Penitentiam agite, completa sunt tempora, credite Evangelio. Et ad Iudaeos quidem recte completa dicebat, quia eorum tempora post eius praedicationem, & triginta & quinque vel quadraginta annos finita sunt. Et in Daniele: Quo-

adusque interfecta est bestia, perijt, & corpus eius datum est ut comburatur & reliquarum bestiarum regnum translatum est: & magnitudo vitae data est eis usque ad tempora & tempora quod Graece dicitur *εως χρόνου καὶ καιρῶν*. Et insequitur: Et ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniens. Misterium bestiae & reliquarum bestiarum translationem, intelligentibus scripturam manifestum est, Aduentus domini diligendus est & expectandus. Est et magna beatitudo diligentibus eius aduentum, sicut testimonium perhibet beatus Apostolus Paulus: De cetero inquit, reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus iustus iudex in illa die, non autem mihi solum, sed & iis qui diligunt aduentum domini. Et dominus in Evangelio: Tunc iusti subleuabuntur sicut Sol in regno patris sui. Item propheta: Ecce enim tenebrae & caligo operient terram super gentes, in te vero apparebit dominus & maiestas eius in te videbitur. Item propheta: Qui vero expectant dominum exultabunt cum virginitate, producent pennas sicut aquilae, current & non laborabunt, ambulabunt & non esuriunt. Et plurima talia, quae ad beatitudinem eorum pertinent, qui diligunt aduentum domini, inueniunt. Quod autem nemo possit mensuras temporum colligere manifestum est. Evangelium quippe dicit: De die illa & hora nemo scit: ego autem pro possibilitate intellectus mei dico, neque diem, neque mensuram, neque annum aduentus ipsius sciri posse, sed signa quae sunt aduentus videndo & credendo, & expectare me conuenit, & creditibus escam hanc retribuere, ut expectantes diligant aduentum eius, quae dixit: Haec omnia cum videritis, scitote quoniam prope est in ianuis. Signa ergo Evangelica & prophetica, quae in nobis completa sunt aduentum domini manifestant: nam frustra aut qui quaerunt, aut qui calumniantur dies & annos in computo comprehendere quaerunt: cum scriptum sit. Quia nisi abbreviati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Certum est tempus carere computo, quod breuiandum est a domino, qui tempora constituit. Appropinquasse autem aduentum eius, cuius signa aliqua videmus ex iis quae facta sunt esse completa: & iterum dicit. His autem fieri incipientibus, respirabitis, & leuabitis capita vestra, quoniam appropinquabit redemptio vestra. Quae autem signa dixit videnda manifestum est in Evangelio sancti Lucae: Et Hierusalem calcabitur a gen-

gentibus. donec impleantur tempora gentium: hoc factum est, & fieri nulli dubium est. Et insequitur: Et erunt signa in Sole & Luna & in stellis, & in terra pressura gentium: causa quae patimur & pena compellit, si forte non curet voluntas. Nam in uno tempore & signa in caelo & pressuram gentium in terris ab hominibus videri & sustineri manifestum est. Et insequitur: Arescentibus hominibus, pro timore & expectatione, quae superuenient uniuerso orbi: nulla patria, nullum locum nostris temporibus non affligi aut humiliari certum est, sicut dictum est, pro timore & expectatione, quae superueniet uniuerso orbi: & omnia signa quae superius Evangelium legentibus manifestat, ex maxima parte completa sunt. Quod autem dictum est. Et predicabitur Evangelium in uniuerso mundo, & tunc veniet finis. Primum quod ipsius domini repromissio talis fuit, ut ipsi Apostoli eius nominis & resurrectionis testes fierent in Hierusalem, & in Iudaea, & in Samaria, & usque ad extremum terrae, & Apostolus hac autoritate docet. Sed dico nunquid non audierunt: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Item, propter ipsum quae reposita est vobis, quam ante audistis in verbo veritatis Evangelium, quod aduenit in vos, sicut & in omni mundo est fructificans & crescens. Sed ab Apostolis nunciata fides in gentibus habuit multos persecutores, ut retenta tardius inualesceret ut illud impleret. Ante haec omnia primum in vos manus immittent suas, & persequentur & tradent vos in Synagogas & in custodias, ducetes ad reges & ad principes pro nomine meo, ut illud impleretur quod scriptum erat: Et velociter reaedificaberis a quibus destructa es. Nam ex quo clementissimi Imperatores Christiani Dei voluntate esse ceperunt, quamquam paulatim fides causa persecutionis crescebat in saeculis, factis regibus Christianis ubique in partibus temporis Christi Evangelium penetrauit. Expositio sane beati Danielis de hebdomadibus. quam vir sanctus copresbyter noster Hieronymus exposuit, qualiter doctores ecclesiarum tradidissent, lectorum suspendit. Nam si ipse doctissimus vir copresbyter noster ait periculosum esse de magistrorum ecclesiarum iudicare sensus, & alterum proferre alteri, quanto magis hoc lector facere non potest, quod magister facere dubitauit. Nos autem credimus quod dominus ait: Quia coelum & terra transiet, iota autem unum vel unus apex non transiet a lege, donec omnia fiant. Quo er-

go mysterium hebdomadarum sit impletum usque ad natiuitatem & passionem Christi, admiror, cum illud quod in dimidio hebdomadae loquutus est, dicens: In dimidio hebdomadae tollet sacrificium meum & desolationem supplicatio interitus, & ad sacrificium abominatio. Haec ergo abominatio si iam completa fuerat, quomodo dominus monet & dicit: Cum videritis abominationem desolationis, quae dictum est per Daniele prophetam stare in loco sancto, quae legit intelligat: Ego autem ne petitionis beatitudinis tuae contempnor esse, haec quemadmodum sensi, scripsi ad tuam charitatem. Plenius autem dignare nos verbo gratiae tuae rescribendo instruere & laetificare.

Augustinus Hesycho, demonstrans quomodo sint intelligenda scripturae loca, quae varie loquuntur de fine saeculi: quodque praestat non inquirere diem illum, sed hoc agere, ut unusquisque ad suam vitam supremum diem sit paratus. Epistola LXXX.

Domino beatissimo & venerabiliter suscipiendo fratri & coepo Hesycho. Augustinus in domino salutem. Accepi literas venerationis tuae, quibus valde salubriter exhortaris, ut Saluatoris nostri diligam & desiderem aduentum. Facis hoc ut seruus bonus eiusdem patris familias, audis lucrorum domini tui, & volens habere plurimos socios dilectionis, quae ipse participet & perseveranter accenderit. Intuentes igitur quod commemorasti de Apostolo, quia dominum dixit redditurum coronam iustitiae, non tamen sibi, & omnibus qui diligunt manifestationem eius, ita recte viuimus, & in hoc saeculo tanquam peregrini agimus, cum se in hac dilectione nostrum proficenter extendit, siue citius siue tardius veniat quam putat, cuius manifestatio fidei charitate diligitur, & pio desiderio affectu. Seruus quippe ille, qui dicit: Moram facit dominus meo, & percutit consertos suos, manducat & bibit cum ebriosis, non utique diligit manifestationem eius. Ex moribus non apparet animus eius, quos mores licet breuiter ideo magister bonus curauit exprimere, id est superbia atque luxuria, ne quod dicebat: Moram facit dominus meo, desiderio domini sui dicere crederet, quo ardebat ille quae dicebat. Sitiuit anima mea ad Deum viuum quoniam veniam, & apparebo ante faciem Dei. Dico enim quoniam veniam: moras se perpeti moleste ferebat, quae est quae tempore accelerat, desiderio tardum versus.

Acto. 1.
2. Tim. 4.
1. Tim. 4.
Mat. 13.
Esa. 60.
Esa. 40.
Mat. 24.
Luc. 19.
Marc. 1.

a. l. ea q. p. sumur con. fieri & p. ma & c.
2. Tim. 4.
Mat. 13.
Esa. 60.
Esa. 40.
Mat. 24.
Luc. 19.
Luc. 21.
Le. Forem attentum querit.
Matth. 5

Dan. 9.
Mat. 24.
2. Tim. 4.
Luc. 12.
Psal. 41.

Quo aut tardus est eius aduentus, vel quo longeveturus est, cum ipsi Apostoli tpe, quo adhuc erant in carne, dixerint: Nouissima hora est: quis a dno audierint: Non est uestru scire tpa: Hoc ergo nesciebant, q nescimus & nos, quantum ad me attinet, dico & eos q hoc mecum nesciunt: & tñ quib. dictu est: Non est uestru scire tpa, q pater posuit in sua pte: diligebant eius manifestatione, & dabat cõseruis in tpe cibaria, nec percutiebant eos dominã do eis, nec luxuriabant cum amatorib. mundi dicentes: Morã facit dñs meus. Alia est ergo

A ignorãtia tẽporũ, alia labes morũ amorũ: vi
a. Th. 2. morũ. Nam & Apostolus Paulus qñ dicebat: Nõ cito moueamini mēte, neq; terreamini, siue p verbũ, siue per epistolã, tanq̃ per nos missã, quasi instet dies dñi: nolebat utiq; vt crederet eis, qui iã propinquare dñi arbitrabant aduentũ: nec tñ volebat vt tanq̃ seruus ille diceret: Morã facit dñs meus venire: & traderent se superbiã luxuriãq; perdendos: sed sic eos nolebat de propinquante die nouissimo falsis auscultare rumorib. vt tñ vellet eos paratos ad aduentũ dñi sui lumbis accinctis, & lucernis ardentib. operiri: quib. di-

b. Th. 4. cit: Vos aut fratres nõ estis in tenebris, vt vos dies ille tanquã fur cõprehendat. Oēs. n. vos filij lucis estis & filij diei, non sumus noctis neq; tenebrarũ. Ille aut qui sic dicit: Morã facit dñs meus venire, vt percutiat cõseruos suos, epulef cũ ebriofis, nõ est lucis, sed tenebrarũ: & ideo eũ tanquã fur dies ille cõprehēdet: q vnusquisq; debet et de die huius vitæ suæ nouissimo formidare. in quo. n. quẽq; inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eũ cõprehēdet mundi nouissimus dies: qñ qualis in die isto quisq; morit, talis in die illo iudicabit. Ad hoc pertinet quod in Euangelio se eũdũ Marcũ ita scriptũ est: Vigilate ergo, qa nescitis qñ dñs domus veniat, sero, an media nocte, an galli cãtu, an mane, ne cũ venerit re-

B pte, inueniat vos dormiētes. Quod aut vobis dico, oĩb. dico, vigilate. Quib. n. omnib. dicit nisi electis & dilectis suis ad corpus eius p̃nentib. q est ecclesia? Non solũ ergo illis dixit quib. tunc audientib. loquebat, sed et illis qui fuerũt post illos ante nos, & ad nos ipsos, & qui erũt post nos vsq; ad eius nouissimũ aduentũ. Nunquid aut oēs inuēturus est dies ille in hac vita, aut quisquã dicturus est q ad defunctos et pertineat qd ait: Vigilate, ne cũ

repente venerit inueniat vos dormiētes? Cui itaq; oĩb. dicit, qd ad eos solos pertineat, q tũc erunt, nisi quia eo modo ad oēs pertinet, quo modo dixit. Tũc. n. vniciq; veniet dies ille, cũ venerit ei dies vt talis hic exeat, qualis iudicandus est illo die? Ac per hoc vigilare debet oĩs Christianus, ne imparatũ inueniat eũ dñi aduentus. Imparatũ aut inueniet ille dies quẽ imparatũ inuenit suã vitẽ huius vltimus dies. Certẽ. n. hoc saltẽ manifestũ erat Apostolis, non eorũ temporib. cũ hic in carne viuerent dñm esse veturum: & tñ quis dubitet eos p̃cipue vigilasse & seruasse, q oĩbus dixit, ne imparatos repete venies inueniret? Nõdũ sanẽ intelligo, quo nã modo accipi debeat qd scripsit sanctitas tua, propterea dixisse dñm Apostolis: Non est uestrũ nosse tpa vel momẽta, quẽ pater posuit in sua pte: qñ sequutus adiunxit. Sed eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in Iudẽa, & in Samaria, & vsq; ad vltimũ terrã. Quẽ scripturã sensũ sic exponis, vt dicas, ergo non Apostolos testes cõsumationis mundi, sed nominis & resurrectionis suæ voluit intelligi. Non quidẽ ille ait: Non est uestrũ p̃dicare tẽpora: sed non est uestrũ nosse. Verũ si ita vis intelligi quod ait: Non est uestrum scire: ac si diceret, non est uestrũ sciẽtes facere, i. non est uestrũ hoc docere: quis nostrũ docere audeat, vel scire p̃sumat, quod Deus ille magister nec eos discipulos docuit, a quib. p̃sentib. interrogatus est p̃sens, nec illi tã sãcti magniq; doctores ecclesiã docere potuerũt? An respõdeatur, hæc non docuisse Apostolos, sed p̃phetas? Hoc. n. aĩtũ & verũ est, quod ea quæ futura sunt, sanctorũ prophetarum vocibus cognoscuntur, qui priusquã fierent, inquis, ea quæ futura erant voluntate diuina hominib. sunt loquuti. Sed si veneratio tua satis admiratione plenũ esse dicit, si ea Deus quæ p̃dici voluit, ad hominũ s̃sus penitus nõ posse peruenire cõstituit, quanto maiore admiratione plenũ est, si quæ prophetæ hominib. sunt loquuti, hæc Apostoli vel scire sunt prohibiti vel docere? Quo aut prophetæ ista de quib. agitur tpa docentes, nõ intelligerentur ab Apostolis, si intelliguntur a nobis? Aut si eos Apostoli intellexerunt istam mensurã tẽporis prophetãtes, quõ nõ docerẽt quod intellexerunt, qñ per eorum p̃conium & ipsi prophetæ innotescerant, qui eos suis libris ista

ista docuerunt: Et ideo per quas literas ea ipsi didicerãt, per easdẽ poterãt alij quoq; in his gẽtib. discere, in quibus Apostoli auctoritatẽ propheticã cõmedabãt. Cur ergo eis dictũ est: Non est uestrũ scire, vel si ita intelligẽdũ est: Nõ est uestrũ docere tpa, quẽ p̃f posuit in sua potestate, quãdoquidẽ sic ea docebant, cũ ijs in quorũ literis. discerẽtur per illos innotescerant? Vnde credibilius est, non Deũ noluisse sciri, sed noluisse p̃dicari: q noluit p̃dicari quod videbat nõ vtiliter sciri: Cur ergo, in q̃s, de tẽporib. cognoscendis ipse dñs monet vbi dicit. Quis nã est fidelis seruus & prudens quẽ constituit dominus super familiã suam, vt det illis cibũ in tempore? Immo vero monet, non vt bonus seruus cognoscat tẽporũ finẽ, sed vt oĩ tempore in opere bono vigilet, quia nescit tẽporũ finẽ. Nõ monet vt tẽpora quæ pater posuit in sua potestate assequamur super Apostolos, sed monet vt qñ nescimus quando veniat dñs, in cordis p̃paratione imitemur Apostolos. Vñ iã supra satis loquutus sum. Arguit aut Iudæos, quare tẽpus nõ cognoscãt, dicens: Hypocritæ, faciẽ celi potestis probare, & reliqua: qñ illud tẽpus nõ cognoscebant, qd iã volebat cognosci. i. primi aduentus sui quo in eũ crederẽt, qui alterũ eius aduentũ vellẽt expectare, vigilantes quãdocunq; futurus esset. Qui enim aduentũ dñi non cognouerit primũ, p̃parare se nõ potuit ad secũdũ, credendo in eũ fideliterq; vigilando, ne illũ tanq̃ fur in tenebris cõprehendat, siue tardius venierit, siue citius quam speratur. Dicit etiam sicut admones, Apostolus Paulus. In nouissimis tẽporib. instabunt tẽpora periculosa, & reliqua. Sed nunqđ ideo docet tẽpora quæ pater posuit in sua potestate? Aut ideo quisquã nouit q̃ longa vel breuia sint eadẽ ipsa quẽ fatendũ est, esse nouissima? Cogitare q̃pe debemus q̃ olim dictũ sit: Fratres nouissima hora est. Rursus eundẽ Apostolũ dixisse cõmemoras: De tẽporibus aut & momentis non necesse habemus scribere vobis, vos. n. ipsi diligenter scitis quia dies dñi sicut fur in nocte, ita veniet. Et cũ dixerint, pax & securitas, tũc subitaneus illis apparebit interitus, quõ dolores pauietis, & nõ effugiẽt. Et hic si dixit post quãtũ t̃pis hoc futurũ sit, sed quõ futurum sit: idest, nõ quanta erit ætatis breuitas vel prolixitas, sed quantumlibet in-

teruallũ sit spatũq; temporis, non tñ eis hoc veniet malum nouissimum, nisi cũ dixerint, Pax & securitas. Quib. verbis videt Apostolus huius nouissimi diei vel spẽ vel timorẽ ab hoc nostro tẽpore remouisse. Nõ. n. videmus ipsos amatores huius seculi, quib. subitaneus apparebit interitus, iã dicere, Pax & securitas. Quid ergo scire sufficiat, satis ipse demõstrat Apostolus, dicendo: De temporibus, & momentis nõ opus habemus vobis scribere: vel sicut alij codices habet: Non opus habetis vobis scribi. Nec sequutus adiunxit: Vos. n. ipsi diligẽter scitis quãtũ tẽporis restet: sed ait, Vos. n. ipsi diligẽter scitis quã hora dñi sicut fur in nocte, ita veniet. Hoc ergo scire opus est, vt curẽt filij lucis esse & parato corde vigilare, qui nolũt ab illa hora sicut a nocturno fure cõprehẽdi. Nã si ad cauẽdũ hoc malũ. i. ne hora dñi tanquã fur inueniat imparatũ, opus esset nosse tẽporũ spatia, nõ diceret Apostolus nõ opus esse ut hoc scriberet, sed hoc potius esse scribẽdũ tanq̃ doctor prouidẽtissimus iudicaret. Nũc aut nec illis hoc opus esse mõstrauit, quib. sufficiebat ut scirẽt imparatis atq; dormientib. horã dñi sicut furẽ esse uẽturam, atq; hoc sciendo essent ipsi uigilãter parati post quãtalibet tpa veniet & suũ seruauit modũ, ut licet Apostolus, nõ tñ p̃sumeret alios docere, qd Apostolis dñm dixisse cognouerat nõ est uestrũ scire. Ponis et quod idẽ ipse dixit Apostolus: Nõ retinetis memoria, quia cũ essem apud uos hæc dicebã uobis? Et nũc quid detineat scitis, ut reueletur in suo tpe. Nã mysterium iã operatur iniquitatis, tantũ qui tenet modo teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quẽ dñs Iesus interficiet spiritu oris sui. Quæ uerba Apostolica utinã non tantũmodo ponere, uerum etiã exponere dignareris: Ita sanẽ obscura sunt & mystice dicta ut tñ appareat eũ nihil de statutis dixisse tẽporibus nullumq; eorũ interuallum spatiumque aperuisse. Ait enim: Vt reueletur in suo tempore, nec dixit post quãtum temporis hoc futurũ sit. Deinde subiunxit: Iã. n. mysterium operatur iniquitatis. Hoc iniquitatis mysteriũ quomodolibet intelligat quid sit, ab alio sic, ab alio autẽ sic, quãdiu tamẽ operatur occultum est. Neque id expressit Apostolus tanquã homo ex eorum numero, quibus dictũ est. Nõ est uestrũ scire tẽpora.

Mat. 24.

E

Act. 1.

C

Luc. 12.

2. Ti. 3.

1. Ioan. F

2. The. 5.

G

2. Th. 2.

H

20. De ciuitate Dei, cã. 19.

Quamuis enim nondū inter eos erat, qñ eis hoc dictū est, adeorū n̄ collegium atq; societatem ēt ipsum nō ambigimus pertinere. Itē quod sequitur. Taneum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, quē dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: docet nos Antichristum manifestū futurū. Si quidē ipsum videtur aliquanto euidentiori significatione tetigisse, quanto euidentiori significatione tetigisse, I interficiendum spiritu oris dñi Iesu Christi, sed postquantū temporis istud erit, nec saltē obſcure loquutus est. Quisnam sit, n. qui modo tenet, vel qd tenet, vel quid sibi velit qd ait, de medio fiat: pōt quisq; se coactare vt intelligat, vel aliquatenus suspicetur, qñ quo quo modo scriptū legit. Quādiu aut teneat, & post quanta tēporū spatia de medio fiat, hoc oīo tacetur. Itē dominus, inquis, in Euāgelio increpat Iudēos dicens: Et tu si cognouisses tempus visitationis tuæ forsitan permansisses, nunc aut abscondita sunt ab oculis tuis. Sed hoc ad tempus primi aduentus Domini pertinet, nō secundi, de quo nūc q̄stio est. De secūdo quippe aduentu suo dixit, Nō est vestrū scire tpa non de primo. De illo. n. ab eo quaesierūt discipuli quē sperabāt, nō de isto quē iā videbāt. Si. n. primū eius aduētū Iudēi cognouissent, nunq̄ dominū gloriæ crucifixissent, & ideo nō eueri sed permanere potuissent. Iā verō quod ait ad eos: Penitentia agite, cōpleta sunt tēpora, credite Euāgelio: ēt ipse firmasti de his tēporibus dictū esse Iudæorū, quæ continuo post paucos annos fuerant trāsitura, & nūc nouimus iam esse transacta, euerſa. s. ciuitate, in qua regnū eorū fuerat constitutū. Proinde quod ex Daniele de interfecta bestia posuit venerabilitas tua, de reliquarū bestiarum regno, & inter hęc de filio hominis veniente cum nubibus cęli, manifestū esse dixisti intelligentibus scripturā. Sed si dignatus fueris exponere, quō ista pertineāt ad cognoscendū temporū spatū, post quod erit saluatoris aduētus, ita vt inueniatur sine vlla ambiguitate manifesta, fatebor ēt ipse cum magna actione gratiarum, illud quod ait dñs, Non est vestrū scire tēpora, tātūmodo Apostolis esse dictū, non posteris eorū qui ea fuerant cognituri. Diligendus ergo est & expectandus dñi sicut sanctē hortaris aduentus, magnamq; dicis esse beatitudinem diligentibus eius aduentū

& adhibes Abostoli testimoniū, cuius verba sic ponis: De cętero reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dñs iustus iudex in illa die. Nō solū autē mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum dñi Tunc. n. sicut ex Euāgelio cōmemoras, Iusti fulgebunt sicut Sol in regno patris sui. Et qd̄ ppheta dicit: Ecce. n. caligo & tenebræ operient terrā super gētes in te vero apparebit dñs, & maiestas eius in te videbitur. Itē quod scriptū est: Qui verō expectāt dñm, exultabunt cū virtute, producēt pennas sicut aquilæ, currēt & nō laborabūt, ambulabūt & nō esuriēt. Hoc planē pijsimē & verissimē dicis, cōmendās eorū beatitudinē, qui diligunt aduentū Dñi. Sed & illi quibus dicebat Apostolus: Nō cito moueamini mente, quasi instet dies Dñi, diligebāt utiq; aduentū Dñi. Nec eos hoc docens doctor gentiū ab illa dilectione frangebat, qua vt inflammaretur volebat, & ideo nolebat vt crederent, a quib. audiebāt instare Diē Dñi, ne fortē cū transisset tempus, quo eū crediderant esse venturū, & venisse nō cernerent, ēt cętera fallaciter sibi p̄mitti arbitantes, & de ipsa mercede fidei desperarent. Nō ergo ille diligit aduētū Dñi qui eum asserit, p̄p̄inquare, nec ille qui eū asserit nō appropinquare, sed ille potius qui eū siue prope siue longē sit, sinceritate fidei, firmitate spei, ardore charitatis expectat. Nam si tanto magis diligitur Dñs, quāto, magis credatur & prædicatur citius esse venturus, magis eū diligebāt qui ei⁹ aduentū iā instare dicebant, q̄ ijs quos Apostol⁹ eis credere prohibebat, vel ipse Apostolus qui hoc utiq; nō credebat. Si autē onerosa nō est infirmitas mea sanctitati tuę, peto apertius nō graueris exponere, quō dixeris neminem posse temporū mensuras colligere, ne fortē & hoc & mihi videatur, quod etiam charitati tuæ, & frustra quilibet nostrum instrui expectet ab altero. Cum. n. hoc dixisses, deinde subdidisti & aisti, Euāgelium quidē dicit, De die & hora nemo scit. Ego autē, inquis, pro impossibilitate intellectus mei dico, neque mensē neque annum aduentus ipsius sciri posse. Ita. n. hoc videtur sonare, tanquā nō possit sciri, quo anno venturus sit, sed possit sciri qua hebdomada annorū, vel qua decade, tanquā dici possit atque definiri. intra illos vel illos septē annos, aut intra illos vel illos decem annos. Quod si ne hoc quidem compre-

comprehendi potest, quæro, vtrum sic saltē possit definiri tēpus aduentus eius, vt eū venturam esse dicamus intra, istos, verbi gratia, quinquaginta vel centū annos, vel quotlibet seu maioris numeri, seu minoris annorū, sed in quo eorū, nos ignorare. Hoc si iam comprehendisti, multū est qd̄ comprehendere potuisti. Idipsum est autē qd̄ rogo, vt nobis benignus impertias, adhibens idonea documenta, quibus id potueris indagare. Si autē neque hoc te cōprehendisse præsumis, hoc sentis qd̄ ego. Nouissima enim esse in tēpora, multis rerū signis apparentibus. quæ dñm prædixisse legimus, omnes qui ea credimus, cernim⁹. Sed & mille annorū tempus, si eorū finis esset seculi finis, posset vniuersum dici nouissimū tēpus, vel ēt nouissim⁹ dies, quia scriptū est: Mille anni ante oculos tuos, tanquā dies vnus, ut quicquid per eosdē mille annos gereretur, nouissimo tempore vel nouissimo die diceretur geri. Iterum. n. dico quod in hac causa sæpe dicendū est: Consideremus ante q̄ multos annos dixerit beatus Ioannes Euangelista: Nouissima hora est. Nā si tūc essemus hoc audito qñ crederemus tot annos postea transuros, ac nō potius ipso adhuc Ioāne in corpore cōstituto dñm speraremus esse venturū? Neq; enim dixit, Nouissimum tempus est, aut nouissimus annus, aut mēsis, aut dies, sed nouissima hora est. Et ecce ista hora q̄ longa est, nec tamē est ille mētutus, sed utiq; intelligendus est horam pro tpe potuisse. Quod nonnulli sic accipiūt, vt sex annorū milia constituent, velut vnū diē, eumq; in partes velut horas duodecim partiantur, sic quingentos annos postremos, hora videatur habere postrema. In quibus annis iā Ioānes, inquit, loquebatur qñ nouissimam horā esse dicebat. Sed aliud est nōsse aliquid, aliud suspicari. Cur enim nō potius, si sex annorū milia deputandus est vnus dies nō duodecima, sed vicesimaquarta pars eius vna hora est. i. nō quingenti, sed ducenti quinquaginta anni? Totus enim dies, totus circumitus solis verius nuncupatur, nō ab Oriente vsq; in Occidentem, sed ab Oriente vsq; in Orientē, vnde toto diē peracto. i. viginti & quatuor horis, rursus exoritur, ac per hoc hora ista nouissima, ex quo tempore id loquutus est Ioannes, ante fermē septuaginta annos vt minimū dicam, iam reperitur esse transacta

& nōdū venit terminus seculi. Huc accedit quia inspecta diligēter ecclesiastica historia, reperitur Ioannes Apostolus longē ante fuisse defunctus quam quinq; milia quingēti anni, a generis humani exordio completeretur. Nōdū erat itaq; hora nouissima, si sex milium annorū pars duodecima, id est quingenti anni, velut vnus horæ spatū deputatur. Porro si secundū scripturas vnū diē mille annos esse ponamus, multo magis olim transijt tam longē diei hora nouissima, non dico si vicesimaquarta pars eius, qui sunt anni paulo amplius quadraginta, sed si duodecima deputetur quæ illos annos duplos habet. Vnde cōuenientius ille Apostolus creditur horam posuisse p̄to tpe, quæ hora quam longa sit, ignoramus: quia non est nostrum scire tēpora, quæ pater posuit in sua potestate: quantum uis eā nouissimam esse nouerimus, multo magis utiq; nos, q̄ qui fuerunt ante nos, ex quo esse uel dici cępit hora nouissima. Quod autē ideo uideatur uenerationi tuæ comprehendere non posse temporū mensuras, ut definiatur quo anno futurus est finis, quia secundū promissionē domini breuiabūt dies illi, prorsus non intelligo. Si enim sic breuiabuntur, vt fiant ex pluribus pauciores, quæro secundū quam ueritatem futuri erant plures, nisi breuiaretur? Hebdomadas enim sancti Danielis non ad primū domini aduentū, sicut pluribus uisum est, sed ad secundum potius existimas pertinere. Itane ergo breuiabūt, ut uel una in eis hebdomada minus futura sit, & falsa erit prophetia, quæ tanta diligentia numerum hebdomadarum definire curauit, ut qui dam diceret ēt in dimidio hebdomadæ implendum? Miror, si per prophetiam Christi destruitur prophetia Danielis. Deinde quale est ut putemus ignorasse Danielē, uel potius angelū, a quo ista discēbat, breuiaturū dñm dies illos, & errasse ut hoc diceret, uel scisse quidē, sed ei quem docebat fuisse mētutum? Quod si absurdū est, cur nō potius credimus secundum id quod breuiaturus est dominus dies illos, tot hebdomadas prophetasse Danielē, si tamen ad secundum dñi aduentū, qd̄ nescio quemadmodum possit ostendi, ille numerus refertur annorū? Postremo multo certius securusq; dicitur domini aduentū intra septuaginta, aut ut plurimum intra centum annos futurum, si hebdomade istæ Aug. Tomus secundus. o 3 ip-

Luc. 19.

1. Co. 2.

Marci. 1.

2. Ti. 4.

Mat. 13

Esa. 60.

Esa. 49.

2. Th. 2.

Psal. 89.

M

B

C

D

ipsi prænunciant. Anni enim quadringenti nouaginta sunt in hebdomadibus septuaginta. A natiuitate autē dñi hodie cōputantur anni ferme quadringenti viginti: a resurrectione autē vel ascensione eius anni plus minus, cccxc. Ac per hoc, si ex quo natus est cōputetur, septuaginta sunt reliqui: si ex quo passus est, circiter centū remanēt, intra quos Danielis omnes hebdomadæ, si de nouissimo eius aduentu prophetatę sunt, implebūt. Qui ergo dicit intra tot annos erit, tunc falsum dicit, si vltra erit. Sed quia breuiabuntur, pauciores poterunt esse, non plures. Rectē itaq; dicitur intra hos erit, quoniam quantumlibet breuientur, verū erit. Ipsa nāque breuiatio si eo modo intelligēda est vt pauciores sāt, vltra eos diē dñi venire, nō patitur, sed magis magisq; intra eos quāto fuerint pauciores. Nō igit ista breuiatio turbat cōputatorē, qui eo modo definiert, vt dicat intra tot annos diē dñi esse vēturum, sed adiuvat potius, quā quāto magis ad paucitatē redigentur dies, tāto magis erit intra & vltra esse non poterit: atq; ideo verū erit quod ita definitur, vt dicatur intra tot annos erit, quamuis nesciatur quo anno futurum sit. Proinde tota quæstio est, vtrum Danielis hebdomadæ primo aduentu dñi impletæ sint, an finē seculi pphetauerint, an ad vtrūq; pertineāt. Neq; n. q. et hoc saperēt defuerūt, dicētes, tpe primi aduentus Christi esse cōpletas, & inde vsq; ad finē seculi totidē rursus esse cōplēdas. Equidē video quia si primus eas non compleuit aduentus, necesse est vt secundus eas cōpleat: quā propheta illa non potest esse falsa: quæ si tēpore primi aduentus impleta est, non cogit intelligi quod et de fine seculi implebit. Ac per hoc incertum est etiā si verum est, neque negādū quidem, sed neq; præsumēdum est id futurū. Relinquitur itaq; vt qui vult cogere istā pphetiā credi ī seculi fine cōplēdā, contēdat quātū potest, & ostendat si potest, primo aduentū dñi nō fuisse cōpletam, contra tot expositores diuinorū eloquiorū, qui hanc nō solū cōputatione tēporū, verū etiam rebus ipsis completā fuisse demonstrāt, maxime quod ibi scriptum est. Et vngetur sanctus sanctorū, vel propter quod in eadē propheta Hebræi codices expressius habēt: Occidetur Christus & nō erit eius, id est, nō erit eius ciuitatis, quoniam sic alienatus est à

Hieronymus legit eius populus.

Iudæis, qui eū propterea saluatorē redēptorēq; suū nō esse crediderunt, quia occidere potuerunt. Neq; n. in fine seculi vngendus, aut occidendus est Christus, vt ista propheta Danielis tūc expectet implēda, nondū creditur impleta. Quod autē de signis euāgelicis & propheticis quæ fieri cernimus, propinquū dñi aduentū sperare debeamus, quis negat? Quotidie quippe magis magisque fit proximus. Sed quāto interuallo propinquet hoc, dictū est, nō est vestrū scire. Vide quā dixit Apostolus: Nūc. n. p. prior est nostra salus q̄ cum credidimus. Nox præcessit, dies autē appropinquauit. Ecce quot transferunt, nec tñ quod dixit falsum est: Quanto magis nunc dicendū est propinquare dñi aduentū, quā tātus est ad finē factus accessus? Apostolus certē: Spiritus, inquit, manifeste dicit, quia in nouissimis tēporibus recedēt quidā à fide: Nōdum vtiq; erāt tempora, hæreticorum scilicet & talium quales eodē sermone describit, sed iā venerunt, ac per hoc in nouissimis temporibus videmur etiā per ipsos de fine seculi cōmoueri. Itemq; alibi dicēs: Hoc autē scitote quoniam in nouissimis diebus instabunt tempora sæua, vel, sicut alij codices habent, periculosa. Deinde qualia futura sint ex primis, Erūt. n. homines, inquit, seipos amantes, amatores pecuniæ, elati, superbi, blasphemii, parentibus nō obedientes, ingrati, scelerati, irreligiosi, sine affectione, detractores, incōtinentes, immites, sine benignitate, proditores, procaces, cęcati, voluptatū amatores magis quā Dei, habentes speciē pietatis, virtutē eius abnegantes. Mirū si tales homines aliqñ defuerunt. Deniq; quia & tunc erāt, adiungit ac dicit: Et hos deuota, Ex ijs. n. sunt q̄ penetrāt domos. Non ait, Penetrabunt, tanquā & hic futurū prænunciās, sicut supra dixerat, Instabunt tempora periculosa: sed ait, Penetrāt domos, & captiuas ducunt mulierculas. Nō ait, ducunt vel ducturi sunt, sed iā ducunt. Nec putandū est hoc loco, pro temporis futuri verbis, præsentis temporis verba posuisse, quando quidē illos ab eo cui scribit euitari admonebat. Nec tñ frustra dixit, In nouissimis diebus instabunt tēpora periculosa, & hinc ea periculosa futura demonstrans, tales homines futuros esse prædixit, nisi quia tanto plures erunt, magisque abundabunt, quanto magis propinquatur ad finem.

Ro. 13.

G

Tim. 4.

I Th. 4.

Gal. 4.

finem. Videmus ergo tales nunc abundare. De quo aduentu ait: Amodo videbitis filiū hominis venientem in nubibus, de quibus dicitur per prophetam: Mandabo nubibus meis ne pluant super eā: siue de ipso fine, in quo apparebit viuos iudicaturus & mortuos. Cum itaq; signa dicat, q̄ ad ista tria pertinent, i. ad excidium illius ciuitatis; ad aduentū eius in corpore suo, quod est ecclesia: ad aduentū eius in capite ecclesiæ, quod est ipse: quod eorū signorum, ad quod horū trium referendū sit, diligenti consideratione cernendū est: ne fortē quod pertinet ad euerisionē Hierusalem, ad finem seculi referendū putemus: aut econtrario quod ad finē seculi pertinet, affirmemus ad ciuitatis illius excidiū pertinere: aut quod pertinet ad eius aduentū in corpore suo, quod est ecclesia, dicamus pertinere ad eius aduentū nouissimū in corpore suo, quod est caput ecclesiæ: aut rursum quod pertinet ad aduentū eius nouissimū per seipsum, ad eū pertinere asseueremus aduentū, qui est per ecclesiā. In quibus omnibus sunt quædā manifesta, quædā vero sic obscura, vt vel laboriosum sit ea diiudicare, vel temerariū, quandiu non intelligunt, de his aliquid definire. Quis. n. non videat ad illā ciuitatē pertinere, quod dictū est: Cum autē videritis circundari ab exercitu Hierusalē, tunc scitote quia appropinquabit desolatio eius. Itē quis non videat ad aduentū dñi nouissimū pertinere, qđ dictū est: Cū videritis hæc fieri, scitote quā prope est regnum Dei: illud autē quod dictū est: Vt prægnantibus & nutrientibus in illis diebus: Orate autem vt nō fiat fuga vestra hyeme vel sabbato: erit. n. tūc tribulatio magna qualis nō fuit ab initio mūdi neque fiet: sic est positū secundū Mattheū, & secundū Marcum, vt incertum sit vtrum de excidio illius ciuitatis, an de seculi fine intelligi debeat. Sic. n. hoc ipsum legitur apud Marcum. Vt autē prægnantibus & nutrientibus in illis diebus: Orate vt hyeme nō fiant. Erūt. n. dies illi tribulationis tales, quales nō fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit deus vsque nūc, neq; fient. Et nisi breuiasset dñs dies illos, non fuisset salua omnis caro; sed pp electos, quos elegit, breuiabit dies. Nō dissimiliter & Mattheus. Hoc autem Lucas ita posuit, vt appareat ad illius ciuitatis excidiū pertinere. Nā sic apud eum legit. Vt autem prægnantibus & nutrientibus in illis

Mat. 26.

Esa. 5.

I

Iohel. 2.

Ioan. 6.

X

Mat. 26.

Esa. 5.

I

Mat. 13.

M

Mat. 24.

Luc. 21.

lis diebus. Erit. n. pressura magna super terrā, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in oēs gentes, Hierusalē calcabitur à gentibus donec impleantur tpa nationū. Vnde autē ad hoc vētū est, Matthēus ita scribit. Cū ergo videritis abominationē desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta stantē in loco sancto, qui legit intelligat: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes: & qui in tecto, non descēdat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, nō reuertatur tollere tunicā suam. Vē autē pręgnantib. & nutriētib. in illis diebus, &c. Marcus vero ita, Cum videritis abominationē desolationis stantem vbi non debet, qui legit intelligat: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes: & qui super tectū ne descēdat in domū, nec intrōeat vt tollat quid de domo sua: & qui in agro erit, non reuertatur retro tollere vestimentū suum. Vē autē pręgnantib. & nutriētib. in illis dieb. & reliqua. Lucas verō vt ostenderef tunc factā fuisse abominationē desolationis, quæ à Daniele prædicta est, qñ expugnata est Hierusalē, hæc eodem loco domini verba cōmemorat: Cum autē videritis circūdari ab exercitu Hierusalē, tunc scitote, quia appropinquabit desolatio eius. Apparet itaq; tunc ibi positam desolationis abominationem, de qua duo illi Euangelistæ locuti sunt. Deniq; et iste similiter sequitur: Tunc qui in Iudæa non fugiant in montes. Et pro eo qd dixerunt illi, Et qui super tectū, ne descēdat in domū, nec intrōeat, vt tollat quid de domo: Iste dixit, Et qui in medio eius sunt descendant: vt ostenderef illis verbis apud alios Enangelistas positas, festinationē fugę fuisse præceptā: & pro eo quod illi posuerunt, Et qui in agro erit, reuertatur retro tollere vestimentū suū, B apertius iste ait, Et qui in regionib. nō intrēt in eam, quia dies ultionis hī sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt. Deinde similiter et iste sequitur, vt prorsus manifestum sit de hac ipsa re omnīū trium esse hunc Euangelij locum. Vē autem pręgnantibus & nutriētib. in illis diebus, & cętera ad hæc pertinentia, quæ iam cōmemorauī superius. Lucas ergo patefecit qd esse posset incertū, non ad seculi finē, sed ad expugnationē Hierusalē pertinere id quod dictū est de abominatione desolationis, & quod dictū est de dierū breuiatione pp electos, quia & si ea ipse non dixit,

tamē apertius cętera de hoc ipso, quo & ista pertinere monstrauit. Non. n. debemus ambigere, qñ euerfa est Hierusalē fuisse in illo populo electos Dei, qui ex circumcisione crediderant, siue fuerant credituri electi ante constitutionē mundi, pp quos breuiarentur dies illi, vt tolerabilia mala fierent. Nam quidā conuenientius intellexisse mihi videtur, mala ipsa significata nomine dierū, sicut dicti sunt dies mali in alijs diuinæ scripturæ locis. Neq; n. dies ipsi mali sunt, sed ea quę fiūt in eis. Ipsa ergo dicta sunt breuiari, vt Deo donante tolerantia minus sentirentur, ac sic quæ magna essent, breuiā fierēt. Sed siue isto modo intelligenda sit dierum illa breuiatio, siue quod ad paucitatē redigerentur, siue qd cursu solis celeriore breuiarentur: non enim desunt qui & hoc existiment, ita scilicet dictos breuiiores dies futuros, sicut fuit lōgior dies orante Iesu Naue. Tamen Lucas Euangelista & hanc dierum breuiationē & abominationē desolationis, quæ duo ipse nō dixit, sed Matthēus Marcusq; dixerunt, ad euerfionem Hierusalē docuit pertinere, alia cū eis dicēs apertius de hac eadē re, quæ illi posuerūt obscurius. Nā Iosephus qui Iudaicā scripsit historiā, talia mala dicit illi populo tūc accidisse, vt vix credibilia videātur. Vnde nō immerito dictū est, talem tribulationem nec fuisse à creaturæ initio nec futuram. Sed & si tpe Antichristi talis aut maior forsitan erit, intelligendū est de illo populo dictū, quod ei talis amplius futura non erit. Si. n. Antichristum illi primitus & præcipue recepturi sūt, facturus est tunc idē populus tribulationem potius quā passurus. Non est ergo cur putemus hebdomadas prophete Danielis, vel propter dierū breuiationem fuisse turbatas, vel illo iam tpe non fuisse completas, sed in fine seculi esse cōplendas. Non. n. ante passionem domini impletæ sunt. Quod qui putāt, rectissime tua sententia refelluntur: quia dixisti. Hæc ergo abominatio si iam completa fuerat, quō dominus monet & dicit: Cum videritis abominationē desolationis, qd dictū est per Danielē prophetā, stantē in loco sancto, qui legit intelligat? His verbis beatitudinis tuæ illi merito corrigendi sunt, qui dicunt eam cum hæc dominus loqueretur, vel ante passionem resurrectionemq; eius fuisse completam. Qui autem dicunt, sicut apertissime

tissime et Lucas Euangelista testatur, tunc fuisse factam qñ euerfa est Hierusalē quid eis respondeatur videre debent, qui in fine seculi vel circa finē existimant hæc futura: quā ipsa desolationis abominatio pp obscuritatē dicti non vno modo ab hominib. poterit intelligi. Et quod dictū est, Qui est in tecto, non descēdat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicā suam: potest congruentius intelligi spiritaliter, quod in tribulationib. omnibus est cauendum, ne quisq; deuictus ad carnalem vitā de spiritali sublimitate descēdat, aut qui profecerat in anteriora se extendens deficiendo in posteriora respiciat: Quod si in omni tribulatione, quāto magis in illa cauendū precipi debuit, q talis futura prædicta est illi ciuitati, qualis non fuit ab initio neq; fiet? Et si in ista, quāto magis in illa q nouissima futura est orbi terræ, i. ecclesiæ toto orbe diffusa? Nam & ipse Lucas non quidē qñ à discipulis suis de aduentu suo dñs interrogatus est, vbi hoc Matthēus cōmemorauit & Marcus, sed alio loco vbi Pharisei quęsierunt ab illō qñ veniet regnum Dei, tale aliquid eum dixisse narrauit: In illa inquit, hora, qui fuerit in tecto & vasa eius in domo, & q in agro similiter non redeat retro. Sed nunc pp cōputationē temporū de Danielis hebdomadibus agitur, quę si circa tpa primi aduentus dñi cōpleta non sunt, atq; in fine cōplenda sunt, Apostolos hoc ignorasse, vel scisse quidem, sed docere prohibitos fuisse quis credat? Quāquā si hoc ita est, vtiliter nesciunt gentes quod dñs docere prohibuit eos, quos gentium voluit esse doctores. Si autē iam cōpleta sunt, quia iam est vnctus sanctus sanctō rū, iā occisus est Christus vt non esset ciuitatis eius, iā de tēplo illo sublatū est sacrificiū, sublata est vnctio, merito Apostolis de fine qrentib. responsum est. Non est vestrū scire tpa quæ pater in sua potestate posuit: quoniā tpa quæ per Danielis prophetiam scire poterant, non ad finē seculi de quo quęsierant pertinebant. Signa vero de cęlo & terra, nūquid maiora nos vidimus, q qui fuerūt ante nos? Nonne si gentiū legatur historia, tanta mira reperiri extitisse de cęlo terraq; vt aliqua et non credant? Sed vt multa omittā, q profequi lōgū est, Duos Soles qñ nos vidimus? quos viros literis mandauerunt, q tūc fuerūt

antequā dñs venisset in carne. Qñ nos vidimus solē sic obscuratū quēadmodū obscura tus est cū iumen mundi pēderet in ligno nisi fortē defectus Solis & Lunę, quos consueuerunt cōputatores syderū annotare atq; p̄dicere, inter cęlestia prodigia numerabimus, quia Lunā sepius in sua plenitudine, Solē vero rarius: sed tñ vidimus in fine Lunæ secundū eorū cōputum defecisse. Nō erat talis Solis ille defectus qñ crucifixus est Christus, & ideo uerē mirabilis erat & prodigiosus. Pascha quippe fuerat Iudęorū, quod non nisi in plenitudine Lunę celebrat. Secundū Astrologorū autē numeros certū est Solē qñ Luna plena est non posse deficere, sed qñ finis est Lunæ, non quidē semper, sed aliter nunquā cū secundū illos numeros deficit. Quid ergo tale vnquā quisquā meminit apparuisse de cęlo ex quo dñs illa p̄dixit, quale apparuit qñ passus est? Quare sic apparebunt et talia, si non spiritaliter potius intelligenda sunt? Tūc apparebunt, qñ finis sic appropinquabit vt debeant apparere. Bellis autē per diuersa interualla tēporū & locorū qñ non terra contrita est? Nā vt nimis antiqua p̄terea sub Imperatore Galieno, cū Romanas provincias Barbaries vsquequaq; peruaderet, quā multos fratres nostros, qui tunc erant in carne, putamus propinquū finē credere potuissent, qñ longē post ascensionē dñi factū est: ac per hoc et ista qualia futura sint, cū fuerit oī no finis proximus, ignoramus: si tñ hæc non ita prædicta sunt, vt in ecclesia potius intelligi debeant. Duæ quippe gentes sunt, & duo regna, vñ m. f. Christi, alterū diaboli, de qb. dici potuit: Exurget gens contra gentē, & regnū super regnum: quod non desinit fieri ex quo dictū est. Agite p̄niam, appropinquauit enim regnū cęlorum. Quod vide qñ dictum est, & ex illo quot anni transferunt, & tñ uerissime dictum est. Nouissimis. n. diebus dñs per virginem venit. Nec diceretur ista hora nouissima, nisi regno appropinquante cęlorum, per quā totam horā fiunt, quæ dñs propinquate suo regno futura p̄dixit. Sed hæc hora quanto spatio protēdatur, si Apostolis dictū est: Non est vestrū scire: quanto magis quilibet hō, qualis ego sum, modū suū debet agnoscere, ne plus sapiat q oportet sapere? Sed confiteri nos inquis, p̄cena nostra compellit, a desse iam finem dum impletur quod præ-

Mat. 24.

Mat. 24.
Mar. 13.

Luc. 17.

Iosephus.

Mat. 24.

H

I

Mar. 13.

Matth. 2

Acto. 1.

præ-

Luc. 21.

I. The. 5.

prænuñciatū est: Arescentib. hominibus præ timore, & expectatione q̄ superuenient vniuerso orbi. Nullā inquis patriā, nullum locū nostris tēporibus non affligi aut tribulari certum est, sicut dictū est: Præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Si ergo ista mala quæ nunc patitur genus humanū, certa sunt iudicia iā dñm esse venturū; quid est quod ait Apostolus: Cū dixerint pax & securitas? Cum. n. dixisset Euangeliū, Arescentibus hominib. præ timore & expectatione, cōtinuo subiunxit. Nā virtutes cęlorū mouebuntur, & tunc videbunt filiū hominis venientē in nube cū potestate magna & maiestate. Videamus itaque, nē forte melius intelligatur, non eo modo impleri, quæ p̄dicta sunt illis verbis, sed tunc potius esse ventura qm̄ sic erat tribulatio vniuerso orbi, vt ad ecclesiam perineat quæ vniuerso orbe tribulabitur, nō ad eos qui tribulabunt eam. Ipsi. n. dictū sunt, Pax & securitas, vt repentinus illis superueniat interitus, & eos aduentus dñi sicut fur in nocte cōprehendat, qm̄ ecōtrario gaudebunt & exultabunt, qui diligunt manifestationem dñi. Nunc autē ista mala quæ tanquam summa & extrema creduntur, vtrique genti, & vtrique regno, & Christi scilicet, & diaboli videmus esse cōia. Pariter quippe his & boni affligimur & mali, nec est qui dicat, pax & securitas vbicunq; contingunt vel metuitur ne contingant. Inter quæ tñ mala adhuc vsquequaq; frequentantur luxuriosa cōuiuia, feruet ebrietas, auaritia grassatur, perstrepunt lasciuicantus, organa, tibia, lyra, ci-thara, tessera, multa & varia genera sonorū atque ludorum. Hoccinē est arescere præ timore, an potius madescere præ libidine? Sed hæc filij tenebrarū abundantius habebunt, & exercebunt cum dixerint, pax & securitas. Quid ipsi filij lucis & filij Dei qui non sunt in tenebris, vt eos tanquā fur dies ille cōprehendat? Nonne adhuc vtunt hoc mundo tanquam nōn vtentes? Quia & si ante multos annos Apostolorum tēporibus dictum est, pia tñ sollicitudine cogitant quod dictum est, Tēpus breue est. Nonne à maxima parte eorū nouellat. edificatur, emitur, possidetur, geruntur adhuc honores, ducuntur vxores? de ijs loquor qui expectant es dñm suum, qm̄ veniat à nuptijs, non se tñ abinent a carnalib. nuptijs, sed obedientissima charitate audiunt

Apostolum præcipientem quemadmodū viuere debeant vxores cū viris, viri cum vxoribus, filij cū parentibus, parentes cum filijs, serui cum dñis, dñi cū seruis. Nonne hi oēs his omnibus vtuntur hoc mundo? Arant, nauigant, cōparant, generant, militant, administrant. Puto quod non erunt sic, qm̄ erūt quæ in Euangeliō p̄dicta sunt signa in Sole & Luna & stellis, & in terris pressuræ gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum, arescentib. hominibus præ timore & expectatione, q̄ superuenient vniuerso orbi. nā virtutes cęlorū mouebuntur. Hęc quippe in ecclesia melius existimo intelligi, nē dñs Iesus appropinquante secundo. aduentu suo ea p̄ magno p̄dixisse videatur, quæ huic mundo, & ante primū eius aduentum consueuerant euenire, & irrideamur ab eis qui hęc quæ velut nouissima & omniū maxima horrescimus, plura in historia gentiū, & multa maiora legerunt. Ecclesia est. n. Sol & Luna & stellę, cui dictū est: Speciosa sicut Luna, electa sicut Sol. Ab hac adoratur Ioseph noster in hoc mūdo velut in Aegypto ex humillimo sublimatus. Nā illū Ioseph mater certē adorare non potuit, q̄ ante defuncta est q̄ Iacob venisset ad filiū, vt illius somnij p̄phetici veritas adimplēda Christo dño seruetur. Qm̄ enim Sol obscurabitur & Luna non dabit lumen suū, & stellę cadent de cęlo, & virtutes cęlorū cōmouebuntur, sicut ab alijs duobus Euangelistis hic locus cōmemoratus est, ecclesia nō apparebit impijs tūc persecutorib. vltra modū sequentib. & remoto timore tñ arridente mundi felicitate dicētib. Pax & securitas: tunc stellę cadent de cęlo & virtutes cęlorū cōmouebuntur: qm̄ multi qui gratiā fulgere videbant, persequentib. cedent & cadent, & quidā fideles firmissimi turbabunt. Idem autē secundum Mattheum & Marcum, post tribulationē dierum illorū dñ hoc futurum, non quia trāfacta tota illa persecutio, ne accidēt ista, sed quia præcedet tribulatio, vt sequatur quorundā defectio, & quia per omnes dies illos ita fiet propterea post tribulationē dierum illorum, sed tñ in eisdem diebus fiet. Quod ergo dictum est secundū Lucā, Et in terris pressuræ gentiū, gentes voluit intelligi non pertinentes ad semen Abraham, in quo benedicentur omnes gentes, sed gētes quæ ad sinistram stabunt, qm̄ congregabuntur

Cant. 6.

A

Luc. 21.

tur ante iudicē viuorū & mortuorum omnes gētes. Vtraq; pars. n. erit in omnibus gentibus. vna q̄ premat, altera quæ præmatur. Vnā quæ dicat, Pax & securitas: altera in qua sol obscuretur, & nondet luna lumē suum, & d̄ qua cadent stellę, & in qua virtutes cęlorū mouebuntur, & tunc videbūt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. Quod video duob. modis accipi posse, siue in ecclesia tanq̄ in nube venientē, sicut etiā nunc venire nō cessat, secundū id quod ait, A modo videbitis filiū hominis sedentem à stextris virtutis, & venientē in nubibus cęli. Sed ideo tunc cū potestate magna & maiestate, quia maior potestas & maiestas illius apparebit sanctis, quibus magnā virtutem dabit; ne tanta persequutione vincatur. Siue in corpore suo, in quo sedet ad dexterā patris, in quo et mortuus est, & resurrexit, & ascendit in cęlū, secundū quod scriptū est in actibus Apostolorū, His dictis nubes suscepit eū & sublatus est ab eis. Et quia illic etiā dictū est ab angelis: Sic veniet, quemadmodū vidistis eum euntē in cęlū: merito credendū est, non solū in eodē corpore, verum etiā in nube venturus: qm̄ sic veniet sicut abiit, & nubes eū suscepit abeuntē. Sed horū duorū quid hic potius eligendū sit, iudicare difficile est. Prōprior quidē sensus est, vt quisq; cū audierit vel legerit, Et tunc videbunt filiū hominis venientē in nube cū potestate magna & maiestate, ipsum prorsus accipiat eius aduentū, nō per ecclesiā, sed per seipsum, qm̄ venturus est ad viuos, & mortuos iudicādos. Sed qm̄ scripturę scrutandę sunt, nec earū superficie debemus esse contenti, quæ ad exercitationem nostrā ita modificatę sunt, vt altius se penetrari velint, diligenter sunt inspicienda sequētia. Cū. n. dixisset: Et tunc videbunt filiū hominis venientē in nube cū potestate magna, & maiestate, adiunxit atque ait. His autē fieri incipiētib. respicite & leuate capita vestra, qm̄ appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinē: Videte ficulneam & omnes arbores, cum producant iā ex se fructū, scitis qm̄ prope est æstas. Ita vos cū videritis hæc fieri, scitote qm̄ prope est regnū Dei. Cū ergo dicit, Cum viderit is hæc fieri: quæ intelligere poterimus, nisi ea quæ supra commemorata sunt? In his est autem et quod ait: Et tunc videbunt filiū hominis

Mat. 27

Acto. 1.

Luc. 21.

venientem in nube cū potestate magna & maiestate. Proinde etiā hoc cū visum fuerit, non iam erit regnū Dei, sed prope erit. Hęc ordinē videmus & duos alios Euangelistas tenere. Apud Marcū. n. cū dictum esset, Et virtutes q̄ sunt in cęlis mouebuntur. Et tunc inquit, videbūt filium hominis venientē, in nubibus cū virtute multa & gloria, Deinde subiungit, quod Lucas non dixit, Et tunc mittet angelos suos, & cōgregabit electos suos à quattuor ventis, à summo terrę vsq; ad summū cęli: quod ille de ficu & de alijs arboribus, iste de sola ficu ponens. A sicut autē discite, inquit, parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in pximo sit æstas: sic & vos cū videritis hæc fieri, scitote q̄ in proximo sit in ostijs. Quid est, cū videritis hæc fieri, nisi ea q̄ supra dixit: In quibus est etiā illud quod ait, Et tunc videbūt filiū hominis venientē in nubibus cū virtute multa & gloria: Et tunc mittet angelos suos & cōgregabit electos suos. Non itaq; tūc erit finis, sed tunc erit in proximo. An dicendū est, nō omnia quæ supra commemorata sunt esse intelligenda, vbi ait, Cū videritis hæc fieri, sed aliqua eorū, hoc videlicet excepto quod dictum est: Et tunc videbūt filiū hoīs venientē, & c. Ipse quippe finis erit, nō tūc proximus erit Sed Matheus aperuit, nullis exceptis, esse accipiendū, qd̄ positū est, Cum videritis hæc fieri. Nā & apud ipsam cū dictū esset, Et virtutes cęlorū mouebuntur, & tunc apparebit, inquit, signū filij hoīs in cęlo & tunc plangent omnes tribus terrę, & videbunt filium hoīs venientē in nubibus cęli in virtute multa & maiestate, & mittet angelos suos cū turba & uoce magna, & congregabunt electos eius à quattuor ventis, à summis cęlorū usq; ad terminos eorū. Ab arbore autē sicut discite parabolam. Cū nā ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas: Ita & uos cum videritis hæc oīa, scitote quia prope est in ianuis. Tunc ergo scimus prope esse cū viderimus, non aliqua eorū sed hæc omnia, in quibus & hoc est quod videbitur filius hoīs veniens, & mittet angelos suos, & de quatuor mundi partibus id est, de toto orbe terrarū cōgregabit electos suos: quod tota hora nouissima facit, veniens in suis membris tanquā in nubibus, uel in tota ipsa ecclesia quod est corpus ei⁹, tanquam

Mat. 24.

Mat. 24.

E

tanquam in nube magna fructificāte atq; cre-
scēte in vniuerso mundo, ex quo cepit p̄dica-
re & dicere: Agite penitentiā, appropinqua-
uit. n. regnum cœlorū. Ita vt fortasse omnia
quæ ab his tribus Euangelistis dicta sunt de
eius aduentu, diligentius inter se collata atq;
discussa, inueniatur ad hoc pertinere, quod
quotidie venit in copore suo, quod est eccle-
sia, De quo aduentu suo dixit: A modo vide-
bitis filiū hominis sedentē à dextris virtutis,
& venientē in nubibus cœli, exceptis his lo-
cis, vbi ab eo ille aduentus vltimus in seipso,
quī est viuos indicaturus & mortuos, ita pro-
mittit vt propinquare dicat. Et quod in vlti-
mo sermonis secūdū Matthæū ipse omnino
aduentus euidenter exprimitur, cuius supe-
rius quibuldā signis propinquitas intelligē-
da mōstratur. Ad hoc quippe apud Matthæū
fermo ipse cōcluditur: Cū autē venerit filius
hoīs, inquit, in maiestate sua, & oēs angeli cū
eo, tūc sedebit super sedē maiestatis suæ, tūc
cōgregabuntur ante eū omnes gentes, & cę-
tera vsq; ad illud, vbi ait, Et ibunt hi in sup-
pliciu aternū, insti autē in vitā aternam. Hoc
enim nullus ambigit de Christi aduentu no-
uissimo, & de fine seculi prædictū fuisse. Nā
& illas quinq; & quinq; virgines, non defue-
rūt qui nō contēptibili diſputatione docere
voluerint, ad hunc eius aduentū, qui nunc sit
p̄ ecclesiā pertinere. Sed hæc nō sunt temere
pollicenda, ne aliquid occurrat quod valide
cōtradicat, p̄ferim quia in talibus diuinorū
eloquiōrū oscuritibus, quibus nostras in-
telligentias Deo placuit exercere, nō solum
alius alio mouetur acutius eorū qui scriptu-
ras sanctas nō improbabiler tractant, sed et
quilibet vnus illorū aliquando minus aliqua
do melius intelligit. Nescio tñ vtrum intueri
aliquid certius in hac q̄stione posse mus, si
vlla ratione seu facultate possemus, quā
illud quod epistola priore iam posui quan-
do Euāgelio mundus vniuersus impleatur.

G Quod enim putat venerabilitas tua, iā hoc p̄
iplos Apostolos factū, nō ita esse certis docu-
mētis probaui. Sunt enim apud nos, hoc est,
in Aphrica, Barbaræ innumerabiles gētes, in
quibus nondū esse prædicatū Euāgelium, ex
ijs qui ducuntur in de captiui, & Romanorū
seruitijs iām miscentur, quotidie nobis addi-
scere in promptu est. Pauci tamen anni sunt,
ex quo quidā eorū rarissimi atq; paucissimi,

qui pacati Romanis finibus adherent, ita vt
nō habeāt reges suos, sed super eos p̄fecti à
Romano cōstituant imperio, & illi ipsi eorū
p̄fecti Christiani esse cęperūt. Interiores
autē, qui sub nulla sunt potestate Romana,
prorsus nec religione Christiana in suorum
aliquib. detinētur, neq; vllō modo rectē dici
pōt, istos ad promissionē dei nō pertinere.
Non. n. Romanos, sed oēs gentes dñs semini
Abrahæ, media quoq; iuratione promisit. Ex
qua promissione iam factū est, vt nonnullæ
gentes, q̄ non tenent ditione Romana, reci-
perēt Euāgelium, & adiungerent ecclesiæ, quæ
fructificat & crescit in vniuerso mūdo. Ad-
huc enim habet quo crescat, donec fit quod
de Christo in Salomonis figura prophetatū
est: Dominabit à mari vsq; ad mare, & à flu-
mine vsq; ad terminos orbis terræ. A flumi-
ne. s. vbi baptizatus est, q̄ inde cepit Euange-
liū prædicare. A mari autē vsq; ad mare totus
est orbis cū oibus gētibus. quoniā mari Ocea-
no cingit vniuersus. Quo autē implebit ali-
ter illa prophetia: Oēs gentes quotquot feci-
sti, venient, & adorabunt corā te domine?
Non. n. de locis suis migrando veniēt, sed in
locis sui credendo. De credentibus quippe
dñs dixit: Nemo pōt venire ad me, nisi datū
fuerit ei à patre meo. Propheta autē dicit: Et
adorabunt eum vnusquisq; de loco suo, oēs
insulæ gentiū. Oēs insulæ, dixit, tanquā dice-
ret, et oēs insulæ, hinc ostendens q̄ nulla pars
relinquatur orbis terrarū, vbi nō sit ecclesia,
quando nulla relinquitur insularū, quarum
nonnullæ etiam in Oceano sunt cōstitutę, &
quasdam earū Euāgelium iā suscepisse didici-
mus: atq; ita & insulis singulis quibusq; im-
pletur quod dictū est, Dominabitur à mari
vsq; ad mare, quo vnaquæq; insula cingit,
sicut in vniuerso orbe terrarū, quæ tanquam
omnium quodā mō maxima est insula, quia
& ipsam cingit Oceanus, ad cuius litora in
occidentalibus partibus ecclesiā peruenisse
iā nouimus, & quocunq; litorū eius nōdum
peruenit, peruentura est vtiq; fructificādo ac
que crescēdo. Si ergo quia prophetia verita-
tis mētiri nō pōt, necesse est vt omnes gētes
quotquot fecit. Deus adorēt eū, quo adora-
būt eū, nisi inuocent eum? Quomodo autē
inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut
quō credent ei, quē non audierunt? Quō autē
audient sine prædicante? Aut quō prædica-
bunt

bunt nisi mittantur? Mittit. n. angelos suos &
cōgregat electos suos à quatuor ventis. i. ab
vniuerso orbe terrarum. In quibus ergo gen-
tibus nondum est ecclesia, oportet vt sit, non
vt omnes qui ibi fuerint, credant. Omnes en-
nim gentes promissę sunt, non omnes homi-
nes omn. ū gentiū. Nō. n. omnium est fides. Cre-
dit itaq; omnis gens in oib. qui electi sunt an-
te constitutionē mundi, in cęteris non credit
& credentes odit. Quo n. & illud implebit,
Eritis odio omnibus gētibus p̄ p̄ nomē meū:
nisi in omnib. gētibus sint, & qui oderint, &
quos oderint? Quo pacto igitur ab Aposto-
lis est prædicatio ista completa, q̄ adhuc
vsq; sunt gētes, quod certissimū est nobis, in
quibus modo cepit, & in quibus nondū cę-
pit impleri? Nō itaq; sic dictū est a p̄stolis,
Eritis mihi testes in Hierusalē & in tota Iu-
dæa & Samaria & vsq; in extremum terræ,
tanq̄ ipsi soli quib. tūc loquebat, tñ munus
fuerint impleturi, sed sicut eis solis videt di-
xisse qd̄ dixit, Ecce ego vobiscū sum vsq; in
cōsumationē seculi: qd̄ tñ eū vniuersa ec-
clesiā p̄mississe, q̄ alijs morientibus alijs na-
scentibus hic vsq; in seculi cōsumationē fu-
tura est, quis non intelligat? sicut eis & illud
ait qd̄ ad eos oīno non pertinet, & tñ sic di-
ctū est, tanq̄ ad eos solos et p̄tineret. Cū vi-
deritis hæc omnia, scitote quia prope est in
ianuis. Ad quos. n. hoc pertinet, nisi ad eos q̄
in carne tūc erūt cū oīa cōplebuntur? Quāto
magis illud qd̄ ex magna parte per eos agen-
dū fuit, quāuis & posteris eorū eadē actio
seruaret? Qd̄ at dixit Apostolus: Nūqd̄ nō au-
dierūt. In oēm terrā exiit sonus eorū, & in fi-
ne orbis terræ uerba eorum: quāuis loquu-
tus sit p̄teriti tempore uerbis, tñ quod futu-
rū fuerat dixit, nō quod iā factū atq; cōple-
tū. sicut ipse propheta, quo vsus est teste, nō
ait, in oēm terrā exiturus, sed exiit, inquit,
sonus eorū, quod vtiq; nōdū factū erat: qua-
le est et illud, Foderūt manus meas & pedes
meos: quod tā longē postea factū nouimus,
Sed ne istas tantū propheticas loquutiones
non & Apostolicas fuisse credamus, nonne
idē Apostolus ait, Quæ est ecclesia Dei viui
columna & firmamentū veritatis. Et sine du-
bio magnū est pietatis sacramētū, quod ma-
nifestatū est in carne, iustificatum est in spū,
apparuit angelis, prædicatū est in gentibus,
creditū est in mundo, assumptū est in gloria.

Nempe manifestū est hoc quod in extremo
posuit, et nunc nōdū esse cōpletū, quāto ma-
gis tūc q̄ ista dicebant, ecclesia quippe tunc
assumetur in gloria q̄n dicitur. Venite bene-
dicti patris mei p̄cipite regnū: & tñ tanquā
factū fuisset, hoc dictū est quod certo scieba-
tur futurū. Multo minus mirandū est, quod
et verbis præsentis tēporis vsus est in eo, qd̄
illū identidē dixisse memorasti, propter sp̄e
quæ reposita est nobis, q̄ ante audisti in ver-
bo veritatis Euāgelij, quod aduenit in vos,
sicut & in oī mūdo est fructificās & crescēs,
quæ Euāgelium nondū mundū tenebat vni-
uersum: sed fructificare illud in vniuerso mū-
do dixit & crescere, vt ita significaret, quous-
que fuisset fructificando & crescēdo vēturū.
Si ergo latet q̄n ecclesia fructificāte atq; cre-
scēte vniuersus oīno à mari vsq; ad mare or-
bis implebitur, proculdubio latet q̄n finis
erit, ante quippe nō erit. Vt tūc tibi tanquā
sācto homini Dei, & syncerissimo fratri ape-
riā de hac quæstione quid sentiā, error quidē
in vtroq; vitandus est, quantū ab homine
vitari pōt, siue citius siue tardius q̄ futurum
est, dñs vēturus esse credatur. Sed mihi quis-
quā nō videtur errare, cū aliquid nescire se
scit, sed cū se putat scire qd̄ nescit. Remouea-
mus itaq; de medio seruū illū malū, qui di-
cens in corde suo, Morā fecit dñs meus veni-
re, dominatur cōseruis suis, & ebriosis cōui-
uando miscetur: iste quippe proculdubio
dñi sui odit aduentū. Quo seruo malo remo-
to, constituamus ante oculos tres seruos bo-
nos familiā dñicam diligēter sobrieq; tractā-
tes, aduentū domini sui sitienter desiderātes,
vigilāter expectātes, fideliter amantes. Si vn⁹
eorum citius, alter tardius dñm putat esse vē-
turū, tertius verò suā de hac re ignorantiam
confiteat, quāquā omnes cōsonent Euange-
lio quia omnes diligunt manifestationē do-
mini, & eam desideranter, & vigilanter expe-
ctāt, videamus tamen quis amplius cōsonet.
Vnus dicit: Vigilemus & oremus, quia citius
uenturus est dñs. Alter dicit vigilemus & ore-
mus quia breuis & incerta est vita, quāuis
tardius venturus sit dñs. Tertius dicit, vigile-
mus & oremus, quia & breuis & incerta est
ista vita, & nescimus tempus q̄n uenturus
est dñs. Euāgelium dicit. Videte, uigilate &
orate, nescitis enim q̄n tēpus sit. Obscuro
te quid aliud dicere audimus hunc tertium
quam

Mat. 24.

Mat. 24.

Mat. 28.

Mat. 28.

Ro. 10.

Psal. 21.

1. Ti. 3.

H

Pal. 71.

Psal. 85.

Ioan. 6.

I

Lat. 25.

M

Luc. 12.

1. Co. 12.

quam qđ dicere audimus Euangelium? Oēs quidē prae desiderio regni Dei hoc volunt esse verum quod putat primus, sed hoc secundus negat, tertius verò nō negat aliquid horū sed ignorare se fateatur, quis verū dicat illorum. Proinde si hoc factum fuerit quod prae dixerat primus, gaudebunt cum illo secundus & tertius. Omnes enim manifestationem domini diligunt. Exultabunt itaque citius venisse quod diligunt si autem factum nō fuerit, & apparere coeperit, hoc potius esse verum quod dicebat secundus, metuendum est, ne inter ipsas moras perturbent, q̄ crediderant qđ dixerat primus, & incipiant dñi aduentum non tardum putare sed nullum, qui vides quantus sit interitus animarum. Quod si tantae fidei fuerint, vt se ad secundi praedicta conuertant, & dominum etiam tardantem fideliter & patienter expectent, abundabunt tamē opprobria & insultationes atq; irrisiones inimicorum multos infirmos a Christiana fide auertentium, dicendo tam fallaciter eis regnum esse promissum, quam fallaciter dicebatur cito esse venturum. Qui autē credunt quod secundus dicit, tardius dominū esse venturum, si falsum fuerit inuentū, citius domino veniente nullo modo qui ei crediderant turbabuntur in fide, sed inopinato gaudio perfruuntur. Quapropter qui dicit dominum citius esse venturum, optabilius loquitur, sed periculosius fallitur. Vtinam ergo sit verum, quia erit molestum, si non erit verū. Qui autem dicit dominum tardius esse venturū, & tamen credit, sperat, amat eius aduentum, profecto de celeritate eius etiā si fallit, feliciter fallitur. Habebit enim maiorem patientiam, si hoc ita erit: maiorem letitiam si non erit. Ac per hoc ab eis qui diligunt manifestationem domini, ille auditur suauius, isti creditur tutius. Qui autem quid horū sit verum ignorare se cōfiteatur, illud optat, hoc tolerat, in nullo eorum errat, quia nihil eorum aut affirmat aut negat. Obsecro te vt me talem non spernas, quia & ego te diligo id affirmantem quod verū esse desidero, & tanto magis nollo fallaris, quanto magis amo quod polliceris, & quanto magis video periculosum si fallaris. Da veniam, si onerosus fui sanctis sensibus tuis. Quanto enim rarius prouenit, tanto me tecum saltem per literas loqui diutius delectauit.

Augustinus Eudoxio Abbati monachorum insulae Caprariae, exhortās vt ocio ad pietatem non ad ignauiam vtantur, & sicubi ecclesia requirat illorum operam, ne detrectent. Epistola 81.

Domino dilecto & exoptatissimo fratri & cōpresbytero Eudoxio, & qui tecū sunt fratrib. Augustinus, & qui mecū sūt fratres, in dño salutē. Qñ quietē vestrā cogitamus q̄ habetis in Christo etiā nos, quanuis in laboribus varijs asperisq; versemur. in vestra charitate requiescimus, Vnū. n. corpus sub vno capite sumus, vt & vos in nobis negociosi, & nos in vobis ociofī simus. Quia si patitur vnū membrū, cōpatiuntur oīa membra. Et si glorificatur vnū membrum, congaudent omnia mēbra. Admonemus ergo & peccimus & obsecramus per Christi altissimā humilitatē & misericordissimā celsitudinē, vt nostri memores sitis in sanctis orationib. vestris, quas vos vigilantiores, & magis sobrias habere credimus. Nostras. n. saepe fauciat & debilitat caligo, & tumultus seculariū actionū, quas etsi nostras non habemus, eorum tñ qui nos angariant mille passus, & iubemur ire cū eis alia duo, tātē nobis ingerūt, vt vix respirare possimus. Credentes tñ qđ ille in cuius cōspectu intrat gemitus cōpeditōrū p̄seuerātes nos in eo ministerio, in quo dignat⁹ est collocare cū promissa mercede, adiuuātibus orationib. vestris ab oī angustia liberabit. Vos autē fratres exhortamur in dño, vt propositū vestrū custodiatis, & vsq; in finē perseueretis. Ac si quā operā vestram mater ecclesia desiderauerit, nec elatione auida suscipiatis, nec blandiēte desidia respuatis, sed miti corde obtēperetis Deo cū mansuetudine portantes eū qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias. Nec vestrū ociūm necessitatibus ecclesiae p̄ponatis, cui parturienti si nulli boni ministra re vellent, quomodo nasceremini non inueniretis. Sicut autē inter ignem & aquā tenenda est via, vt nec exuratur homo nec demergatur: sic inter apicē superbiae & voraginē desidiaē iter nostrum tēperare debemus, sicut scriptū est. Non declinantes neq; ad dexterā neq; ad sinistram. Sunt enim qui dum nimis timent, ne quasi in dexteram rapti extollantur, in sinistrā lapsi demergunt. Et sunt rur-

Pro. 4. sus qui dñi nimis se auferūt a sinistra, ne torpida vacatiōis mollitie forbeant, ex altera parte iactantiae fastu corrupti atq; cōsumpti in fauillā fumūq; vanescunt. Sic ergo dilectissimi diligite otiiū, vt vos ab oī terrena delectatione refrenetis, & memineritis nullū locum esse, vbi nō possit laqueos tendere qui timeret ne reuolemus ad Deū, & inimicū omnium bonorū cuius captiui fuim⁹ vindicemus: nullāq; nobis esse p̄fectā requiē cogitemus, donec trāseat iniquitas, & in iudiciū iustitia cōuertat. Itē cū aliquid strenue atque alacriter agitis & impigre operamini, siue in orōnib. siue in ieiunijs, siue i elemosynis, vel tribuētes aliquid indigentib. vel donantes iniurias, sicut & Deus i Ch̄so donauit nobis, siue edomantes perniciosas consuetudines castigantesq; corpus, & seruituti subiiciētes, siue sufferentes tribulationē, & ante oīa vos ipsos in uicē in dilectione. Quid. n. sufferat qui fratrem nō suffert, siue prospicientes astutiā atq; insidias tētoris, & scuto fidei iacula eius ignita repellentes & extinguentes, siue cātantes & psallentes in cordib. vestris dño, vel vocibus a corde nō dissonis, oīa in gloriā Dei facite, qui operatur oīa in omnibus. Ita feruentes spiritu, vt in dño laudetur aīa vestra: ipsa est enim actio recti itineris, q̄ oculos semper habet ad dñm, qm̄ ipse euellit d̄ laqueo pedes. Talis actio nec frāgitur negotio, nec frigida est otio, nec turbulenta, nec marcida est, nec audax, nec fugax, nec p̄ceps, nec iacens. Hęc agite, & Deus pacis erit vobiscū. Nec importunū me existimet charitas vestra, quia vobis vel per epistolā loqui volui. Non. n. hoc vos monui, q̄ uos non arbitror facere, sed credidi me non parū cōmēdari Deo a vobis, si ea q̄ munere illius facitis, cū allocutiōis nostrae memoria faciatis. Nam & ante iam fama & nunc fratres qui venerūt a vobis, Eustathius & Andreas, bonū Christi odorē de vestra sācta conuersatione ad nos attulerunt. Quorū **H** Eustathius in eā requiē praecessit, quē nullis fluctibus sicut insula tunditur, nec Caprariā desiderat, quia nec cilicio iam quærit indui.

Aug. Largo dira perpeffo, admonet vt vellex afflictione reddatur melior. Epist. 82.

Domino insigni & praestantissimo & desideratissimo filio Largo, Augustinus in

domino salutem. Accepi literas eximietatis tuae, quibus me ad te petis vt scriberē. Quod quidē non desiderares, nisi & hoc quod me posse scribere existimasti, gratū haberes atq; iucundū. Id autē est, vt vana seculi huius si in experta concupisti, experta contemnas. Fallax est. n. in eis suauitas et, & infructuosus labor, & perpetuus timor, & periculosa sublimitas. Initiū sine prudentia, & finis cū p̄nā. Ita se habent omnia q̄ in ista mortalitatis erūna cupidius q̄ prudentius appetuntur. Alia est autē spes p̄iorū, alius laboris fructus, alia periculorum merces. Nā in hoc mundo nō timere, non dolere, non laborare, non periclitari, impossibile est. Sed plurimum inter est, qua causa, qua expectatione, quo termino ista quisq; patiat. Ego quidē cum amatores seculi huius intueor, nescio qñ possit esse ad eorū animos sanandos opportuna sapientia. Qñ. n. res uelut prosperas habent, factu respuunt salubres monitus, & quasi anilē reputant cantilenam: Quando autē in aduersis agunt, magis cogitant euadere unde ad p̄sens anguntur, quā capere unde curentur, & unde perueniant vbi angī omnino non possint. Aliquando tamen quidam cordis aures admouent, atque adhibent ueritati, rarius inter prospera, crebrius inter aduersa, sed tamē pauci sunt, ita enim praedicti sunt: inter quos te esse cupio, quia ueraciter diligo domine insignis & p̄stantissime ac desideratissime filii. Hęc admonitio tibi sit mea resalutatio, quā & si te deinceps talia perpeti, qualia pertulisti nolo, plus tñ doleo hęc ipsa te sine aliqua in melius uitae mutatione fuisse perpeffum.

Augustinus Chryfino, consolans ne deficiat in aduersis. Epistola 83.

Domino uere ac merito charissimo, & pdicando fratri Chryfino, Augustinus in dño salutem. Rumor ad me detulit, Deus faciat vt non sit, te animo perturbarū: vt multū mirer prudentiā tuā, & Christianū animū parū cogitare rerū terrenarū conditionem, nullo modo equari posse celestibus vbi cor nostrū & spes nostra collocanda est. Vir cor date, nunquid aut totū bonū tuū in his rebus erat, quas nunc uideris amittere: aut tam magnū bonū illic deputabas, vt eo subtrācto sic tenebre sciat mens nimia tristitia, quasi lumen eius,

eius, non Deus, sed terra sit. Audiui. n. iam dixi, Deus faciat ut falsum audierim, quod tibi manus et velles inferre, quod melius non credo, aut ascendisse in cor tuum, aut exisse de ore tuo. Sed tamen quia ita perturbatus es, ut hoc de te contristatus, hoc literarum alloquio putavi consolandam charitatem tuam: quamquam non dubitem deum nostrum, in corde tuo loqui meliora. Noui enim quam pio studio semper audieris verbum eius. Erige itaque animum frater in Christo charissime, Deus noster non perit a suis, nec perdet suos, vult autem monere nos quam sint haec fragilia & incerta, quae nimis diligunt homines, ut soluamus ab eis vinculum cupiditatis, per quod implicatos nos trahunt, & totum amorem nostrum consuefaciamus in eum curre, in quo nulla dana timeamus. Ipse te hortatur per ministerium nostrum, viriliter cogites te fidelem esse Christianum, & eius redemptum esse sanguine, qui non solum aeterna sapientia, sed et per mala praesentia, docuit nos temperanter prospera seculi huius contemnere, & fortiter aduersa tolerare, eius felicitatis mercedem pollicens, quam nemo possit a nobis auferre. Scripsi sane et ad virum laudabilem comitem, quam epistolam in tuo arbitrio sit, si dare velis. Nam per quem detur non dubito deesse non posse, adiuuante domino vel episcopum vel presbyterum vel quemlibet.

Augustinus Caio, quem sua disputatione traxerat ad ecclesiam. Mittit illi suos libros legendos & iudicandos, adhortans ut perseveret in bono proposito. Epist. 84.

CAIO Augustinus. Ut abs te abscessimus dici non potest quanta suauitate nos perfuderit recordatio tua, ac saepe perfundat. Recolimus. n. ardore inquisitionis tuae, cum esset mirabilis, non fuisse perturbatam modestiam disputandi. Nam neque flagrantius percontantem, neque tranquillius audientem, quenquam facile inuenerim. Vellem itaque tecum multum loqui, non enim multum esset, quantumcunque esset, si tecum loquerer. Sed quia difficile est, quid opus est causas querere. Prorsus difficile est. Erit fortasse aliquando facillimum, ita Deus velit, nunc certe aliud est. Dedi ergo negotium fratri, per quem literas misi, ut omnia nostra legenda praebat

prudentissimam charitati tuae. Non enim aliquid meum incutiat inuito. Noui enim quid benignitatis in nos animo geras, quae tamen lecta probaueris, uera peruideris, non frustra esse non putes, nisi quia data sunt, eo quod te conuertas licet, unde tibi quoque est ut ea probares datum. Nemo enim quod legit, in codice ipso cernit uerum esse, aut in eo qui scripserit, sed in seipso potius, si eius menti quoddam non vulgariter candidum, sed a sece corporis remotissimum lumen ueritatis impressum est. Quod si falsa aliqua atque improbanda compereris, de humano nullo irrogata scias, & ea uere nostra esse non dubites. Hortarer autem te ad quaerendum, nisi uidere mihi uiderer hiantia quaedam ora cordis tui: hortarer etiam, ut quod uerum cognoueris uiriliter teneas, nisi patefaceres euidentissimum robur animi & consilij tui. Totum enim se mihi breui tempore discussis corporeis tegumentis, quod in te uiuit aperuit. Neque ullo modo siuerit domini nostri misericordissima prouidentia, ut catholico Christi gregi tu vir tam bonus & egregie cordatus alienus sis.

Augustinus Consentio, ridet Deum omnium rerum esse simplicissimum, minimeque corporeum aut materialem. Epist. 85.

Augustinus Consentio. Cogitationis carnalis compositionem vanumque figmentum, ubi uera ratio labefactare incipit, continuo illo intus adiuuante atque illuminante, qui cum talibus dolis in cordibus nostris habitare non uult, ita ista confringere atque a fide nostra quodammodo excutere festinamus, ut ne puluerem quidem ullum phantasmatum illic remanere patiamur. Quamobrem nisi rationem disputationis qua forinsecus admoniti, ipsa intrinsecus ueritate lucente haec falsa esse percipimus, fides in corde nostro antecepsisset, quae nos indueret pietate, incassum quae uera sunt audiremus. Ac per hoc quoniam id quod ad eam pertinebat fides egit, ideo subsequens ratio aliquid eorum quae inquirebat inuenit: falsa itaque rationi, non solum ratio uera, quia id quod credimus intelligimus, uerum etiam fides ipsa rerum nondum intellectarum sine dubio preferenda est. Melius est enim quamuis nondum uisum credere quam uerum

Birum, quod putare te uerum uidere quod falsum est. Habet namque fides oculos suos, quibus quodam modo uidet uerum esse quod nondum uidet, & quibus certissime uidet nondum se uidere quod credit. Porro autem qui uera ratione iam quod tantummodo credebat intelligit, profecto praepotendus est ei qui cupit adhuc intelligere quod credit: si autem nec cupit, & ea quae intelligenda sunt credenda tamen modo existimat, cui rei fides proficit ignorat. Nam pia fides sine spe & sine charitate esse non uult. Sic igitur homo si delis debet credere quod nondum uidet, ut uisionem & speret & amet. Et uisibilium quidem rerum praeteritarum quae temporaliter transierunt sola fides est, quam non adhuc uidentia sperant, sed facta & transacta creduntur: sicut est illud quod Christus semel pro peccatis nostris mortuus est & resurrexit, nec iam moritur, & mors ei ultra non dominabit. Ea uero quae nondum sunt, sed futura sunt, sicut nostrorum spiritalium corporum resurrectio, ita creduntur ut et uidentia sperent, sed ostendi modo, nullo patet modo. Quae uero ita sunt, ut neque praeterant neque futura sint, sed aeterna permanent, partim sunt inuisibilia, sicut iustitia, sicut sapientia partim uisibilia, sicut Christi im mortale iam corpus. Sed inuisibilia intellecta conspiciunt, ac per hoc & ipsa modo quodam sibi congruo uident, & cum uident, multo certiora sunt quam ea quae corporis sensus attingit, sed ideo dicunt inuisibilia, quia oculis istis mortalibus uideri omnino non possunt. At illa quae uisibilia sunt permanentia, possunt ostendantur et his mortalibus oculis conspici, sicut se discipulis post resurrectionem dominus ostendit, sicut & iam post ascensionem Apostolo Paulo & Stephano diacono. Proinde ista uisibilia permanentia credimus, ut etiam si non demonstrant, speramus ea nos quoniamque uisuros. Nec ea tenentur ratione intellectuque comprehendere, nisi ut ea quae uisibilia sunt ab inuisibilibus distinctius cogitemus, & cum cogitatione qualia sint imaginamur, satis utique nouimus ex nobis nota non esse. Nam & Antiochiam cogito incognitam, sed non sicut Carthaginem cognitam. Illam quippe uisionem cogitatio mea fingit, hanc recordor: nequaquam tamen dubito siue quod de illa te scribis. multis, siue quod de ista meis aspectibus credidi. Iustitiam uero & sapientiam, & quicquid eiusmodi est, non aliter imaginamur, aliter contuemur: sed haec inuisibilia simpli-

ci mentis atque rationis intentione intellecta conspiciunt, sine ullis formis & molibus corporum lib. sine ullis lineis metis, figurisque membrorum, sine ullis localibus finibus sine spatijs infinitis. Ipsumque lumen quo cuncta ista discernimus, in quo nobis satis apparet, quod credamus incognitum, quid cognitum teneamus, quam formam sensu corporis recordemur, quam cogitatione fingamus, quod corporis sensus attingat, quod imaginem aius simile corpori, quod certum & omnium corporum dissimile intelligentia contempletur. Hoc ergo lumen ubi haec cuncta diiudicant, non utique sicut huius Solis & cuiusque corporei luminis fulgor per localia spatia circumscribitur, diffunditur, metemque nostram quasi uisibili cado re illustrat, sed inuisibiliter & ineffabiliter, & tamen intelligibiliter lucet: tamque nobis certum est, quam nobis efficit certa quae in ipsum cuncta conspiciunt. Cum igitur tria sint rerum genera quae uidentur, unum corporaliu, sicut hoc coelum & terra, & quicquid in eis corporeus sensus cernit & tangit: Alterum simile corporalibus sicut sunt ea quae spiritu cogitata imaginamur, siue recordata uel oblata quasi corpora contemur: unum sunt etiam uisiones quae uel in somnis, uel in aliquo mentis excessu his localibus quantitatibus ingerunt: Tertium ab utroque distinctum, quod neque sit corpus, neque habeat ullam similitudinem corporis: sicut est sapientia, quae mente intellecta conspiciunt, & in cuius luce de his omnibus ueraciter iudicant, in quo istorum genere credendum est esse istam quam nosse uolumus trinitatem. Profecto autem in aliquo, aut in nullo. Si in aliquo, eo utique quod est alijs duobus praesentius, sicut est sapientia. Quod si dominum eius in nobis est, & minus est quam illa summa & incommutabilis quae Dei sapientia dicitur, puto quod non debemus dono suo inferiori cogitare donante. Si autem aliquis splendor eius in nobis est, quae nostra sapientia dicitur, quantumque eius per speculum & in enigmate capere possumus, oportet eam & ab omnibus corporum similitudinibus discernamus. Si autem in nullo istorum genere esse putanda est ista trinitas, & sic est inuisibilis ut nec mente uideatur, multo minus de illa huiusmodi opinionem habere debemus, ut eam rebus corporalibus uel corporaliu rerum imaginibus similem esse credamus. Non enim corpora pulchritudine molis aut magnitudine superat, sed dissimilitudine aut disparitate naturae. Et si di-

Aug. Tomus secundus P secreta

Fides adhaeret charitati.

1. Pet. 3. Rom. 6.

Rom. 1.

Rom. 1.

12. de Gen. ad litteram. c. 6. & 6.

1.

F

secrēta est à comparatione bonorū animi nostri, qualia sunt sapientia, iustitia, charitas, & cetera talia, quę profecto nō mole corporis pēdimus, nec eorū quasi corporeas formas cogitatione figuramus, sed ea qñ recte intelligim⁹ sine aliqua corpulētia vel similitudine corpulētia in luce mētis aspiciamus quanto est ab oīum qualitatū & quantitātū corporaliū cōparatione discretior: non eā tñ à nostro intellectu oīno abhorre Apostolus testis est, vbi ait, Inuisibilia. n. à constitutione mūdi per ea quę facta sunt intellecta cōspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus ac diuinitas. Ac per hoc cū eadē trinitas fecerit & corpus & aīam, siue dubitatione est vtrōque p̄stātor. Aīa ita cōsiderata maxime humana & rōnalis atq; intellectualis, quę ad eius imaginem facta est, si cogitationes nostras & intelligentias non euicerit, sed eius qđ habet p̄cipuū. i. ipsam mentē atq; intelligentiam mēte atq; intelligentia potuerimus apprehendere, nō erit sortas abūrdum, vt eā ad suū quoq; creatorem intelligendū ipso adiuuante meditemur attollere. Si autē in seipsa deficit sibiq; succūbit, pia fide cōtenta sit quādiu peregrinat a dño, donec fiat in homine qđ p̄missum est, faciente illo qui potens est, sicut ait Apostolus facere supra qđ petimus aut intelligimus. Restat itaq; vt ita credamus vnius substantię trinitatem, vt ipsa essentia nō aliud sit qđ ipsa trinitas. Ad quā videndā quantumlibet in hac vita proficiamus, per speculū erit & in ænigmate quod videmus. Cū verò qđ in resurrectione p̄mittit spiritale corpus h̄re coeperimus, siue illā mēte, siue mirabili mō, qm̄ ineffabilis est spiritalis corporis gratia, & corpore videamus, nō tñ per locorum in terualla, nec in parte minorē in parte maiorē, qm̄ non est corpus, & vbiq; tota est, pro nostra capacitāte videbimus. Qđ vero posuisti ī epistola tua, videri tibi, vel potius quod videbat tibi, nihil viuū s̄m substantiam in esse iustitię ideoq; te nō posse adhuc Deū, i. viuētē naturam, iustitię similem cogitare, quia iustitia, sicut dicis, nō in se sed in nobis viuit, immo nos potius s̄m illam viuimus, ipsa vero per se iustitia nequaquam viuit. Ad hoc vt tibi ipse r̄deas, illud innuere, vtrum rectē dici possit, vitam ipsam non viuere, qua sit vt viuat quicquid non falsò dicimus viuere. Puto enim absurdū tibi videri, ut p̄

1. Cor. 5.
Eph. 3.

uitā viuā, & vita nō viuat. Porro si uita p̄cipue uiuit, qua uiuit oē quod uiuit, recolē obsecro quas dicit scriptura diuina aīas mortuas, profecto inuenies iniustas, impias, infideles. Nam licet per illas uiuāt corpora impiorum, de quib. dictum est qđ mortui sepe-liant mortuos suos, & ibi intelligat etiā ini-quę aīę non esse sine aliqua uita. Non n. aliter ex eis possent corpora uiuere, nisi quali-cūq; uita qua oīno aīę carere non p̄t, unde immortales merito uocantur, nō tñ ob aliud amissa iustitia dñr mortuę, nisi quia & aīarū licet immortaliter uita qualicūq; uiuentiū, uerior & maior uita iustitia est tanquam uita rū. Quę cū sunt in corporib. etiam ipsa corpora uiua sunt quę p seipsa uiuere nequeūt. Quā p̄ si aīę non p̄t nisi etiam in seipsis ut cūq; uiuere, quia ex eis uiuūt, & corpora, a quib. deferta moriunt: quanto magis uera iustitia etiā in seipsa uiuere intelligenda est, ex qua sic uiuunt aīę, ut hac amissa mortuę nuncupent, quamuis quātulacūq; uita non desinat uiuere. Ea porro iustitia quę uiuit in seipsa p̄culdubio Deus est atq; incōmutabiliter uiuit. Sicut autē cū sit in seipsa uita, etiam nobis sit uita cum eius efficiamur participes: ita cum in seipsa sit iustitia, etiam nobis sit iustitia, cū ei cohærēdo iuste uiuimus, & tāto magis minusue cohæremus. Vnde scriptū est de unigenito filio Dei, cū sit utiq; patris sapiētia atq; iustitia, & semper in seipso sit, qđ factus sit nobis a Deo sapiētia & iustitia, & sanctificatio & redēptio. Vnde quēadmodū scriptū est, qđ gloriā, in domino gloriē. Quod quidem & ipse uidisti addendo atque dicendo, nisi forte non hęc humanę æquitatis, sed illa quę Deus est, sola esse asseratur iustitia. Est planē ille summus Deus uera iustitia, uel ille uerus Deus summa iustitia, quam profecto esurire & siti re debemus, ea nostra est in hac peregrinatione iustitia, & qua postea saturari, ea nostra est in æternitate plena iustitia. Non ergo Deum nostrę iustitię similem cogitemus, sed cogitemus nos potius tanto similiores Deo quāto esse poterimus eius participatio-ne iustitiores. Si ergo cauendū est ne iustitię nostrę similem putemus Deum, qm̄ lumen quod illuminat, incomparabiliter excellentius est illo quod illuminatur: quanto magis caueri oportet, ne aliquid inferius & quodā modo

Matt. 8.

1. Cor. 1.
Hier. 9.
2. Cor. 10

Rom. 12.

Dist. 11.
ca. in his.

mōdo decolorariū eū esse credamus, qđ est nostra iustitia? Quid est autē aliud iustitia cum in nobis vel qlibet uirtus qua rectē sapienter que uiuit, qđ interioris hoīs pulchritudo? Et certe s̄m hanc pulchritudinem magis quā corporis, facti sumus ad imaginē. Vnde nobis dī, Nolite cōformari huic seculo, sed renouamini in nouitate mentis vēstrę, ad probandū uos quę sit uolūtas Dei, quod bonum & beneplacitum & perfectum. Si ergo nō in mole neq; distantib. per loca sua parub. sicut corpora siue cernunt siue cogitantur, sed in uirtute intelligibili qualis est iustitia, mētem dicimus seu nouimus seu uolumus pulchrā, & secundum hanc pulchritudinem reformamur ad imaginem Dei, profecto ipseus Dei qui nos reformauit & reformat ad imaginē suam, non aliqua mole corporea suspicanda est pulchritudo, eo que iustorum mentibus credendus est incomparabiliter pulchrior, quo est incomparabiliter iustior.

Augustinus Casulano presbytero, de ieiunio sabbati ac reliquorum dierum aduersus Urbicum quēdam, qui stultissime de hac re scripserat. Epistola LXXXVI.

Dilectissimo & desiderantissimo fratri & cōpresbytero Casulano, Augustinus in dño salutem. Nescio unde sit factū, vt primis tuis literis meas non redderem, non tñ tui cōtempu id me fecissē scio. Nā & studijs tuis & ipso sermone delector, teq; in ista ætate iuue nili proficere in uerbo Dei & abundare ad ædificationem ecclesię, & opto & exortor. Nunc verò scripsit tuis alteris sumptis, quib. tibi tādē aliqñ r̄deam iure charitatis, in qua vnū sumus, fraterno & æq̄simo flagitas, differendū tuę dilectionis ulterius desiderium nō putauī, & inter artissimas occupationes meas suscepi isto me debito apud te absolue re. Quod ergo me consulis, vtrū liceat sabbato ieiunare, R̄deō si nullo modo liceret, p̄fecto quadraginta cōtinuos dies, nec Moyses, nec Helias, nec ipse dñs ieiunasset. Verū ista rōne conclusit etiā dñico die nō illicitū esse ieiuniū. Et quisquis tñ hūc diem ieiunio decernēdū putauerit, sicut quidā ieiunantes sabbatū obseruāt nō paruo scādalo erit ecclesię. Nec immerito. In his. n. reb. de quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos po-

puli Dei uel instituta maiorum pro lege tenēda sunt. De quib. si disputare uoluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, oriet interminata luctatio, quę labore sermocinationis cū certa & ocumēta nulla ueritatis insinuet, utiq; canēdū est ne tēpestate cōtentionis serenitas charitatis obnabilet. Qđ periculum uitare neglexit, cuius mihi priorū disputatiōis vt ei r̄derem cū tuis prioribus literis existimasti esse mittendā. Nō autē vsq; adeo mihi spatia tēporū larga sunt, vt ea refellendis singulis sententijs eius impendā, quę alijs operib. magis urgentib. explicandis habeo necessaria. Sed de eo quo te mihi in tuis epistolis ostendis ingenio quod in tēdo num Dei admōdū diligo, eundem sermonē cuiusdam, vt scribis Urbici, paulo diligentius ipse consydera, & videbis eum penē vniuersam ecclesiā Christi ab ortu solis vsq; ad occasum. i. uerbis iniuriosissimis nequaquā lacerare timuisse. Nec dixerim penē vniuersā, sed planē vniuersam. Nā neq; ipis quorum consuetudinem sibi v̄ defendere inuenitur pepercisse Romanis, sed quō in eos quoque redūdet conuiciorū eius ipetas nesciuit, qm̄ non aduertit. Nam cū eū argumenta deficiūt quib. probet sabbato ieiunādum, in luxurias epularū, & temulēta cōuiuia & nequissimas ebrietates insultabundus inuehit, quasi nō ieiunare, hoc sit inebriari. Quod si hoc est, quid ergo prodest Romanis sabbato ieiunare? qñ quidē alijs dieb. quib. non ieiunant, necesse est eos s̄m disputationem huius ebriosos & uentriculas iudicari. Porro si aliud est grauare corda in crapula & ebrietate, quę semp est malū, aliud est autē modestia & tēperantia custodita relaxare ieiunium, quod certe cum sit die dominico reprehensorem nō habet Christianū, prandia prius sanctorum a voracitate & ebriositate ventricularum iste discernat, ne Romanos epos, qñ non ieiunāt uentricolas faciat, & tunc inquirat, non vtrū liceat inebriari sabbato, qđ nec die dñico licet, sed vtrum nec sabbato ieiunandum sit, sicut dñico non solet. Qđ vtinam sic quæreret, aut sic affirmaret, vt toto terrarum orbe diffusam, exceptis Romanis, & adhuc paucis Occidentalib. apertissime non blasphemaret ecclesiā. Nunc verò quis ferat per oēs Orientales, & multos etiam Occidentales populos Christianos de tot tantisq; famulis

famulabusq; Christi, sabbato sobrie mode-
steq; prandentib. ab isto dici, quod in carne
sint & Deo placere nō possint, & quod de il-
lis sit scriptū. Recedant iniqui à me, viam eo-
rum nō esse nolo, & quod sint ventricolę, In-
dāam ecclesie præponetes, & ancillę filios,
& lege nō iusta, sed voluptuaria, cosulentes
veteri, nō disciplinę suę cūbentes, & quod ca-
ro sint, & mortem sapiant, & cetera hmoi.
C Quæ si de vno quopiam Dei famulo dice-
ret, quis eū audire, quis nō deuitare deberet?
Cū ergo his opprobrijs atq; maledictis inse-
ctatur ecclesiam per totū mundū fructificantē
atq; crescentem, & die sabbati penē vbiq; præ-
dētē, admoneo quisquis est, vt sese cohibeat.
Matt. 12 Nam cuius me nomen ignorare voluisti, p-
fecto de illo me iudicare noluisti. Filius ho-
minis, inquit, sabbati dñs est. In quo maxime
bene q̄ male facere licet. Si ergo male facim^a
qn̄ prandemus, nullo die dominico bene vi-
uimus. Qd̄ aut̄ fatet̄ Apostolos sabbato man-
ducaste, & dicit vt tūc ieiunaret̄ t̄pis nō fuisse,
pp̄ qd̄ ait dñs: Veniet̄ dies vt auferat̄ spon-
sus ab eis, & tūc ieiunabūt filij sp̄s, q̄a tunc
t̄ps gaudij, & nunc t̄ps est luctus. Primū atē
dere debuit, qd̄ illic dñs de ieiunio nō de sab-
bati ieiunio loquebat̄. Deinde cū vult intelli-
gi luctū ieiunio, cibo gaudiū deputādū, cur
nō cogitat quicquid est illud qd̄ significare
Deus voluit in eo qd̄ scriptū est, eū die septi-
mo requieuisse ab oīb. operib. suis, nō tibi lu-
ctū significatū esse sed gaudiū nisi forte dic-
turus est, in illa requie Dei & sanctificatio-
ne sabbati gaudiū Iudæis, luctū significatū ef-
se Christianis? Et tñ nec qñ sanctificauit Deus
diē septimū, q̄a ī illo requieuit ab oīb. ope-
rib. suis, aliquid de ieiunio vel prædio sabbati ex-
presit: nec cū postea populo Hebræo de ip-
sius diei obseruatione mādauit, aliquid de ali-
mētis vel sumēdis vel non sumendis locutus
est. Vocatio tñ hoīum à suis, vel à seruilibus
operib. imperat̄, quam prior populus in vni-
bra accipiēs futurorū, sic vacauit ab operib.
quemadmodum nūc Iudæos vacare conspi-
cimus, non, vt putat̄, Iudæis carnalib. non re-
ctē intelligentib. qd̄ nō rectē intelligūt Chri-
stiani. Neq; n. melius hoc intelligimus q̄ p-
phetæ, qui tñ in eo tpe quo ita fieri oportuit,
seruauerunt hęc sabbati vocationē, quam Iu-
dæi putāt adhuc esse seruandam. Vñ illud est:
qd̄ lapidare Deus hoīem iussit, qui sabbato

ligna colligeret: nusquam aut̄ legimus lapida-
tum, vel aliquo dignum supplicio iudicatū, **Mat. 15.**
bene ieiunantē sabbato siue prædētē. Quid
tñ horū duorū quieti cōueniat, quid labori,
iste ipse viderit, qui gaudiū manducantib. lu-
ctū ieiunantib. deputauit, vel intellexit à dño
deputari vbi de ieiunio respondens ait. Non
pnt̄ lugere filij sponsi, quādiu cum eis est sp̄-
sus. Quod aut̄ propterea dicit sabbato Apo-
stolos manducasse, quia nondum erat t̄ps vt
sabbato ieiunarent, quod. s. veterum traditio
prohibebat. Nūquid ergo erat tempus vt sab-
bato nō vacarent? Nonne & hoc traditio ve-
terum prohibebat, & vacare cogebat, & tñ
eo ipso sabbato die, quo Christi legimus mā-
ducaste discipulos, vulserunt vtiq; sp̄cas qd̄
sabbato non licebat, quia veterum traditio
prohibebat. Videat̄ igitur ne congruentius ei
rūdeatur, Ideo dominum die illo à discipu-
lis hęc duo fieri voluisse: vnum de sp̄cis vel-
lendis, alterum de alimentis sumendis, vt il-
lud esset aduersus eos qui sabbato volunt va-
care, hoc autem aduersus eos qui cogunt sab-
bato ieiunare: cum illud mutato tempore iā
superstitio sum esse significasset: hoc autem
vtroque tempore liberum esse voluisset. Ne-
que id cōfirmādo dixerim, sed quid ei mul-
to aptius, q̄ sunt ea quæ loquitur responderi
possit ostenderit. Quō, inquit, nō cū phari-
sæo dānabimur bis in sabbato ieiunantes? tan-
quam pharisæus ideo damnetur, quia bis in
sabbato ieiunabat, & non quia super publica-
num se tumidus extollebat. Potest autem iste
dicere etiā illos qui omnium fructuum suo-
rum decimas dant pauperib. cum pharisæo
damnari, quia hoc quoque ille inter sua ope-
ra prædicabat, quod cupimus à multis fieri
Christianis, & vix paucissimos inuenimus.
Aut verò qui nō fuerit iniustus, adulter & ra-
ptor, cum pharisæo damnabit, quia ille se ta-
lē nō esse iactabat? quod certe quisq; sentit,
insanit. Porro si hęc sine dubio bona quæ si-
bi pharisæus inesse cōmemorabat, nō haben-
da sunt cū superbiente iactātia quæ in illo ap-
parebat, sed tamē habenda sunt cum pietate
humili, quæ in illo nō erat: sic & bis in sabba-
to ieiunare in homine quali s fuerat ille pha-
risæus infructuosum est: in homine autē hu-
militer fideli vel fideliter humili, religiosū
est, quamuis Euāgelica scriptura, non dixerit
damnatum pharisæū, sed magis iustificatum
dixit

dixit publicanū. Verū si hoc modo putat iste
inrelligendum qd̄ ait dñs: Nisi abundauerit
iustitia vestra plus q̄ scribatū & pharisæorū,
nō intrabitis in regnū celorum, vt nisi am-
plius q̄ his in sabbato ieiunemus, hoc præce-
ptū nō possumus implere bene, quod septē
dies sunt qui volumine tēporum per sua ve-
stigia reuocantur. Cum ergo ex his biduum
quisq; detraxerit, ne sabbato dominicoq; ie-
iunet, remanent dies quinq; in quib. phari-
sæum superare possit bis in sabbato ieiunantē,
Puto. n. qd̄ si ter in sabbato quis ieiunat, iā
superat pharisæum qui bis in sabbato ieiuna-
bat. Quod si & quater, vel etiā vt nullus die-
rū excepto sabbato & dominico prætermi-
tat, in hebdomada quinq; ieiunat, quod
multi in vita sua faciunt, maxime in monaste-
sterijs constituti, nō solū pharisæus qui bis in
sabbato ieiunabat, verum etiam Christianus
q̄ quarta & sexta feria & ipso sabbato ieiuna-
re cōsuevit, qd̄ frequenter Romana Plebs fa-
cit, in labore ieiunij superabit, & tñ nescio
quis iste, vt dicit, vrbicus disputator, et̄ siq; **Mat. 9.**
quinq; continuis præter sabbatum & dñicū
dieb. ita ieiunet, vt nullo die oīno reficiat cor-
pus, eū carnalem vocat quasi cib. & potus
cæteris dieb. nō pertineat ad carnē, & ventri-
colam iudicat, quasi solius sabbati prandiū
descēdat in ventrē. Hinc sanē non sufficit qd̄
vincendū pharisæū iā sufficit, vt ter in sabba-
to ieiunet, sed excepto dñico sex cæteris die-
bus ita ieiunare cōpellit, vt dicat, anti qua re-
mota labe, duo in carne vna Christi iam sub
disciplina manentes, nō debent cū filiis sine
lege & cū principib. Sodomorum, & cum
plebe Gomorræ sabbatorū voluptaria cōui-
uia exercere, sed cum sactimonie incolis ac
Deo deuotis solēni, & ecclesiastico iure ma-
gis ac magis legitime ieiunare, vt sex dierum
vel leuis error, ieiunij, orōnis & eleemosy-
næ fontib. abluat, quo possumus dominica
alogiarefecti oēs æquali corde digne canta-
re: Saturasti dñe animā inanem, & potasti
aiam sitientē. Ista dicens & à frequentia ieiunā-
di solū diē dñicum excipiens, nō tñ Oriētis
& Occidentis populos Christianos in quib.
H sabbato nemo ieiunat, verū & ipsam Roma-
nam ecclesiam improvidus, & incautus accu-
sat. Cum. n. dicit: sub disciplina Christi manē-
tes nō dñe cum filiis sine lege cum principib.
Sodomæ, cū plebe Gomorræ voluptaria sab-

batorū exercere cōuiuia, sed cū sactimonie
incolis ac Deo deuotis, solēni & ecclesiasti-
co iure magis ac magis legitime ieiunare: ac
deinde definiens qd̄ sit legitime ieiunare, sub-
iūgit & dicit, vt sex dierū vel leuis error, ie-
iunij, orōnis & eleemosynæ fontib. abluatur,
profecto eos qui minus q̄ sex dieb. in hebdo-
mada ieiunāt, non putat legitime exercere ie-
iuniū, nec Deo esse deuotus, nec maculas er-
roris, q̄ de ista mortalitate strahunt, abluere.
Videant ergo Romani quid agant, quia et̄ ip-
si nimitū cōtumeliose huius disputatione tra-
ctant, apud quos oībus istis sex dieb. præter
paucissimos clericos aut monachos quotus
quisq; inuenit̄ qui frequenter quotidiana ie-
iunia, maxime q̄a ibi ieiunādū quinta sabba-
ti nō vñ. Deinde quæro: si vniuscuiusq; diei
vel leuis error ipsius diei ieiunio soluit̄. Sic
enim dicit, vt sex dierū vel leuis error ieiunij
quoq; fontib. abluat: quid faciemus de illo **I**
errore qui subreperit dñico die in quo scā-
dalum est ieiunare? Aut si die ipso nullus
Christianis error obrepat, videat homo iste
qui ventriculas tanquā magnus ieiunator ac-
cusat, quantum honoris, & vtilitatis ventrib.
tribuat, si nunc non erratur quando prandēt.
An forte in ieiunio sabbati tñ bonum cōsti-
tuit, & aliorū sex dierum, hoc est ipsius etiā
dominici, vel leuē sicut dicit errorē solum
ieiunium sabbati possit abolere, & solo ipso
die non erretur, quo toto vtiq; ieiunatur?
Quid est ergo quod diē dñicum sabbato
velut Christiano iure præponit? Ecce s̄m ip-
sum dies sabbati multo sactior inuenit̄, in
quo & non erratur cum eius toto spatio ie-
iunatur, & eodē ieiunio sex cæterorū dierū,
ac per hoc ipsius dñici error abluat: puto qd̄
tibi nō placet ista præsumptio. Iam vero cū
se hominem spiritalem videri velit, & tanquā
carnales præfores sabbati accuset, attēde quē
admodum dñici diei non parco prandio re-
ficiatur, sed alogia delectetur. Quid est autē **Q**
alogia (quod verbum ex Græca lingua vsur-
patū est) nisi cum epulis indulgetur vt à ra-
tionis tramite deuietur? Vnde aialia ratione
carentia dicuntur aloga, quibus similes sunt
ventri dediti, propter quod immoderatum
cōuiuium, quo mens in quo ratio dominaat̄
ingurgitatione vescendi ac bibendi quodam
modo obruitur, alogia nuncupatur. Insuper
iam propter cibum ac potum non mentis,
Aug. Tomus secundus P 3 sed

Quid sit
alogia.

sed ventris alogia diei dominici dicit esse cā
tandū. Saturasti dñe aīam inannē, & potasti
aīam sitientē. O virum spiritalē, O carnaliū
reprehensorem, O magnum ieiunatorem &
nō ventris cultorem. Ecce qui nos admonet
ne lege ventris legem dñi corrupamus, ne
panem coeli vendamus esca terrena. Et adiū-
git: Quia esca Adā paradiso perijt, esca Esau
primatum amisit. Ecce quid dicit. Est enim
fatanaē vsitata calumnia, tentatio ventris, cui
modicū suadet vt auferat totū. Et horum in-
I quit interpretatio p̄ceptorū vētriculas mī-
nus incuruat. Nonne his verbis suis id agere
vī, vt etiam die dñico ieiunet? Alioquin san-
ctior erit sabbati dies, quo dñs in monumen-
to requieuit, q̄ dñicus quo à mortuis resurre-
xit. Sanctius est enim profecto sabbatū, si fm
verba huius in sabbato per ieiuniū peccatū
omne vitaf, & quod dieb. alijs contractū est,
abolef. In dñico autem per escam ventris tē-
tatio non cauet, & diabolica calumniae lo-
cus dat, & paradiso perit, & primatus amitti-
tur. Quid ergo est quod rursus sibi ipse cōtra-
rius admonet, vt nō p̄adio modesto, sobrio
Christiano, reficiamur dñico die, sed in alogia
latantes plaudentesq; cantemus, Saturasti
dñe aīam inanem, & potasti aīam sitientē?
Nēpe si tunc non erramus qñ ieiunamus, &
aliorum sex dierū errores tūc abluimus cum
sabbato ieiunamus, nullus erit die dñico dete-
rior, nullus sabbato melior. Crede defectissi-
me frater, nemo legem sicut iste intelligit, ni-
si qui non intelligit. Si enim Adam non cib.
sed prohibitus cib. perdidit, & Esau nepotē
sancti Abrahā non esca, sed vsque ad cōtem-
ptū sacramenti, qđ in primatu suo habuit, cō-
cupita esca damnauit: sic à sanctis & fidelibus
pie prandetur, quemadmodum à sacrilegis
& incredulis impie ieiunatur. Preponit ergo
dies dñicus sabbato fide resurrectionis,
non consuetudine refectiois, aut ēt vinolē-
tē licentia cātionis. Moyses, inquit, quadra-
M ginta dieb. panem nō manducauit, nec bibit
aquam. Cur autem hoc dixerit subiūxit atq;
ait: Ecce Moyses amicus Dei, nūbis inquilin-
us, delator legis, & populi dux, ter bina sab-
bata ieiunio celebrans, nō offensam, sed me-
ritum celo cauit. Nunquid attendit qđ huic
posfit consequenter opponi? Quid vtique si
Moysi ieiunantis propterea ponit exemplū,
qm̄ in illis quadraginta dieb. ter bina sicut lo-

quit, sabbata ieiunauit, & ex hoc vult persua-
dere, vt sabbato ieiunet: ex hoc ergo persua-
deat, vt & dñico ieiunet, quia in illis quadra-
ginta dieb. nihilominus Moyses ter binos dñi
cos ieiunauit. Sed addit ac dicit: Et adhuc cū
Christo dñicus dies imminenti ecclesiae ser-
uabat. Quod cur dixerit nescio. Si. n. propte-
rea quia multo magis ieiunandū est, postea q̄
venit cum Christo dñicus dies: ergo, quod
absit etiam ipso dñico ieiunetur. Si autem ti-
muit ne p̄p dierum quadraginta ieiuniū obij-
ceretur ēt dominico ieiunandū, & ideo addi-
dit, quod adhuc dum Christo imminētī ec-
clesiae dies dñicus seruabatur, vt videlicet ea
cā intelligatur ieiunasse Moyses etiam die q̄
sequit sabbatum: quia nondū venerat Chri-
stus, per quē factus est ipse dies dñicus, quo
non expediat ieiunari. Cur ipse Christus qua-
draginta dieb. similiter ieiunauit? Cur non in
illis diebus quadraginta ter binos qui seque-
bantur sabbatū, ieiuniū soluit, vt iam domini-
ci diei p̄adium cōmenderet etiā ante resur-
rectionē suam, sicut sanguinē suum potandū
dedit ante passionē? Vides certe dierū qua-
draginta ieiunium, qđ iste commemorat, sic
ad rem non pertinere vt sabbato ieiunemus,
quomodo ad rem non pertinet vt domini-
co ieiunemus. Profsus non attendit, quid ei
de die dominico posfit opponi, quādo sicut
accusanda sunt ebriosa conuiuia, & omnis
vorax ac temulenta luxuria; sic accusat pran-
dia sabbatorum, cum possint & ipsa esse mō-
destorum atque sobriorum. Et ideo non est
illi ad singula respondendum, qm̄ pro sab-
bati p̄adio vitia luxurię reprehēdēdo, eadē,
atq; eadē sibi dicit, aliud nō inueniēdo qđ
dicat, nisi quod inaniter, & ad rem nō perti-
nens dicit. Vtrum non sit sabbato ieiunan-
dū quāritur, non vtrum sabbato non sit luxu-
riandum, quod nec dominico faciunt qui
Deū timent, quāuis in illo vtiq; nō ieiunēt.
Quis autem diceret quod iste ausus est di-
cere? Quomodo, inquit, pro nobis, aut per
nos rata erunt Deo aut digna quae nos sancti-
ficata die ad peccatum cogunt? Sanctificatā
diem sabbati confitetur, & ad peccatum di-
cit cogi homines quia p̄adetur. Ac per hoc
secundum istum, aut dies dominicus sancti-
ficatus non est, & incipit esse sabbatum me-
lius: aut si est & dominicus dies sanctifica-
tus, ad peccatum cogimur, quia prandemus,
&

& conatur testimonijs pbare diuinis, sabbato
ieiunandū. Sed vnde hoc probet oīno nō
inuenit. Manducauit, inquit, & bibit Iacob
vinū & satius est, & recessit à Deo salu-
tari suo, & ceciderunt vna die viginti tria milia:
quasi dictum sit, Prandit sabbato Iacob, & re-
cessit à Deo salu-
tari suo. Et Apostolus qñ cō-
memorauit cecidisse tot milia, non ait, Neq;
prandeamus sabbato sicut pranderunt, sed
ait, Neq; fornicemur sicut quidā eorum for-
nicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria
C milia. Quid sibi ēt vult quod ait, Sedit autē po-
pul⁹ māducare & bibere. & surrexerūt Iude-
re. Posuit quidē & Apostolus hoc testimo-
niū, sed vt à seruitute idolorum non à sabba-
ti prandio prohiberet. Sabbato autē illud fa-
ctum esse ite nō probat, sed vt libitū est su-
spiciat. Sicut autē fieri potest vt ieiunet, & cū
ieiunium soluit, si quis ebriosus est nunc in-
ebriet. Ita fieri potest vt non ieiunet, & si tē-
perātes sunt homines modestissime p̄adēat.
Quid est ergo quod sabbati volens persuade-
re ieiunium, adhibet Apostolum testem di-
centem, Nolite inebriari vino in quo est oīs
luxuria: quasi diceret, Nolite prandere sabba-
to, quia ibi est omnis luxuria. Sicut autē hoc
preceptum Apostolicum ne inebrientur vi-
no in quo est oīs luxuria, obseruatur à Chri-
stianis Deum timentib. qñ prandetur die dñi
co, ita obseruatur qñ prandetur & sabbato.
Vt expressius, inquit, errantib. contradicam,
nemo ieiunio & si non promeretur offendit,
porrō & non offendere promereri est. Quis
hoc diceret nisi qui nollet considerare quid
diceret? Ergo Pagani qñ ieiunant, non ideo
magis offendūt Deū? Aut si de Christianis vo-
luit qđ dixit intelligi, quis nō Deū offender,
si velit cum scandalo totius, q̄ vbiq; dilatata
est, ecclesiae, die dñico ieiunare? Deinde su-
biicit testimonia de scripturis ad cām quā su-
scepit nihil valētia. Ieiunio, inquit, Helias pa-
radiso donatus in corpore regnat: quasi ieiu-
nium non p̄dicent qui sabbato nō ieiunāt,
sicut ieiunium p̄dicant, qui tñ die dñico
non ieiunant. Aut Helias eo tempore ieiuna-
uerit, quo populus Dei ēt sabbato ieiunabat.
Quod autē rñdimus de quadraginta diebus ie-
iunij Moysi, hoc deputa esse rñdendum & de
quadraginta dieb. Helias. Ieiunio, inquit, Da-
niel leonū siccā rabiem illæsus euasit: qua-
si legerit quod sabbato ieiunauerit, aut etiam

cum ipsis leonib. sabbato fuerit, vbi tñ legi-
mus quod & pranderit. Ieiunio, inquit, triū
sida germanitas ignib. coruscātī carceri do-
minata regi hospitio susceptum dñm ado-
rauit. Hæc exempla sanctorū, nec ad persua-
dendum cuiuscunq; diei ieiuniū valent quā-
to minus sabbati, qñ quidem non solum nō le-
git tres viros sabbato fuisse missos in cami-
nū ignis ardētē, sed ne illud quidē legitur,
tandiu illic eos fuisse, vt posset quisquam di-
cere eos ieiunasse, immo vero vix vnus ho-
re spatium est, quo eorum confessio hymnus
B que cantat. Nec amplius inter illas flammās
innoxias deambulauerūt, q̄ canticū illud ter-
minauerunt. Nisi forte ab isto etiam vnus ho-
re spatium ieiunio deputatur. Quod si ita est,
non habet qđ succēdeat prandioribus sabbati.
Viq; ad horam enim prandij multo q̄ in illo
camino prolixius ieiunaf. Adhibet & illud
Apostoli testimonium, vbi ait: Nō est regnū
Dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gau-
dium in spiritu sancto. Et regnum Dei eccle-
siā vult intelligi in qua dñs regnat. Obscuro
te, nunquid hoc agebat Apostolus, cum ista
loqueret, vt sabbato à Christianis ieiunaret?
Sed nec de ipso cuiuscunq; diei ieiunio lo-
quebat cum hæc diceret. Dictum est. n. aduer-
sus eos qui more Iudæorum fm veterem le-
gem in obseruatione quorundā cibōrum pu-
tabant esse munditiam, & ad eorū fratrum ad-
monitionē, per quorum escam & potum in-
differenter acceptū scādalizabantur infirmi.
Ideo cum dixisset: Noli illū in esca tua perde-
re pro quo Christus mortuus est, Et, non er-
go blasphemetur bonum nostrum, tunc ad-
iunxit Non. n. est regnum Dei esca & potus,
&c. Nam sicut verba hæc Apostoli intelligit,
vt regnum Dei qđ est ecclesia; nō sit in esca
& potu, sed in ieiunio: non dico sabbatis ie-
iunare, sed nunquam omnino cibum ac po-
tū sumere deberemus, ne de isto Dei regno
vnquam recederemus. Puto autem quia isto
conferente * aliquo religio eius de domini-
co ad ecclesiam pertinemus, quando tamen
& ipso concedente prandemus. Cur, inquit,
sacrificium potiori domino charū * murmu-
ramus offerre, quod spiritus desiderat, & an-
gelus laudat? Deinde adiungit angeli testimo-
nium dicentis: Bona est oratio cum ieiunio
& eleemosyna. Quid dixerit, potiori domi-
no nescio, nisi forte scriptor errauit, & te su-

Rom. 14.

a. l. confi-
tente.

a. l. cura-
mus.

Tob. 11.

git, vt quod mihi legendū misisti, non emen-
 C dures, Sacrificium ergo dño charū ieiunium
 vult intelligi, quasi de ieiunio verset hęc qđ,
 & non de ieiunio sabbati. Neq; enim dñicus
 dies sine sacrificio quod Deo charū est pera-
 git, quia non ieiunatur. Sequit̄ adhuc, & inge-
 rit testimonia à cā quam defendēdam susce-
 pit penitus aliena. Immola, inquit, Deo sacri-
 ficiū laudis, & istā vocem diuini psalmi, vo-
 lens ad qđ agitur nescio qūo connectere: vt
 que inqt, nō sanguinis aut ebrietatis cōiuuiū:
 quo nō laudes debita Deo, sed blasphemix
 diabolo suffragante syluescunt. O improvi-
 dā præsumptiōnē. Non ergo immolaf sacrifici-
 um laudis dñico die quia non ieiunaf, sed
 agit ebrietatis conuiuiū, & blasphemix dia-
 bolo suffragante syluescūt. Quod si nefas est
 Psal. 49. dicere intelligat nō ieiuniū significare in eo
 quod scriptū est, Immola Deo sacrificiū lau-
 dis: Ieiuniū quippe certis dieb. & maxime fe-
 stis nō agitur. Sacrificiū verò laudis ab eccle-
 siatoto orbe diffusa dieb. omnib. immolaf.
 Alioquin quod nullus, nō dico Christianus,
 H sed nec infans dicere auderet, dies illi quin-
 quaginta post Pascha vsq; ad Pentecostē, qui-
 bus non ieiunaf, erunt sm istum à sacrificio
 laudis alieni, quib: tantummodo dieb. in mul-
 tis ecclesijs in omnib. aut maxime cantaf hal-
 leluiā: quā vocem laudis esse nullus Christia-
 nus quālibet imperitus ignorat. Cōfiteatur tñ
 etiam ipso die dñico non ebrietate, sed in iu-
 cūditate prāderi cū dicit, dēre nos ex Iudæis
 & gētib. multis Christiani nominis fide pau-
 cos electos, vespertino sabbatorum incenso,
 pro pecudum victimis ieiunium Deo placitum
 laudib. immolare, cuius seruore crema-
 ta deficiant opera delictorum. Et mane, inqt,
 exaudiet nos à nobis auditus, & erūt nobis
 domus ad manducandū & bibendū, non in
 ebrietate, sed in iucunditate dominica cele-
 britate perfecta. Tunc enim eulogia, nō vt su-
 perius ait, alogia, celebraf. Sed quid eū offen-
 dit sabbati dies, quem dñs sanctificauit, igno-
 ro, vt in eo non putet posse māducari & bibi
 cum tali iucunditate quæ careat ebrietate, cū
 sic ante sabbatū ieiunare possumus: qūo dicit
 ante dñicum sabbato ieiunandū: an cōtinuo
 biduo pranderi nefas esse arbitraf? Videat er-
 go quāta afficiat contumelia ipsā quoq; Ro-
 manā ecclesiā, vbi & his hebdomadib. in q-
 I bus quarta & sexta & sabbato ieiunatur, trib.

tamen dieb. continuis, dominico. sac deinde
 secūda & tertia prandef. Quam vitam cerrū
 Est. 8. est, inquit, arbitro pendere pastorū. Sed vā
 qui dicunt, quod bonum malum, & tenebras
 lucem, & lucem tenebras, & amarū dulce, &
 dulce amarū. Quid sibi velint hęc verba ei^o,
 non satis intelligo. Si. n. hęc scribis sicut Vr-
 bicus dicit, in vrbe plebs pendens ex pastoris
 arbitrio cum epō suo ieiunat sabbato. Si aut
 ad te ista scripsit, quia in Epistola tua & ipse
 quiddam tale scripsisti, nō tamen persuadeat
 vr̄bem Christianam sic laudare sabbato ieiun-
 antem, vt cogaris orbem Christianum dam-
 nare prandentem. Cum enim dicit: Vē qui di-
 cunt quod bonum malum, & tenebras lucē,
 & lucē tenebras, & amarum dulce, & dulce
 amarū: ieiunium sabbati volens intelligi bo-
 nū & lucem & dulce: prandiū vr̄d malum &
 tenebras & amarū, quis eū dubitat in oībus
 Christianis sabbato prādentibus vniuersum
 orbū damnare terrarū? Nec seipse respicit,
 nec quib. dicat attendit, vt scriptis suis ab ista
 pręcipiti cohibeat audacia: Cōtinuo quip-
 pe subiunxit: Nemo ergo vos iudicet in esca,
 aut in potu: quod ipse vtq; facit qui sabbato
 sumentes escam potumq; sic arguit: quantū
 erat vt hinc ei veniret in mentē etiam illud
 quod idem Apostolus albi dicit: Qui mandu-
 cat non manducantem non spernat, & qui
 non manducat manducantem non iudicet.
 Isto modo hoc temperamentum quo scan-
 dala diuitaret inter ieiunantes sabbato & mā-
 ducantes teneret, vt & ipsum non manducā-
 tem manducās quisque non sperneret, & ip-
 se non manducans manducantem non iudi-
 caret Petrus etiam, inquit, Apostolorum ca-
 put coeli ianitor & ecclesię fundamentum,
 extincto Simone, qui fuerat diaboli non ni-
 si ieiunio vincēdi figura, id ipsum Romanos
 edocuit, quorum fides annunciat vniuerso
 Col. 2. orbi terrarum. Nunquid ergo cæteri Apōsto-
 li prandere Christianos contra Petrum do-
 cuerunt in vniuerso orbe terrarū? Sicut itaq;
 inter se vixerunt concorditer Petrus & con-
 discipuli eius, sic inter se concorditer viuant
 sabbato ieiunantes quos plantauit Petrus, &
 sabbato prandentes, quos plantauerunt con-
 discipuli eius. Est quidem & hęc opinio plu-
 rimorum quamuis eam perhibeant esse fal-
 sam pleriq; Romani quod Apostolus Petrus
 cū Simone mago die dominico certaturus,
 propter

propter ipsum magnā tentationis periculū,
 pridie cum eiusdem vr̄bis ecclesia ieiunauerit,
 & cōsecuto tā prospero gloriosoq; suc-
 cessu eundē morē tenuerit, eumq; imitata
 sint nōnullæ Occidētis ecclesię. Sed sicut iste
 dicit, Simō magus figura erat: diaboli nō pla-
 nē sabbatari^o aut dñicarius, sed quotidianus
 est ille tentator. Nec tñ aduersus eū quotidie
 ieiunaf, qñ & dieb. dñicis oībus, & quinquā-
 M ginta post Pasca, & per diuersa loca dieb. so-
 lennib. martyriū & festis quibusq; prandef, &
 tñ diabolus vincit, si oculi nostri sint semper
 Psal. 24. ad dñm, vt ipse euellat de laqueo pedes no-
 stros: & siue māducamus, siue bibimus, siue
 I. Co. 10. quodcunq; facimus, oīa in gloriā Dei facia-
 mus, & quantū in nobis est) sine offensione
 simus Iudæis, & Græcis & ecclesię Dei. Qđ
 parū cogitant qui cū offensione manducant,
 vel cū offensione ieiunant, & per vtrālibet in-
 tēperantiā scandala cōcitant, quib. nō supera-
 tur diabolus, sed lętaf. Quod si rñdetur, hoc
 docuisse Iacobū Hierosolymis, Ephesi Ioan-
 nē, cæterosq; alijs locis, quod docuit Romæ
 Petrus. i. vt sabbato ieiunef: sed ab hac do-
 ctrina terras cęteras deuiasse, atq; in ea Ro-
 mā stetit. Et ecōtrario referit Occidētis po-
 tūs aliqua loca, in quib. Roma est, nō serua-
 se quod Apostoli tradiderūt. Orientis verò
 terras, vnde cępit ipsum Euangelium prædi-
 cari, in eo quod ab oībus cū ipso Petro Apo-
 stolis traditū est, ne sabbato ieiunef, sine ali-
 qua varietate mansisse. Interminabilis est ista
 cōtentio generās lites, nō finies qōnes. Sit er-
 go vna fides vniuersæ, quæ vbiq; dilataf, ec-
 clesię tanquā intus in mēbris etiam si ipsa fi-
 dei vnitas quibusdā diuersis obseruationib.
 celebraf, quib. nullo modo quod in fide ve-
 rū est, impedit. Oīs. n. pulchritudo filię regis
 intrinsecus, illæ aut obseruationes, quæ varię
 Psal. 44. celebraf, in eius veste intelligūtur. Vnde ibi
 Hoc nunc dñs. In simbrijs aureis cicumamicta varietate.
 A Sed ea quoq; vestis ita diuersis celebrationi-
 bus varief, vt nō aduersis cōtentionib. dissi-
 peretur. Postremo, inquit, si Iudæus sabbatum co-
 lendo dñicum negat, qūo Christianus obser-
 uet sabbatū? Aut simus Christiani & dñicum
 colamus, aut simus Iudæi vt sabbatū obserue-
 mus. Nemo. n. pōt duobus dñis seruire. Nōne
 ita loquit̄ tanquam sabbati alius dñs sit alius
 dñici? Nec illud audit quod & ipse comme-
 morauit, Dñs est. n. sabbati filius hoīs. Quod

aut ita nos vult esse à sabbato alienos, sicut
 Iudæi sunt. a dñico alieni nōne tantum errat
 vt possit etiam dicere, ita nos non dñe accipe
 re legem nec Prophetas, sicut Iudæi non ac-
 cipiunt Euangeliū nec Apostolos? Quod q
 sapit, quid mali sapiat vtq; intelligis. Sed ve-
 tera inquit, omnia transferunt, & in Christo
 facta sunt noua. Hoc verum est. Nam prote-
 rea sicut Iudæi sabbatis non vacamus, etiam
 si ad significandam requiem, quem illo die
 B significata est Christiana sobrietate & fruga-
 litate seruata, ieiunij vinculum relaxamus. Et
 si aliqui fratres nostri requiem sabbati relaxa-
 tione ieiunij significandam esse non putant,
 nequaquā de vestis reginæ varietate litigam^o,
 ne ipsius reginæ, vbi vnam fidem etiam de ip-
 sa requie retinemus, interiora membra vexe-
 mus. Et si enim quia vetera transferunt, cum
 eis transijt etiam carnalis vacatio sabbati: nō
 tamen quia sabbato & dominico sine super-
 stitiosa vacatione prandemus, ideo duobus
 dominis seruimus, quia & sabbati & domi-
 nici vnus est dominus. Iste autem qui vetera
 transiste sic dicit, vt in Christo cederet ara al-
 tari, gladius ieiunio, precibus ignis, panī pe-
 cus, poculo sanguis, nescit altaris nomen ma-
 gis legis & Prophetarum literis frequentatū,
 & altare Deo prius in tabernaculo, qđ
 per Moysen factum est collocatum, Aram
 quoq; in apostolicis literis inueniri vbi mar-
 tyres clamant sub ara Dei. Dicit cessisse ieiu-
 nio gladium, non recordans illum, quo mili-
 tes Euangelici armantur, ex vtroq; testō gla-
 dium bis acutū. Dicit cessisse precib. ignem,
 quasi non & tunc preces deferebātur in tem-
 plum, & nunc à Christo ignis est missus in
 mundum. Dicit cessisse panī pecus, tanquam
 nesciens & tunc in domini mensā panes pro-
 positionis poni solere, & nunc se de agni im-
 maculati corpore partem sumere. Dicit ces-
 sisse poculo sanguinem, non cogitans etiam
 nunc se accipere in poculo sanguinem. Quā
 C to ergo melius & congruentius vetera tran-
 sisse, & noua in Xpo facta esse, sic diceret, vt
 crederet altare altari, gladius gladio, ignis
 igni, panis panī, pecus pecori, sanguis sangui-
 ni. Videmus quippe in his omnibus carna-
 lem vetustatē spiritali cedere nouitati. Sic er-
 go intelligendum est, siue in isto die volubili
 septimo prādeaf, siue à quibusdā et ieiunef,
 tamen sabbato spiritali sabbatū carnale ces-
 sisse,

2ma.

Sabbati ieiunium unde.

Psal. 44. Hoc nunc dñs.

A

Mat. 6.

Luce. 6.

fisse, qñ in isto sempiterna, & vera requies concupiscit, in illo vacatio tpalis iā superstitiosa cōtemnit. Cetera quæ sequuntur quibus suam disputationem iste cōcludit, sicut alia qdā quæ inde cōmemoranda non arbitratus sum multo magis ad cām nō pertinet, in qua de ieiunio sabbati vel prādio disputat. Sed ea tibi ipsi maxime, si in ijs. quæ à me dicta sunt aliquid admiraris, aduertenda & iudicanda dimitto. Si autē qm̄ huic (quantum potui) sufficienter rēdisse me puto, de hac re suam meā quæris, ergo in Euāgelicis & Apostolicis literis, totoq; instrumento qđ appellatur testm̄ nouum, aīo id reuoluens, video præceptum esse ieiunium. Quibus autē diebus nō oporteat ieiunare, & quibus oporteat præcepto dñi vel Apostolorum nō inuenio definitū. Ac p hoc sentio, nō quidē ad obtinendam qđ fides obtinet iustitiam, in qua est pulchritudo filij regis intrinsecus, sed tñ ad significandam requiem sempiternam, vbi est verum sabbatū relaxationem, qđ contritionē * ieiunij aptius conuenire. Veruntā iu huius sabbati ieiunio siue prādio, in his nihil mihi vř tūcius pacatiusq; seruari, qđ vt qui manducat, nō manducantē non spernat, & qui non manducat, māducantem non iudicat, quia neq; si māducauerim⁹ egebim⁹: custodita. Leorū inter quos viuimus, & cū quibus. Deo viuimus, in his reb. iōffensa societate. Sicut enim (qđ ait Apostolus) verum est, malum est homini qui p offensionē māducat, Ita malum est homini qui p offensionē ieiunat. Non itaq; simus eis similes, qui vidētes Ioānē non manducantē nec bibentē dixerunt: Dēmoniū habet. Sed ne rur

Instru-
mentum.

D

a. l. con-
firi Eio-
nem.

Rom. 14.

Mat. 11.

maxime postea quā innotuit detestabilis ma-
tūq; fidei catholice scripturisq; diuinis aper-
tissime p̄ria hæresis Manich. qui suis audito-
rib. ad ieiunandum istum tanquā constitue-
runt legitimum diem, per quod factū est, vt
ieiunium diei dñici horribilē h̄retur. Nisi for-
tē aliquis idoneus sit nulla refectione inter-
posita vltra hebdomadā perpetuare ieiunium,
vt ieiunio .xl. dierū (quantū pauerit) appropin-
quet, sicut aliquos fecisse cognouim⁹. Nā
& ad ipsum quadragenariū numerum perue-
nisse quēdā, à fratrib. fide dignissimis nobis
asseueratū est. Quēadmodum. n. veterū patrū
tpib. Moyses & Helias nihil contra prandia
sabbatorū fecerūt, cum dieb. quadraginta ie-
iunauerūt: Ita qui pauerit septem dies ieiunando
transire, non sibi ad ieiunandum eligit dñicum
diem, sed in ijs eum inuenit quos ieiunaturum
se vouit plurimos dies. Ieiunium tñ etiam cōtinuatum,
si in hebdomada soluedum est, nullo cōgruentius
qđ dñico die soluitur. Si autē post hebdomadā
corpus reficitur, non utiq; ad ieiunandum dies
dñicus eligit, sed in numero quem voueri placuit
inuenit. Nec illum moueat, quod Priscillianistæ
Manichæorum simillimi ad ieiunandum die do-
minico solent testimonium de Apostolorū actibus
adhibere, cum esset Apostolus Paulus in Troade
(Sic. n. scriptum est) In vna autem sabbati cōgregatis
nobis frangere panē, Paulus disputabat exiturus
alia die, produxitque sermonem vsque ad medium
noctis. Deinde cum descendisset de coenaculo,
vbi congregati erant ad resuscitandum adole-
scētem, qui grauatis somno de fenestra ceci-
derat & motus ferebatur, de ipso Apostolo
scriptura sic loquitur. Ascendens autem, inquit,
cum fregisset panem atque gustasset satisque
esset alloquutus vsque ad diluculum, sic profectus
est: absit vt hoc sic accipiatur, tanquam
solerent Apostoli dominico die solenniter ieiunare.
Quia enim sabbati tunc appellabatur dies, qui
nunc dominicus appellatur, quod in Euangelijs
aperitius inuenitur. Nam dies resurrectionis
domini, prima sabbati à Mathæo, à cæteris
autem tribus vna sabbati dicitur: quem constat
eum esse, qui dominicus postea appellatus
est. Aut ergo post peractā diē sabbati noctis
initio fuerunt congregati, quæ utique nox
iam ad diem dominicum, hoc est, ad vnam
sabbati

Mani-
ch. si ieiun-
nāt die do-
minico.

Ieiunium
uocium
multorū
dierum.

Act. 20.

G

sabbati pertinebat, & ita eadem nocte fractu-
rus panem sicut frangitur in sacramento cor-
poris Christi produxit sermonem vsque ad
medium noctis, vt post sacramenta celebra-
ta, rursus vsq; ad diluculum alloquens con-
gregatos, qm̄ multū festinabat lucefcēte pro-
ficisceret dominico die. Aut certe si i vna sab-
bati nō per noctē sed per diē hora dñici fue-
rāt congregati, eo ipso qđ dictum est, Paulus
disputabat illis exiturus alia die, expressa est
cā pducendi sermonis, quia fuerat exiturus,
& eos sufficienter instruere cupiebat. Nō ergo
solenniter die dñico ieiunabant, sed ne-
cessarius sermo, qui studij feruentissimi au-
diebat ardore, reficiendi corporis cā inter-
rumpendus esse nō visus est profecturo Apo-
stolo, qui eos pp alios suos vsque qua; dis-
scursus, vel alias nūq; vel rarissime visitabat,
præsertim quia tunc ex illis terris, sicut cōse-
quētia docēt, ita discessurus erat, vt iam non
esset eos in carne visurus. Ac per hoc magis
ostendit dñicis diebus solita illis non fuisse
ieiunia, qā ne hoc crederet, curauit scriptor
libri cām producēdi sermonis exponere: vt
sciremus si aliqua necessitas oriatur, vrgenti-
ori actioni non esse prandium præferendū,
quāuis ab istis audivisime audietib. & ipsum
fontē cogitatib. profecturum, atq; iō magna
fisi non aqua, sed verbi sine fatietate, qđ quid
influebat haurientib. non tñ carnale pran-
diū, verū et cœna cōtempta est. Sed tūc quā-
uis dñico die solita illis ieiunia nō fuisset nō
erat tñ ecclesie tā insignis offensio, si aliqua
tali necessitate, qualem Apostolus Paulus ha-
buit, die toto dñico, vsq; ad medium noctis,
vel etiā vsq; ad diluculum reficere corpora
nō curarent. Nunc verò postea quā hæreici
maxime impijssimi ieiunia diei dñici nō ali-
qua necessitate occurrente peragere, sed qua
si sacra solennitate statuta dogmatizare co-
eperūt, & innotuerūt populis Christianis, p-
fecto nec tali necessitate qualem Apostolus
habuit, existimo faciendū esse quod fecit: ne
maius malum incurratur in scandalo, qđ bo-
num percipiatur ex verbo. Quicquid tñ cau-
se vel necessitatis extiterit, cur homo Chri-
stianus die dñico ieiunare cogatur, sicut etiā
illud in actib. Apostolorū inuenimus, in nau-
fragij periculo, vbi & ipse Apostolus nauiga-
bat, quatuordecim diebus, ac per hoc duo-
bus dñicis ieiunatum, nullo modo dubitare.

debemus dñicum diem, qñ non plures dies
sine vlla refectione continuandi vouētur, in-
ter ieiuniorum dies non esse ponendū. Cur
autē quarta & sexta maxime ieiunet ecclesia,
illa rō reddi vř, qđ considerato Euangelio, ip-
sa quarta sabbati, quam vulgo quarta feriam
vocant, consiliū reperiūtur ad occidendum
dñm fecisse Iudæi. Intermissio autē vno die,
cuius vespera dñs Pascha cum discipulis man-
ducauit, qui finis fuit eius diei, quem voca-
mus quintam sabbati, deinde traditus est ea
nocte quæ iam ad sextā sabbati, qui dies pas-
sionis ei⁹ manifestus est pertinebat. Hic dies
primus azymorum fuit à vespera incipiens.
Sed Mathæus Euangelista, quintam sabbati
dicit fuisse primam diem azymorum, quia
eius vespera sequente futura erat cœna Pas-
schalis, qua cœna incipiebat azymum &
ouis immolatio manducari. Ex quo colligi-
tur, quartam sabbati fuisse, quando ait domi-
nus. Scitis quia post biduum Pascha fiet, & si-
lius hominis tradetur vt crucifigatur. Ac per
hoc dies ipse ieiunio deputatus est, qui sicut
Euangelista sequitur & dicit, Tunc congre-
gati sunt principes sacerdotum & seniores
populi in atrium principis sacerdotum, qui
dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt,
vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Inter-
misso autem vno die, de quo dicit Euange-
lium: Prima autem azymorum accesserunt
discipuli ad Iesum dicētes: Vbi vis paremus
tibi comedere pascha? Hoc ergo die inter-
misso passus est dominus, quod nullus am-
bigit, sexta sabbati: quapropter & ipsa sexta
rectē ieiunio deputatur. Ieiunia quippe hu-
militatem significant. Vnde dictum est: Et
humiliabam in ieiunio animam meam. Se-
quitur sabbatū, quo die caro Christi in mo-
numento requieuit, sicut in primis operi-
bus mundi requieuit Deus ab omnibus ope-
ribus suis. Hinc exorta est ista in regia illa
veste varietas, vt alij sicut maxime populi
Orientis, propter requiem significandam
mallent relaxare ieiunium: alij propter hu-
militatem mortis domini ieiunare, sicut Ro-
mana & nonnullæ Occidentis ecclesie. Qđ
quidem vno die quo Pascha celebratur pro-
pter renouandam rei gestæ memoriam,
quia discipuli humanitus mortē domini do-
luerunt, sic ab omnibus ieiunatur, vt etiam
illi sabbati ieiunium deuotissime celebren-
qui

Act. 27.

K
Matt. 26

Psal. 34

L

qui cæteris per totū annū sabbatis prandent, vtrunq; videlicet significantes, & in vno vniuersario die luctum discipulorum, & cæteris sabbatis quietis bonum. Duo quippe sūt, quæ iustorum beatitudinē oīs miseræ finem sperari faciunt, mors & resurrectio mortuorū. In morte requies est, de qua dī per pphētā Plebs mea intra in cellaria tua abscondere pusillū, donec transeat ira dñi. In resurrectione autem in homine toto, i. in carne & spiritu perfecta felicitas. Hinc factum est vt horū duorum vtrunq; non significandū putaretur labore ieiunij, sed poti⁹ refectiois hilaritate excepto Paschali vno sabbato, quo discipulorū sicut dixim⁹, luct⁹ pp rei gestæ memoriā fuerat ieiunio prolixiore significandus. Sed quā nō inuenimus, vt iā supra cōmemorauī, in euāgelicis & Apostolicis literis quæ ad noui testamenti reuelationē proprie pertinent, certis dieb. aliquib. euidenter præceptū obseruanda esse ieiunia: & iō res quoque ista sicut aliæ plurimæ, quas enumerare difficile est, inuenerit in veste illius filij regis, hoc est, ecclesiæ varietatis locū, indicabo tibi quid de hoc requirenti rñderit venerandus Ambrosius, à quo baptizatus sū, Mediolanensis ep̄s. Nam cū in eadē ciuitate mater mea mecum esset, & nobis adhuc catechumenis, parū ista curantib. illa sollicitudinē gereret, vtrum fm morē nostræ ciuitatis sibi esset sabbato ieiunandū, an ecclesiæ Mediolanensis more prandendū, vt hac eam cunctatione liberarem, in terrogauī hoc supradictū hoīem Dei. At ille. Quid possū, inquit, hinc docere amplius q̄ ipse facio? Vbi ego putauerā nihil eū ista rñsione præcepisse, nisi vt sabbato prandemus. hoc q̄ppe ipsum facere sciebā, sed ille secutus adiecit. Quā hic sum nō ieiuno sabbato, quā Romæ sum ieiuno sabbato, & ad quācū que ecclesiā veneritis, inquit, eius morē seruare, si pati scandalum non vultis aut facere. Hoc rñsum retuli ad matrē, eiq; suffecit, nec dubitauit esse obediendū, hoc etiā nos secuti sumus. Sed quā contingit maxime in Aphrica, vt vna ecclesia vel vni⁹ regionis ecclesiæ, alios habeat sabbato prædentes, alios ieiunantes, mos eorū mihi sequēdus vī, quib. eorum populorum congregatio regēda cōmissa est. Quapropter si consilio meo præsertim quia in hac causā plus forte quā satis fuit te petente atque urgente locutus sum, libenter ac

quiescis, episcopo tuo in hac re noli resistere, & quod facit ipse, sine vilo scrupulo aut disceptatione sectare.

Augustinus Foelicitati & Rustico de malis & fraterna correptio ne patienter tolerandis.
Epistola. LXXXVII.

Dilectissimæ & sanctissimæ matri Foelicitati, & fratri Rustico, & fororibus quæ vobiscum sunt, Augustinus & qui mecum sunt in domino salutem. Bonus est dominus & misericordia eius vbique diffusa, quæ nos de vestra charitate in suis visceribus consolatur. Quantum enim diligit credentes & sperantes in se, & illum atque inuicem diligentes, & quid eis in posterum seruet, hinc maxime ostendit, cum infidelibus & desperatis & peruersis quibus in mala voluntate vsque in finem perseverantibus, ignem cum diabolo æternum minatur, in hoc tamen seculo bona tanta largitur, qui facit oriri solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos, & & iniustos, breuiter enim aliquid dictum est vt plura cogitentur. Quam multa enim habeant impij in hac vita munera & dona gratuita ab illo, quem contemnunt, enumerare quis potest? Inter quæ illud magnum, quod exemplis interpositarū tribulationum, quas huius seculi dulcedini tanquam bonus medicus miscet, admonet eos si attendere velint, fugere ab ira ventura, & cum in via sunt, id est, in hac vita, concordare cū sermone Dei, quem sibi aduersarij habent male viuendo. Quid ergo non misericorditer præstatur hominib. à domino Deo, à quo etiam tribulatio beneficium est? Nā res prospera donū est consolantis, res aut aduersa donum est admonētis Dei. Et si hæc præstat (vt dixi) etiam malis, quid præparat sustinentibus se? quorū in numero vos per illius gratiam congregatos esse gaudete, sustinentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Non enim deerit quod in vobis inuicem sufferatis, nisi cum vos ita portauerit dominus absorpta morte in victoriam, vt sit Deus omnia in omnibus. Dissensiones autem nunquam debent amari, sed aliquando tamen aut à charitate nascuntur, aut charitatem probant. Quis enim facile inueni-

Esā. 26.

Ambrosi. Dist. 12. illa.

Matt. 5.

a. l. Male viuendo fecerunt.

Ephe. 4. 1. Cor. 15.

Prom. 9. inuenit qui velit reprehendi: & vbi est ille sapiens de quo dictū est: Corripe sapientem & amabit te: nūquid tñ ideo nō debemus reprehendere & corrumpere fratrem, ne securus tendat in mortē? Solet. n. fieri & frequenter accidit, vt ad horam cōtristet cum reprehēditur & resistat & cōtendat, & tñ postea cōsideret secū in silentio, vbi nemo est nisi Deus & ipse, & timet displicere hominibus, quia corripitur, sed timet displicere Deo, quia nō corripitur, & deinceps nō faciat illud quo iuste reprehēditur, & quantum odit peccatum suum, tñ diligit fratrem, quem sentit hostē peccati sui. Si aut de illo numero est, de quo dictum est, Corripe stultū & adiciet vt oderit te, non de charitate illius dissensio nascit, sed tamen charitatem reprehēditōis sui exercet & probat, quia non ei rependitur odiū, sed dilectio, quæ cogit reprehendere, imperturbata perdurat, etiam cum ille qui reprehēditur vult malum pro malo ei qui corripienti indignatur, non sinit dignus qui corripere, sed dignus planē qui etiam ipse corripere debeat. Hæc agite vt inter vos aut non existant indignationes, aut exorta statim celerrima pace perimantur. Maiorem date operam cōcordandis vobis q̄ redarguēdis: quia sicut acetū corrumpit vas, si diutius ibi fuerit, sic ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit. Hæc ergo agite, & Deus pacis erit vobiscum, orātes simul & pro nobis, vt ea quæ benememus, alaciter impleatis.

Hilarius Augustino proponens illi quæstiones aliquot, de quibus cupit edoceri.
Epistola LXXXVIII.

Domino sancto iure ac meritō venerabili, & per omnia collēdo Augustino episcopo, Hilarius. Sanctitatis tuæ gratia, quæ oīb. nota est, paruitati meæ psuasit, vt vestris de Syracusano Hipponē remeātibus has ad laudandā mihi venerabilitatem tuā literas erogarem, postcens summam trinitatē, vt incolumis & vegetus Dei nostri fauore hoc meum scriptum ad recensendum suscipias, domine sancte iure ac meritō venerabilis, & per omnia colende. Proinde rogo vt mei memor insantis orationib. tuis esse digneris, atq; imperitiā nostrā informare de eo quod quidā

Christiani apud Syracusas exponunt, dicentes: posse esse hominem sine peccato, & mandata Dei facile custodire, si velit. Infantē nō baptizatum morte præuentum non posse perire meritō quoniam sine peccato nascitur. Diuitem manentem in diuitijs suis, regnum Dei non posse ingredi, nisi omnia sua viderit, nec prodesse eidem posse, si forte ex ipsis diuitijs fecerit mādāta. Non debere iurare omnino. Et de ecclesia quæ sit de qua scriptum est, nō habere rugam neq; maculam, vbi hæc sit, an in qua nunc congregamur, an illa quā speramus. Quidam aut purant ecclesiam hanc esse, quæ nunc frequentatur populis, & sine peccato esse non posse. De his omnibus rogo. quātis voleo precibus sanctitatem tuam, vt iubeas nos apertius instrui, quo nouerimus, quatenus sentire debeamus. Dei nostri misericordia sanctitatem tuam incolumem cōseruet annis innumeris opto, domine sancte iure ac meritō venerabilis & per omnia colende.

Augustinus Hilario respondens ad illius percontationes.
Epist. LXXXIX.

Augustinus episcopus seruus Christi & eius ecclesiæ, dilectissimo filio Hilario in dño salutem. Ex literis tuis didici, nō solū incalumnitatem tuā, sed etiam religiosum studium tuū circa verbū Dei, & piā curam p salute tua quæ est in Christo Iesu dño nro. Vñ gratias Deo agēs nō distuli referipra per soluere. Si ergo quæris in hac vita, vtrum quam ita iustitiæ perfectione pficiat, vt hic sine vilo viuat omnino peccato: attēde quid dixerit Ioannes Apostolus, quem dominus inter discipulos suos præcipue diligebat. Si dixerimus, inquit, quia peccatū non hēmus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Si ergo illi de quibus mihi scripsisti, se dicunt esse sine peccato, vides quia se ipsos decipiunt, & veritas in eis non est. Si autem se esse peccato res fatentur vt Dei misericordiam possint mereri, compescant se ab alijs etiam decipiendis, quibus hanc superbiam persuadere conantur. Omnibus enim necessaria est oratio dominica, quam etiam ipsis arietibus gregis, id est, Apostolis suis dominus dedit, vt vnusquisque Deo dicat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus

F

Quest. 3.

I. Io. 1. dicitur p Tit.

Matt. 6.

An beata uirgo orauerit.

Exe. 28.

Quod se cunda de libero arbitrio.

Rom. 10.

Rom. 13.
Rom. 5.

timus debitoribus nostris. Cum enim hæc in orone verba necessaria non fuerint, ipse hic sine peccato viuere pronunciandus est. Quales si aliquos futuros dñs præuideret, meliores utiq; q̄ extiterūt eius Apostoli aliam oronem illos doceret, qua nõ peterent dimitti si hi peccata, quib. in baptismo fuerat oia iam dimissa. Nam si Daniel sanctus non coram hoib. quasi humilitate fallaci, sed cora Deo, idest, in orone qua Deum precabat, non solum peccata populi sui, sed etiam sua confitebat. sicut ei ore veridico expressum est: nihil aliud mihi v̄ dicendū istis, nisi quod per prophetam Ezechielem cuida superbo dñs mandat. Nunquid tu sapiētiōr q̄ Daniel? Sed plane qui misericordia Dei adiutus & gratia se ab eis peccatis abstinerit, quæ etiā crimina vocant, atq; illa peccata sine quib. nõ hic viuūt mundare operib. misericordiæ & pijs oronib. non neglexerit, merebit hinc exire si ne peccato, quanuis cum hic viueret haberit nõnulla peccata: quia sicut ista non defuerunt, ita etiam remedia quib. purgarent affuerunt. Quisquis aut hac velut occasione contempta, cum audierit nemine hic arbitrio suo sine peccato viuere dederit se libidinibus, & criminib. nepharijs obligauerit, atq; i his criminosis consceleratisq; morib. vsq; in diem suum vltimum perdurauerit, quilibet inter hæc elemosynas faciat, & in foeliciter ducit uitam, & in foelicius finit. Sed isti utcuq; tolerandi sunt, qñ dicunt vel esse vel fuisse hic aliquem præter vnū sanctum sanctorum qui nullum h̄ret omnino peccatū. Illud vero qđ dicunt sufficere homini liberum arbitriū ad dominica præcepta implēda, et si Dei gratia & spiritus sancti dono ad opera bona nõ adiuuet, omnino anathematizandum est, & oib. execrationib. detestandum. Qui enim hoc afferunt, a gratia Dei penitus alieni sunt: q̄ ignorantes Dei iustitiā, sicut de Iudeis dicit Apostolus, & suā volentes cōstituere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Plenitudo quippe legis non est nisi charitas. Et utiq; charitas Dei diffusa est in cordib. nostris, nõ per nos ipsos nec virib. propriæ voluntatis, sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Valet itaq; liberum arbitrium ad opera bona, si diuinitus adiuuetur, quod fit humiliter petendo & faciendo: Desertū vero diuino adiutorio qualibet sciētia legis excellat, nullo modo habebit iustitię

soliditatis, sed inflationē impiæ superbix, & exitio suū timorē. Docet hoc eadē ipsa dominica orō. Frustra. n. rogantes Deum dicimus. Ne nos iſeras in tērationē, nisi hoc i noſtra sic positum est p̄tate, vt nullo illius adiutorio id valeamus adimplere. Distū est. n. Ne nos indicas in tērationē: qđ intelligit ne nos inferri deserendo permittas. Fidelis. n. Deus, ait Apostolus, qui non vos permittit tentari supra id qđ potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitū, vt possitis sustinere. Vt quid hoc dixit Deum facere, si hoc sine ipsius adiutorio in sola nostra est potestate? Nā & ipsa lex in hoc adiutoriuū data est illis, qui ea legitime vtunt, vt per illam sciant, vel quid iustitiæ iam acceperint, vnde gratias agant, vel qđ adhuc eis desit, quod instanter petat. Qui aut sic audiunt quod ait lex: Nõ cōcupisces, vt hoc quiz didicerint, sufficere sibi arbitrentur, nec adiutorio gratiæ Dei ad faciendū qđ iustum est dari sibi intrant, vt abundaret delictum, qđ dictum est de Iudeis. Parum. n. est, quia non implent qđ præcepit lex, non cōcupisces, sed in super superbiūt, & ignorantes Dei iustitiā, i. quam Deus dat, qui iustificat impiū, & suam volentes cōstituere tanq̄ suę voluntatis virib. factam, iustitię Dei non sunt subiecti. Finis. n. legis Christi ad iustitiā omni credenti, qui utique ideo venit, vt vbi abundauit delictum, super abundet gratia. Cui gratiæ si fuerint inimici, Dei ignorantes iustitiā, & suam volentes cōstituere, quare sunt & isti inimici, si in eum crediderunt, quē illi occiderunt? An vt illi accipiant præmiū qui occiso Christo suā impietate accusauerūt, & se illius gr̄e cognitiæ subdiderunt, & isti portēt iudiciū qui sic in Christū volūt credere, vt eius ipsā gratiā conent occidere? Ad hoc quippe i eū credūt qui rectē credūt, vt esuriant sitiantq; iustitiā, & eius gratia saturentur. Omnis enim sicut scriptum est, qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Non. utique salute corporis quam multi habent, & qui non inuocant nomen domini, sed illa salute de qua ipse dicit: Non opus sanis medicus sed ægrotantibus, & quid dixit, vocare iustos sed peccatores. Iustos ergo sanos, peccatores autem dixit ægrotos. Non itaque de suis viribus præsumat ægrotus,

Matt. 16

1. Co. 10.

L

Rom. 7.

M

Iohel. 2.

Rom. 10.

Matt. 9.

Psal. 32.

alia, quia in multitudine virtutis suæ non erit saluus. nã si inde p̄sumit, videat, ne vires iste non sint quales solēt esse sanorū, sed quales solēt esse phreneticorum, qui cū sint insani, adeo se sanos putāt, vt nec medicū quærant, & tanq̄ importunum in sup cædant: sicut isti Christū insana superbia quodammodo cædunt, cuius gratiæ tā benignū adiutorium ad faciendā iustitiā dato legis præcepto necessaria non esse cōtendunt. Desinant ergo sic insanire, & ad hoc se intelligant h̄re quantum p̄nt liberum arbitriū, non vt superba voluntate respuāt adiutoriuū, sed vt pia volūtate inuocent dñm. Hęc. n. voluntas libera tāto erit liberior, quanto sanior: tanto aut sanior, quāto diuinæ misericordiæ gratiæq; subiectior. Ipsa quippe fideliter orat & dicit: Itinera mea dirige s̄m verbum tuum, & ne domine mihi ois iniquitas. Quō. n. libera est, cui dominat iniquitas? Vt ei aut non domine, vide ab illa quis inuocet. Non. n. ait: Itinera mea dirige s̄m liberum arbitriū, quia nõ dominatur mihi omnis iniquitas: sed, Itinera mea, inq; dirige s̄m verbum tuum, & ne domine mihi omnis iniquitas. Preca, nõ pollicetur: cōfiteatur, non profiteretur: optat plenissimam libertatem, non iactat propriam p̄tatem. Non. n. omnis qui virib. suis confidit, sed omnis q̄ inuocat nomē dñi, saluus erit. Quō. aut inuocant, inquit, in quē nõ crediderūt? Ad hoc ergo credunt, qui rectē credunt vt inuocent in quem crediderunt, & valeant facere qđ in præceptis legitimis acceperunt: qm̄ id quod lex imperat, fides impetrat. Nam vt interim omitteremus legis multa præcepta, & hoc inde commemoremus, qđ ad commemoradū elegit Apostolus, cum dicit lex, Non cōcupisces: quid v̄ aliud imperare, nisi ab illicitis cupiditatibus continentiam? Aut quis quippe velut pondere, amore ferēt quocunq; ferēt. Iuuenimur itaq; detrahēre de pondere cupiditatis, quod accēdat ad pōdus charitatis, donec illud cōsumatur, hoc perficiatur. Plenitudo enim legis est charitas, & tñ de ipsa continētia vide quid scriptum sit: Et cum scirem, inquit, quia nemo pōt esse continens nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum, adi dominum & deprecatus sum illum. Nunquid dixit: Et cum scirem puia nemo potest esse continens, nisi per proprium liberū arbitrium, & hoc ipsum erat sa

Ps. 118.

Rom. 10.

A

Rom. 13.

Sapient. 8.

pietatis, scire a meipso esse hoc bonū? Non planē hoc dixit, quod quidā in sua vanitate dicūt, sed qđ fuit in sanctæ scripturæ veritate dicendum. Cū scirem, inquit, quia nemo esse p̄t continens, nisi Deus det. Iubet ergo Deus continentiam, & dat continentiam: iubet per legem, dat per gr̄am: iubet per literam, dat per spiritum. Lex enim sine gratia facit abūdare delictum, & litera sine spiritu occidit. Iubet iō, vt facere iussa conari, & in nostra infirmitate sub lege fatigati, adiutoriuū gratiæ p̄scere nouerimus, & si quid facere potuerimus B operis boni, ei qui adiuuat, nõ simus ingrati, hoc & iste fecit. Id. n. eū sapientia docuit cuius esset hoc donum. Neq; n. voluntatis arbitrium iō tollit, quia iuuat, sed ideo iuuat, quia non tollit. Qui enim Deo dicit, adiutor meus esto. cōfiteat se velle implere qđ iussit, sed ab eo, q̄ iussit, adiutoriuū p̄scere, vt possit. Sic & iste, cū sciret neminem esse posse cōtinentem, nisi Deus det, adiit dñm, & deprecatus est: utiq; volens adiit, volēs deprecatus est, nec petisset nisi esset voluntas. Sed nisi petisset, quātum posset voluntas? Quia & si posset anteq̄ petat, qđ ei prodest, nisi illi agat gratias ex eo quod p̄t, a quo petendū est quod nondū p̄t? Vnde et qui iā continens est non habet utiq; continentiam, nisi adsit voluntas: sed nisi accepisset, quid haberet voluntas? Quid enim hēs, inquit, qđ nõ accepisti? Si aut accepisti, qđ gloriaris quasi nõ acceperis? Idest, qđ gloriaris quasi a teipso habeas: qđ si non accepisses, a teipso h̄ret non posses? Hoc aut dictum est, vt qui gloriat, nõ in seipso, sed in dño gloriē: & qui nondū habet vnde gloriatur, nõ a seipso speret, sed dñm precet. Satius est. n. minus quēq; h̄re qđ a Deo petat, q̄ plus h̄re qđ sibi tribuat: qm̄ expedit ab imo surgere, q̄ ex alto cadere. Deus. n. scriptū est, superbis resistit, humilib. autem dat gratiam. Ad abundantiam igitur delictorum lex nos docet quid velle debeamus, nisi adiuuet gratia, vt quod volumus valeamus, & quod valuerimus, impleamus. Adiuuabit autem, si non de nostris præsumentes, alta sapiamus, sed humilibus consentientes, & de ijs quæ iam possumus gratias agamus, & pro ijs quæ nondum possumus, Deum suppliciter inhiante voluntate p̄scamus, adminiculantes orationem nostram nunc fructuosis operibus: dando, vt detur nobis: dimittendo, vt

1. Cor. 3.

1. Cor. 4.

Ioan. 4.

C

Q^uarta
de peccato
origi-
nis.
Rom. 5.

do, vt dimitatur nobis. Quod autem dicunt infantem morte præuentum, non baptizatum perire non posse, quoniam sine peccato nascitur, non hoc dicit Apostolus, & arbitror esse melius vt Apostolo potius quam istis credamus. Dicit enim ille doctor gentium, in quo Christus loquebatur: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Et paulo post dicit. Nam iudicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Proinde isti, quem forte inuenerint infantem non ex illius unius hominis concupiscentia procreatum, ipsum dicant illi damnationi non esse obnoxium, nec per Christi gratiam ab illa damnatione esse liberandum. Quid est enim ex uno delicto in condemnationem, nisi illo delicto quo deliquit Adama? Et quid est ex multis delictis in iustificationem, nisi quia Christi gratia non solum illud delictum soluit, quo obstringuntur infantes, ex illo uno homine procreati, sed etiam multa delicta, quae cum creuerint homines, addunt malis moribus suis? Vnde & illud unum quo est obligata propago carnalis, quae ab illo primo homine origine ducit, sufficere dicit ad condemnationem. Ideo non est superfluum baptismus paruulorum vt qui per generationem illi condemnationi obligati sunt, per regenerationem ab eadem condemnatione liberentur. Et sicut non inuenitur homo, qui ab eadem condemnatione soluitur, sic non inuenitur homo, qui non praeter Christum spiritualiter regeneretur. Carnalis autem generatio delicto illo vni & damnatione eius obnoxia est: spiritualis vero regeneratio non solum illud unum propter quod baptizantur infantes, sed multa delicta facit aboleri, quae homines male viuendo ad illud in quo generati sunt addiderunt. Ideo sequitur & dicit: Si enim ob unius delictum mors regnauit per unum, multo magis qui abundantiam gratiae & iustitiae accipiunt, in vita regnabunt per unum Iesum Christum. Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae, sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedientiam iusti constituntur multi. Quid ad ista dicturi sunt, aut quid eis restat, nisi vt Apostolum errasse contendat

Rom. 5.

Clamat vas electionis, doctor gentium, tuba Christi, iudicium ex uno in condemnationem. Et reclamant isti, asserentes paruulos, quos ex illo uno homine, de quo loquitur ducere propaginem confitentur, non ire in condemnationem, etiam si non fuerint baptizati, iudicium, inquit, ex uno in condemnationem. Quid dixit ex uno, nisi delicto? Sequitur enim: Gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Ergo inde iudicium etiam ex uno delicto ducit in condemnationem: hinc autem gratia etiam ex multis delictis ducit in iustificationem. Quae pro si non audent resistere Apostolo exponant nobis quare iudicium ex uno delicto ducit in condemnationem, cum ex multis delictis homines damnandi veniant ad iudicium? Aut si propterea ita dictum putant, quia initium peccati ex Adam factum est, quod imitati ceteri sunt, vt sic ex uno illo delicto in iudicium condemnationemque traherentur, qui eum imitando multa peccarunt? Cur non etiam de gratia, & iustificatione sic dictum est? Cur non dixit similiter: Et gratia ex uno delicto in iustificationem? sicut enim hominum multa delicta, inter illud unum quod imitati sunt, & iudicium quo puniuntur, media reperiuntur: ab uno quippe ad multa venerunt, vt a multis ad iudicium damnationemque ducerentur, sic eadem multa delicta iter hoc ipsum unum, cuius imitatione commissa sunt, & gratiam qua dimittuntur, eodem modo media sunt, quoniam ex illo uno ad multa venerunt, vt ex multis ad gratiam iustificandi venirent. Cum ergo in vtroque, id est iudicio & gratia, quod attingit ad unum & multa delicta, vna eademque ratio sit, dicant isti nobis quare iudicium dixerit ex uno delicto ducere in condemnationem, gratiam vero ex multis delictis in iustificationem: aut acquiescant ideo sic esse dictum, quia in hac causa duo constituuntur homines: Adam, ex quo consistit generatio carnalis: & Christus, ex quo regeneratio spiritualis. Sed quia tantum ille homo, iste autem & Deus & homo, non quomodo illa generatio uno delicto obligat, quod est ex Adama, ita ista regeneratio unum delictum solum soluit, quod est ex Adam. Sed illi quidem generationi sufficit ad condemnationem unius delicti connexio: quae quid non postea homines ex malis suis operibus addunt, non pertinet ad illam generationem, sed ad humanam conuersationem: huic autem

G

Rom. 5.

H

tem regenerationi non sufficit illud delictum tantummodo soluere, quod ex Adama trahitur, sed quicquid est postea ex iniquis operibus humanae conuersationis accedit. Ideo iudicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim ob unius delictum mors regnauit per unum, a quo delicto paruuli per baptismum expiuntur, multo magis qui abundantiam gratiae & iustitiae accipiunt, in vita regnabunt per unum Iesum Christum multo magis vtique in vita regnabunt, quae aeternae vitae regnum erit, mors autem in eis temporaliter transit non in aeternum regnabit. Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, de qua condemnatione paruuli per sacramentum baptismi liberandi sunt, ita per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae. Et hic omnes dixit, & ibi, non quia omnes homines venirent ad gratiam iustificationis Christi, cum tam multi alienati ab illa, in aeternum moriantur: sed quia omnes qui renascuntur in iustificationem, non nisi per Christum renascuntur: sicut omnes qui renascuntur in condemnationem non nisi per Adama nascuntur. Nemo quippe est in illa generatione praeter Adama: nemo in ista regeneratione, praeter Christum, ideo omnes & omnes, eosdem autem omnes et multos postea dicit, adiungens: Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, sic & per unius hominis obedientiam iusti constituntur multi. Qui multi? nisi quos iam paulo ante omnes dixerat. Vide quemadmodum commendat unum & unum. id est Adama & Christum: illud ad condemnationem, hunc ad iustificationem, cum tanto post Adama uenerit Christus in carne, vt sciamus et antiquos, quicumque esse potuerunt, non nisi per eandem fidem liberatos, per quam liberamur & nos, fidem scilicet incarnationis Christi, quae illis praenunciabatur, sicut a nobis facta annunciat: Ideo idem Christum hominem dicit, cum sit & deus, ne quis existimet antiquos iustos per Deum tantummodo Christum, id est per verbum quod erat in principio, non etiam per fidem incarnationis eius, qua & homo Christus dicitur, potuisse liberari. Sententia quippe de ista destrui non potest, de qua & alibi dicit: Per unum hominem mors, & per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur. Vtique resurrectione dicit iustorum, ubi est vita aeterna: non resurrectione

1. Co. 15.

nem iniquorum, ubi mors erit aeterna. Ideo ait viuificantur, quia illi danabuntur. Hinc & in veteribus sacramentis circuncisio paruulorum octaua die fieri praecipitur quoniam Christus, in quo fit delicti carnalis expoliatio, quae significat circuncisio, die unico resurrexit, qui post septimum sabbati octauus est. Haec ergo fides est antiquorum iustorum fuit. Vnde & Apostolus dicit. Habentes autem eundem spiritum fidei, propter quod scriptum est: Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur: non diceret eundem spiritum fidei, nisi adhaerens et antiquos iustos habuisse ipsum spiritum fidei, hoc est, incarnationis Christi. Sed quia illis futura praenunciabatur, quae iam facta a nobis annunciat, & tempore veteris testamenti velabatur, quae tempore noui testamenti reuelatur, ideo eius sacramenta variata sunt, vt alia essent in veteri testamento, alia in nouo, cum fides varia non sit, sed vna sit: quae sicut in Adama omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificantur. Quae vero illis verbis quae tractabamus adiungit & dicit: Lex autem subintravit, vt abundaret delictum, iam non pertinet ad illud delictum quod trahitur ex Adama, de quo dicebat superius, Mors regnauit per unum: legem quidem suae naturalis intelligamus, quae in eorum apparet aetatibus, quae iam ratione uti possint: siue conscripta, quae data est per Moysen, quia nec ipsa viuificare potuit, & liberare a lege peccati & mortis, quae tracta est ex Adama, sed magis addidit prauaricationis augmenta. Vbi enim lex non est, ait idem Apostolus, nec prauaricatio. Proinde quoniam lex est in ratione hominis qui iam utitur arbitrio libertatis naturaliter in corde conscripta, qua suggerit ne mali aliquid faciat quisque alteri quod pati ipse non vult: secundum hanc legem prauaricatores sunt omnes, et qui legem per Moysen datam non acceperunt de quibus in psalmo legitur. Prauaricatores astiti omnes peccatores terrae. Non enim omnes peccatores terrae legem per Moysen datam prauaricarunt, sed tantum nisi aliqua prauaricassent, non appellarentur prauaricatores. Vbi enim lex non est nec prauaricatio. Prauaricata ergo lege, quae in paradiso data est, nascitur homo ex Adama cum lege peccati & mortis, de qua dicitur. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuum me ducentem in legem peccati, quae est ex membris meis: quae tamen nisi mala postea consuetudine roboretur, facilius vincitur, non tamen nisi gratia Dei: lege autem alia

2. Co. 4.

L

Ps. 118.

nerē, cur non secundū Abel posuit, qui primus in hominibus iustus fuit, ad quem iusti oēs pp imitationem iustitiæ pertinerent, sed posuit Adam contra quē nō posuit nisi Christum? Quia sicut ille homo delicto suo vitiauit posteritatem suam, sic iste Deus homo iustitia sua saluauit hereditatē suam. Ille traiciendo carnis immunditiā quod non poterat impius diabolus, ille donādo spiritus gratiā quod poterat Abel iustus. Multa de ijs quōnibus in alijs nostris opusculis & ecclesiasticis sermonibus diximus, quā fuerunt et apud nos quidā, qui vbiq; poterāt hęc sui erroris noua semina spargerent, quorū nōnulli per ministeriū nostrū fratrumq; nostrorū misericordiā dñi ab illa peste sanauit. Nec tñ hic deesse aliquos arbitror, maximē apud Carthaginē, sed iā occulte musitant timētes ecclesiæ fundatissimā fidem. Nā vnus eorū nomine Celestius in eiusdē ciuitatis ecclesia iā ad presbyterij honorē surrepere cęperat, sed fidelissima libertate fratrum pp has ipsas contra Christi gratiam disputationes vsque ad iudiciū ep̄ale perductus est, tñ coactus est confiteri propter baptizandos paruulos, q̄ & ipsis redemptio sit necessaria. Vbi quāq; noluerit de originali peccato aliquid exprefius dicere, tñ ipso redemptoris nomine nō parū sibi pręscripsit. Vnde. n. redimendi sunt nisi à diaboli potestate, in qua esse non possent, nisi originalis obligatione peccati? Aut quo pretio redimuntur, nisi Christi sanguine, de quo apertissimē scriptū est, quod in remissionē effusus sit peccatorū? Sed quia magis conuictus & ab ecclesia detestatus, quā correctus & pacat⁹ abscessit, veritus sum ne fortē ibi sit ipse qui nostram fidē perturbare conatur. Ideo nominis ipsius cōmemoratio nē putauī esse faciendam. Sed siue ipse sit siue alij confortes eius erroris, plures. n. sunt quā sperare possumus, & vbi non redarguitur, et alios ad suam sectam seducunt, & sic crebrescunt vt nesciā quo sint erupturi: nos tñ malumus eos in ecclesię compage sanari, quā ex illius corpore velut insanabilia mēbra refecari, si tñ hoc permittit ipsa necessitas. Timendum est. n. ne plura putrescant, dū putribus parcitur. Potens est autē misericordiā dñi nostri, quā potius eos ab hac peste liberet, quod sine dubio faciet, si fideliter aduertāt teneantq; quod scriptum est: Qui in-

Celestius Pelagianus

Mat. 26.

uocauerit nomen dñi saluus erit. Audi iam pauca de diuitibus, quod in epistola tua se- quitur inquirendum. Hoc. n. posuisti illos dicere: Diuitem manentē in diuitijs suis, regnū Dei non posse ingredi, nisi omnia sua venderit, nec ei prodesse, si fortē ex ipsis diuitijs mandata fecerit. Euaserunt istorū disputationes, patres nostri Abraham, Isaac, & Iacob, qui tanto ante ex hac vita migrarunt. Habebant quippe hi oēs nō paruas diuitias, sicut fidelissima scriptura testatur: multos tñ venturos ab Oriente & Occidente nō supra ipsos vel extra ipsos, sed cū ipsis recubituros in regno cęlorū, ille ipse qui propter nos factus est pauper cum verē diues esset, veracissima promissione prędixit. Et quāuis superbus diues, qui induebatur purpura & bisso, & epulabatur quotidie splendide, mortuus apud inferos torqueretur, tñ si pauperis vlcerosi, qui ante ianuam eius contēptus iacebat miserus fuisset, mereretur & ipse misericordiā. Et si pauperi illi meritū esset inopia non iustitia, non vtiq; ab angelis in Abrahę gremiū, qui diues hic fuerat, tollerēt. Sed vt nobis ostenderetur nec in isto paupertatē per se ipsam diuinitus honoratā, nec in illo diuitias fuisse dānatas, sed in isto pietatē, in illo impietatē suos exitus habuisse, sic suscepit impium diuitē cruciatus ignis, vt tñ piū pauperē susciperet finis diuitis. Qui sanē cū hic diues vineret, diuitias sic habebat, & eas prę Dei pręceptis tā parū pendebat, vt et cum ipse filij immolatione nollet offēdere Deū iubentem, quē suarum diuitiarū & sperabat & optabat hęredē. Hic vtiq; dicunt, ideo patres antiquos non vendidisse oīa quę habebant, & dedisse pauperib. quia hoc eis nō p̄ceperat dñs. Nōdum. n. reuelato testō nouo, quod non fieri nisi plenitudine t̄pis oportebat, nec eorū virtus fuerat reuelanda, qua virtute hoc eos facillimē posse, Deus in eorum cordib. nouerat, qui testimoniū illis tā insigne perhibebat, vt cū sit omnium sanctorum Deus, tāquā de p̄cipuis amicis suis dicere dignaretur: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, hoc mihi nomen est in æternū. Postea vero q̄ magnū pietatis sacrm manifestatum est in carne, & vocandis omnibus gentibus Christi aduentus illuxit, in quem etiam illi patres crediderant, sed huius fidei oliuā suo tempore manifestandam, in illius arboris,

Ioel. 1. Q. 4. de reliquijs dis facultatibus.

Math. 9.

Luc. 16.

D

Exod. 3.

ris, de qua Apostolus loquitur tāquā radice seruabāt, dictū est diuiti: Vnde oīa quę habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cœlis, & veni sequere me. Hęc si dicant, uidentur aliquid rationabiliter dicere: Sed totū audiant, totū aduertant, non in parte aures aperiant, in parte surdescant. Cui. n. dñs hęc pręcepit? Profecto illi diuiti, qui vitę æternę consequendę consiliū quærebat accipere. Hoc enim dño dixerat: Quid faciā vt vitā æternā consequar? Ille autē non ei respondit. Si vis venire ad vitā, vade vende omnia quę habes, sed: Si vis venire ad vitā, serua mādā. Quę inuenis cū sibi a domino ex lege cōmemorata se seruasse dixisset, & quę sisset quid adhuc sibi deesset, rñsum accepit. Si vis perfectus esse, vade vende omnia quę habes & da pauperibus. Et ne se illa quę multū amat hoc modo perdere existimaret: Et habebis, inquit, thesaurū in cęlis. Deinde addidit. Et veni sequere me ne cuiquā, cū hęc fecerit, aliquid prodesse existimetur, si nō sequitur Christū. At ille quidē tristis abscessit, qui viderit quēadmodū illa legis mādā seruauerat. Puto enim q̄ se arrogātius q̄ verius sēruasse rñderat. Veruntamē magister bonus mādā legis ab ista excellentiore perfectione distinxit: Ibi. n. dixit: Si vis venire ad vitā, serua mandata: hic autē. Si vis perfectus esse, vade vende oīa quę habes, & cętera. Cur ergo negamus diuites, quamuis ab illa perfectione absint, venire tñ ad vitam si mandata seruauerint, & dederint vt detur illis, & dimiserint vt dimittat illis? Credimus enim ministrū noui testamēti fuisse apostolū, cū scribēs ad Timotheū diceret: Pręcipe diuitibus huius mūdi nō superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui pręstat nobis oīa abūdāter ad fruēdū. Benefaciant diuites, sint in operibus bonis, facillē tribuant, cōcicent, thesaurizent sibi fundamentū bonū futurū vt apprehendāt verā vitā, de qua & illi adolescenti dictum est: Si vis venire ad vitā: Puto q̄ ista pręcipiens, diuites instruebat, nō fallebat Apostolus, q̄ nō ait, Pręcipe diuitibus huius mūdi, vt vēdāt oīa quę habent, dent pauperibus, & sequantur dñm: Sed non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarū. Ista superbia diuitem illum, qui iacentē ante ianuam suam contemnebat pauperem iustum, & ista spes in incerto di-

Mat. 19.

Mat. 19.

Mat. 19.

Mar. 10.

Luc. 18.

1. Ti. 6.

B

uitiarū, qua se propter purpurā, byssum & epulas splendidas beatū putabat, nō ipsa diuitiæ perduxerunt ad inferni tormēta. An forte quia dñs adiunxit. Amen dico vobis, difficile diues intrabit in regnū cęlorū: Et iterū dico vobis: Facillius intrabit camelus per foramē acus, q̄ diues in regnū cęlorū: ideo putāt isti diuitem, etiā si faciat ista quę diuitibus pręcipienda scripsit Apostolus, in regnū cęlorū intrare nō posse? Quid ergo est? Vtrum Apostolus contra dñm loquitur, an isti nesciunt quid loquūtur? Quid horū credat, eligat Christianus. Puto meli⁹ nos credere istos nescire quid loquantur, q̄ Paulū cōtra dñm loqui. Deinde cur nō in cōsequentib. et ipsum dñm audient dicentē discipulis pro miseria diuitū contristatis: Quod hominib. impossibile est, Deo facile est? Sed iō inquit, hoc dictū est, quia futurū erat, vt audito Euāgelio diuites vendito patrimonio, erogaq; pauperibus, dñm sequerentur, & intrarēt in regnū cęlorū, atq; ita fieret quod difficile videbatur, nō vt manentes in diuitijs suis, pręcepta Apostoli custodiendo, id est, non superbe sapiendo, neq; sperādo in incerto diuitiarū, sed in Deo viuo, benefaciēdo, facile tribuendo & cōmunicando indigentibus, verā apprehendant vitā, sed etiā ista pręcepta Apostolica, vēditis omnib. suis rebus implerent, Hęc si dicunt, Scio quippe eos illa dicere, nō attendunt primitus quēadmodum dñs cōtra eorū dogma, suā gratiā prędicauerit. Nō enim ait: Quē hoībus impossibile videtur, facile est hoīb. si voluerint: sed quē hominibus, inq; impossibile est, Deo facile est: ostēdens q̄ ista recte fiunt, nō fieri hoīs potentia, se Dei gratia. Hęc ergo attendant isti, & si reprehendunt eos qui gloriantur in diuitijs suis, caueant ipsi in sua virtute cōfidere. Simul enim vtriq; reprehenduntur in psalmo, qui cōfidit in virtute sua, & q̄ in abūdātia diuitiarū suarū gloriantur. Audiant itaq; diuites. Quod hominib. impossibile est, Deo facile est, & siue manētes in diuitijs suis, atq; ex eis bona opera facientes, siue illis vēditis, & per indigētiā pauperū distributis intrēt in regnū cęlorū, gratię Dei tribuāt, nō proprijs viribus bonū suum. Quod enim hoībus impossibile est, non hominib. sed Deo facile est. Audiant hoc & isti, & si iam omnia sua uendiderunt, & pauperibus tribuerunt, uel

Luc. 16.

Mat. 19.

C

Psal. 48.

D

adhuc id agunt atq; disponūt, & hoc modo
 pręparāt intrare in regnū celorū, nō hoc tri-
 buant virtuti suę, sed eidē gratiā diuinā. Qđ
 enim hominib. impossibile est, nō ipsis quia
 & ipsi homines sunt, sed Deo facile est. Hoc
 Phil. 2. quippe illis & Apostolus dicit: Cum timore
 & tremore vestrā ipsorū salutē operamini.
 Deus enim est qui operat in nobis, & velle &
 operari pro bona voluntate. Certe ideo se di-
 cūt in suis rebus vendēdis perfectionis à dño
 suscepisse consiliū vt sequantur dñm, qm̄ il-
 lic additū est: Et veni sequere me. Cur ergo
 E in ijs bonis, quę faciunt, de sua trñ voluntate
 pręsumunt, nec audiūt dñm, quē sequi se di-
 cunt increpantē atque testatē: Sine me nihil
 potestis facere? Si autē Apostolus ita dixit: Prę-
 Ioan. 15. cipe diuitibus huius mundi nō superbe sapa-
 re, neq; sperare in incerto diuitiarū, vt ven-
 dant omnia quę possident. & ea precia distri-
 buendo indigentibus, faciant quod sequitur.
 Facile tribuant, cōicent, thesaurizent sibi fun-
 damentū bonū in futurū, & aliter eos in re-
 gnū celorū intrare posse nō credit. Fallit er-
 go eos quorū domostā diligenter doctrinā
 sanitate componit, admonens & pręcipiēs
 quales se prębere debent vxores viris, viri
 vxoribus, filij parentibus, parentes filijs, ser-
 ui dominis, dñi seruis. Nā quō hęc agi pos-
 sunt sine domo, & sine aliqua re familiarī?
 An hoc eos monet quod ait dñs: Quicunq;
 Mat. 19. dimiserit omnia sua propter me, accipiet in
 hoc seculo cētuplū & in futuro vitam eternā
 possidebit. Aliud est dimiserit, aliud est ven-
 diderit. Nam & in ijs quę dimittenda man-
 dauit, etiā vxor cōmemorata est, quā nullis
 humanis legibus licet vēdere, Christi, autē
 F legibus nec dimittere, excepta causa fornicati-
 onis. Quid sibi ergo volunt ista pręcepta?
 Nō enim possunt inter se esse contraria, nisi
 quia occurrit aliquādo necessitatis articul⁹,
 vbi aut vxor dimittatur, aut Christus: vt alia
 omittā, si ipsi vxori marit⁹ displicuerit Chri-
 stianus, eiq; proposuerit aut à se diuortū aut
 à Christo: Hic ille quid eligat nisi Christū, &
 dimittat vxorē laudabiliter, ppter Christum?
 Ambobus qppe Christianis dñs pręcepit ne
 qs̄ dimittat vxorē, excepta cā fornicatio-
 nis. Vbi autē qlibet ex eis persona infidelis ē,
 cōsiliū Apostoli attēdat: Vt si infidelis cōsen-
 tit habitare cū viro fideli, vir nō dimittat vxorē.
 Co. 7. Similiter & vxor fidelis virū, si cū illa ha-

bitare cōsenserit. Quod si infidelis, inquit, di-
 scedit, discēdat. Nō est enim seruituti subie-
 ctus frater aut soror in hm̄oi, id est, si infide-
 lis noluerit esse cū coniuge fideli, hic agno-
 scat fidelis suā libertatē, ne ita se subiectum
 deputet seruituti vt ipsam dimittat fidē, ne cō-
 iugē amittat infidelē. Hoc & de filijs atq; pa-
 rētib. hoc de fratrib. & sororib. intelligitur,
 pp̄ Christū oēs esse dimittēdos, cū proponi-
 tur ista cōditio vt Christū dimittat, si illos se
 cū habere desiderat. Hoc ergo & de domo
 atq; agris, hoc & de ijs rebus q̄ iure pecunia-
 rio possidētur, hoc loco accipiendū est. Si-
 mul enim ē de his nō ait: Quicūq; vēdide-
 rit propter me quęcunq; licitū est vendere:
 sed, quicunq; dimiserit. Fieri enim pōt vt di-
 cať Christiano ab aliqua potestate, aut Chri-
 stianus nō eris, aut si in hoc pmanere volueris,
 domū possessionesq; nō habebis. Cū ve-
 rō ēt illi diuites qui in suis diuitijs sic statue-
 rāt pmanere, vt ex earū bonis operib. pro me
 rerētur Deū, hęc dimittāt potius pp̄ Chri-
 stū, q̄ pp̄ hęc Christū, vt accipiāt in hoc secu-
 lo cētuplū, cuius numeri perfectione signifi-
 cantur oīa: fideli quippe homini totus mun-
 dus diuitiarū est, fiuntq; hoc mundo, quasi
 nihil habētes & oīa possidentes, vt in futuro
 seculo possideāt vitā eternā, ne pp̄ ista dimis-
 so christo in mortē pręcipitentur eternam.
 Hac quippe lege & cōditiōne, nō illi tantū
 qui mentis excellentia perfectionis consiliū
 receperunt, vt vēdita sua, pauperib. distribue-
 rent, & humeris ab omni seculi huius sarcina
 liberioribus leuem Christi sarcinā ferrēt,
 sed ēt q̄ quis infirmior, & illi gloriosissimę
 perfectiōni minus idoneus, qui tñ se memi-
 nit veraciter esse Christianū, cū audierit sibi
 proponi quod nisi hęc oīa dimiserit, dimis-
 silurus est Christū, apprehendet potius turrim
 fortitudinis à facie inimici: quia cū eā in sua
 ædificaret fide, cōputauit sumptus quib. per-
 fici posset. i. eo animo accessit ad fidē, vt huic
 seculo non solū verbis renunciaret: quia & si
 emit aliquid, tanquā nō possidens erat: & si
 vtebatur hoc mundo, tanquā non vtens erat,
 nō sperās in incerto diuitiarū, sed in Deo vi-
 uo. Cū enim omnis qui renunciat huic secu-
 lo, sine dubio renūciat oībus quę sunt eius,
 vt possit Christi esse discipulus: ipse. n. cum
 de sumptibus ad turris ædificiū necessarijs:
 & de bello aduersus regem alterum prępa-
 rando,

randō, similitudines p̄mississet, adiunxit sic:
 Luc. 15. Qui nō renunciat oīb. quę sunt eius, nō pōt
 meus esse discipulus: profecto renunciat ēt
 diuitijs suis, si quas habet: aut sic vt eas oīno
 non diligens, totas distribuatur indigentib. & su-
 perfluis exoneretur sarcinis: aut sic, vt plus
 diligens Christū, spem ab eis transferat in ip-
 sum, atq; ita vtať illis, vt facile tribuēs & cōi-
 cans, thesaurizet in celo: paratusq; sit quem-
 admodū parētes & filios & fratres & vxorē,
 hoc modo & istas relinquere, si talis cōditio
 proposita fuerit, vt nisi dimisso Christo, eas
 habere nō possit. Nā si aliter huic seculo re-
 nūciat, qñ accedit ad fidei sacrm, facit quod
 de lapsis beatus Cyprianus ingemuit, dicēs.
 Cypr. Seculo verbis solis renūciantes & nō factis.
 De hoc quippe dī cū veniente tētatione, ma-
 gis ista metuit amittere, q̄ Christū negare. Ec-
 ce hō qui cepit ædificare, & non potuit per-
 ficere. Ipse est ēt, qui cū adhuc lōge esset ad-
 uersarius eius, misit legatos q̄rens pacem, i-
 nondū affligente, sed adhuc imminēte ac mi-
 nante tentatione, vt ijs non careat q̄ plus dili-
 git, ad relinquendū Christū negandumq; cō-
 sensit. Et multi sunt tales, qui ēt putant sibi ad-
 augendas opes suas, & multiplicāda delecta-
 menta terrena, religionem suffragari debere
 Christianā. Sed non sunt tales diuites Chri-
 stiani, qui licet ista teneāt, non tñ ab eis ita te-
 nentur, vt hęc Christo antepōnāt, quia vera-
 ci corde seculo renunciarunt, vt nullam spē
 in talib. ponant. Hi vxores & filios vniuersas
 que familias ad Christianā religionē tenēdā
 sana erudiunt disciplina. Horū domus hospi-
 talitate feruentes, recipiūt iustū in noīe iusti,
 vt mercedē iusti accipiant. Frangunt esuriētī
 panē suum, nudū vestiūt, captiuū redimunt,
 thesaurizant sibi fundamentū bonū in futurū
 vt apprehendant verā vitā. Et si fortē p̄ fide
 Christi pecuniaria damna perpetienda sunt,
 oderūt diuitias suas: si suorum orbitates vel
 separationes pro Christo minā hic mūdus,
 oderūt parentes, fratres, filios, vxores: postre-
 mo si de ipsa huius corporis vita cū aduersa-
 rio paciscendū est, ne desertus deserat Chri-
 stus, oderūt insuper animā suā. De ijs quippe
 omnib. mandatū acceperūt, q̄ aliter discipu-
 li Christi esse non possint. Nec tñ quia p̄cep-
 tū est eis, vt oderint pro Christo & animas
 suas, vendendas eas habent, aut illatis sibi ma-
 nib. effundendas: sed parati sunt eas amittere

pro Christi noīe moriēdo, ne mortui viuāt
 Chrm negando. Sic ēt diuitias, ad quas ven-
 dendas parati non fuerūt monente Christo,
 ad perdendas eas debēt parati esse pro Chri-
 sto, ne cū eis pereant perditō Christo: habe-
 mus hinc vtriusq; sexus diuites clarissimasq;
 personas martyrij gloria sublimatas. Ita mul-
 ti, quos rerū suarū venditiōne piguerat ante
 perfici, Xpi imitata passione sunt repente p-
 fecti: & qui nōnullā infirmitatē carnis & san-
 guinis suis diuitijs perfecērūt, subito aduer-
 sus pctm̄ pro fide vsq; ad sanguinē certarūt.
 Quib. autē nō prouenit corona martyrij, neq;
 illius perfectionis de vendendis reb. suis, con-
 siliū tā grande tamq; pręclarū receperunt,
 & tñ à damnabilib. immunes criminib. esu-
 rientem Christū pauerunt, sitienti potū dede-
 runt, nudū vestierunt, peregrinantē suscepe-
 runt, non sedebunt quidē cum Xpo sublimi-
 ter iudicaturi, sed ad ipsius dexterā stabunt
 misericorditer iudicandi. Beati. n. misericor-
 des, qm̄ ipsorū miserebitur Deus. Et iudiciū
 sine misericordia fiet illi qui non fecit mise-
 ricordia. Superexaltat autē misericordia iudi-
 ciū. Proinde isti defināt contra scripturas lo-
 qui, & in suis exhortationibus ad maiora sic
 excitent, vt minora non damnent. Non. n. &
 sanctā virginitatē aliter exhortando persua-
 dere possunt, nisi coniugalia vincula dānaue-
 rint, cū docente Apostolo, vnusquisq; donū
 propriū habeat à Deo, alius sic, alius autē sic.
 I. Cor. 7. Ambulēt itaq; perfectionis viā, vēditis oīb.
 suis rebus & misericorditer erogatis. Sed si
 verē pauperes Christi sūt, & nō sibi, sed Xpo
 colligunt, infirmiora eius mēbra quare pu-
 niunt, antequā sedes iudicarias acceperint?
 Si. n. tales erunt qualibus dñs dicit: Sedebitis
 super duodecim sedes iudicantes duodecim
 tribus Israel: & de qualibus Apostolus dicit,
 Nescitis qm̄ angelos iudicabitis, pręparent
 potius nō criminosos, sed religiosos diuites
 recipere in tabernacula aterna, à quib. amici
 facti sunt de māmōna iniquitatis. Puto. n. q̄
 quidā eorū qui hęc impudenter atq; impru-
 denter garriunt, à diuitib. Christianis & pijs
 in suis necessitatib. sustentant. Habet. n. eccle-
 sia quodāmodo suos milites, & quodāmo-
 do prouinciales. Vnde dicit Apostolus: Quis
 militat suis stipendijs vnquā? Habet & vineā
 & plātatores, habet gregē & pastores. Vnde
 consequenter dicit: Quis plantat vineā, & de-
 1. Cor. 9

fructu eius nō edit? Quis pascit gregē, & de lacte eius nō percipit? Quāuis talia disputare qualia isti disputāt, non sit militare sed rebel- Jare, nō sit plantare vineā sed eradicare, non sit pascendos cōgregare, sed perdēdos à gre- ge separare. Sicut autē ipsi qui diuitiū religio- sis obsequijs aluntur atq; vestiuntur: neq; n. ad suas necessitates nihil accipiūt, nisi ab eis qui res suas vendunt, nō tñ iudicant neq; dā nanē ab excellentiorib. Christi membris, qui maīori virtute, quā multū cōmendat Apосто- lus, suis se manib. transigunt: sic nec isti dāna re debēt infirmioris meriti Christianos, quo rū operib. transigunt, sed rectē viuendo, & rectē docendo magis eis dicere. Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si vestra carnalia metamus? Multo quippe minori im- pudētia serui Dei, qui manuū suarū honestis operib. venditis viuunt, dānant istos à quib. nihil accipiūt, q̄ isti qui pp aliquā corporis infirmitatē nō valentes manib. operari, dam- nant eos ipsos de quorū facultatibus viuunt. Ego qui hęc scribo perfectionē de qua dñs locutus est, qñ ait diuiti adolescenti: Vade, vē de oīa quæ habes & da pauperibus, & habe- bis thesaurū in cęlo, & veni sequere me: ve- hementer adamauī & nō meis virib. sed grā ipsius adiuuāte sic feci. Neq; n. quia diues nō fui, ideo minus mihi imputabit. Nā neq; ipsi Apostoli qui priores hoc fecerūt, diuites fue- runt. Sed totū mundū dimittit, qui & illud q̄ habet, & q̄ optat habere dimittit. Quātū autē in hac perfectionis via profecerim, magis q̄- dē noui ego, q̄ quisquā alius homo: sed ma- gis Deus quam ego. Et ad hoc propositū quā- tis possum viribus alios exhortor, & in no- mine dñi habeo confortes, quibus hoc per meū ministeriū persuasum est: sic tñ vt p̄ci- pue sana doctrina teneatur, nec eos qui ista nō faciūt vana cōtumacia iudicemus, dicētes nihil prodesse q̄ pudice quāuis coniugaliter viuunt, quod domos suas & familias Chri- stiane regunt, quod operibus misericordiæ sibi thesaurizāt in posterū, ne ista disputādo non scripturarū sanctorū tractatores, sed eo- rū accusatores inueniamur. Quod ideo cō- memorauī, qm̄ isti qñ talia dicere prohiben- tur ab eis qui hoc dñi cōsiliū non ceperūt, rñdēt, eos talia disputari nolle, qm̄ vitijs suis fauent, & dñica p̄cepta implere detrectant: quasi non, vt de ijs taceā qui licet infirmio-

Mat. 19

Auguſti- nus oīa di- uisit.

res, religioſe tñ vtuntur diuitijs, et ipsi cupi- di & auari male his vtētes, & in terreno the- sauro cor luteū figentes, quia & ipsos necesse est vsq; ad finē portet ecclesia, sicut illa retia vsque ad litus pisces malos, tolerabiliore in ea q̄ isti sint, qui talia fermocinando & disse- minando, ita se videri magnos volunt, quia diuitias suas, vel quantū lacunq; patrimonia ex p̄cepto dñi vendiderunt, vt eius haredi- tatē, q̄ vsque ad fines terræ dilatatur atq; dif- fundit, hac doctrina non sana perturbare at- que euertere moliantur. Vnde quia ex hac q̄- dē occasione, sed tñ iā breuiter dixi quid et de ecclesia Christi in hoc seculo sentia. i. ga- vsq; ad finē huius seculi necesse est portet bo- nos & malos, qm̄ & hoc inter tuas qōnes in- terrogasti: plixā epistolā iā tandē aliqñ con- cludā: Iurationē caue quantū potes. Melius quippe nec verū iurat, q̄ iurādī cōsuetudine & in periuriū s̄ape cadit, & semper periurio propinquat. Sed illi, quantū aliquos eorum audiui, qd sit iurare prorsus ignorat: putāt. n. se non iurare, qñ in ore habent, Scit Deus, & Testis est Deus: & Testē Deū inuoco su- per animā meā: quia non dī, Per Deū: & q̄a talia reperiunt in Apostolo Paulo. Sed etiā illa ibi cōtra eos inuenta est, quam non cōfi- tent esse iurationē, vbi ait Apostolus: Quo- tidie morior, p̄ vestrā gloriā fratres quā ha- beo in Christo Iesu dño nostro. In Græcis enim codicibus reperitur omnino esse hanc iurationē, neq; in Latina lingua hoc sic in- telligat dictū, p̄ vestrā gloriā, quō dictū est, per meū aduentum iterū ad vos, & multa si- milia, vbi dī per aliquid, & non est iuratio. Sed nō ideo q̄a in suis literis iurauit Aposto- lus, vir *in firmitate firmisimus, ludus nobis debet esse iuratio. Multo enim tutius, vt dixi, quantum ad nos atinet, nunquā iuramus, vt sit in ore nostro, est est, non non, sicut domi- nus monet. Non quia peccatum est verum iurare, sed quia grauissimum peccatū est fal- sum iurare, quo citius cadit qui cōsuevit iu- rare. Accepiſti qd̄ mihi videt, melius expo- nāt ista meliores, nō isti quorū noui iam sen- tentiā reprobandā, sed alij qui veraciter pos- sunt. Nam & ego paratior sum discere q̄ do- cere, & tu magnū cōeres beneficiū, si ea quę illic à sanctis fratribus aduersus istorū vani- loquia disserunt, non me facias ignorare. In dño rectē, & fideliter viuas dilectissime fili.

Quæſ. q. de non in- rando.

1. Co. 15.

Veritas

Patres

Patres concilij Carthaginensis, Innocentio Pontifici Romano de actis aduersus Pe- lagium & Cęlestium. Epistola XC.

ximus vt statutis nostræ medio charitatis et Apostolicæ sedis adhibeatur autoritas, pro- tuenda salute multorū, & quorundā peruer- sitate etiā corrigenda. Id enim agunt isti dā- nabilibus disputationibus suis, vt non defen- dendo, sed potius in superbiā sacrilegā extol- lendo liberum arbitrium, nullum relinquāt locum gratiæ Dei qua Christiani sumus, qua & ipsam nostræ voluntatis arbitrium vere sit liberum, dū à carnalium cōcupiscentiarū dominatione liberatur, dicēte dño, Si vos fi- lius liberauerit, tunc vere liberi eritis, quod auxiliū fides imperat, quæ est in Christo Ie- su dño nostro. Isti autē asserunt sicut à fratri- bus qui etiā eorū libros legerunt, cognoui- mus, in eo Deo gratiam deputandā, q̄ talē hominis instituit creauitq; naturā, quæ per propriā voluntatē legem Dei possit implere siue naturaliter in corde conscriptā, siue in literis datam. Eandē quoq; legē ad gratiam pertinere, quod illam Deus in adiutorium homini dedit. Illā verò gratiam qua, vt di- ctum est, Christiani sumus, cuius Apostolus prædicator est dicens, Condelector enim le- gi Dei secundū interiorē hominem, Video autem aliam legē in membris meis repugnā- tem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, q̄s me liberabit de corpore mor- tui huius? Gratia Dei per Iesum Christū do- minū nostrum, nolunt omnino cognoscere, sed nec aperte quidē oppugnare audent. Sed quid aliud agunt, cū hominibus animalibus nō percipiētib. q̄ sunt spiritus Dei, psuadere nō cessant ad operandā perficiendamq; iu- stitiā, & Dei mādāta cōplēda, solā sibi huma- nā sufficere posse naturam, non attendentes quod scriptū est, Spiritus adiuuat infirmita- tē nostram. Et, Non volentis est neq; curren- tis, sed miserentis est Dei. Et q̄ vnū corpus su- mus in Christo singuli autē alter alterius mē- bra, habentes dona diuersa secundū gratiam quæ data est nobis. Et, Gratia dei sum, id qd̄ sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laborauī, non ego autem, sed gratia Dei mecū. Et, Gratias Deo qui de- dit nobis victoriā p̄ dominū Iesum Chri- stum. Et, Quia non idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficien- tia nostra ex Deo est. Et, Habemus thesau- rum istum in vasis fictilibus vt eminentia

Apostolū ca seder.

Ioan. 8.

H

Rom. 8. 9. 12.

1. Co. 14.

2. Co. 34.

Domino beatissimo & honoratissimo fratri sancto Innocentio Pape, Aurelius, Múdius, Rusticanus, Fidentius, Euagrius, An- tonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Pu- blianus, Theasius, Tutus, Páthonius, Victor, Restitutus, Rusticus, Fortunatianus, alius Re- stitutus, Ampelius, Animus, Felix, Donatia- nus, Adeodatus, Octauius, Serotinus, Maiori- nus, Posthumanus, Trispulus, Victor, alius Victor, Leucius, Macianus, Fructuosus, Fau- stinianus, Quoduulteus, Candorius, Maxi- mus, Megarius, Rusticus, Rufianus, Proculia- nus, Thomas, Ianuarius, Octavianus, Prætex- tatus, Sixtus. Quoduulteus, Pethadius, Qd- uulteus, Cyprianus, Seruilius, Pelagius, Mar- cellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Tia- zacenus, Germanus, Germanianus, Inuētius, Maiorinus, Inuentius, Candidus, Cyprianus & Emilianus, Romanus, Aphricanus, & Mar- cellinus, qui in concilio ecclesie Carthaginē- sis affuimus. Cū ex more ad Carthaginēsem ecclesiā solenniter veniremus, atq; ex diuer- sis causis congregata ex nobis synodus habe- retur, cōpresbyter noster Orosius nobis lite- ras sanctorū fratrum & cōsacerdotum nostro- rū dedit Herodis, & Lazari, quarū formā his constitutum esse subdendā. His ergo lectis, Pelagiū & Cęlestiū authores nepharij pror- fus, & ab omnib. nobis anathematizandi er- roris aduertimus. Vnde factū est, vt recensē- dum peteremus, quid ante fermē quinquen- niū super Cęlestij nomine hic apud ecclesiā Carthaginēsem fuerit agitatum. Quo reci- tato, sicut ex subsequētib. aduertere pote- rit sanctitas tuā, quamuis iudicatio manifesta contaret, quia illo tempore episcopali iu- dicio excusium hoc vulnus tantū ab ecclesia videretur, nihilominus tñ id cōi deliberatio- ne censuimus, & huiusmodi persuasione au- thores, quāuis ad presbyterium idem Cęle- stius postea peruēnisse dicatur, nisi hęc aper- tissimē anathematizauerint ipsos anathema- tizari oportere, vt si ipsorum non potuerit, saltē eorū qui ab eis decepti sunt, vel decipi possunt, cognita sententia quę in eos lata est, sanitas procuretur. Hoc itaque gestum dñe frater sancte, charitati tuæ intimandum du-

2. Petra- Et. 32. 50.

vir-

a. l. i. epist.
Sedes Romana
Apostolica
ca vocatur, cuius maior gratia, et auctoritas.
2. Retra. Sta. 47.

Matth. 6.

virtutis sit Dei & non ex nobis. Et innumera bilita, q̄ de scripturis omnib. si colligere velimus, tom^o nō sufficit. Et veremur ne apud te ista cōmemorando quæ maiore gratia de sede Apostolica * prædicas, inconuenienter facere videamur. Sed ideo facimus, quia eo q̄ infirmiores sumus quaquaversum quisq; nostrū verbo Dei prædicando putatur attentior, crebrius eos patimur & audacius insurgentes. Si ergo Pelagius ep̄alibus gestis quæ in oriente confecta dñr, et tuæ venerationi iuste visus fuerit absoluitus, error tñ ipse & impietas quæ tā multos assertores habet, per diuersa dispersos, et auctoritate Apostolicæ sedis anathematizanda est. Consideret ergo sanctitas tua, & pastoralib. nobis cōpatiatur viscerib. q̄ sit pestiferum & exitiabile omnibus Christi, q̄ istorū sacrilegas disputationes necessario sequitur, vt nec orare debeamus, ne intremus in tentationē, quod dñs & discipulos monuit, & posuit in oratione q̄ docuit, aut ne deficiat fides nostra, quod pro Apostolo Petro se rogasse ipse testatus est. Si. n. possibilitate naturæ, & arbitrio voluntatis in potestate sunt constituta, quis non ea videat a dño inaniter peti, & fallaciter orari cum orando poscunt q̄ naturæ nostræ iam ita cōdita sufficientib. viribus obtinentur? Nec debuisse dicere dñm Iesum, Vigilate & orate:

Matth. 2.

sed tantūmodo, Vigilate ne intretis in tentationē; nec beatissimo Petro primo Apostolo

Luc. 26.

rū, Rogauit pro te, sed moneo te, vel impero ac p̄cipio ne deficiat fides tua. Cōtradicit et istorū contētionē benedictionib. nostris, vt incassum super populū dicere videamur, q̄c quid eis a dño precamur, vt rectē ac pie viuēdo illi placeant: & illa quæ pro fidelib. precatur Apostolus dicēs, Flecto genua mea ad patrē dñi nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cēlo & in terra nominatur, vt det vobis secundū diuitias gloriæ suæ virtute corroborari per spiritū eius. Si ergo voluerimus benedicēdo super populū dicere, Da illis dñe virtute corroborari per spiritū tuū: istorū nobis disputatio cōtradicit, affirmans negari liberū arbitriū, si hoc a Deo poscitur q̄ in nostra est ptate. Virtute. n. corroborari si volumus, inquit, possumus ea possibilitate naturæ quā non nunc accipimus, sed cum crearemur accepimus. Paruulos et p̄p salutē quæ per saluatorē Christū datur, baptizādos

Eph. 3.

negant, ac sic eos mortifera ista doctrina in æternū necant: promittentes et si non baptizentur, habituros vitā æternā, nec pertinere ad eos, de quib. dñs ait: Venit. n. filius hominis quærere & saluare qđ perierat: quia isti, qui inquit, non perierant, nec est quod in eis saluetur, vel tanto p̄tio redimatur, quia nihil est in eis vitiatū, nihil tenetur sub diaboli ptate captiuum, nec pro eis fusus est sanguis qui fusus esse in remissionē legitur peccatorū: quanq̄ per baptismū Christi et paruulorū fieri redemptionem libello suo Cēlestius in Carthaginensi ecclesia iā confessus est. Sed multi qui eorū perhibentur esse vel fuisse discipuli hęc mala quib. fundamenta Christianæ fidei conātur euertere, quantumcunque possunt affirmare non cessant. Vnde et si Pelagius Cēlestiusq; correcti sunt, vel se ista nunq̄ sensisse dicūt, & quæcūq; scripta cōtra eos prolata fuerint, sua esse negabūt: nec est quāadmodū de mendacio conuincantur, generaliter tñ quicūq; dogmatizat & affirmat, humanā sibi ad vincenda peccata & Dei mādā data facienda sufficere posse naturam, & eomodo gratiæ Dei q̄ sanctorū euidentius orōuib. declarāt, aduersarius inuenit. Et quicūq; negat paruulos per baptismū Christi, a perditione liberari, & salutē percipere sempiternā, anathema sit. Quæcūq; aut alia ab eis obijciuntur, non dubitamus venerationē tuā cū gesta episcopalia perspexerit q̄ in Oriente in eadē causā confecta dicunt, id iudicaturam, vnde oēs in Dei misericordia gaudeamus. Ora pro nobis dñe beatissime Papa.

Innocentius Romanus Pontifex superiori rñdet epistola in hac epistola & dicitur qđ in epistola & ceteris per hanc epistolam A

Innocentius Aurelio, & omnibus sanctis epis, vel ceteris qui in concilio Carthaginensis affuerunt ecclesiæ, dilectissimis fratribus in dño salutē. In requirendis de his reb. quas omni cum solitudine decet a sacerdotib. maxime a vero iustoq; & catholico tractari concilio, antiq̄ traditionis exempla seruantes & ecclesiasticę memores disciplinæ, vestrę religionis vigore non minus nunc in consulendo, q̄ antea cū pronunciaretis vera ratione firmatis, qui ad nostrū referendū appro-

Luc. 19.

M

2. Retra. Sta. 50.

Sedes Apostolica.

Heresis pullulantibus celeriter obuiadū.

approbatis esse iudicium, sciētes quid Apostolicę sedi cū omnes hoc positi ipsum se qui desideremus Apostolū, debeatur, a quo ipse ep̄atus, & tota auctoritas nominis huius emerit. Quem sequentes, tā mala iā damnare nouimus q̄ probare laudanda: vel id vero quod patrū instituta sacerdotali custodientes officio nō censetis esse calcanda, quod illi non humana, sed diuina decreuere sentētia, vt quicquid de disunctis remotisq; prouincijs ageretur nō prius ducerent finiendū, nisi ad huius sedis notitiā perueniret: vbi tota huius auctoritate iusta quæ fuerit pronunciatō firmaretur, indeq; iūmerēt ceteræ ecclesiæ, velut de natali suo fonte, aquæ cunctę procederēt & per diuersas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manerēt, qđ p̄cipere quos abluere, quos velut in ceno inmundabili sordidatos mundis digna corporib. vnda vitaret. Gratulor igit frēs charissimi, q̄ p̄ fratē & coepiscopū nostrū Iuliū literas ad nos destinatis, & cū illis curā geritis quib. præsidetis ecclesijs, sollicitudinē vestrā pro oī utilitate mōstratis, & per cūctas totius orbis terrarū ecclesias oib. vna qđ' proficit decernēdū esse deposcitis: vt suis cōstabilitate regulis ecclesia, ex hoc qđ illos caueat pronunciationis iustæ firmata decretalib. pauere nō possit, qui pueris instructi verborū argutijs, sub imagine catholicę fidei disputātes, velut pestiferū exhalātes virus, vt hominum recte sentiētū in deteriorē partē corda currūpāt, totā veri dogmatis quærūt euertere disciplinā. Heresib. pullulantibus est celeriter obuiadū. Sanandū ergo celerius oib. longius execrādus animis morbus inserpat, vt si medicus cū viderit huius terreni corporis aliquē eē lāguorē, magnū suæ artis æstimat documētū, si cito q̄ illius interuētū desperatus euadat: vel cū putre vulnus aspexerit, adhibet fomenta vel cetera quib. illud possit quod natū fuerat vulnus obduci: ac si id manēs sanari non poterit, ne corpus reliquū sua tabe corrūpat ferro amputat qđ nocebat, qđ reliquū integrū est, seruat intactū. Prædicendū id ergo ē velut qđ velut puro sanoq; nimīū corpori vultus obrepit, ne cū tardius abstergit, in ipfis pene viscerib. huius mali nō exhaustiēda post sentina cōfidat. Nā quid nos de his post hac rectū mētib. existimemus, qui sibi se putā t debere qđ boni sunt, nec illū cōsiderant

cuius quotidie gratiā cōsequunt? Sed isti qui tales sunt, nullā Dei gratiā cōsequunt, q̄ sine illo tñ se assequi posse cōfidūt quantū vix illi, qui ab illo postulant & accipiunt promerentur. Quid. n. tā iniquū potest esse, tā Barbarū, tā totius religionis ignarū, tā Christianis mentibus inimicū, q̄ huic te negare debere quicquid in quotidiana grā consequeris, cui te ipse cōfiteri debere qđ natus es? Ergo eris tibi in prouidendo præstātor, q̄ pōt in te esse qui te vt esses effecit? Et cui putes debere qđ uiuis quō te nō putas ille debere quod quotidianā eius cōsequēdo gratiā taliter uiuis. Et qui nos adiutorio negas indigere diuino, quasi ex nrā in totum possibilitate perfecti? quō uero adiutoriū in nos cū tales a nobis et esse possemus, prouocamus? Qui. n. ad iutoriū dei negat, uellē interrogare, qđ dicat, nos nō mereri, an illū hoc nō posse præstare? An nihil esse p̄p quod unusquisq; hoc debeat postulare? Posse hoc Deū. opa ipsa testatur, & adiutorio quotidiano nos egere non possumus. Hoc enim, seu bene uiuimus, præcamur, vt melius sāctiusq; uiuamus, seu praua sentientes, a bonis auertimur, ut ad rectā redeamus uia eius auxilio plus egemus. Nā quid tā mortiferū, tā præceps uideatur ad casum, tā expositū ad oīa pericula, si hoc solū nobis putātes posse sufficere, quod liberū arbitriū cū nāceremur accepimus, ultra iam a dño nihil q̄ramus? Id est, auctoris nostri obliuēti, eius potentiā ut nos ostendamus liberos, abiuremus, quasi iam amplius quod possit dare nō habeat, qui te in tuo ortu liberū fecit: nesciētes quod nisi magnis precibus grā in nos implorata descendat, nequaquam terrenæ labis & mundani corporis uincere conemur errores, cū pares nos ad resistendum nō liberū arbitriū, sed Dei solū facere possit auxiliū. Nā si ille clamat adiutorio sibi opus eē diuino, qui digne hoc nō q̄reret, si cui liberū arbitriū plus p̄desset, q̄ppe cū uir beatus & iā electus a dño nihil egeret, tñ ita Deū deprecatur postulans: Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neq; despicias me Deus salutaris meus. Nos nobis liberū arbitriū, ille Deū postulat adiutorē: qđ nati sumus posse sufficere nos dicimus, ille Deū ne relinquas exorat? Nos ergo dicimus, manifeste, quid oremus? cū ille tantopere beatus, ut supra diximus, uir ne despiciat exorat. Illi enim necesse

Psal. 26.

cessé est ita arguant, qui ista cōfirmāt. David enim orationis ignarus, & suæ naturæ nesci⁹ accusat: qui cū sciat tū in sua inesse natura, adiutorē sibi Deū & assiduū adiutorū, nec illi sufficit assiduū, sed ne aliqui illū despiciat orationibus pronus exoptat, & per corpus omne psalterij hoc & prædicat & clamat: Si ergo hoc illi tā magnū sit, vt assidue diceret ita necessariū est cōfessus vt doceret, quemadmodū Pelagius Cēlestiusq; seposita omni rñsione psalmorū, taliq; abdicata doctrina suafuros se aliquibus esse cōfidunt, nos adiutorij Dei nec debere querere nec egere, cū omnes sancti nihil se sine hoc agere posse testentur. Liberū.n. arbitriū olim ille perpeffus, dū suis incōsultius vtitur bonis, cadēs in puaricationis profunda demersus, nihil quēmadmodū exinde surgere posset inuenit, sua que in eternū libertate deceptus, huius ruine iacuisset oppressus nisi eū post Christi p sua gratia reuelasset aduentus: qui p nouæ regenerationis purificationē, oē præteritū vitiū sui baptismatis lauacro purgavit, & eius firmās statū quo rectius stabiliusq; procederet, tū suā gratiā in posterū nō negauit. Nā quis redemisset hoīem à præteritis ille peccatis, tū sciens iterū posse peccare, ad reparationē sibi quēadmodū posset illū & post ista corrigere, multa seruauit: quotidiana præstat ille remedia, quibus nisi freti confisq; nitamur, nullatenus vincere humanos poterim⁹ errores. Neesse est.n. vt quo auxiliante vincimus, eo iterū nō adiuuante vincamur. Sed possem plura dicere, nisi cōstaret cūcta dixisse. Quisquis ergo huic assentijs videt esse finē, quē dicat adiutorio nobis nō opus esse diuino, inimicū se catholicæ fidei & Dei beneficijs profitei ingratū. Nec nostra cōione sunt digni, q̄ prædicādo talliter polluerūt. Sic.n. sua spōte dū sequuntur illa quę dicunt, longius à vera religione fugerūt. Cum.n. hoc totum in nostra professione consistat, quotidiana nisq; precibus nihil agamus, nisi quemadmodū Dei misericordiā consequamur, quemadmodū ferre possimus ista iactantes? Quis (rogo) tantus illorū pectora error obcæcat, vt si nullā gratiā sentiūt, q̄ nec digni sunt, nec merentur, nec de alijs cōfyderent quid quotidie singulis grā diuina largitur? Sunt quidē isti omni cecitate dignissimi, qui nec hoc sibi reliquerunt, vt le auxilio credāt reuocari

ab erroribus posse diuino. Negantes enim adiutorij, non alijs sed sibi hoc penitus abstulerūt, qui auellendi sunt longius, & ab ecclesiæ procul remouendi visceribus, ne diutius multa occupans insanabilis post error increpescat. si enim diu fuerint in hac impunitate versati, neesse est multos in hanc suā prauitatem mentis inducant decipiantq; innocentes, vel potius imprudentes, qui fidē catholicā non sequuntur. Putabunt.n. eos rectē sentire, quos adhuc viderint in ecclesia perdurare. Separete ergo à sano corpore vulnus insanū, remotoq; morbi sauiantes afflatu cauti⁹ quæ sunt sincera perdurent, & grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Si totius corporis illibata perfectio, quā vos sequi & tenere hac in illos pronunciatione cognouimus, & vna vobiscū pari assensione seruamus. Qui si tū aliquod in se Dei adiutorij qd̄ hucusq; negauerunt prouocauerint, & opus sibi eius auxiliū esse cognouerint, vt de hac labe in qua sui cordis incuruatione corruerant liberentur, quasi in lucē de fēda tracti caligine, remotis abdicatisq; omnib. quibus totus ne verū aspiceret sedabatur & caligabat aspectus damnēt hæc quæ hucusq; seruerunt, & aliqui animū recti s disputationibus commodantes, ab hac aliquantulū labe correcti, veris se sanandos concilij tribuant. atque submittant. Qd̄ si fecerint, erit in potestate pontificū, istis aliquatenus subuenire, & talibus aliquā curam præstare vulneribus, quæ solet lapsis cū resipuerint ecclesia non negare: vt à suis reuocati præcipitijs, intra ouile domini redigantur, ne foris positi, & tanto præsidio à fide munitionis exclusi, periculis omnibus exponantur, deuorandi luporum dentibus atq; vexandi, quibus obistere hac qua illos in se irritauerunt doctrinæ perueruitate non possunt. Sed satis vestris monitis, & sic satis abundantibus nostræ legis exemplis probatur esse responsum, nec quicquā superesse duximus quod dicamus, cum nihil prætermisum a vobis, nihil constet esse suppressum, quo illi refutati & penitus cognoscantur esse conuicti. Ideoque a nobis testimonia nulla ponuntur, quia & his plena relatio est, & satis constat vt doctissimi mos sacerdoctes cuncta dixisse, nec decet credere vos aliquid quod ad causam possit proficere, præterisse. Bene valete fratres.

Augusti-

Augustinus & ceteri episcopi Mileuitani concilij, Innocentio, de cohibendis Pelagianis. Epistola 92.

refrustra et dñs dixerit Apostolo Petro, Rogau pro te, ne deficiat fides tua. Et oib. suis. Vigilate & orate ne intretis in tentationē, si hoc totū est ptātis humanæ. Pueros quoque paruulos, si nullis innouētur Christianæ gratiæ sacris, habituros vitā æternā, nequā psūptione cōtendūt, euacuātes quod dicit Apostolus, Per vnū hoīem peccatum intrauit in mūdū, & per peccatū mors, & ita in omnes hoīes pertransijt, in quo oēs peccauerunt. Et alio loco, Sicut in Adā oēs moriunt, sic & in Christo oēs viuificabuntur. Vt ergo alia omittamus, q̄ contra sanctas scripturas plura dixerunt, hæc interim duo, quib. omnino totū quod Christiani sumus nituntur euertere, q̄ fidelia corda sustinent, nō esse rogandū Deū, vt contra peccati malum atque ad operandā iustitiam sit noster adiutor: & nō opitulari paruulis ad consequendā vitā æternā Christianæ gratiæ sacrm: hæc insinuātes Apostolico pectori tuo, nō opus habemus multa dicere, & tāta impietate verbis exaggerare, cū proculdubio te ita permoueant, vt ab eis corrigendis ne latius serpent multosq; cōtaminent, vel potius interimant dū sub nomine Christi, à gratia Chri penitus alienāt, omnino dissimulare nō possis. Huius aut pernitiosissimi erroris authores esse perhibentur, Pelagius & Cēlestius, quos quidē in ecclesia sanari maluimus, q̄ desperata salute ab ecclesia refecari, si necessitas nulla compellat. Quorū vnus. i. Cēlestius et ad presbyteriū in Asia dñ peruenisse. De quo ante paucos annos quid gestū fuerit sanctitas tua de Carthaginensi ecclesia melius instruetur. Pelagius vero sicut à quibusdā fratrib. nostris misse loquunt epistolæ, Hierosolymis cōstitutus nō nullos fallere afferitur, verumtū multo plures qui eius sensus diligētius indagare poterunt, aduersus eū pro gratia Christi & catholice fidei veritate conflagunt, p̄cipue sanctus filius tuus frater & cōpresbyter noster Hieronymus. Sed arbitramur, adiuuante misericordia dñi Dei nostri Iesu Christi, qui te & regere consulentē, & orantē exaudire dignat, authoritati sanctitatis tuę, de sactarū scripturarū autoritate deprōptē, facilius eos q̄ tā peruersa & pernitiosa sentiūt esse cessuros, vt de correctiōe potius eorū cōgratulemur, q̄ contristemur interitu. Quodlibet aut ipsi eligāt certe vel alijs quos plurimos possūt si

Domino beatissimo meritoq; venerabili & in Christo honorando Papę Innocētio, Siluanus, Valentinus, Aurelius, Donatus, Restitutus, Lucianus, Alipius, Augustin⁹, Placentius, Seuerus, Fortunatus, Possidius, Nouatus, Secundus, Maurentius, Leo, Faustianus, Cresconius, Malcus, Littorius, Fortunatus, Donatus, Pōticanus, Saturninus, Christonius, Honorius, Lucius, Adeodatus, Procellus, Cresconius Secundus, Felix, Asiaticus, Rufininus, Faustinus, Seruus, Terētius, Cresconius, Sperantius, Quadratus, Lucillius, Sabinus, Faustinus, Cresconius, Victor, Ginantius, Possidonius, Antoninus, Innocentius, Præfidius, Crescentius, Felix, Antonius, Victor, Honoratus, Donatus, Petrus, Præfidius Cresconius, Lāpadius, Delphinus, ex concilio Mileuitano in dño salutem. Quia te dñs gratiæ suæ p̄cipue munere in sede Apostolica collocauit, talemq; nostris t̄pibus p̄stitit, vt nobis potius ad culpā negligentiae valeat, si apud tuā venerationē, q̄ pro ecclesia suggerenda sunt, tacuerimus, q̄ ea tu possis vel fastidioso vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorū membrorū Christi pastoralē diligentiam (quæsumus) adhibere digneris. Noua quippe hæresis & nimium pernitiosa tēpestas surgere inimicorū gratiæ Christi cepit q̄ nobis et dominicā orationē impijs disputationib. conantur auferre. Cum.n. dñs docuerit vt dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Isti dicūt posse hominē in hac vita p̄ceptis Dei cognitis ad tantā perfectionē iustitiæ sine adiutorio gratiæ Saluatoris, p̄ solū liberū voluntatis arbitriū peruenire, vt ei nō sit iā necessariū dicere, Dimitte nobis debita nostra. Illud vero quod sequit, Ne nos inferas in tentatione, nō ita intelligendū tanquā diuinū adiutorium poscere debeamus, ne in peccatū tentati decidamus, sed hoc in nostra esse positū ptate, & ad hoc implēdū solā sufficere voluntatē hoīs, tanquā frustra Apostolus dixerit, Nō volentis neq; currētis, sed mittet vos tētari super id quod potestis, sed faciet cū tētatione et exitū, vt possitis sustine

Luc. 22.
Mat. 26.
Rom. 5.
1. Co. 15.
M
A
Matt. 6.
Rom. 9.
1. Co. 10.

ab

ab eis dissimuletur suis laqueis implicare, cernit venerabilis tua instanter & celeriter prouidendum. Hæc ad sanctitatem tuam de concilio Numidiæ scripta direximus, imitantes Carthaginensis ecclesiæ, Carthaginensis prouinciæ coepiscopos nostros, quos ad sedem Apostolicam, quam beatus illustras, de hac causa scripsisse comperimus. Et alia manu, Memor nostri in Deum gratia augearis domine beatissime, meritoq; venerabilis, & in Christo honorande sancte pater.

Innoc. Rom. Pont. patribus concilij Mileuitani cõprobans illorũ acta aduersus Pelagianos. *Epist. 93.*

B Romana ecclesia.

Innocentius, Siluano seni, Valentino, & ceteris qui in Mileuitana synodo interfuerunt, dilectissimis fratribus in dño salutem. Inter ceteras Rom. ecclesiæ curas, & Apostolicæ sedis occupationes, quibus diuersorũ cõsulta fidei ac modica disceptatione tractamus, frater & coep̄s noster Iulius, dilectionis vestræ literas, quas ex Mileuitano concilio cura fidei propensiore misistis, mihi opinanter ingessit, Carthaginensis et synodi querelę parilis scripta subiungens. Nimirũ exultat ecclesia tantã sollicitudinem cõmissis gregibus exhibere pastores, vt non solum ex his non patiantur errare: sed si quas magis ouium obscenę delectationis herba seduxit, si in errore permanerint, aut segregari penitus velint, aut illicenter dudũ petita vitantes, custodia pristinę circumspectione tutari, in vtraque parte videlicet consulentes, ne vel suscipiendo tales simili cetera ducantur exẽplo, vel spernendo redeñtes luporũ moribus videantur ingesta. Prudens admodum & catholicę fidei plena consolatio. Quis.n. aut tolerare possit errantẽ, aut non recipere corrigentẽ? Nã vt durũ arbitror conuentionem præbere peccantibus, ita impiũ iudico manũ negare conuersis. Diligenter ergo & congrue Apostolico cõsultis honori, honori in quã illius quẽ præter illa quæ sunt extrinsecus, sollicitudo manet omnium ecclesiarũ, super anxijis rebus quæ sit tenenda snã, antiqũe, s. regulæ formã secuti, quã toto semper ab orbe mecũ nostis esse seruata. Verũ hæc missa facio: neque.n. hoc vestra credo latere prudentiam. Quid et actione firmatis nisi sciẽtes, q̄ per

oẽs prouincias de Apostolico fonte petẽtib. rñsa semper emanant: præsertim quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror oẽs fratres & coep̄os nostros, non nisi ad Petrũ, i. sui noĩs & honoris authorẽ referre debere, velut nũc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit omnib. ecclesijs in cõe prodesse. Fiant.n. necesse est cautiore, cum inuentores malorũ ad duplicis relationẽ synodi sententiã vestrã statutis viderint ab ecclesiastica cõiunctione seiunctos. Gemino igitur bono charitas vestra fungitur. Nã & canonũ potientia ni gratia seruatorũ, & beneficio vestro totus orbis vtetur. Quis.n. catholicorum virorum cũ aduersarijs Christi velit vterius miscere sermonẽ? quis saltẽ ipsam lucẽ vitæ cõiunctione partiri? Noui hæreseos nimirũ fugiantur aucthores. Quid enim acerbius in Deũ fingere potuerunt, q̄ cum adiutoria diuina cassaret, causamq; diuinã, idest, quotidianę precationis auferrẽt, hoc est, dicere: quid mihi opus Deo? Merito in hos dicat hymnicus: Ecce hoĩes qui non possiderunt Deũ adiutorem sibi. Negantes ergo auxiliũ Dei, inquit, hominẽ sibi posse sufficere nec gratia hũc egere diuina, qua priuatus necesse est diaboli laqueis irretitus occumbat, dum ad omnia vitæ perficienda mandata, sola tantũmodo libertate contendat. O prauissima mentium peruersa doctrina. Aduerte tandem q̄ primum hominem ita libertas ipsa deceptit, vt dũ indulgẽtius frenis eius vtitur, in præuaricationem præsumptione conuiderit, nec ex hac potuit erui, nisi ei prouidentia regenerationis statũ pristinæ libertatis Christi domini reformasset aduentus. Audi Dauid dicentem: Adiutorium nostrum in nomine domini. Et, Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neq; despicias me Deus salutaris meus: q̄ incaustum dixit, si tñ in eius erat positum voluntate, q̄ a dño flebili sermone poscebat. Quẽ cum ita sint, cum in omnibus diuinis paginis voluntati liberæ nõ nisi adiutorium Dei legamus esse nec tendũ, eãq; nihil posse celestib. auxilijs destituta, quo nã mō huic soli possibilitatẽ hãc pertinaciter (vt asseritis) defendentes, sibi met, imo qd̄ est dignius dolore cõi, plurimis Pelagi? Celestiusq; psuadet? Multifarijs eqdẽ ad destruẽdũ tale magisterium vti possemus exẽplis, nisi sciremus sanctitatẽ vestrã ad plenum scripturas oẽs callere diuinas,

nas; præsertim cũ vestra relatio tantis ac talibus testimonijs sit referta, vt his solis valeat præfens dogma rescindi, opusq; nõ esse recõditis, cũ ex ijs, quẽ facile vobis occurrentia possitis nec audeat obuiare nec possint. Ergo Dei grã conantur auferre, quã necesse est et restituta nobis status pristini libertate quæramus: quippe nec alias diaboli machinas, nisi eadẽ possumus iuuante, vitare. Illud vero quod eos vestra fraternitas asserit prædicare paruulos æternę vitę præmijs et sine baptismatis gratia posse donari, perfactũ est. Nisi.n. menducauerint carnẽ filij hoĩs & biberint sanguinẽ eius, nõ habebunt vitã in semetipsis. Qui aut hanc eis sine regnatione descendit, vident mihi ipsũ baptismũ velle cassare, cũ pdicãt hos habere qd̄ in eos credit nõ nisi baptismate cõferendũ. Si ergo nihil volũt officere nõ renasci, fateãt necesse est nec regnationis sacra fluẽta, pdesse. Verũ vt superfluoũ hoĩm praua doctrina celeri veritatis possit rone discindi, proclamat hoc dñs in Euãgelio dicẽs: Sinite infantes venire ad me & nolite eos prohibere. taliũ est. n. regnũ celorũ. Quare Pelagiũ Celestiusq; idest, inuẽtores vocũ nouarũ, quæ sicut dixit Apostolus, adificationis nihilũ, sed magis vanissimas cõsueuerũt parere qõnes, ecclesiastica cõiunctione priuari, Apostolici vigoris autoritate cõtemus, donec respiscant de diaboli laqueis, a quo capriui tenent secũdũ ipsius voluntatẽ, eosq; interim dñico ouili nõ recipi, qd̄ ipsi puerq; viq; secuti tarmite deserere voluerũt. Abscindedi sunt. n. qui vos cõturbãt. & volũt cõuertere Euãgelium Christi. Simul aut præcipimus vt quicũq; id pertinacia simili defendere nitunt, per eos vindicta cõstringat. Nõ solũ.n. qui faciũt, sed et qui cõfentiũt faciẽtib. quia non multũ interesse arbitror, inter cõmittentis animũ, & cõsentientis fauorẽ. Addo amplius, Plerunq; dediscit errare, cui nemo cõsẽtit. Hęc igitur fratres charissimi in supradictos maneat fixa sentẽtia, absint atrijs dñi, careant custodia pastorali, ne duarũ ouium dira contagia serpent forsitan per vulgus incautum, rapaciq; lupus corde lætetur intra ouile. dominicũ tantis ouium suas cateruas, dum a custodibus diis inulãter habetur vulnus duarum. Prospiciendum est ergo ne permittendo lupos mercenarij magis videamur eẽ q̄ pastores. Iubemus sa-

ne, quoniã Christus dominus propria voce significauit, nolle se mortem morientis, sed tñ vt reuertatur & viuat, si vnquam sani deposito prauo dogmatis errore respuerint, dãnariq; ea, quorũ se ipsi præuaricatione dãnarunt, eis medicinam solitam, idest, receptaculũ suum ab ecclesia non negari: dum eos redeuntes forsitan prohibemus, vere extrouile remanentes, expectantis hostis rabidis faucibus glutiantur, quos in semetipsis spiculis malæ disputationis armavit. Bene valete, Datum. VI. Calend. Februarias. Honorio & Constantio viris clarissimis consulibus.

Augustinus Hilario de Pelagio duobus concilijs damnato. *Epist. XCIII.*

Domino beatissimo & in Christi veritate venerando & fratri & conlacerdoti Hilario, Augustinus in domino salutẽ. Honorabilis filius noster Palladius, cum de nostro litore nauigaret, beneficium poseẽdo magis dedit, vt non solum eum benignitati tuę, verumetiam me ipsum tuis orationib. cõmendare, dñe batissime & in Christi caritate venerande frater. Quod cũ facio, profecto & sanctitas tua faciet, qd̄ de te ambo præsumimus. Quæ at circa nos sint, qm̄ scio dilectionem ueltrã pro nobis, sicut & nostrã pro uobis esse soliciã, a memorato perlatore audiet tynceritas tua. Verũtamẽ qd̄ maxime necessariũ est breuiter dicã: Noua quædã heresis inimica grę Christi cõtra ecclesiã Christi conat exurgere, sed nõdũ euidenter ab ecclesia separata est, hoĩm. s. qui tñ audet infirmitati humanæ tribuere potestatis, ut hoc solũ Dei gratiã pertinere cõtendãt, quod cum libero arbitrio & non peccandi possibilitate creati sumus, & Dei mandata, q̄ a nobis implerentur accepimus. Ceterũ ad eadẽ mandata seruanda & implẽda nullo diuino adiutorio nos egere. Necessariã uerõ nobis esse remissionẽ peccatorũ, quia ea q̄ a nobis in pteritũ malefacta sunt, infecta facere nõ ualemus. Cauẽdis at futuris uincẽdisq; peccatis, oĩbusq; tẽtationibus uirtute superandis, sine nullo deinceps adiutorio graue Dei naturalis possibilitate humanã sufficere uoluntatẽ. nec paruulos indigere gratia Saluatoris, quæ per eius baptismũ a perditione liberẽtur, eo qd̄ nullum ex Adam contagium dãnationis traxerint.

Ioan. 6. Epist. 93. Lsc. 18.

2. Ti. 2.

Pf. 113. 26.

E

traxerint. Quā sint hæc inimica gratiæ Christi, q̄ per Iesum Christū dñm nostrū humano generi indulta est, & quemadmodū toti fidei Christianæ fundamēta euertere moliat per uidet nobiscū venerabilitas uestra, neq; apud vos tacere debuim⁹, ut eiusmodi hoies quos qdē sanari in ecclesia q̄ ex illa refecari magis volumus, & optamus, cura pastorali caueatis. Iā enim cū ista scriberē cognouimus in ecclesia Carthaginēsi aduersuseos episcopalī cōcilij cōditū fuisse decretū, per epistolā sancto & venerabili papæ Innocentio dirigēdū, & nos de cōcilio Numidiæ ad eādē Apostolicā sedē iā similiter scripseram⁹. Oēs enim qui spē habemus in Christo, huic pestiferæ impietati resistere eāq; cōcorditer dānare anathematizare debemus: quæ cōtradicit et orationib. nostris, cōcedēs quidē, ut dicamus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris, & hoc ita cōcedēs, ut asserat hoīem in hoc corruptibili corpore, qd̄ aggrauat animā, posse suis viribus ad tantā iustitiā peruenire, ut neque hoc illi sit dicere necessariū: Dimitte nobis debita nra. Illud uero quod sequit. Ne nos inferas in tentationē: nō sic accipiūt, tāq̄ Deus orandus sit, quo nos ad superādastētationes adiuuet pctōrū, sed nequiquā irruēs corporaliter nos humanus casus affligat, qm̄ peccatorū tētationes vincere ita sit iā in nostra positū potestate possibilitate naturæ, ut hoc inaniter impetrādū orationib. arbitremur. Non possumus vna epistola breui oīa vel plurima tāte impietatis argumenta colligere præfertim quia cū ista cōscriberē, platores nauigaturi me immorari diutius nō sinebāt. Puto autē onerosum me non fuisse sc̄tis sensibus tuis, quod de tanto malo omniūq; uigilantia domino adiuuante uitando tacere nō potui.

Aurelius alijque Episcopi, inter quos Augustinus, Innocentio Papæ, de Pelagio quem audierat iam ad presbyterij honorem euectum. Epistola XCV.

2. Reg. 50.

Domino beatissimo meritoq; honoratissimo fratri Innocētio Papæ, Aurelius, Alipius, Augustinus, Euodius, & Possidius salutē, de cōcilijs duobus prouincię Carthaginēsis atq; Numidiæ, ad tuā sanctitatē a non paruo episcoporū numero subscriptas

literas misimus, cōtra inimicos gratiæ Christi, qui cōfidunt in uirtute sua, & creatori nostro quodāmodo dicūt, Tu nos fecisti homines, iusto autē ipsi nos fecimus. Qui naturam humanā ideo dicūt liberā, ne quærant liberatōrē, ideo saluā ut superfluū iudicēt saluatōrē. Tantū enim dicunt ualentē, ut suis uiribus in origine suā creationis acceptis, possit p̄ liberū arbitriū (nihil ulterius adiuuante illius gratia qui creauit) domare & extinguere oēs cupiditates tentationesq; superare. Multiq; eorū insurgunt aduersum nos, & dicunt animæ nostræ non est salus illi in Deo eius. Familia christi quæ dicit, quum infirmor tunc potens sum, & cui dicit dominus eius: Saluā tua ergo sum, suspēso corde cū timore & tremore auditoriū domini etiā per charitatē tuę uenerationis expectat. Audiuimus enim esse in urbe Roma, ubi ille diu uixit, nonnullos, qui diuersis causis ei faueāt, quidā scilicet qui uos talia persuasisse perhibent: plures uero qui eū talia sentire non credunt, præfertim quia in Oriente ubi degit, gesta ecclesiastica facta esse iactantur, quibus putatur esse purgatus: ubi quidē si episcopi eum catholicum pronūciarūt, nō ob aliud factū esse credēdū est, nisi q̄ se dixit Dei gratiā cōfiteri, & ait posse hoīem suo labore ac uoluntate iuste uiuere, ut ad hoc adiuuari Dei grā non negaret. His. n. auditis uerbis catholici antistites nullā aliā in libris Dei legere potuerūt, nisi q̄ in libris Dei legere & populis Dei prædicare cōsueuerūt. Eā utiq; de qua dicit Apostolus: Nō irritā facio grām Dei: Nā si p̄ legē iustitia ergo Xps̄ gratis mortuus est: sine dubio gratiā qua iustificamur ab iniquitate, & qua saluamur ab infirmitate, nō qua creati sumus cū propria uoluntate. Nam si intellexissent illi episcopi iā illū dicere gratiā, q̄ et cū impijs habemus, cū quibus hoies, sumus, negare uero eā qua Christiani & filij Dei sum⁹, quis eū patienter catholicorū sacerdotū nō dicimus audiret, sed ante oculos suos ferret. Quapp nō culpādi sunt iudices, quia ecclesiastica cōsuetudine nomē gratiæ audierūt, nescientes quid hmōi homines, uel in suę doctrinæ libris, uel in suorum solent auribus spargere. Non agitur de vno Pelagio qui iā fortasse correctus est, quod utinā ita sit, sed tam multis, quibus loquaciter contendētib⁹, & infirmas atque ineruditas animas

uelut

uelut conuictas trahentibus, firmas autē & in fide stabiles ipsa contentione fatigantibus uel que quaq; iam plena sunt omnia. Aut ergo a tua ueneratione acciēdus est Romā, & diligenter interrogandus, quā dicat gratiā, qua fateatur, si tū iam fateatur, ad non peccandū iustē uiuendū homines adiuuari. Authoc ipsū cum eo per literas agendū, & cū inuentus fuerit hanc dicere, quā docet ecclesiastica & Apostolica ueritas, tunc sine nullo scrupulo ecclesiæ, sine latibulo ambiguitatis uilius absoluendus est, tunc est re uera de ei⁹ purgatione gaudēdum. Siue. n. gratiam dixerit esse liberū arbitriū, siue gratiā esse remissionē peccatorū, siue gratiā esse legis præceptū, nihil eorū dicit quod per subministratōnē spiritus sancti pertinet ad concupiscentias tentationesq; uincendas, quem ditissime effudit in nos, qui ascendit in cælum, & capti uauit captiuitatem: dedit dona hominibus. Hinc. n. o. amus ut peccatorū tētationē superare possimus, ut spiritus Dei, unde pignus accepimus, adiuuet infirmitatē nostrā. Qui autē orat & dicit: Ne nos inferas in tentationē: nō utiq; id orat ut homo sit quod est natura: neq; id orat ut habeat liberū arbitriū quod iam accepit cū crearetur ipsa natura: neq; orat remissionē peccatorū, quia hoc superius dicit. Dimitte nobis debita nostra. neque orat ut accipiat mādātū. Si. n. in tentationē inductus fuerit, hoc est, in tentatione defecerit, facit utiq; peccatū quod est contra mādātū. Orat ergo ut nō peccet, hoc est, ne qd̄ faciat mali qd̄ pro Corinthijs orat Apostolus Paulus, dicens: Oramus autē ad dñm ne qd̄ faciatis mali. Unde satis apparet qd̄ ad nō peccādū. i. ad nō male faciendū, quāuis esse nō dubitetur arbitriū uoluntatis, tū eius potestas nō sufficiat, nisi adiuuetur infirmitas, Ipsa igit oratio, clarissima est gratiæ testificatio. Hanc ille cōfiteatur, & eū gaudebim⁹, siue rectū siue correctū. Distinguēda est lex & gratia. Lex iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iuberet nisi esset uoluntas, nec gratia iuuaret si lat esset uolūtas. Iubetur ut habeam⁹ intellectū, ubi dicit. Nolite esse sicut equus & mulus, quib. nō est intellectus: & tū oramus ut habeamus intellectū, ubi dicit: Da mihi intellectū ut discā mādātā tua. Iubetur ut habeamus sapiētiam ubi dicit: Siquis autē uestrū indiget sapiētia, postulet a Deo qui dat oib. af-

fluēter, & nō impropert & dabitur ei. Iubetur ut habeamus cōtinētiam, ubi dicit: Cū scire quia nemo pōt esse cōtinēs nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia scire cuius esset hoc donū, adij dñm & deprecatus sum eum. Postremo ne nimiū longū sit cūcta percurrere, iubetur ut nō faciamus malū, ubi dicitur. Declina a malo: & tū oratur ut nō faciamus malū, ubi dicit: Oramus autē ad dñm ne qd̄ faciatis mali. Iubet ut faciamus bonū ubi dicit: Et fac bonū: & tū oramus ut faciamus bonū, ubi dicitur, Nō cessamus, p̄ uobis orātes & postulātes. Atq; inter cetera pro illis orās dicit: Ut ambuletis digne Deo in oē placitū, in omni tēpore & sermone bono. Sicut ergo agnoscimus uoluntatē cū hæc præcipiūt, sic & ipse agnoscat gratiā cum petuntur. Miimus reuerētia tuę librū, quem dederūt quidam religiosi & honesti adolescentes serui Dei, quorū et nomina nō tacemus. Nā Timæus & Iacobus uocātur: q̄ (sicut audiuius, et nosse digneris) ipsius Pelagij exhortatione spē q̄ habebāt in seculo, reliquerūt, & nunc cōtinēter Deo seruiūt. Qui cū eodē errore tādē aliq̄ per qualēcunq; operā nostrā dño inspirate caruissent, protulerūt eūdē librū Pelagij esse dicentes, & ut ei respōderetur impediō rogauerunt. Factū est. Ad eosdē rescripta est ipsa respōsio. Agentes gratias rescripserunt. Vtrūq; misimus, & cui rñsum est, & qd̄ rñsum est. Et ne nimiū essemus onerosi, si gna fecimus his locis, ubi petimus inspicere nō graueris, quēadmodū sibi obiecta quaestione, qd̄ gratiā Dei negaret, ita respōdit, ut eā esse nō diceret nisi naturā in qua nos cōdidit Deus. Si autē hunc esse suū librū negat, aut eadē in libro loca, nō contendimus, anathematizet ea, & illā cōfiteatur apertissime gratiam, quam doctrina Christiana demōstrat, & prædicat esse propriā Christianorū, quæ non est natura, sed qua saluatur natura, non auribus sonante doctrina uel aliquo adiuuēto uisibili, sicut plantatur quodammodo & irrigatur extrinsecus, sed subministratōne spiritus & occulta misericordia, sicut facit ille qui dat incrementū Deus. Etsi. n. quadam non improbanda ratione dicitur gratia Dei, qua creati sumus, ut non nihil essemus, nec ita essemus aliquid ut cadauer quod non uiuit, & arbor quæ non sentit, aut pecus qd̄ nō intelligit, sed homines qui & essemus, & ui-

Aug. Tomus Secundus. r uere-

Sapient. 8.

Psal. 36.

Col. 1.

E

Gratia natura dicitur.

F

X

Matt. 6.

M

Psal. 3.

2. Co. 12.

Psal. 34.

Matt. 6.

C

2. Co. 13.

Galat.

A

Psal. 31. 118.

Iacob. 1.

ueremus, & sentiremus, & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere debeamus: unde merito & ista gratia potest, quia non precedenti aliquorum operum meritis, sed gratuita Dei bonitate donata est: alia est tamen qua praedestinati vocamur, iustificamur, glorificamur, ut dicere possumus. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio suo proprio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit est. De hac gratia quaestio vertebatur, quoniam ab istis quos Pelagius grauius offendebat atque turbabat, dicebatur ei quod eam suis disputationibus oppugnaret: quibus assereret non solum ad faciendam, verum etiam ad perficiendam mandata diuina per liberum arbitrium humanam sibi sufficere naturam. Hanc Apostolica doctrina gratiam isto nomine appellat, qua saluamur & iustificamur ex fide Christi. De hac scriptum est, Non irrita facio gratiam Dei. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est? De hac scriptum est: Euacuati estis in Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. De hac scriptum est. Si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia non est gratia. De hac scriptum est: Ei autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si autem qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. Et multa alia, quae melius potest ipse meminisse, & intelligere prudenter & illustrius predicare. Illam vero gratiam qua creati sumus homines, et si ita appellanda non immerito intelligimus, mirum est tamen si ita appellata in vllis legum, prophetarum, Euangelicis, Apostolicisque literis legimus. Cum itaque de hac gratia Christianis fidelibus catholicisque notissima, illi obieceretur quaestio, ut eam oppugnare desineret, quod est quod cum haec sibi in libro suo velut aduersante persona idem ipse obiecisset, ut se respondendo purgaret, nihil aliud respondit, nisi naturam creati hominis referri gratiam creatoris: atque ita se dicere sine peccato implere posse iustitiam per liberum arbitrium cum adiutorio diuinae gratiae, quod Deus hoc dedit homini ipsa possibilitate naturae? Cui merito respondetur. Ergo euacuatum est scandalum crucis, ergo Christus gratis mortuus est. Non enim si non moreretur propter delicta nostra, & resurgeret propter iustificationem nostram, nec ascendens in altum captiuam captiuitatem daret dona hominibus. Ista naturae possibilitas quae defendit, in hominibus non esset. An forte

Dei mandatum deerat, & ideo Christus mortuus est: immo iam & hoc erat sanctum & iustum & bonum. Iam dictum fuerat. Num concupisces. Iam dictum fuerat: Diliges proximum tuum tanquam teipsum. In quo sermone Apostolus omnem legem dicit impleri. Et quoniam nisi diligat Deum nemo diligit seipsum: ideo dominus in istis duobus preceptis, totam legem prophetarumque dicit pedere. Quae duo precepta iam erant hominibus diuinitus data. An eternum praemium iustitiae promissum non dicitur? Hoc ipse non dicit, qui in suis literis posuit est in veteri testamento regnum caelorum esse promissum. Si ergo ad faciendam perficiendamque iustitiam, iam erat naturae possibilitas per liberum arbitrium, iam erat legis Dei sanctum & iustum bonumque mandatum, iam erat promissum praemium sempiternum, ergo Christus gratis mortuus est. Ergo neque per legem iustitia, neque per naturae possibilitatem, sed ex fide & dono Dei per Iesum Christum dominum nostrum, unum mediator Dei & hominum: qui nisi in plenitudine temporis mortuus esset propter delicta nostra, & resurrexisset propter iustificationem nostram profecto & antiquorum fides euacueretur & nostra: Fidevero euacuatam, quae homini iustitia remaneat, cum iustus ex fide viuatur? Ex quo non per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, proculdubio a corpore mortis huius ubi alia lex repugnat legi mentis, neminem liberauit aut libera sua possibilitas, quae perdita redemptore indiget, saucia saluatore: sed gratia Dei per fidem unius mediatoris Dei & hominum, hominis Christi Iesu, qui & Deus cum esset, hominem fecit, & manens Deus homo factus refecit ipse quod fecit. Puto autem quod esse lateat fidem Christi, quae postea in reuelatione venit in occulto fuisse temporibus patrum nostrorum, per quam tamen etiam ipsi Dei gratia liberati sunt quicumque omnibus generis temporibus liberari potuerunt, occulto iudicio Dei, non tamen vi tuperabili. Unde dicit Apostolus habentes autem spiritum fidei, utique eundem quem & illi secundum quod scriptum est. Credidi propter quod & loquimur. Unde est quod ait ipse mediator, Abrahami pater vester concupiuit videre diem meum, & vidit & gauisus est. Inde Melchisedech prolato sacramento mensae dominicae, nouit aeternum eius sacerdotium figurare. Iam vero data in literis.

literis lege, quam dicit Apostolus subintrasse ut abundaret delictum, & de qua dicit: Si ergo ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahamus per repromissionem donauit Deus. Quid autem lex? Transgressionis gratia proposita est, donec veniret semet, cui promissum est dispositum per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quae posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Nonne satis ostenditur hoc actum esse per legem, ut peccatum agnosceret & purgatione auerget? Vbi enim lex non est, nec purgatio, & sic aduersus victoriam peccati ad diuinam gratiam, quae in promissionibus est commissa Dei, quia ideo per illam fit cognitio peccati, ut ad liberationem quaeratur promissiones Dei, quod est gratia Dei, & incipiat esse in homine iustitia, non sua sed Dei, hoc est, data deo Dei. Quam et nunc quidam sicut tunc de Iudaeis dictum est, Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Per legem quippe & illi iustificari se arbitrantur, insufficiente sibi ad eam custodiendam libero arbitrio, hoc est iustitia sua prolata ex natura humana, non donata ex gratia diuina, propter quod iustitia Dei dicitur. Unde et scriptum est: Per legem non cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata per legem & prophetas. Cum dicit manifestata est ostendit, quia tunc erat, sed tanquam illa pluuia quam Gedeon impetrauit, tunc velut in vellere occulta, nunc autem velut in area manifestata. Cum ergo lex sine gratia non mors peccati potuisset esse, sed virtus: sic enim dictum est: A culeus mortis peccatum, virtus autem peccati lex. Sicut confugiunt multi a facie regnantis peccati ad gratiam velut aream nunc patentem, ita pauci ad eam confugiunt velut in vellere tunc latentem. Haec vero temporum distributio refertur ad altitudinem diuinarum sapientiae & scientiae Dei, de qua dictum est. Quae inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viae eius. Quapropter si & ante tempora legis & tempore ipso legis iustos patres, & ex fide viuentes, non possibilitas naturae infirma & indigna ac vitiosa & sub peccato venundata, sed Dei gratia per fidem iusti-

ficat, & nunc eadem in apertum veniens reuelata iustificat. Anathematizet ergo Pelagius scripta sua, ubi contra eam, & si non per contumaciam, tamen per ignorantiam disputat, possibilitatem defendendo naturae ad vincenda peccata & implenda mandata. Aut si sua esse negat, aut scriptis suis ab inimicis suis dicit immissa quae sua negat, anathematizet ea tamen & daret paterna exhortatione & autoritate sanctimoniae tuae. Si vult ergo onerosum sibi, & perniciosum ecclesiae discat scandalum auferre, quod scandalum auditores & in peruersum dilectores eius vident quaeque spargere non quiescunt. Si enim cognouerint eundem librum, quem illius vel putant esse vel norunt, episcoporum catholicorum autoritate & maxime sanctitatis tuae, quem apud Deum esse maioris ponderis minime dubitamus, ab eodem ipso anathematizatum atque damnatum, non eos ulterius existimamus aueros loquendo contra gratiam Dei, quae reuelata est per passionem & resurrectionem Christi, peccata fidelium & simpliciter Christiana turbare: sed potius adiuuante misericordia domini, concertantibus nobiscum charitate ac pietate flagrantibus. omnibus tuis, non solum ut in aeternum beati, verum et iusti & sancti sint, non in sua uirtute, sed in eadem gratia consiluros. Unde & ad ipsum scriptam ab uno nostro episcopo, ad quem per quendam Orientalem diaconum, cuius autem Hipponensem tanquam purgationis suae quaedam scripta transmissit, tuae beatitudini potius credimus dirigendam, melius iudicantes & petentes ut eam ei mittere ipse digneris. Sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in illa eum qui misit quam qui scripsit attendens. Illud uero quod dicunt posse hominem esse sine peccato, & mandata Dei facile custodire si uelit, quantum cum hoc per adiutorium gratiae, quae tamen per incarnationem unigeniti eius reuelata atque donata est dicitur, tolerabilius dici uideatur: tamen quoniam non immerito mouere potest, ubi & quoniam per eandem gratiam id efficiatur in nobis, ut sine ullo prius peccato simus, utrum in hac uita quoniam caro concupiscit aduersus spiritum, an in illa cum fiet sermo quod scriptus est: Vbi est mors uictoria tua, ubi est mors aculeus tuus? Aculeus enim mortis est peccatum: diligentius tractandum, propter alios quosdam qui senserunt, atque in suis literis memoriae mandauerunt, etiam in hac uita esse posse homines sine peccato, non ab initio natiuitatis suae, sed conuersione a peccatis ad iustitiam

Rom. 8.

Gal. 25.

G
Ro. 11.4.

Psal. 67.

Exo. 20.
Le. 19.
Mat. 22.

Gal. 3.

Rom. 4.

Rom. 10.

Rom. 3.

I. Co. 15.

Rom. 11.

Ab.
chuc. 2.
Rom. 5.K
I. Cor.
Ioan. 8.

Ge. 14.

A
Authori
tas Eccle
siae Roma
ne pra
e caeteris
maioris
ponderis.B
Gal. 5.
I. Co. 15.

Luc. 1. intellexerūt q̄ de Zacharia & Helizabet scri-
ptū est, ambulasse eos in omnib. iustificatio-
nib. dñi sine querela. Hoc q̄ dictum est, sine
querela, sine pctō dictū acceperunt, nō qui-
dē negantes, immo ē q̄ alijs locis in literis
eorū inuenit, pie cōsistentes adiutoriū gratiæ
dñi nostri, nō per naturalē spiritū hominis,
C sed per principalē spiritū Dei, qui parū vidē-
tur cōsiderasse ipsum Zachariā fuisse vique
sacerdotē. Oēs aut̄ tūc sacerdotes necessē ha-
bebāt ex lege Dei primitus pro peccatis suis
offerre sacrificiū, deinde pro populo, sicut
nūc per orōnis sacrificium cōuincimur, nō
esse sine peccato, qm̄ iussi sumus dicere: Di-
Matth. 6 mitte nobis debita nostra. Ita & tunc per sa-
crificia victimarū animalū conuincantur
sacerdotes sine peccato non esse, qui p̄ suis
peccatis iubebant offerre. Quod si res ita se
habet, vt per gratiā Saluatoris proficiamus
quidē in hac vita, deficiente cupiditate, cre-
scente charitate, perficiamur aut̄ in illa vita,
cupiditate extincta, charitate cōpleta, profe-
1. Ioan. 3 cto illud quod scriptū est: Qui natus est ex
Deo nō peccat: secundū ipsam charitatē di-
ctū est, q̄ sola non peccat. Ad natiuitatē quip-
pe, q̄ ex Deo est, agenda & perficienda per-
tinet charitas, non ea q̄ minuenda est & con-
sumenda cupiditas, q̄ tñ quandiu est in mē-
bris nostris, lege quadā sua repugnat legi mē-
tis. Sed natus ex Deo, nec obediēs desiderijs
eius, nec exhibens mēbra sua arma iniquita-
tis peccato, pōt dicere: Iā non ego operor il-
Rom. 7. lud, sed illud quod habitat in me pctm̄. Sed
quoquomodo se habeat ista q̄, quia & si nō
inuenitur homo in hac vita sine pctō, id tñ
dī posse fieri per adiutoriū gratiæ & spiritus
Dei: quod vt fiat conandū atque postcōdum
est, tolerabiliter in id quisq; fallitur: nec dia-
Dbolica impietas, sed error humanus est, ela-
boranda & optāda affirmare, et si quod affir-
mat nō possit ostendere. Id. n. credit fieri pos-
se quod certē laudabile est velle. Nobis aut̄
sufficit q̄ nullus in ecclesia Dei fidelium re-
peritur in quolibet profectu, excellentia atq;
iustitia, qui sibi audeat dicere nō necessariā
precaionem orationis dñicę: Dimitte nobis
debita nostra, & dicat se nō habere pctm̄, ne
Matth. 6. seipsum decipiat, & veritas in eo nō sit, quā-
uis iā sine q̄rela viuat. Non. n. quaecunq; et̄
rentationis humanæ, sed graue pctm̄ est, qd̄

in querelam venit. Cetera q̄ illi obiecta sunt,
sicut gestis defensa peruiderit, ita de his pro-
culdubio tua beatitudo iudicabit. Dabit sanē
nobis veniā suauitas mitissima cordis tui, q̄
prolixiorē epistolā fortassis q̄ velles tuæ mi-
simus sanctitati. Non. n. riulū nostrū largo
fonti augendo refundimus, sed in hac non
parua tentatione t̄pis vnde nos liberet, cui di-
cimus: Ne nos inferas in tentationē: vtrum
et̄ nos ter licet exiguus ex eodem quo et̄ tuus
abundans emanet capite fluentorū, hoc à te
probari volumus, tuisq; rescriptis de cōmu-
ni participatione vnus gratiæ consolari.

Innocentius superiori respondet *in nomine
sempiterni dñi Iesu Christi & beatorum Petri
et Pauli apostolorum eius.* Epist. 96.

Innoentius Aurelio, Alipio, Augustino,
Euodio, Posidio, ep̄is salutē. Fraternitatis
vestrę literas plenas fidei totoq; religionis
catholicę vigore firmatas à duob. missas cō-
cilijs per fratrem & coep̄m nostrum Iuliū per-
grato suscepimus animo, q̄ earū tenor om-
nisq; contextio est in cōsideratione quoti-
dianę gratię Dei, & in eorū correctione, qui
cōtra sentiunt, integra ratione consistit, vt &
illis oēm tollere possit errorē, & idoneū da-
to cuius nostrę legis exēplo, quē sequi de-
beat dignū possint prębere doctorē. Sed de
his iā satis, vt opinor, supra diximus, cum ve-
stris relacionib. respondentes rescriptimus,
quid vel de illorū perfidia, vel de vestra sn̄ia
sentiremus. Sed subinde contra eos subuenit
& suppeditat quod dicat, nec pōt aliqñ esse
quod vincat, cum tam miserū impiūq; sit
quod nostrę fidei virtute & ipsa plenius ve-
ritate vincatur. Qui. n. omnem vitę spem re-
spuit, atq; contēpsit, inimicā damnabili cor-
sui disputatione confundens, cū credit nihil
esse quod à Deo accipiat, nec aliquid super-
esse quod petat ad sanandum se, qui sibi hoc
abstulit vltorius quid relinquit? Si ergo sunt
aliqui quos in sui defensionem peruersitas tā-
ta deuinxit, qui huic se dogmati dent, atque
coniungant, sperantes hoc ad catholicā per-
tinere doctrinam, quod abhorrens longius
& penitus approbatur aduersum, infecti il-
lorum & monitis & verbis vt laberentur in-
ducti, quatenus ad rectum vię tramitem re-
deant festinabunt, ne diutius mentē obfide-
velut

*Error to-
lerabilis.*
Matth. 6.
1. Ioan.

E
F
**2. Retra-
ct. 50.**

velut eorum sensibus passus error inuadat.
Nam si Pelagius quocunq; restitit loco, eo-
rum animos qui facillē vel simpliciter crede-
rent disputanti hac affirmatione decepit: seu
hac illi in vrbē sint, quod nescientes nec ma-
nifestare possumus, nec negare, cū & si sunt
lateant, nec aliqñ audeant, vel illum prædicā-
tem ista defendere, vel talia aliquo nostrorū
præsente iactare, & in tanta populi multitu-
dine deprehendi aliquis facillē, nec alicubi
possit agnosci: siue in quouis terrarum loco
degant, Dei nostri misericordia gratiaq; cre-
Gdimus, quod facile corrigantur, audita eius
dānatione, qui fuerit pertinax & resistens hu-
ius dogmatis author inuentus: nec interest
vbi isti fuerint, dū vbiq; inueniri potue-
rint, sint sanandi. Nobis tñ nec persuaderi po-
test eum esse purgatum, quāuis ad nos à nō-
stris quibusdā laicis sint gesta perlata, quibus
ille auditum se crederet & absolutum: quæ
vtrū vera sint dubitamus, quod sub nulla il-
lius prosecutione venerunt, nec eorum ali-
quas accepimus de hac re literas apud quos
iltius rei iste præstint causas. Quod si de sua
ille potuisset purgatione confidere, hoc ma-
gis credimus q̄ egisset, quod multo verius es-
se potuerat, vt illos cogeret epistolis suis qui
iudicauerunt indicare verum: cū sint aliqua
in ipsi posita gestis, quę obiecta partim ille
vitando suppressit, partim multa in se verba
retorquendo totā obscuritate confundit, ali-
qua magis falsis argumentis q̄ vera ratione,
vt ad t̄ps poterat videri, purgavit negando,
alia falsa interpretatione vertendo: Sed vti-
nam, q̄ optandum magis est, et̄ se ille ad ve-
ram fidei viā, ab illo sui tramitis errore con-
Huertat, vt cupiat velitq; purgari, considerans
quotidianā Dei gratiam, adiutoriumq; co-
gnoscens, vt videatur verum & approbetur
ab omnib. manifesta ratione correctus, non
gestorū iudicio, sed ad catholicam fidem or-
be conuerso. Vnde non possumus illorū nec
culpare nec approbare iudicium, cū nescia-
mus vtrū vera sint gesta, aut si uera sunt, illū
constet magis subterfugisse, quam se tota ve-
ritate purgasse. Qui si confidit, nouitq; non
nostra dignum esse damnatione q̄ dicat iam
totum hoc se refutare quod dixerat, non à
nobis accersiri, sed ipse debet potius festina-
re ut possit absolui. Nam si adhuc taliter sen-
tit, qñ se nostro iudicio quibusuis acceptis

literis, cum sciat damnandū esse, committeret
Quod si accersendus esset, ab ijs melius fie-
ret, qui magis proximi & non longo terrarū
spatio videntur esse disuncti: Sed non deerit
cura, medicinę præbeat ille materiam. Potest
enim damnare quę fererat, ac datis literis
erroris sui, ut regressum ad nos decet, ueniā
postulare. Librum sanē, qui eius esse dicere-
tur nobis à vestra charitate transmissum euo-
luimus. In quo multa blasphemia, nihil q̄
placeret, nihil quod non penitus displiceret
à quouis damnandum atq; calcandum, cui
similia nisi qui ista scripserat, nemo alter in
mentē reciperet atq; sentiret. Nam hoc loco
latius de lege disputare velut coram posito
repugnanteq; Pelagio necessarium esse non
duximus, cum vobiscum totum scientibus
pariq; nobiscum assensione gaudētibus col-
loquamur. Tunc. n. melius hęc exempla po-
nuntur, qñ cum ijs quos harum constat rerū
imprudentes esse tractamus. Nam de naturæ
possibilitate, de libero arbitrio, & de omni
Dei gratia & quotidiana gratia, cui non sit
rectē sentienti uberrimum disputare? Anathe-
matizet ergo ista, quę sensit, ut illi qui eis ser-
monibus fuerant præceptisq; collapsi, quid
tandem habeat fides vera cognoscant. Faci-
lius enim reuocari poterunt, cum ista à suo
senferint authore damnari. Quod si ille per-
tinaciter in hac uoluerit impietate persiste-
re, agendum est qualiter uel ijs possit subue-
niri, quos non scelus huc, sed magis error in-
duxit: nec & illis hæc medicina pereat, cuius
iste talem non admittit nec postulat curam.
Deus uos incolumes custodiat fratres charis-
simi. Datum V. Calen. Februarias.

Innocentius Augustinum salutat tantum.
Epistola XC VII.

Innoentius Aurelio, & Augustino ep̄is.
Acceptissimi mihi germani cōpres-
byteri illd̄ recursus uacuis officio uestro es-
se non debuit. Per charos enim salutare cha-
rissimos, naturale quodammodo uidetur &
consequens. Gaudere ergo in domino ve-
stram germanitatem amantissimi cupimus,
& pro nobis paria ad Deum uota repende-
re precamur, quia ut bene nostis, communi-
bus, & alternis plus agimus orationibus quā
singularibus aut priuatis.

Euodius Augustino proponit aliquot quaestiones. Epistola XCVIII.

EVodius eps, Augustino epo. Pridem quaestiones misit ad sanctitatem tuam. Vnam de ratione & Deo, puto per Iobinū qui servit ancillis Dei. Alteram de corpore salvatoris, de quo aestimatur quod substantiā Dei videat. Tertiā dico nunc. Anima rationalis, quae saluator cum corpore assumpsit, utrum in vna de opinionibus est illis quae proponuntur, cui de animae origine quaeritur, si qua ibi potest veritate fulciri: an quanquam rationalis sit, non tamen ex ijs speciebus quae de animalium anima dicuntur, sed in alia habetur. Quartam interrogo, qui sunt illi spiritus de quibus in epistola sua ponit Petrus testimoniū de domino dicens: Mortificatus carne, vivificatus spiritu, in quo & eis qui in carcere erant spiritibus veniens praedicavit, & cetera: hoc inferens quod in inferno fuerit, & descendens Christus omnibus euangelizavit, omnesque a tenebris & penis per gratiam liberavit, ut a tempore resurrectionis domini, iudicium expectetur exinanitis inferis. Quid ergo in hac re sanctitati tuae videatur, cupio nosse.

Augustinus Euodio, respondens ad duas quaestiones, quarum altera est de loco obscuro, primae Petri tertio cap. altera de anima Christi. Epistola XCIX.

Domino dilectissimo fratri & coepo Euodio, Augustinus in domino salutem. Quae scio, quam mihi proposuisti ex epistola apostoli Petri, solet nos (ut te latere non arbitror) vehementissime commovere, quoniam illa verba accipienda sunt tanquam de inferis dicta. Replico ergo tibi eandem quaestionem, ut siue ipse potueris, siue aliquis qui possit inveniatis, auferas de illa atque finias dubitationem meam. Quod si prior potuero eum id donauerit dominus, tibi quoque impartiri valero, non fraudabo dilectionem tuam: nunc autem quae me ibi moneant intinabo, ut secundum haec de illis verbis apostolicis, vel ipse cogites, vel quem idoneum repereris consulas. Quam dixisset Christum mortificatum carne, vivificatum spiritu, continuo subiicit in quo, & ijs qui in carcere erant conclusi spiritibus veniens praedicavit, qui increduli fuerunt aliquando, quae expectabant

Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animae saluae factae sunt per aquam. Deinde subiunxit & ait: quod & vos nunc simili forma baptismi saluos fecit. Mouet itaque si apud inferos dominus quoniam mortuus est in carcere conclusis spiritibus praedicavit, quid boni soli meruerint, ut dominus ad inferna descenderet: & de istis tantum duobus dictum fuisse illi diuiti, Inter vos & nos chaos magnū firmatum est, ut ijs qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transire: nescio utrum quisquam sit cui non videatur absurdum. Porro si plures quam duo ibi erant, quis audeat dicere non ibi fuisse Patriarchas & Prophetas, quibus in scripturis Dei iustitiae pietatisque tam insignis testimonium perhibetur, qui tunc infideles fuerunt cum fabricaretur arca? Etenim post tempora Noe, multa milia tot gentium vique ad passionem Christi mortua sunt, quae potuit apud inferos inuenire: Non utique eorum qui in Deum crediderant, sicut Prophetae & Patriarchae de stirpe Abrahae, sicut ipse retro Noe & tota domus eius, quae salua facta est per aquam, excepto fortassis vno filio, qui postea reprobatus est, sicut etiam praeter progeniem Iacob: alij fuerunt credentes in Deum sicut Iob, sicut ciuitas Ninive, & si qui alij sunt, qui vel apparent in scripturis, vel in genere humano latent: sed eorum dico multa milia hominum, qui Deum ignorantes, & demonum vel simulacrorum cultum dediti a temporibus Noe usque ad passionem Christi, ex hac vita emigrarunt, quos apud inferos Christus inueniens, quoniam illis non praedicavit, sed illis tantum qui in diebus Noe increduli fuerunt cum fabricaretur arca? Aut si omnibus praedicavit, cur illos solos Petrus commemoravit, praetermissa multitudine tam innumerabili ceterorum? Et dominum quidem carne mortificatum venisse in infernum satis constat. Neque enim contradicere potest, vel prophetiae quae dixit: Quoniam non derelinquens animam meam in inferno. Quod ne aliter quisquam sapere auderet, in actibus Apostolorum, idem Petrus exponit: Vel eiusdem Petri illis verbis, quibus eum asserit soluisse inferni dolores, in quibus impossibile erat eum teneri. Quis ergo nisi infidelis negauerit fuisse apud inferos Christum? Quod si mouet aliquem, quemadmodum accipiendum sit inferni ab illo solutos dolores,

lores, neque enim ceperat in eis esse tanquam in vinculis, & sic eos soluit tanquam si catenas soluisset, quibus fuerat alligatus, facile est intelligere sic eos solutos, quemadmodum solui possunt laquei venantium, ne teneant, non quia tenuerunt. Potest & sic, ut eos dolores esse soluisse credamus quibus teneri ipse non poterat, sed quibus alij tenebantur, quos ille nouerat liberandos. Verum qui non isti sunt, temerarium est definire. Si enim omnes omnino dixerimus tunc esse liberatos qui illic inuenti sunt: quis non grateletur si hoc possimus ostendere, praesertim pro quosdam, qui nobis literario labore suo familiariter innotuerunt, quorum eloquium ingeniumque miramur, non solum poetas & oratores qui eosdem ipsos falsos Deos gentium, multis opusculorum suorum locis contemnendos reddiderunt, monstrarunt, & aliquando etiam vnum Deum verumque confessi sunt, quauis illa superstitiosa cum ceteris cohereret: verum etiam illos qui haec non carando uel declamando, sed philosophando dixerunt. Multos etiam quorum literas non habemus, sed in illorum literis didicimus secundum quandam modum laudabiles vitas, ut excepto Dei cultu, in quo errauerunt, colentes vana, quae publice colenda fuerant instituta, & creaturae potius quam creatori seruientes: in ceteris moribus parsimoniam, continentiam, castitatis, sobrietatis, mortis pro patriae salute contemptum, & cetera; fidei, non solum ciuibus, verum & hostibus imitandi meritum proponantur. Quae quidem omnia, quoniam non referuntur ad finem rectae veraeque pietatis, sed ad factum inanem humanae laudis & gloriae et ipsa inanescunt quodammodo, steriliaque redduntur, veruntamen quadam indole animi ita delectant, ut eos in quibus haec fuerunt vellemus vel praecipue vel cum ceteris ab inferni cruciatibus liberari, nisi aliter se haberet sensus humanus aliter iustitia creatoris. Quae cum ita sint, si omnes inde soluit saluator, & sic requies scripsisti exinanitum inferna, ut deinceps iudicium iam expectaret extremum: haec sunt, quae in hac re non immerito mouent, quae mihi interim cogitanti solent occurrere. Primum qua autoritate firmetur ista sententia. Quod enim scriptum est in morte Christi factum solutis doloribus inferni, vel ad ipsum potest intelligi pertinere, quod eos haecenus soluent, hoc est, irritos fecerit, ne ab eis ipse teneretur, praeterquam quia sequitur: In quibus impossibile erat

teneri eum. Vel si causa quaeritur cur voluerit venire in infernum, ubi dolores illi essent, quibus teneri omnino non poterat, quia erat, ut scriptum est, inter mortuos liber, in quo princeps & praepositus mortis non inuenit aliquid quod supplicio deberetur, hoc scilicet quod scriptum est, Solutis doloribus inferni, non in omnibus, sed in quibusdam accipi potest, quos ille dignos ista liberatione iudicabat: ut neque frustra illuc descendisse exultimetur, nulli eorum profuturus qui ibi tenebantur inclusi: nec tamen sit consequens, ut quod diuina quibusdam misericordia iustitiaeque concessit, omnibus concessum esse putandum sit. Et de illo quidem primo homine patre generis humani quod eum ibidem soluerit, ecclesia ferè tota consentit: quod eam non inaniter credidisse credendum est, vnde cum hoc traditum sit, etiam si canonicarum scripturarum hinc expressa non profertur autoritas. quanquam illud quod in libro Sapientiae scriptum est: Hec illum qui primum factus est pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit & eduxit illum a delicto suo, & dedit ei virtutem continentiam omnia: magis pro hac sententia quam pro villo alio intellectu facere videatur. Addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam sanctis fuisse concessum Abel, Seth, Noe, & domui eius, Abrahamae, Isaac & Iacob, aliisque patriarchis & prophetis, ut cum dominus in infernum venisset, illis doloribus soluerentur. Sed quoniam modo intelligatur Abrahamam, in cuius sinum pius etiam pauper ille susceptus est, in illis fuisse doloribus, ego quidem non video: explicent fortasse qui possunt. Solos autem duos, id est, Abrahamam & Lazarum, in illo memorabilis quietis sinu fuisse, antequam dominus in inferna descenderet, & de istis tantum duobus dictum fuisse illi diuiti, Inter vos & nos chaos magnū firmatum est, ut ijs qui volunt hinc transire non possint, neque inde huc transire, nescio utrum quisquam sit cui non videatur absurdum. Porro si plures quam duo ibi erant, quis audeat dicere non ibi fuisse patriarchas & prophetas quibus in scriptura Dei iustitiae pietatisque tam insignis testimonium perhibetur? Quid ijs ergo praestiterit, qui dolores soluit inferni, in quibus illi non fuerunt, non dum intelligo: praesertim quia ne ipsos quidem inferos vespam scripturarum locis in bono appellatos potui reperire. Quod si nusquam in diuinis autoritatibus legitur, non utique sinus ille Abrahae, id est, secretum eius

Psal. 87.

Sapient. 10.

Luc. 16.

3. Petri. 3. v. 13.

3. Petri. 3.

Psal. 11.

Acto.

12. deb. me. ad. veram. cap. 33.

iustam quietis habitatio, aliqua pars infero-
 rum esse credenda est: quanquam in his ipsis tan-
 ti magistri verbis, ubi ait dixisse Abrahamam, In-
 ter vos & nos chaos magnam firmatum est, satis,
 ut opinor, appareat non esse quandam partem, &
 quasi membrorum inferiorum tanta illius felici-
 tatis finem. Chaos enim magnam quid est nisi qui-
 dam hiatus multum ea separans, inter quae non so-
 lum est, verum etiam firmatus est? Quapropter si in
 illum Abrahamam finem Christum mortuum venis-
 se sancta scriptura dixisset, non nominato in-
 ferno eiusque doloribus, miror, si quis qua ad
 inferos eum descendisse asserere auderet. Sed
 quia evidenter testimonia & inferni come-
 morant, & dolores, nulla causa occurrit, cur
 illud credatur venisse saluator, nisi ut ab eius
 doloribus saluos faceret. Sed virum omnes quos
 in eis inuenit, an quosdam quos illo beneficio
 dignos iudicauit, adhuc requiro. Fuisse tamen eum
 apud inferos, & in eorum doloribus constitutis
 hoc beneficium praestitisse non dubito. Unde il-
 lis iustis qui in sinu Abrahamae erant, cum ille in infer-
 na descenderet, nondum quid contulisset inueni-
 ni, a quibus eum secundum beatificam praesentiam suae di-
 uinitatis nunquam video recessisse. sicut et eodem
 ipso die quo mortuus est, promisit latroni,
 quod cum illo in paradiso fuisset futurus, quoniam
 ad soluendos inferni dolores fuerat descensu-
 rus. Profecto igitur in paradiso atque sinu Abra-
 hae, et ante iam erat beatificante sapientia, & ap-
 ud inferos iudicare potest. Vbi enim non est,
 nullo loco obfusa diuinitas? verum tamen secundum
 creaturam quam ex quodam tempore suscipiendo manens
 deus, homo factus est, hoc est, secundum animam
 eum fuisse apud inferos, aperte scriptura decla-
 rat, & per prophetiam praemissa. & per Aposto-
 licum intellectum satis expostita, qua dictum est.
 Non derelinques animam meam in inferno. Scio
 quibusdam videri morte domini Christi iam tale
 resurrectione praestitum iustis qualis nobis in
 sine promittitur, quoniam scriptum est, illo terrae mo-
 tu, quo in eius passione petrae scissae & mo-
 numenta aperta sunt, multa corpora resurre-
 xisse iustorum, & visa cum illo quoniam resurrexit
 in sancta ciuitate. Qui utique si non iterum re-
 positus corporibus dormierunt, videndum est
 quemadmodum intelligatur Christus primoge-
 nitus a mortuis, si eum in illa resurrectione
 hoc dictum esse per anticipationem, ut monu-
 menta quidem illo terrae motu aperta intelligantur

2. cor.

G

1. cor. 23.

H

Mat. 27.

Apo. 1.

tur; cum Christus in cruce penderet, resurre-
 xisse autem iustorum corpora non tunc, sed cum il-
 le prior resurrexisset, quanuis tunc, ut dixi,
 anticipando fuisset adiunctum, ut & Christus
 primogenitus a mortuis sine ambiguitate cre-
 datur, & illis iustis continuo concessum, ut
 ipso praesente in aeterna incorruptione atque
 immortalitate resurgerent. Illud adhuc restat
 quod moueat, quomodo a Petro dici potue-
 rit, quod utique verissime dictum est, quando per
 illam prophetiam non de Dauid, sed de Chris-
 to asseruit fuisse praedictum, carne eius non vi-
 disse corruptionem, & quod adiunxit de Da-
 uid, apud eos esse monumentum eius: unde il-
 los utique non conuincebat, si corpus eius ibi
 iam non erat: quia etsi ante in recenti sua mor-
 te resurrexisset, nec caro eius vidisset corrup-
 tionem, posset nihilominus illud monumen-
 tum manere. Durum autem videtur, ut Dauid
 non fuerit in illa resurrectione iustorum, si
 eis iam aeterna donata est, cuius Christus ex se-
 mine tam crebro, & tanta euidentia, tantaque
 honorificentia commendatur. Periclitabitur
 etiam illud quod ad Hebraeos de iustis anti-
 quis dicitur: Quia pro nobis meliora prouide-
 runt, ne sine nobis perfecti perficerentur,
 si iam in illa resurrectionis incorruptione co-
 stituti sunt, quae nobis perficiendis in fine per-
 mittitur. Cur ergo Petrus eos tantum comme-
 morare voluerit, quibus in carcere inclusis
 Euangelium praedicatum est, qui in diebus Noe
 cum fabricaretur arca increduli fuerunt vides
 quod latebrosum sit, & quod me moueat, ne affir-
 mare hinc aliquid audeam: Huc accedit, quia
 cum dixisset Apostolus, quod & vos nunc si-
 mili forma baptismi saluos facit, non carnis
 depositio forditum, sed conscientiae bonae inter-
 rogatio in Deum per resurrectionem Iesu Chri-
 sti, qui est in dextra Dei, deglutiens mortem, ut
 vitae aeternae haereditas efficeremur, profectus
 in caelos subiecit sibi angelis & potentibus &
 virtutibus, continuo subiecit, Christo igitur in car-
 ne passio, & vos eadem scientia armamini, quia
 qui passus est in carne desijt a peccatis, hoc
 ut iam non hominum desiderijs, sed voluntate Dei
 quod reliquum est in carne uiuat tempus. Dein-
 de ait sufficit enim peritum tempus ad voluntatem ho-
 minum consummandum ambulantes in li-
 bidinibus & concupiscentijs & ebrietate, co-
 mesationibus, potationibus, & illicitis ido-
 lorum seruitutibus, in quo stupefcunt non
 concur-

Act. 1.

Dauid
an resur-
rexit.

Heb. 11.

1. Pet. 3.

K

1. Pet. 4.
Eppolay.

concurrere vos in eadem luxuriae confusionem
 blasphemantes, quoniam reddent rationem ei qui pa-
 ratus est iudicare viuos & mortuos. His di-
 ctis subnectit. Propter hoc enim & mortuis
 euangelizatum est, ut iudicetur quidem secundum ho-
 mines in carne, uiuat autem secundum Deum spiri-
 ritu. Quae non moueat ista profunditas? Mortuis
 dicit euangelizatum, quos profecto si intellexe-
 rimus, qui de corpore exierunt, illi (opinor)
 erunt de quibus supra dixit. Qui increduli
 fuerunt in diebus Noe, aut certe omnes quos
 apud inferos Christus inuenit. Quid sibi ergo vult
 ut iudicentur quidem secundum homines in carne vi-
 uant autem secundum Deum spiritum? Quomodo iudicantur in
 carne, quam non habent, si apud inferos sunt, vel quomodo
 nondum receperunt, si et a doloribus, inferni
 soluti sunt? Neque enim si, ut quodammodo dicis, exi-
 nati sunt inferi, omnes etiam qui tunc ibi fuerunt
 in carne resurrexissent credendi sunt aut qui re-
 surgentes apparuerunt cum domino, ad hoc carne
 receperunt, ut in ea iudicarentur secundum ho-
 mines: quod nec de illis video. quomodo accipi pos-
 sit, qui increduli fuerunt in diebus Noe: non enim
 eos in carne vixisse scriptum est, aut credi potest,
 ideo solutos dolores inferni, ut qui inde libe-
 rarentur, carne ad luendam penam reciperent:
 Quid est ergo ut iudicentur secundum homi-
 nes in carne, uiuat autem secundum Deum spiritum?
 An forte hoc praestitum est eis, quos apud infe-
 ros Christus inuenit, ut per Euangelium uiuificaren-
 tur spiritu, quanuis futura resurrectione in
 carne iudicandi sint, ut per aliquam carnis poe-
 nam traseant in regnum Dei? Quod si ita est, cur
 hoc tantum de illis qui quodam non crediderunt
 in diebus Noe, ac non et de ceteris, quos il-
 lic Christi uisitatio cooperit per Euangelij pre-
 dicationem spiritu reuixerunt, postea transito-
 ria pena in carne iudicandi? Quod si de om-
 nibus acceperimus, manet quaestio, quare Pe-
 trus eos tantum commemorauit qui tunc increduli
 fuerunt cum fabricaretur arca? Mouet etiam
 illud, quod Iesus qui de hac re conatur reddere ro-
 nem, ideo dicit Christo ad inferos descen-
 dente, Iesus qui ibi inuenit sunt illa loca penalia
 tanquam carceres exinanitos, quia non audierunt
 Euangelium, quod illis uiuentibus nondum toto
 orbe terrarum predicabatur, & iustas habebant
 causas cur non credidissent, quod eis non fue-
 rat annunciatum: deinceps autem non habitu-
 ros excusationem, qui praedicationem Euangelij
 per omnes gentes celebrata diffusamque contem-

nunt, & ideo illis tunc euacuatis carceribus
 iam iustum restare iudicium, quo contumaces &
 infideles et aeterno igne puniantur. Nec at-
 tendunt qui hoc sentiunt hanc excusationem ha-
 bere posse omnes, qui et post resurrectionem
 Christi antequam ad eos Euangelium perueniret
 ex hac vita emigrarunt. Neque enim postea quam
 dominus remeavit ab inferis, nemo permittis est
 iterum ire ad inferos, nisi audito Euangelio, cum
 tam multi morerentur in toto orbe terrarum, an-
 tequam ad eos haec annuntiatio perueniret, qui
 omnes habebunt excusationem, quae ablata dicitur
 eis, quibus dominus cum uenisset, qui ante non audie-
 rat in inferno dicitur praedicasse. Vbi forte
 dicatur et istos: qui post domini resurrectio-
 nem nondum sibi annunciatum Euangelio mortui
 sunt siue moriuntur, illic apud inferos audi-
 re potuisse vel posse, illic credat quod de Christi
 ueritate credendum est, & habeant etiam ipsi re-
 missionem ac salutem, quam illi meruerunt, quibus
 ipse Christus annunciauit. Neque enim quia
 rursus ascendit Christus ab inferis, ideo ibi
 fama eius extincta est, nam & hinc ascendit in
 caelum, & tamen eius annuntiatione, qui in eum cre-
 diderint saluati erunt. Ideo quippe exaltatus est,
 & donatum est ei nomen quod est super omne no-
 men, ut in nomine eius omne genua flectatur
 non solum caelestium & terrestrium, verum etiam
 inferorum. Sed hanc opinionem, si admittimus,
 qua putari potest homines, qui cum uiuerent minime
 crediderunt, posse in Christum apud inferos cre-
 dere, quis ferat? Quae consequenter absurda fi-
 deique contraria? Primum ne frustra dolere
 videamur eos qui sine ista gratia de corpore
 exierunt, frustraque curam gerere atque instanter
 hortari, ut eam homines priusquam moriantur perci-
 piant, ne sempiterna morte puniantur: Aut si
 illi tamen apud inferos inutiliter atque infructuose
 se credunt, qui Euangelio sibi annunciatum
 hic credere noluerunt, illis autem praedicit crede-
 re, qui non hic contempserunt quod audire mi-
 nime potuerunt: aliud sequitur absurdius, ut
 hic non sit Euangelium praedicandum: quo-
 niam omnes utique morituri sunt, & sine ullo
 reatu contempti Euangelij venire ad inferos
 debent, ut eis praedesse possit, cum ibi credide-
 rint. Quod sentire impiae uanitatis est. Qua-
 mobrem teneamus firmissime quod fides habet
 fundatissima auctoritate firmata quia Chri-
 stus mortuus est secundum scripturas, & quia
 sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scri-

Ita spera-
dum.

A

Phil. 2.

B

scri-

scripturas & cetera quae de illo testante veritate descripta sunt. In quibus etiam hoc est, quod apud inferos fuit solutus eorum doloribus quibus eum erat impossibile teneri, a quibus etiam recte intelligitur soluisse & liberasse quos voluit corpusque quod in cruce reliquerat in sepulchro positum recepisse. In illa vero, quam proposuisti de verbis Petri Apostoli, quaestione, quam quae me moueat perspicis, & alia fortasse si diligentius discutiantur possunt mouere, vel apud nos ea cogitando, vel quos dignum est, & si possumus consulendo quaeramus. Considera tamen ne forte totum illud, quod de conclusis in carcere spiritibus qui in diebus Noe non crediderant, Petrus Apostolus dicit, omnino ad inferos non pertineat, sed ad illa potius tempora, quorum forma ad haec tempora transiit. Illa quippe res gesta, forma fuerat futurorum, ut in quibus modo non creditur Euangelio, dum in omnibus gentibus aedificatur ecclesia, illis intelligantur esse similes, qui tunc non crediderunt cum fabricaretur arca. Illi autem qui crediderunt, & per baptismum salui facti, illis comparentur, qui tunc in eadem arca salui facti sunt per aquam. Unde ait: Sic vos simili forma baptismi saluos facit. Ad hanc igitur formam similitudinem cetera etiam de incredulis coaptemus, & non suspicemur quod apud inferos ad faciendos fideles atque liberandos Euangelium predicatum sit, vel adhuc est predicetur quasi & ibi sit ecclesia constituta. Ad illud ergo sensum quod te mouet, ideo videntur attracti qui hoc Petrum sensisse crediderunt, quia dixit conclusis in carcere spiritibus predicatum, quasi animam non possint intelligi spiritus, qui tunc in carcere, atque ignorantiae tenebris velut carcere clauderentur. De quali carcere se desiderat liberare ille quod dicit: Edux de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo: quae alibi umbra mortis appellatur. De qua non utique apud inferos, sed hic liberati sunt, de quibus scriptum est: Qui sedebant in umbra mortis, lunam ortum est eis. Illis autem in diebus Noe frustra predicatum est, quia non crediderunt, cum expectaret eos Dei patientia per tempus centum annorum, quibus arca eadem fabricata est. Nam eius est fabricatio quodammodo praedicatio fuit. Sicut modo similes eorum non credunt, quod sub eadem forma ignorantiae tenebris velut carcere concluduntur, frustra intuentes ecclesiam toto mundo construi imminente iudicio tanquam diluuium, quo tunc omnes in-

creduli perierunt. Ait quippe dominus: Sicut in diebus Noe, ita erit & in diebus filii hominis. Manducabant, bibebant, nubebant, uxores ducebant, donec intrauit Noe in arcam, venit diluuium & perdidit omnes. Sed quia ea res gesta est futurae re significabat, ideo ibi diluuium & baptismum significauit fidelibus, & infidelibus penam. Sicut in figura non rei gesta, sed tantummodo dicta, quod de lapide scriptum est, quo significatus est Christus: duo quaedam praenunciata sunt, & infidelibus offendiculum, & fidelibus aedificium. Aliquam autem in eadem figura vel gesta vel dicta, est duae res aliquid unum significat: sicut fideles significauerunt ligna, quae in arca fabricam coaptata sunt, eodemque etiam animam octo, quae in eadem arca liberatae sunt: quomodo in illa Euangelica similitudine de ouili idem ipse Christus est & pastor & ianua. Nec moueat ad impediendum istum intellectum, quod eundem Christum dixit Apostolus Petrus praedicasse illis in carcere conclusis, qui quodam non crediderant in diebus Noe, ut ideo non arbitremur hoc intelligendum, quia illo tempore nondum venerat Christus. Nondum enim venerat scilicet in carne, sicut venit quando post haec in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est. Veruntamen ab initio generis humani, vel ad arguendos malos, sicut ad Cain, ac prius ad ipsum Adam uxoremque eius, vel ad consolandos bonos, vel ad utrosque admonendos, ut alij ad salutem suam crederent, alij ad penam suam non crederent, ipse utique non in carne sed in spiritu veniebat, visis congruis aliquos quos volebat sicut volebat. Quod autem dixi in spiritu veniebat. Et ipse quidem filius substantiae diuinae, quam corpus non est, utique spiritus est. Sed quid facit filius sine spiritu sancto, vel sine patre, cum inseparabilia sunt omnia opera Trinitatis? Ipsa quoque scripturae verba, de quibus agitur, satis hoc (ut puto) indicat eis qui diligenter attendunt: Quia Christus, inquit, semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustus, ut nos adducat Deo, mortificatus, quod de carne, viuificatus autem spiritu. In quo & ipsi quod in carcere conclusi erant spiritibus, adueniens praedicauit, quod increduli fuerant aliqui, quoniam expectabat Dei patientia in diebus Noe, cum fabricaretur arca. Iam (ut arbitrator) attendimus forma verborum, Christus mortificatus carne, viuificatus autem spiritu. In quo spiritu adueniens praedicauit & illis spiritibus qui increduli fuerant aliquan-

70

Pf. 141.

Esa. 9.

Luc. 17.

Baruc. 3.

1. Pet. 3.

70.

aliquando in diebus Noe: quam priusquam veniret in carne pro nobis moriturus, quod semel fecit, sepe antea veniebat in spiritu ad quos volebat, visis eos admonens sicut volebat utique in spiritu, quo spiritu viuificatus est, cum in passione esset carne mortificatus. Quid est, nisi quod eadem caro qua sola fuerat mortificata, viuificante spiritu resurrexit? Nam quod fuerat anima mortificata Iesus, hoc est, eo spiritu qui homines est, quis audeat dicere: cum mors animae non sit nisi peccatum, a quo ille omnino immunis fuit cum pro nobis carne mortificaretur? Si enim omnium hominum animae ex illa una sunt quae insufflata est primo homini per quem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertrahitur: aut non est inde anima Christi, quam nullum habuit omnino peccatum, vel originale, vel proprium, propter quod ei mors debita videretur, pro nobis eam quippe quam non debebat exoluit, in quo Princeps mundi mortisque propositus nihil inuenit. Neque enim absurdum est, ut qui primo homini animam creauit, crearet & sibi: aut si & ipsa inde est eam suscipiendo mundauit, ut sine villo prorsus peccato, vel perpetrato, vel traducto, ad nos veniens de virgine nasceretur. Si autem animae non ex illa una propagantur, & sola ex Adam caro trahit originale peccatum, ita sibi creauit animam Dei filius, ut ceteris creat, quam non tamen carni peccati miscuit, sed similitudini carnis peccati. Superfluum enim ex virgine veram quidem carnis substantiam non tamen peccati carnem, quia non ex carnali concupiscentia, siue seminata, siue concepta, mortalem sanam ac per aetates mutabilem, tanquam carni peccati sine peccato simillimam. Ac propter hoc quaecumque de anima opinio vera sit, quarum nullam temere affirmare adhuc audeo, nisi tamen illam repudiare qua creduntur animae pro meritis nescio quorum superiorum actuum suorum, singulae in singula corpora tanquam in carcere trudi. Certum anima Christi non solum immortalis secundum ceterarum naturam, sed et mortificata peccato vel damnatione punita est, quibus ab ab. causis mors animae intelligi potest, & ideo non secundum ipsam dici potuit Christus viuificatus spiritu. In ea re quippe viuificatus est, in qua fuerat mortificatus: ergo de carne dictum est: Ipsa enim reuixit anima redeunte, quia ipsa erat mortua anima recedente. Mortificatus ergo carne dictus est, quia secum

Rom. 5. Quae. 2. de anima Christi, unde sit.

H

dum sola carne mortuus est: viuificatus autem spiritu, quia illo spiritu operante in quo ad quos veniebat & predicabat, et ipsa caro viuificata surrexit, in qua modo ad homines venit. Proinde est illud quod postea dictum est de incredulis, qui reddant rationem ei qui paratus est viuos & mortuos iudicare, non est consequens, ut eos hic intelligamus mortuos qui de corpore exierunt. Fieri enim potest ut mortuos dixerit infideles, hoc est in anima mortuos, de quibus dicitur. Dimitte mortuos ut sepeliant mortuos suos. Viuos autem qui credunt in eum non frustra audientes. Surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. De qualibus et ipse dominus dicit: Venit hora & nunc est, quam mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint viuunt. Proinde est quod sequitur & dicit Petrus. Propter hoc & mortuis euangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homines in carne, viuunt autem secundum Deum spiritu, non cogit apud inferos intelligi. Propterea enim in hac vita & mortuis euangelizatum est, id est infidelibus & iniquis, ut cum crederint, iudicentur quidem secundum homines in carne, hoc est, in diuersis tribulationibus, & in ipsa morte carnis. Unde idem Apostolus alio in loco dicit, tempus esse ut iudicium incipiat a domo domini: viuunt autem secundum Deum spiritu, quia & in ipso fuerant mortificati, cum morte infidelitatis & impietatis detinerentur. Haec expositio verborum Petri cui displicet, vel cuius est si non displicet, non tamen sufficit, quae rat eam secundum inferos intelligere: qui si ualuerit illa quibus me moueri supra commemoravi ita soluere ut eorum auferat dubitationem, impartiat & mihi: quod si factum fuerit, poterunt illa uerba utroque modo intelligi: ista scilicet de nulla falsitate conuincitur. Ad illas autem quoniam, quas ante misisti, excepta Dei uisione pro corpore, unde maius opus molendum est, ut potui respondere, & per Atellum diaconum misere, quod te accepisse iam puto. In recenti autem commonitorio tuo, cui nunc respondi, duo quae scribas, quorum utrumque tractatum est, unum latius, alterum breuius, de Petri. f. Apostoli uerbis, & de anima domini. Exemplum sane literarum tuarum, quae continent interrogationem, utrum Dei substantia corporaliter uelut in loco uideri possit, & apud nos nescio quomodo aberrauerunt, nec inueniri cum diu quaerentur potuerunt, iterum admoneo mittere ne graueris. Augu-

+

o/o

I

Math. 8

Ephe. 5.

Ioan. 5.

1. Pet. 4.

o/o

+

K

Augustinus Euodio, de anima soluta corpore, & de visis prodigiosis. Epist. 100.

Domino beatissimo & venerabili fratri ac confacerdoti meo Euodio, & qui te cum sunt fratribus, Augustinus & qui tecum sunt fratres in dño salutē. Frater iste noīe Barbarus seruus Dei, iā diu apud Hipponē constitutus, & verbi Dei feruidus ac studiosus auditor, desiderauit ad tuā sanctitatē literas nostras, in quib; tibi eū in dño cōmēdamus, tibiq; per eū salutē debitam dicimus. Literis autē sanctitatis tuā, quib; ingentes texuisti qōnes, rīdere operosissimum est, & otiosis & multo maiore q̄ nos sumus p̄ditis facultate differendi & acrimonia intelligendi. Duarū sanē epistolarū tuarū, quibus multa & magna conquis, vna nescio q̄o aberrauit, & diu quæsta non potuit reperiri. Altera vero, q̄ inuenta est habet cōmendationem suauissimā serui Dei & boni & casti adolescentis, q̄o ex hac vita migrauerit, & quib; visionū fraternalium attestacionib; meritum eius nobis insinuari potuerit. Deinde ex hac occasione proponis, & versas de anima obscurissimā qōnem vtrum cum aliquo corpore egrediatur ē corpore, quo possit ad corporalia loca ferri, vel locis corporalibus contineri. Huius igitur rei tractatus, si tñ ad liquidum à talibus quales nos sumus examinari potest, curam atque operā negociosissimam postulat, ac per hoc mentē ab his occupationibus otiosissimam. Si autē breuiter vis audire quid mihi videatur, nullo modo arbitror animā ē corpore exire cū corpore: visiones autē illæ futurorumq; prædictiones q̄o fiant, ille iā explicare conetur, qui nouit qua vi efficiantur in vnoquoq; aīo tanta cū cogitat. Videmus. n. planeq; cernimus in eo fieri rerum multarum visibiliū, & ad ceteros corporis sensus pertinentiū, innumerabiles imagines: q̄ non interest q̄ ordinatē vel turbide fiant, sed tñ quia fiunt, q̄ manifestū est, qua vi & q̄o fiant quisquis potuerit explicare, q̄ oīa certe quotidiana sunt atq; continua, audeat p̄sumere aliquid ac definire, & de illis rarissimis visis. Ego autē tanto minus hoc audeo quanto minus, id quoq; in nobis q̄ vita continua vigilantes dormientesq; experimur, quo pacto fiat explicare sufficio. Nam cum ad te dictarē hanc epistolam, teipsum animo

contuebar, te vtiq; absente atq; nesciente, & q̄o possis his verbis moueri secundū notitiam quā mihi de te inest imaginabar, atq; id quonā modo in aīo meo fieret, capere, ac inuestigare non poterā, certus tñ non fieri corporeis, molibus, nec corporeis qualitatib; cū corpori simillimum fieret. Hoc interim habes, vt ab occupato & festinante dictatum. In duodecimo autē libro eorū quos de Gene si scripsi, versatur hæc quæstio vehementer, & ex multis rerum expertarū atq; credibiliter auditarū exemplis disputatio illa syluescit. Quid in ea potuerimus vel effecerimus cū legeris iudicabis, si tñ dñs dignabitur donare, vt eos mihi libros quantū possum congruenter emendatos iā liceat ædere multorū fratrum expectacioni, non iā longa disputacione suspendere. Narrabo autē vnū aliquid breuiter vnde cogites: Frater noster Genadius notissimus ferē omnibus, nobisq; charissimus medicus, qui nunc apud Carthaginem degit, & Romæ suæ artis exercitatione præpolluit, vt hominē religiosum nosti, atq; erga pauperum curā impigra misericordia facillimoq; animo benignissimum: dubitabat tñ aliqñ, vt modo nobis retulit, cum adhuc esset adolescēs & in his eleemosynis feruentissimus, vtrum esset vlla vita post mortē. Huius igitur mentem & opera misericordie qm̄ Deus nullo modo desereret, apparuit illi in somnis conspicuus iuuenis & dignus intendi, ei q; dixit. Sequere me: quē dū sequeretur, venit ad quandā ciuitatē, vbi audire cēpit à dextera parte sonos suauissimæ cantilenæ vltra solitā notamq; suauitatē. Tūc intento, quid nā esset, ait, hymnos esse beatorū atq; sanctorum. Sinistra autē parte quid se vidisse retulit, nō satis memini. Euigilauit, & somniū vt fuit, tantumq; de illo, quantū de somnio cogitauit. Alia vero nocte, ecce idē ipse iuuenis eidē rursus apparuit, atq; ab illo vtrū cognosceretur interrogauit. Respondit iste, quod eū bene planeq; cognosceret. Tūc ille quæsiuit vbi se nosset. Nec memoriæ defuit quod iste identidē responderet, totumq; visum illud hymnosq; sanctorū ad quos audiendos eo dñce venerat, qua recentissimos recordabatur facilitate narrauit. Hic ille percontatus est, vtrum nam id quod narrauerat in somnis vidisset, an vigilans? Respondit in somnis. At ille, Bene inq; recolis, verū est in somnis

De cura
pro mor-
tuis. c. 11

De Gen.
ad lit. erā
lib. 12.

Viso.

C

somnis illa vidisti. Sed ē tunc in somnis te videre scias. Hic cū audisset ista, ita esse credidit, atq; id responsione firmavit. Tunc qui hominem docebat, adiecit & ait: vbi est modo corpus tuū? Ille rīdit, in cubiculo meo. Scis ne inquit ille in eodē corpusculo nunc illigatos esse & clausos & otiosos oculos tuos, nihilq; illis oculis te videre? Respondit scio. Tunc ille, Qui sunt ergo inquit isti oculi quibus me vides? Ad hoc iste non inueniēs quid responderet, obticuit. Cui hēsitanti, ille quod his interrogationibus docere moliebatur aperuit, & continuo sicut, inquit, illi oculi carnis tuæ vtiq; in dormiente atque in lectulo iacente nunc vacant, nec aliquid operantur, & tñ sunt isti quibus me intueris, & ista veteris visionē: ita cū defunctus fueris, nihil agentibus oculis carnis tuæ vita tibi inerit qua viuas sensusq; quo sentias. Cane iam deinceps ne dubites vitā manere post mortē. Ita sibi homo fidelis ablatam dicit huius rei dubitationem. Quo docente, nisi prouidentia & misericordia Dei? Ista narratione dixerit aliquis tantę rei non soluisse, sed auxisse quæstionem: verum tñ cum his verbis credere vel non credere liberum cuique sit, seipsū quique habet quo se auocet ad profundissimam qōnem. Et vigilat homo, & dormit homo quondie, & cogitat hō: dicat vnde fiant ista similia formis, similia qualitatibus, similia motibus corporum, nec tñ materię corporali, dicat si potest. Si autē non potest, quid se præcipit de rarissimis aut inexpertis quæsi definitam ferre sententiam, cū continua & quotidianana non soluat? Ego autē quamuis quomodo fiant ista veluti corporea sine corpore, verbis prorsus explicare non possum, tñ sicut scio nō ea corpore fieri, vnam sic scirem quomodo discernentur quę videntur aliquando per spiritum, & per corpus videri putantur: quo ve modo distinguantur visæ eorum, quos error vel impietas plerunque deludit, qñ visis piorum atque sanctorum similia pleraque narrantur: quorum exempla si commemorare voluissem, tēpus mihi potius quam copia defuisset. In domini misericordia vegeteris domine beatissime & venerabilis, & desiderabilis frater.

Augustinus Euodio, q̄o anima cernat sine corpore: deq; visis prodigiosis. Epist. 101.

Domino beatissimo & venerabili fratri bus, Augustinus & tecū fratribus, Augustinus & tecū fratres in dño salutē. Multa q̄ris ab hoīe multū occupato, & q̄ est grauius, ea putas p̄cipitari debere dictando, q̄ sunt tā difficilia, vt cū magna diligētia dictata vel scripta vix perducī possint ad intellectū, & taliū qualis ipse es. Huc accedit, quia nō tu & tales tantūmodo cogitādi estis lecturi esse q̄ scribimus, sed vtiq; & illi qui minus acuto minusq; exercitato ingenio p̄diti, eo tñ studio feruntur ad cognoscendas literas n̄ras, siue amico siue inimico animo, vt eis subtrahi oīno non possint. Ista cogitāti cernis quanta cura in scribēdo esse debeat, p̄sertim de reb; ita magnis, vt in eis & magni laborent. Si autē cū aliquid in manibus habeo intermittendū est & differendū, vt ad ea potius rīdeatur q̄ superuenientia requiruntur, quid fiet si ēt ip̄sis, dū responderetur alia superuenierint? Nū placet vt ēt his om̄sis illa suscipiantur, & semper priora fiant q̄ posteriora oboriuntur: eaq; sola terminare contingat, quibus cū scribunt non superuenierit aliquid quod q̄ratur? Quod vt mihi accidat difficillimū est, sed nō opinor tibi hoc placere. Non ergo debui alia interrūpere cū tua superuenissent, sicut nec tua si alia rursus irruerint, & tñ seruare hanc iustitiā non sinor. Nam ecce vt tibi hæc ip̄sa rescriberē quib; id admonerem, intermisi q̄ agebā, & animum meum ad hanc epistolā ab alia magna intentione detorsi. Facile autē fuit hanc excusationē (vt arbitror) non iniquā literis inditā tibi remittere, rīdere autē inquisitionib; tuis non ita facile est, & puto in ip̄sis opusculis q̄ me nunc intentissimū detinent, non defutura quedam loca vbi hæc ip̄sa expediā quę requiris, si dñs fauerit. Iam ēt ex ijs q̄onibus quas modo misisti, multa soluta sunt in eis libris quos nondū edidi, siue de Trinitate siue de Genesi: quāquam & illa si relegas quę tibi iam diu nota sunt, vel nisi fallor, fuerunt, quia ea fortasse oblitus es q̄ te conferente tecū ac sermocinante cōscripsi, siue de Animę quātitate, siue de Libero Arbitrio, inuenies vnde dissoluas, & sine mea opera, dubitationes tuas, adhibito, s. nonnullo labore cogitationis, vtijs q̄ ibi ad intellectū liquidū certumq; perducta sūt cōsequētia nectantur. Habes ēt in libro de Vera religione, quē si recoleres atq; perspiceres,

2. Retr. r.
cap. 15.
c. 24.

1. Retr. r.
7. c. 8.

I. Retra-
sta. 12.

ceres, nunq̄ tibi videretur rōne cogi Deum esse, vel rōcinando effici Deum esse debere. Quidem in ratione numerorū, quā certē in v̄sū quotidiano habemus, si dicimus septē & tria decē esse debent, minus cōsiderate loquimur, nō. n. decē esse debent, sed decē sūt. De quib. itaq; rebus rectē dicatur, q̄ esse debeant, siue iā sint, siue vt sint, satis (quantum arbitror) disputauimus in eis libris quos cōmemorauimus. Homo. n. sapiens esse debet, si est vt maneat, si nōndū est vt fiat: Deus autē sapiēs non esse debet, sed est. Illa quoq; de visis, q̄ tibi nuperrimē scripsi, & ea cōmemoras subtiliter dicta, sed maiorib. te q̄nibus implicasse recense ēt atque ēt, & cogita diligentius, nec pertranseat sed habitet in eis consideratio tua, & inde fortasse vtunque conijcies, quō sit anima præsens vel absens. In eis quippe visis demoratur in somnis, cū abest à sensu præsentiāq; cernendi, quam præbet oculis vigilans: hanc autē ab oculis, hoc est, tanquā à luminarib. corporis aīæ absentiam, q̄ est cū dormimus, si vis maior augeat, vt totum qd̄ est inde subtrahat, mors est. Sicut ergo à cernendi sensū ad visā somniorū, non cū aliquo corpore abscedit, nisi fortē illa, q̄ videntur in somnis corporea, nosq; ipsos inter illa ferri ac referri cū aliquo corpore existimabimus, q̄ iā tibi arbitror nō videri. Itē si tota penitus abstrahatur, atq; absit, quod sit in morte, non secū putanda est auferre aliquod corpus ex corpore. Nā si auferret, profecto ēt cū eos relinquit, intantum oculos secū auferret quālibet subtiliores, corporeos tñ, quod nō facit: verūtñ aufert secū quosdā simillimos, sed nō corporeos, quib. visā simillima cernit in somnis, sed nec ipsā corporea. Porro si aliquis cū credit ēt visā somniorum, q̄ similia corporib. apparent, non esse nisi corporea, videat sibi aliquid dicere, nec ista ingenij tarditas facile conuincitur, multorū quippe est ēt non mediocriter acutorū, qm̄ parū attendūt quantū videāt imagines corporum, q̄ sunt in sp̄itu, nec oīno sunt corpora. Cum vero eas coguntur intueri, si rectē aduertirint, atq; cōpererint non eas esse corporeas, sed corporū simillimas, rationē tñ de his nō cōtinuo valent reddere, quib. causis & quē admodum fiant, qua deniq; natura sua subsistant, vel in quo subiecto sint: vtrū ita in aīo

fiant, vt in mēbrana ex atramento literę, vbi vtraq; substantia est mēbrana, s. & atramentū: an sicut sigillū in cera, vel figura quęlibet, cui cera subiectū est illa in subiecto: an vtroque modo fiant ista in sp̄itu nostro, aliqñ sic aliqñ aut sic. Mouent. n. non solū vt cogitemus eas, q̄ absunt à sensibus corporis, & in nostra reperiuntur memoria, vel q̄ nos ipsi vt libitū est, facimus, disponimus, augemus, minuiamus, sed ēt situ, habitu, motu, innumerabilib. qualitatib. formisq; variamus. Talia sunt fortassis ēt illa quib. deludimur dormiētes, qm̄ non diuinitus admonemur, nisi quod hęc volentes agimus, illa p̄ter arbitriū patimur. Non solū hęc mouent, q̄ in aīo de ip̄o aīo fieri nō absurde quis putat, quamuis & hoc causis occultiorib. quib. agit, vt istud potius q̄ illud in conspectu animi veniat, sed ēt q̄ ait propheta: Et dixit mihi angelus qui loquebat in me. Neq; n. forinsecus voces ad aures corporeas propheta venisse credendū est, cū dicit, loquebat in me, non ad me: vtrū voces erant de sp̄itu factę, corporalibus similes, quales agimus cum apud nos taciti multa memoriter, plerunq; ēt cantādo trāscurrimus, sed tñ editę ab angelo sibi suggerente. Et quod in Euangelio scriptum est, ecce angelus Dei apparuit illi in somnis dicēs. Quomodo enim apparuerit, vel corpus angelicum oculis clausis? Abrahę quippe vigilantis sic apparuerunt, vt eos etiam cum pedes lauit eis contrectando sentiret: vel sp̄us sp̄u: dormientis in specie aliqua simili corpori, sicut nos ipsi nobis videmur tali figura ēt per loca moueri somniātes, longe aliter q̄ mēbra in stratis iacentia mouentur. Hęc & ideo mira sunt, q̄ occultiorē habēt rōnē, q̄ vt videri, vel reddi ab hoīe homini possit. Nam istę causę sunt admirationis, cum vel ratio cuiusq; rei latet, vel eadem res vltata non est, q̄ aut singularis, aut rara est. Ex illa ergo causa latentis rationis, ego dixi in epistola, quam te legisse cōmemoras, cū eis responderem qui negant esse credēdum quod Christum virgo peperit, virgo permāserit. Si rō queritur, nō erit mirabile. Hoc enim dictum est, nō quod rōne res careat, sed quod eos lateat, quibus hoc Deus voluit esse mirabile. Ex alia vero admirationis causa, quę ideo est, quia insolitū aliquid occurrit, scriptum est de domino, qd̄ miratus sit Centurionis

Luc. 7.

rionis fidē. Neq; n. eum rei vilius ratio potuit latere, sed admiratio pro laude posita est eius, cuius par in populo Hebræo nō apparuerat. Vnde ipsa admiratio satis exposita est cum dñs ait: Amen dico vobis, nō inueni tantam fidē in Israel: Quod autē adieci in eadē epistola, Si exemplū poscitur, non erit singulare: frustra tibi visus es velut exēpla inuenisse de vermiculo qui in pomo nascitur, & aranea quę silū textrina suę corpore velut integro parit. Dicunt enim aliqua argute cuiusdam similitudinis gratia, alia remotius alia congruentius, sed solus Christus natus est ex virgine. vnde iā intelligis quantū existimo, cur hoc esse dixerim sine exēplo. Habēt itaq; omnia causas suas, atq; rationes rectas & inculpabiles, quę Deus vel v̄sitata, vel inusitata operatur. Sed hęc cautę atq; rōnes cum latent, miramur quę fiūt: cū autē patent, consequēt ea vel cōuenienter fieri dicimus, nec mirandū esse, quia facta sunt, quę rō exigebat vt fierēt. Aut si miramur nō inopinata itupendo, sed excellentiā laudando miramur. Quo gñe admirationis Centurio ille laudat⁹ est. Nec ideo reprehēdēda est sentētia, qua dictū est. Si ratio queritur nō erit mirabile, qm̄ ē aliud genus admirationis, etiā cū ratio manifesta est admiranti. Neq; enim propterea culpā sentētia qua dictū est: Deus neminē tētat, qm̄ est aliud genus tētationis: p̄ quod rectē itidē dictū est, Tētat vos dñs Deus vester. Nec quisquā existimet ideo merito posse dici, corporeis oculis à filio patrem videri, ac nō potius sic, vt à patre filiū, quia illic q̄ hoc putant cū in reddēda ratione defecerint, posunt & ipsi dicere, si ratio queritur, nō erit mirabile: hoc enim dictū est, nō quia non est ratio, sed quia latet. Illius autē non miraculi, sed erroris, demonstrare debet nullā esse rationē, quisquis id opinantes refellere aggreditur. Sicut enim nulla rō est qua Dei natura moriatur, aut corrumpatur, aut peccet, cū hoc Deū nō posse dicimus, non derogamus potestati eius, sed æternitatē veritatēq; laudamus. Ita cū dicimus nō posse videri oculis corporeis, nō latet sed patet ratio bene intelligētib. qua perspicuū est Deum corpus non esse, nec aliquid corporeis oculis cerni posse, nisi quod alicuius interualli interpositione cernatur. Id autē non nisi corpus esse, eamq; substantiā quę minor sit in parte q̄ in

toto, quod de Deo credere nefas esse debet, etiā ijs qui hoc intelligere nōdū valent. Latet ratio diuersarū cōmutationū. Hinc est omnī visibiliū sylua miraculorū. Nunquid it̄ ideo latet esse corpora, habere nos corpus, nullū esse, quātulūcunq; corpusculū; qd̄ nō pro suo mō loci occupet sp̄itiū, nec in eo q̄ occupat vbiq; sit totū, sed minus sit in parte q̄ in toto? Hęc qm̄ nō latent, his cōtexenda sunt cōsequētia, quod nūc facere nimis longū est, quibus ostendatur non rationē latere, sed rationē oīno nullā esse qua credi debeat vel possit intelligi, Deū, qui vbiq; totus est, per sp̄atia locorū corporea mole diffundi, in qua necesse habeat partib. maioribus minoribusq; cōstare, cerni corporeis oculis posse. Vnde plura dicere, si hoc in epistola ista suscepiissem, in cuius longitudinē, non senties progressus sum, penē oblitus occupationum mearū, ita vt fortasse, quod nō arbitrabar attentioni tuę satisfecerim, qui potes paucis admonitus plura cogitare, quę compeunt. Sed non ēt eorū in quorū manus non inaniter venire ista possunt, si diligentius & copiosius disseratur. Laborāt autē hoīes in discēdo & breuia non valēt intelligere, proluxa non amāt legere. Laborāt itidē in docēdo, qui & pauca tardis, & multa pigris frustra ingerūt. Mitte & illius epistolę exemplum, quę apud nos aberrans non potuit inueniri.

August. Euodio, de quæstionibus ad salutem non necessarijs, de similitudinibus non p̄ omnia congruentibus rebus diuinis, de la cro sancta trinitate quid credere sufficiat. Epistola CII.

Augustinus Episcopus, Euodio episcopo. Si ea quę me magis occupāt, à quibus in aliud auerti nolo, sanctitas tua nolsetanti habet, mitte aliquem qui tibi describat. Iam enim plurā perfecta sunt, quę hoc anno ante Pascha propinquante quadragesima à nobis fuerant inchōata. Nam tribus illis libris de ciuitate Dei contra dēmonicos inimicos eius, duos alios addidimus, quibus quinque libris satis disputatum arbitror aduersus eos, qui propter presentis vitę foelicitatem Deos colendos putant, eamque foelicitatem à nobis impediri opinantes, Christiano nomini infesti sunt. Deinceps

2. Retra-
sta. 43.
Vos hy-
brida.

1. De ciuitate Dei. cap. 36.

2. Retraha. 15.

1. Co. 14.

Deinceps dicendū est, sicut primo libro polliciti sumus, aduersus eos qui pp vitam post mortē futurā necessariū existimāt cultū deo rū suorū, propter quam vitā nos Christiani sumus. Dictauit etiā triū psalmorū expositionem, non paruis voluminibus, sexagesimi & septimi, septuagesimi & primi, septuagesimi & septimi. Reliq nō sū dictati neq; tractati, vehementer à nobis expectantur. atq; flagitāt. Ab his me reuocari & retardari irruētibus de trāuerso quibuslibet quæstionib. nolo, ita vt nec libros de Trinitate, quos diu in manibus versō, nondumq; cōpleui, modo at tēdere velim, quoniā nimis operosi sunt, & à paucis eos intelligi posse arbitror, vnde magis vrgent quę pluribus vtilia fore speram. Non. n. vt scribis, qui ignorat ignorabitur, de hac re dixit Apostolus, tanq̄ ista p̄na ille plectēdus sit, qui nō valet intelligentia sic discernere ineffabile trinitatis vnitate, sicut discernitur in animo nostro memoria, intellectus, voluntas. Aliunde hoc dicebat Apostolus: Lege & videbis qđ ea loquebat, qđ fidem vel mores multorū ædificarent, non quæ vix ad paucorū, eamq; exiguā, quātulacunq; in hac vita de re tāta esse potest, intelligentiam peruenirent. i. vt linguis prophetia proponeretur, vt nō perturbatē illa gererent, quasi prophetia spiritus et inuitos loqui cogeret, vt mulieres in ecclesia tacerent, vt oīa honesta & scđm ordinē fierēt. Hęc cū ageret, ait: Squis videtur esse propheta aut spiritalis, cognoscat quę scribo vobis, quia dñi est mandatū: si quis aut ignorat, ignorabitur. His verbis coercēs ad pacificū ordinē reuocans in quietos, tanto ad seditionē faciliores, quanto sibi videbātur spiritu excellere, cū superbiēdo cūcta turbaret. Siquis ergo vr propheta esse aut spiritalis, cognoscat, inqt, qđ scribo vobis, quia dñi est mandatū. Siquis videtur esse, & vtiq; nō est: nā qui est, sine dubitatione cognoscit, nec admonitione & cohortatione opus habet, quia oīa iudicat, & à nemine iudicat. Illi ergo seditiones & pturbationes in ecclesia faciebāt, qui videbāt esse in ecclesia, qđ nō erant: Hos docet cognoscere dñi, esse mādātū, quia nō est seditionis Deus sed pacis. Siquis aut ignorat, ignorabitur, i. im pbabit. Nō. n. De^o si ad sciētā referas, ignorat eos, quib. dicturus est, Non noui vos, sed eorū iprobatio hoc verbo insinuata est. Cū

1. Co. 14. Matt. 5.

autem dñs dicat: Beati mūdo corde, qm̄ ipsi Deū videbūt: eaq; visio nobis in fine summū prēmīū promittatur, oīno est meuendū, si nunc ad liquidū qđ dei creatura credimus cōspicere nō valēm^o, ne inde sit dictū. Qui ignorat, ignorabit, quia enim ī sapiētia Dei nō cognouit mūdus per sapiētā Deum, placuit Deo per stultitiā prædicationis saluos facere credentes. Hęc stultitia prædicationis ac stultū Dei, qđ sapiētius est hominibus, multos contrahit ad salutē, vt non solū qui nondum certa valent intelligentia cōspicere naturā Dei, quā fide tenent, verum etiā qui nō dum in ipsa anima sua ita incōporeā substātiā, à corporis generalitate discernūt quemadmodū certi sunt se viuere, nosse, velle, iō sunt alieni à salute, qđ stultitia illa p̄dicationis fidelib. cōfert. Nam si pp eos solos Christus mortuus est, qđ certa intelligentia possunt ista discernere, penē frustra in ecclesia laboramus: si aut, quod veritas habet, infirmi populi credentiū ad medicum currunt, sanādi per Xpm̄, & hūc crucifixū, vt vbi abūdauit p̄ctm̄, superabundet gratia, miris sit modis per altitudinē diuinā sapiētiae & scientiae Dei, & p̄ inscrutabilia iudicia eius, vt & nōnulli à corporibus incōporea discernentes, cū sibi ex hoc magni videntur, & irrident stultitiā prædicationis, qua salui fiunt credētes, ab vnica via lōgē exirēt, quæ ad vitā æternā sola perducit, & multi in cruce iusti gloriātes, & ab eadem via nō recedētes, et si ista qđ iubilissimē differunt, ignorāt, quia non perit vnus ex illis pro quibus mortuus est, ad eandē perueniāt æternitatē, veritatē, charitatem. i. ad stabilem, certā, plenāq; felicitàte, vbi manētibus, vidētibus, amātibus. sunt cūcta p̄spicua. Proinde in vnū deū patrē & filiū & spiritū sanctū firma pietate credamus: ita vt nec filius credatur esse qui pater est, nec pater qui filius est, nec pater nec filius qui vtriusq; spiritus est. Nihil putetur in hac trinitate temporibus locisve distare, sed hæc tria æqualia esse & cōæterna, & omnino esse vna natura: non a patre aliam, & a filio aliam, & a spiritu sancto aliam conditam esse creaturā, sed oīa & singula, quæ creata sunt vel creantur, trinitate creante subsistere: nec quēquā liberari a patre sine filio & spiritu sancto, aut a filio sine patre & spiritu sancto, aut a spiritu sancto sine patre & filio: sed a patre & filio

Stultitia Dei. 70. m. 20. p. 15.

F

G

filio & spiritu sancto vno, uero, uereque immortali, i. oīmodo incōmutabili solo Deo. Multa aut etiā separatim in scripturis de singulis dici, vt insinuet, quannis inseparabilis trinitas, tñ trinitas, vt quemadmodum simul dici nō p̄nt, cum sonis corporalib. cōmemorant, quāuis simul sint inseparabiliter, Ita & quibusdā scripturarum locis, & per quasdā creaturas sigillatim vicissimq; mostrent. Sicut p̄ in voce, qua sonuit. Tu es filius meus, & filius in hoīe, quem suscepit ex virgine, & spiritus sanctus in columbæ specie corporali. Hęc separatim quidē, sed nullo mō separata tria illa demōstrat. Ad hoc vtcunq; intelligendū assumimus memoriā, intelligentiam, voluntatē. Quamuis. n. hæc suis separatimq; tribus sigillatim singula enunciemus, nihil tñ horū sine alijs duob. agimus aut dicimus. Nec iō putanda sunt hæc tria trinitati sic cōparata, vt oī ex parte cōueniant. Cui. n. similitudini in disputando cōuenientia tanta cōcedit, vt ei rei cui adhibenda est, ex oī parte cōapte, vel qñ ex creatura ad creatorem aliqd simile assumit. Primo ergo in hoc inuenitur ista similitudo dissimilis, quod tria hæc, memoria, intelligentia, voluntas aīæ insunt, nō eadē tria, est aīa, illa vero trinitas non inest, sed ipsa Deus est. Iō ipsa mirabilis simplicitas cōmendat, quia nō ibi aliud est esse, aliud intelligere, vel si quid aliud de Dei natura dī. Anima vero quia est, etiā dum non intelligit, aliud est quidē esse, aliud est quod intelligit. Deinde quis audeat dicere patrē non intelligere per seipsum, sed per filiū sicut memoria non intelligit p̄ seipiam, sed p̄ intellectum: vel potius aīa ipsa, cui hæc insunt, per intellectum tm̄ modo intelligit, sicut per memoriā tm̄ modo meminit & per voluntatem tm̄ modo vult. Ad hoc ergo adhibet ista similitudo, vt quoquo mō intelligat, quēadmodū horum trium in aīa, cū singula nomina enunciant, quib. eadē singula demōstrant: tñ vnū quodque nomen his trib. cooperantib. enunciat, cum & reminiscēdo & intelligendo & volendo dī. Ita nullam esse creaturā, in qua vel solus pater, vel solus filius, vel solus spiritus sanctus demōstret, quam non simul trinitas operetur, quæ inseparabiliter operatur. Ac per hoc nō vocē patris, nec aīam, & carnem filij, nec columbam spiritus sancti esse factā, nisi eadē cooperatē trinitate. Nec sanē sonus

ο μοιου α νο μοιου

ille vocis, qui cōtinuo esse destitit, coaptatus est in vnitate patris. Nec illa colūbæ spēs corporalis coaptata est in vnitate personæ spiritus sancti. Nā ipsa quoq; sicut nubes illa lucida, quæ operuit in mōte cū trib. discipulis saluatorē, vel potius sicut ille ignis, qui eundē spiritus sanctum de monstrauit, officio si gnationis impleto, mox esse desinit: sed solus homo, quia pp ipsam naturam liberandam illa oīa fiebant, in vnitate personę verbi Dei, hoc est vnici filij Dei mirabili & singulari susceptione coaptatus est, permanētē tñ verbo in iua natura incōmutabiliter, ī qua nihil cōpositi cū quo subsistat vlla phantasia humani animi suspicandū est. Legit quidem & spiritus sapientiæ multiplex, sed rectē dī etiā simplex. Multiplex eam, qm̄ multa sunt quæ habet: simplex aut, quia nō aliud qđ quod habet est. Sicut dictus est filius hęc vitam in semetipso, & eadē vita ipse est: homo aut verbo accessit, non verbum in hoīem conuertibiliter accessit: atq; ita & filius Dei simul cum hoīe susceptio dī: vnde idem filius Dei incōmutabilis est atq; cōæternus patri, sed in verbo solo, & sepultus est filius Dei, sed in carne sola. Proinde quę de filio Dei verba dñr, videndū est secundum quid dicant. Non. n. homine assumpto personarū numerus auctus est, sed eadē trinitas māsit. Nā sicut in hoīe quolibet præter vnum illum, qui singulariter susceptus est, anima & corpus vna persona est, ita in Christo verbū & homo vna persona est. Et sicut homo, verbi gratia, philosophus non vti que, nisi fm̄ animam dī: nec ideo tā absurde sed cōgruentissima & vñtatisima loquutione dicimus philosophū cæsum, philosophū mortuum, philosophū sepultum, cum totū secundum carnem accidat, non secundum illud quod est philosophus, ita Xps Deus Dei filius dñs gloriæ, & si quid hmoi fm̄ verbū dī, & tñ rectē dī Deus crucifixus, cum hoc eum secundum carnem passum esse, non secundū illud quo dñs gloriæ est, non habeat incertum. Sonitus aut ille vocis & columbæ species corporalis, & linguæ diuīnæ velut ignis, qui insedit super vnum quemq; eorū, si cut illa in monte Syna, quæ terribili specie facta sunt, & sicut columna illa nubis p̄ diē, & flammæ per noctē, significatiua operatione acta atque tranfacta sunt. Illud in his maxime cauendum est, ne cuiquam Dei naturæ Aug. Tomus secundus f ra vel

Coaptat p vnitate. Sep. 7.

K

Simile.

Lucæ. 3. Acto. 2. Exo. 19. Exo. 13.

ra vel patris vel filij vel spiritus sancti comu-
 tabilis & conuertibilis esse credatur. Nec mo-
 ueat qd aliqn res, quæ significat, nomē eius
 rei quam significat, accipit. Spiritus sanctus
 dictus est corporali spē tanquā columba de-
 scendisse & mansisse sup eum. Sic. n. & petra
 Christus, quia significat Christū. Miror autē
 tibi videri sonitū vocis illi, quia dictum est,
 Tu es filius meus, non mediante aīa, sed diu-
 no nutu sola corporali natura sic fieri potu-
 se, & non tibi videri eodē modo posse fieri
 animātis cuiuslibet spēm corporale motūq;
 viuenti similem diuino nutu, nullo aīali in-
 terposito spiritu. Si. n. obtēperat Deo creatu-
 ra corporea sine viuificantis aīe ministerio,
 vt adantur soni quales aīa ex corpore aīato
 solent, vt forma loquutionis articulata auri-
 bus inferat, eur non obtemperet, vt sine aīa
 viuificantis ministerio figura motusq; volu-
 cris, eadem potentia creatoris, ingerat aspe-
 ctibus? An sensus audiēdi hoc mereri pōt, vi-
 dendū non pōt, cum ex iacenti materia cor-
 poris vtrūq; formet, & quod insonat aurib.
 & apparet aspectib; & vocis articuli, & linea-
 mēta mēbrorum, & audibilis & visibilis mo-
 tus: vt & verū sit corpus quod sentit corporis
 sensu, & nihil sit amplius q̄ quod sentit cor-
 poris sensu? Aīa enim in illo sensu corporis
 vel in aliquo animante sentitur. Non igit̄ est
 opus quærere, quō apparuerit columbē spēs
 corporalis, sicut nō q̄rim⁹ quō sonuerint vo-
 ces articulati corporis. Si. n. potuit aīa nō eē
 media, vbi vox non quasi vox dī facta: quan-
 to magis potuit vbi dī columba, hoc verbo
 significata sola spē corporali oculis reddita,
 non natura viuētis animantis expressa. Hoc
 modo etiam illud dī: factus est subito de cœe
 sonus quasi ferretur flatus vehemens, & vi-
 se sunt illis linguæ diuise velut ignis, vbi dī
 species quædā quasi flatus, & velut ignis sen-
 sibilis vītatē similis notisq; naturis, non ip-
 sæ vītatē notæque naturæ ad tempus factæ si-
 gnificari videntur. Si autē subtilior rō vel ex-
 cellentior rei inuestigatio demonstrat eā na-
 turā, quæ nec temporaliter nec localiter mo-
 uet, non moueri nisi p̄ illā quæ t̄p̄aliter tūc,
 non localiter moueri pōt: consequens erit vt
 omnia illa per ministerium creaturæ viuē-
 tis effecta sint, sicut p̄ angelos sūt. Vñ dilige-
 tius differere & longū est, & non necessariū.
 Nunc accedit, quia non sunt visiones quæ ap-

parent spiritui tanquā corporis sensib. nō fo-
 lit dominantib. vel furentib. sed aliqn sanq̄ mē-
 sis vigilantib. non per fallaciam illudentium
 dæmonum, sed per aliquam relationem spi-
 rituale, quæ fit per formas incorporeas corpo-
 rib. similes: quæ discerni omnino nō pōt, ni-
 si diuino adiutorio plenius reuelent, & men-
 tis intelligentia dijudicet, vix aliqn cum fue-
 rint, sed plerūq; postea cum trāserint. Quæ
 cum ita sint, siue in naturis corporeis, siue so-
 la spē corporali, natura autē spiritali nostro
 spiritui tanquam sensib. corporis apparere
 videantur, qñ hæc sacra scriptura cōmemo-
 rat, cuius istorum duorū generis sint, & vtrū
 mediante viuā creatura fiant, si corpore sūt,
 iudicare temere nō debemus: dum tñ creato-
 ris hoc est, summæ atque ineffabilis trinitatis
 inuisibilem, incommutabilemq; naturam, &
 a mortalium carnalium sensibus & ab omni
 cōuertibilitate siue in melius, siue in deteri⁹,
 siue in quolibet aliud atque aliud, remotā at-
 que discretā vel sine vlla dubitatione creda-
 mus, vel qualicūq; etiā intelligentia capia-
 mus. Hæc tibi de duab. qōnibus, hoc est, de
 trinitate & cōlūba, in qua spiritus sanctus nō
 sua natura, sed significatiua spē demonstratus
 est, sicut & filius Dei non sua natiuitate, de
 qua pater dixit: Ante luciferum genui te, sed
 in homine suscepto ex vtero virginis, a Iu-
 dæis crucifixus est, videris q̄ ocioso ego tñ
 occupatissimus scribere potui. Nec putauit
 omnia pertractanda quæ posuisti in literis
 tuis, verum ad illa duo, quæ ex me audire vo-
 luisti, me rñdisse, & si non sufficienter audi-
 tati tuæ, tñ charitate obediente existimo. Pre-
 ter autem illos duos libros, quos tribus me
 adiunxisse supra cōmemorauit, & trium psal-
 morum expositionem, scripsi etiam librum
 ad sanctum presbyterum Hieronymum de
 aīa origine, cōsulens eum quomodo defen-
 di possit illa snīa, quam religiosæ memoriæ
 Marcellino suam esse scripsit, singulas aīas
 nouas nascentibus fieri, vt non labefactetur
 fundatissima ecclesiæ fides, qua inconcuffe
 credimus, quod in Adā oēs moriuntur, & mī-
 si Christi gratia liberent, qui p̄ suū sacramen-
 tum et in paruulis operatur, in condemnatio-
 nem trahuntur. Scripsi alium ad eundē, quo
 modo illi videatur accipiendum esse quod
 scriptum est in epistola Iacobi: Quicūq; t̄-
 aut totā legē seruauerit, offendat aut in vno,
 factus

factus est omnium reus. Sed in hoc dixi etiā
 qd mihi videat: in illo autē de anime origine
 tū quid ei videat, consultatoria quadam di-
 sputatione quæsiui. Occasionem quippe cu-
 iusdā sanctissimi & studiosissimi iuuenis pre-
 sbyteri Orosij, qui ad nos ab vltima Hispania,
 i. ab Oceani litore solo sanctorum scri-
 pturarum ardore inflammatus aduenit, amit-
 tere nolui, cui vt ad illum quoq; pergeret, p-
 suasi. Huic etiam ipsi Orosio ad quadam in-
 terrogata, quæ illum de Priscilianistarū ha-
 resi, & Originis quibusdam opinionib. quas
 non recepit ecclesia, permouebat vno libro
 nō grandi, quāta potui breuitate & perspicui-
 tate rñdi. Scripsi etiam grandē quendā librū
 aduersus Pelagij heresim, agentib. nonnullis
 fratrib. quib. contra gratiam Christi opinio-
 nē perniciosissimā ille persuaserat. Hæc oīa
 si h̄re volueris, aliquem mitte qui tibi cuncta
 describat. Me autē permittē his vacare quærē-
 dis atq; dictandis, quæ quoniam multis sup̄
 necessaria, præponenda esse arbitror ad val-
 de paucos petrinētibus inquisitionibus. His
 Augustinus Quintiano, commēdat matrē vi-
 duam cum filia virgine, quæ deferebat re-
 liquias Stephani martyris. Epist. CIIII.

Domino beatissimo & merito venerabi-
 li fratri & coepo Quintiano, Augusti-
 nus in dño salutem. Honorabiles Dei famu-
 las, & præcipua Christi membra Gallam vi-
 duam sancti Propositi, & eius filiam Simpli-
 ciolam virginem sacram, matri ætate subdi-
 tam, sanctitate prælatam, quas verbo dñi alui-
 mus, vt potuimus, venerationi tuæ in Christi
 dilectione commendo, & tanquam mea ma-
 nu per hanc epistolam trado consolandas,
 & in omnibus adiuuandas, quæ utilitas earū
 vel necessitas postulat, quod & sine mea cō-
 mendatione proculdubio faceret sanctitas
 tua. Si enim nos pp̄ supernā Hierusalem, cui-
 us nos omnes ciues sumus, & in qua concu-
 pierunt h̄re excellentiorem sanctitatis locū,
 non solum ciuicū, verum etiā fraternū eis de-
 bemus affectum, quāto magis vos, apud quos
 earum etiam carnalis est patria, in qua secu-
 larem nobilitatem pro Christi amore con-
 temnunt dominæ illę. Officium quoque salu-
 tationis per illas meum ea charitate peto di-
 gneris sumere qua direxi: & meminisse no-

stri in orationibus tuis. Portant sane secum
 reliquias beatissimi & gloriosissimi marty-
 ris Stephani, quas non ignorat sanctitas ve-
 stra, sicut & nos fecimus, quā conuenien-
 ter honorare debeatis.

Augustinus Sixto presbytero, qui contra Pe-
 lagianos scripserat, vt pergat impudentes
 cohibere, dissimulantibus mederi.
 Epistola. CIIII.

Domino venerabili & in Christi charita-
 te suscipiēdo sancto fratri & cōpresby-
 tero Sixto, Augustinus in dño salutē. Ex quo
 Hippone literę benignitatis tuæ per sanctum
 fratrem Firmū presbyterum directæ me ab-
 sente venerunt, postea q̄ illas cū remeassem,
 quāuis iam inde profecto earū perlatores le-
 gere potui, hæc prima eademq; gratisime re-
 scribendi occurrit occasio per dilectissimū
 filium nostrū Albinum acoluthū. Quod autē,
 quib. simul scripsi, tunc nō eramus simul, iō-
 factum est, vt singulorum singulas nō vnam
 amborum epistolā sumeres: A me quippe di-
 gressus est perlator huius per venerabile fra-
 trem & coepm meum Alipiū qui tuæ sancti-
 tati aliā rescriberet transiturus, ad quē etiā ip-
 sas, quas ego iā legerā, literas tuas ipse porta-
 uit. Quæ nos quāta lætitia perfuderint, quid
 homo nitatur loqui quod nō potest eloqui:
 nec teipsū satis nosse arbitror, sed nobis cre-
 de, quantum boni feceris, talia scripta mitem-
 do. Sicut. n. tu testis es animi tui, ita nos nri,
 quemadmodum sit affectus illarum syncerite
 luculētissima literarum. Si. n. breuissimam
 epistolam tuam, quam de hac ipsa re ad bea-
 tissimum senem Aurelium per Leonem aco-
 luthum direxisti, exultati alacritate descrip-
 mus, & quib. poteramus magno studio lege-
 bamus, vbi nobis exposuisti, quid de illo per-
 niciosissimo dogmate, vel quid cōtra de gra-
 tia Dei, quam pusillis magnisq; largitur, cui
 est illud inimicissimum sentias. quāta nos pu-
 tas ista tua prolixiora scripta, vel exultatione
 legisse, vel cura vt legant, quib. valuimus alijs
 obtulisse, atq; adhuc quib. valemus offerre?
 Quid. n. gratius legi vel audiri potest, q̄ gra-
 tiæ Dei tam pulchra defensio aduersus inimi-
 cos eius, ex ore eius qui eorundē inimicorū
 magni momenti patronus ante iactabat. Aut
 vnde vberiores Deo dēmus agere gratias, q̄
 quod

a. l. di-
 scant qui
 nō credūt
 veneran-
 das sancto-
 rum reli-
 quas.

2. Retra-
 Et. 4. 2.

Pf. 109

1. Ret.

Iacob. 1
 2. Ret.
 Et. 4. 5.

quod eius sic defenditur gratia, ab eis quibus datur aduersus eos, quib. vel non datur, vel ingratum est qđ dat. Quia vt eis gratū sit, occulto & iusto iudicio Dei non dat. Quapp dñe venerabilis & in Christi charitate suscipiēde sancte frater, quāuis optime facias, cū de hac re scribis ad fratres, apud quos se illi de tua solē efferre amicitia, tñ hęc cura maior tibi restat, vt nō solum salubri seueritate plectant, qui errorē illū Christiano infestissimum nōmini audent garrere liberius, sed et ij diligentissime caueant vigilantia pastoralij pp infirmiores & simpliciōres dñicas oues, qui eū presus, quidā aut timidi, sed tñ infurrare non cessant, penetrantes domos, sicut ait Apostol⁹, & cetera que sequuntur exercitata impietate faciētes. Nec illi negligendi sunt, qui vsque ad profundū silentiū suppressunt timore, quod sentiunt, sed tñ eandem peruersitatē sentire nō desinunt. Nōnulli qp pe eorū, antequā ista pestilētia manifestissimo ēt sedis Apostolicę iudicio dānaret, vobis in notescere potuerūt, quos nunc repente reticuisse perspicitis: nec vtrūm sanati sint sciri pōt, nisi eū non solū dogmata illa falsa tacuerint, verum etiā illis vera cōtraria, eo quo illa solent studio defenarint, qui tñ lenius profecto sunt tractandi. Quid n. eos terreri opus est quos satis terrosi ipsa taciturnitas monstrat. Nec ideo tanquā sani prętereūdi sunt diligentia medicinā, quorum vulnus in abdito est. Etsi n. terrendi non sunt, tñ docendi sunt: & quātum existimo, facilius possunt, dum in eis timor seueritatis doctorem adiuvat veritatis, vt opitulāte domino, gratia eius intellecta atque dilecta, etiam loquendo expugnent quod iam loqui non audent.

Augustinus Sixto presbytero, instruens illum aduersus Pelagianorum argumenta. Epist. CV.

Domino in dño dominorum dilectissimo sancto fratri & compresbytero Sixto, Augustinus in dño salutem. In epistola quam per charissimum fratrem nostrum Albinum acoluthum misi, prolixiorē me misurum esse promisi, per sanctum fratrem & compresbyterum nostrum Firmum, qui nobis literas attulit sinceritatis tuę, plenas fidei tuę, quę nobis tantum gaudium contulerūt,

quantū magis possumus hęc qđ dicere. Quod enim fatendū est charitati tuę, tristes eramus aīo nimis cum fama iactaret inimicis Christianę gratię te fauere. Sed vt hęc tristitia de nostris cordib. tergeret, primo te priorē anathema eis in populo frequentissime pronunciasse eadē fama nō tacuit. Deinde cum literis Apostolicę sedis de illorum damnatione ad Aphricam missis, tuę quoq; literę ad venerabilē senem Aurelium consecutę sunt, qđ tameisi breues erant, tuū tñ vigorē aduersus eorum errorē satis indicabant. Nūc vero cū apertius & latius qđ de illo dogmate cōtraq; sentiret, literis tuis fides ipsa nobiscum rōne ecclesię loqueret, cui potissimū beatus Apostolus Paulus de gratia Dei per Jesum Christum dñm nostrū, multa & multipliciter est locutus, non solū illud omne tristitię nubilū fugit de cordib. nostris, sed etiam tñ tibi latitię lumē insulsi, vt nihil egisse in nobis videat ille moeror & timor, nisi successu horū, ampliore flagrantiam gaudiorum. Itaq; te frater charissime, quāuis non videamus nos oculis carnis, animo tñ in fide Christi, in gratia Christi, in mēhris Christi tenemus: amplectimur, osculamur, & remeante a nobis ad te nostrorū inuicē colloquiorū sātissimo & fidelissimo perlatores, quem noluit esse apud nos, non solū aduēctorem scriptorū tuorū, verum etiam narratorem testemq; factorū, rescripta persoluimus, admonētes, vt docēdis infes, quib. terrendis satis (quantū cōperimus) institiisti. Sunt n. quidā qui iustissime dānatas impietates adhuc liberius defendēdas putāt, & sunt qui occultius penetrāt domos, & qđ in aperto iam clamare metuunt, in secreto seminare non quiescūt. Sunt autē qui omnino siluerunt magno timore cōpressi, sed adhuc in corde retinent, quod ore iam proferre nō audent, qui tñ esse possunt fratrib. ex priore ipsius dogmatis defensione notissimi. Proinde alij seuerius coercendi, alij vigilantius vestigandi, alij tractandi quidē lenius, sed non segnius sunt docendi, vt si non timentur, ne perdant, non tamen negligantur ne pereant. Quod enim putant auferri sibi liberum arbitrium, si nec ipsam bonā voluntatem sine adiutorio Dei hominem hęc consenserint, non intelligunt, non se firmare humanum arbitriū, sed impellere vt per inania ferat, non in domino

dño tanquā in petra stabili collocetur. Paratur. n. voluntas a dño. Quod aut personarum acceptorē Deum se credere existimāt, si credant quod sine vllis p̄cedentib. meritis, cuius vult miseret, & quos dignatur vocat, & quę vult religiosum facit, parū attendunt qđ debita reddat p̄na damnato, indebita gratia liberato, vt nec ille se indignum querat, nec dignum se iste gloriē, atq; ibi potius acceptorem nullam fieri personarū, vbi vna eademq; massa dānationis & offensionis inuoluit, vt liberatus de non liberato discat quod etiam sibi supplicium cōueniret, nisi gratia subueniret. Si aut gratia: vtiq; nullis meritis reddita, sed gratuita bonitate donata. Sed iniustum est, inquit, in vna eadēq; mala cā hunc liberari, illum puniri. Nepe ergo iustū est vtrūq; puniri. Quis hoc negauerit? Agam⁹ ergo gratias saluatori, dū nobis redditum nō cernimus, qđ in dānatione similitū ēt nō bis debitū fuisse cognoscimus. Si n. vtriq; liberarent, lateret quid peccato per iustitiā debeatur: si nemo, quid gratia largiret. Vt ergo in hac difficillima qōne verbis potius vtamur Apostoli: Volens Deus ostēdere iram, & demonstrare potentiā suā, attulit im multa patientia vasa irę, quę p̄fecta sunt in p̄ditionē: & vt notat faceret diuitias glorię suę in vasa misericordię, cui nō pōt figmentū dicere, Quare sic me fecisti: cum habeat p̄tatem ex eadē massa facere aliud vas in honorē, aliud in cōtumeliā. Vbi quia vniuersa ista massa merito dānata est, contumeliā debitā reddit iustitia, honorē donat indebitū gratia, nō meriti p̄rogatiua, non fati necessitate, non temeritate fortunę, sed altitudine diuitiarū sapiētia, & sciētia Dei, quā nō apertit, sed clausam miratur Apostolus, clamans O altitudo diuitiarū sapiētia & scientia Dei, qđ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Quis enim cognouit sensū dñi: aut qs consiliarius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuet ei? Quā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt oīa, ipsi gloria in secula seculorū amē. Noluit aut vt sit ipsi gloria in iustificādis impijs gratuita gratia, qui eius ignorantes iustitiā, suā volunt cōstituere, vel iam cōclamantiū religiosorum & piorū vocib. pressi, ita se fatent ad habendā seu faciēdam iustitiā diuinitus adiuuari, vt sui p̄cedat aliquid meriti, quasi priores volentes dare vt retribuatur eis ab il-

lo, de quo dictū est: Quis prior dedit illi & retribuet ei, & suo putates p̄ire merito illi de quo audiūt, aut potius audire nolūt, Quā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt oīa. Quārū aut diuitiarū est altitudo sapiētia & sciētia eius, ex his sunt diuitia glorię eius in vasa misericordię quę vocauit in aduocatiōne, quas diuitias notas vult facere etiā per vasa irę, quę p̄fecta sunt in p̄ditionem. Et quę sunt vię inuestigabiles, nisi de quib. in Psalmo canit. Vniuersę vię dñi misericordia & veritas. Igit inuestigabiles sunt misericordia & veritas eius: quā cuius vult miseretur, non iustitia sed misericordię gratia, & quę vult obdurat, nō iniquitate, sed veritate vindictę. Quę tñ misericordia & veritas ita sibi occurrunt quia scriptum est, Misericordia & veritas obuauerunt sibi, vt nec misericordia impediatur veritatem, qua plectit dignus, nec veritas misericordiam, qua liberatur indignus. Quę igit sua merita iactatur⁹ est liberat⁹, cui si digna suis meritis redderent non esset nisi dānatus. Nulla ne igit sunt merita iustorum? Sunt planē, quia iusti sunt. Sed vt iusti fierēt, merita non fuerunt. Iusti n. facti sunt, cū iustificati sunt, sed sicut dicit Apostolus: Iustificati gratis per gratiam ipsius. Cum igit huic gratię inimici infestiq; sint isti, Pelagius tñ in ecclesiastico iudicio Palęstino (nō n. aliter inde impunitus exisset) anathematizauit eos, qui dicunt gratiam Dei s̄m merita dari. Sed nihil aliud ī eorū etiā posteriorib. disputatiōnib. inuenit qđ meritis dari etiā gratiā. De cuius cōmēdatione maxime ad Romanos Apostolica epistola loquit, vt inde se, p̄dicatio eius velut a capite orbis toto orbe diffunderet. Ea est. n. qua iustificatur impius, id est fit iustus qui prius erat impius. Et ideo percipiēde huius gratię merita nulla p̄cedunt: quoniam meritis impij, non gratia se p̄na debetur. Nec ista esset gratia si non daretur gratuita, sed debita redderetur. Sed cum ab istis queritur, quam gratiam Pelagius cogitaret sine vllis p̄cedentib. meritis dari, quando anathematizabat eos qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari: respondent sine vllis p̄cedentib. meritis gratiam ipsam humanam esse naturā, in qua conditi sumus. Neq; enim antequam essemus, mereri aliquid poteramus vt essemus. Abijciatur a Christianorum cordibus ista fallacia. Nam om-

Aug. Tomus secundus P 3 ni-

Kenit. i
hereticos.

2. Re. 42.

Rom. 9.

Rom. 1F.

Rom. 10.

Rom. 15.

B

Psal. 24.

Psal. 48.

Rom. 3.

C

Rem. 7. nino non istam gratiam commēdat Apōsto-
lus qua creati sumus, vt hoīes effemus, sed
qua iustificati sumus, vt hoīes iusti effemus.
Ista est. n. gratia per Iesum Christum dñm no-
strū. Et enim Christus non pro ullis vt hoīes
conderent, sed pro impijs mortuus est vt iu-
stificarentur, quippe homo erat qui dicebat:
Miser ego homo, q̄s me liberabit de corpo-
re mortis huius? Gratia Dei per Iesum Chri-
stum dñm nostrū. Pnt quidem dicere Chris-
tionem peccatorū esse gratiā, quā nullis præ-
cedentib. meritis dat. Quid enim habere bo-
ni meriti pnt peccatores? Sed nec ipsa remis-
sio peccatorū sine aliquo merito est, si fides
hanc impetrat. Neque. n. ullum est meritū fi-
dei, qua fide ille dicebat: Deus propitius esto
michi peccatori, & descēdit iustificatus meri-
to fidelis humiliatus, qm̄ qui se humiliat ex-
altabit. Restat igit vt ipsam fidē vnde oīs iu-
sticia sumit initium, pp̄ quod dī ad ecclesiā
in cantico canticorum, Venies & pertrāsies
ab initio fidei, nō humano quo isti extollunt
tribuamus arbitrio, nec ullis præcedentibus
meritis, qm̄ inde incipiunt bona quæcūque
sunt merita, sed gratuitum donū Dei esse fa-
teamur si quæ verā. i. sine meritis cogitamus.
Quia, sicut in eadē epistola legitur: Deus vni-
cuiq; partiū mensurā fidei. Opera quippe bo-
na sunt ab hoīe, fides aut fit in hoīe, sine qua
illa à nullo sūt hoīe. Oē. n. quod ex fide, pec-
catū est. Quapropter ne se vel ipsius orōnis
meritum extollat, etiam ad vincendas tempo-
ralium rerum cupiditates & diligenda bona
æterna, atq; ipsum fontem oīum bonorum,
dñi adiutorium datur oranti, fides erat quæ
data est non oranti, quæ vtiq; nisi data esset,
orare nō posset. Quo. n. innocabunt, in quē
nō crediderunt? Quo credent quem nō audie-
runt? Quo audient sine prædicante? Igitur fi-
des ex auditu, auditus aut per verbū Christi.
Proinde minister Christi huius fidei prædicā-
tor, s̄m gratiam quæ data est illi, plantator
est & rigator. Nec tñ qui plantat est aliquid,
neq; qui rigat, sed qui incrementū dat Deus, q̄
vnicuiq; partiū mensurā fidei. Vñ & alibi dī.
Ephē. 6. Pax fratrib. & charitas cū fide: quam ne sibi
tribuerent, continuo subiunxit, A Deo patre
& dño nostro Iesu Christo quia nec omniū
est fides, qui audiunt verbum, sed quib. Deus
partitur mensuram fidei sicut nec omnia ger-
minant quæ plantantur & rigantur, sed quibus

Deus dat incrementū. Cur aut ille credat, s̄-
le non credat, cum ambo idē audiunt, & si
miraculum in eorum conspectu fiat, ambo
idem vidēt, altitudo est diuitiarum sapientiæ
& scientiæ Dei cuius inscutabilia sunt iudi-
cia, & apud quē non est iniquitas, dum cuius
vult miseret, & quem vult obdurat: neque. n.
propterea sunt ista iniusta, quia occulta. De-
inde post remissionem peccatorum, nisi mū-
datam domum habiteret spiritus sanctus, non e-
cum alijs septem redit spiritus immūds, &
erunt nouissima hoīs illius peiora q̄ erāt pri-
ma? Vt aut habiteret spiritus sanctus, nonne vbi
vult spirat, & charitas Dei sine qua nemo be-
ne viuit diffunditur in cordibus nostris, non
à nobis, sed per spiritum sanctū qui datus est
nobis? Hāc. n. fidē Apōstolus definiuit dicens:
Neque circūcisio est aliquid neq; præpu-
tiū, sed fides quæ per dilectionē operat. Ista
quippe fides est Christianorū nō demonio-
rum: nam & dæmones credunt & contremi-
scunt, sed nunquid & diligunt, Nam si nō cre-
derent, non dicerent, Tu es sanctus Dei: vel,
Tu es filius Dei: Si aut diligerent, nō dicerēt.
Quid nobis & tibi? Fides igit ad Christū nos
trahit quæ nisi desuper gratuito munere no-
bis daretur, nō ipse diceret: Nemo pōt veni-
re ad me, nisi pater q̄ misit me attraxerit eū.
Vñ & paulo post ait: Verba quæ ego loqui-
tus sum vobis spūs & vita sunt, sed sunt quā
ex vobis qui nō credunt. Deinde Euangelista
subiungit: Sciebat. n. ab initio Iesus qui essent
credētēs, & quis esset traditurus eū. Et ne q̄-
quā existimaret credentes sic ad eius præsci-
tiā pertinere, quō non credētēs. i. vt nō eis fi-
des ipsa desuper daret, sed tantummodo vo-
luntas eorū prænosceret, mox adiecit atque
ait. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia ne-
mō pōt venire ad me, nisi fuerit ei datum à
patre meo. Hinc erat, quod eorū q̄ audierunt
loquentē de carne sua & sanguine suo quidā
scandalizati abscesserunt, quidā credendo mā-
serunt: Quia nemo potest venire ad illum, ni-
si cui datum est à patre, ac per hoc & ab ip-
so filio, & à spiritu sancto. Neque enim sepa-
rata sunt dona vel opera * inseparabilis trini-
tatis, sed filius sic honoras patrem, non affert
vllius distantie documentum, sed magnum
præbet humilitatis exemplum. Hic iterum
isti liberi arbitrij defensores, immō decepto-
res quia inflatores, & inflatores quæ præsum-
ptores,

ptores, nō aduersum nos, sed aduersus Euan-
gelium loquuturi, quid aliud dicunt q̄ id qd
Apōstolus sibi, quasi à talib. diceret, obiecit:
Dicis itaq; mihi. Quid adhuc conqueriur?
Nam voluntati eius quis resistit? Hanc cōtra-
dictionem sibi met ipse tanq̄ ab altero oppo-
suit, velut ex eorum voce qui nolunt accipe-
re quod superius dixerat. Ergo cuius vult mi-
feretur, & quem vult obdurat. Talib. itaq; di-
cimus cum Apōstolo, non. n. melius illo in-
uenire possumus quid dicamus: O hō, tu q̄s
es qui rñdeas Deo? Querimus nanq; meritū
obdurationis, & inuenimus. Merito nāq; pec-
cati vniuersa massa dānata est, nec obdurat
Deus impertiendo malitiam, sed non im-
pertiendo misericordiam. Quibus enim non
imperitur, nec digni sunt, nec merentur: at
potius vt non impertiat, hoc digni sunt, hoc
merent. Querimus aut meritum misericor-
diæ, nec inuenimus, quā nullum est, ne gratia
euacuet, si non gratis donat, sed meritis red-
dit. Si. n. dixerimus fidē præcesisse. in qua ef-
set meritū gratiæ, qd meriti habebat homo
ante fidē, vt acciperet fidē? Quid. n. habet qd
non accepit? Si aut accepit, quid gloriat qua
si non accepit? Sicut. n. non haberet homo
sapientiam, intellectum, cōsiliū, fortitudinē,
scientiā, pietatē, timorē Dei, nisi s̄m prophe-
ticū eloquiū accepisset spūm sapientiæ & in-
tellectus, cōsiliij & fortitudinis, & scientiæ &
pietatis ac timoris Dei: sicut nō hēt virtutē,
charitatem, continentiam, nisi accepto spū de-
i quo dicit Apōstolus: Non. n. accepistis spiri-
tum timoris, sed virtutis & charitatis & cō-
tinentiæ: Ita nō hēt fidē nisi accepisset spiritū
fidei, de quo idē ipse dicit. Habētēs aut eūdē
spūm fidei s̄m quod scriptū est. Credidi pp̄
qd loquutus sum, & nos credimus pp̄ qd &
loquimur. Nō aut merito accepisse, sed mise-
ricordia eius qui cuius vult miseretur, mani-
festissime ostendit, vbi de seipso ait: Miseri-
cordiā cōsequutus sum vt fidelis effem. Si di-
xerimus meritū præcedere orōnis, vt donum
gratiæ cōsequatur, Impetrando quidem orō
quicquid impetrat, euidenter donū Dei esse
ostēdit, ne homo existimet à seipso sibi esse,
quod si in ptate haberet, non vtiq; posceret:
veruntamen ne saltem orōnis putarent præ-
cedere merita, quibus non gratuita daret gra-
tia, sed iam nec gratia esset, quia debita redde-
retur, etiam ipsa orō inter gratiæ munera re-

peritur. Quid enim oremus, ait doctor gen-
tium, sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus
interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.
Quid est aut interpellat, nisi interpellare nos
facit? Indigētēs enim certissime indicium est
interpellare gemitibus. Nullius autem rei esse in-
digentem fas est credere. Spiritum sanctum
sed ita distum est interpellat, quia interpella-
re nos facit nobisq; interpellandi & gemen-
di inspirat affectum, sicut illud in Euangelio:
Non enim vos estis qui loquimini, sed spiri-
tus patris vestri qui loquitur in vobis. Neq;
enim & hoc ita fit de nobis tanquam nihil sa-
cientibus nobis. Adiutorium igit spiritus san-
cti sic expressum est, vt ipse facere diceretur,
quod vt faciamus facit. Nam non esse intelli-
gendum spiritum nostrum de quo dictū est,
Interpellat gemitibus inenarrabilibus. sed spiritū
sanctum quo nostra infirmitas adiuuatur, sa-
tis ipse demonstrat. Apōstolus. Inde enim ce-
pit: Spiritus, inquit, adiuuat infirmitatem no-
stram. Deinde ita subiunxit. Quid enim oremus,
sicut oportet nescimus, & cetera. De
hoc quippe spiritu apertius alibi dicit. Non
enim accepistis spiritū seruitutis iterum in
timore, sed accepistis spiritum adoptionis
filiorum in quo clamamus, abba pater. Ec-
ce hic non dixit quod ipse spiritus clamet
orando, sed in quo clamamus, abba pater,
alio tñ loco ait: Quā filij Dei estis, misit Deus
spūm filij sui in corda vestra clamātē, abba
pater. Nō hic ait, In quo clamamus, sed ipsū
spūm sanctū clamātē dicere maluit, quō effi-
ci vt clamemus, sicut sūt illa. Ipse spūs inter-
pellat gemitibus inenarrabilibus. Et spiritus
patris vestri est qui loquitur in vobis. Sicut
ergo nemo rectē sapit, rectē intelligit, rectē
consilio ac fortitudine præualet, nemo scien-
ter pius est, vel piē sciens, nemo timorē ca-
lido Deum timet, nisi acceperit spiritum sa-
pientiæ & intellectus, cōsiliij & fortitudinis,
scientiæ & pietatis & timoris Dei, nec habet
quicquam virtutem veram, charitatem, syn-
ceram, continentiam religiosam, nisi per
spiritum virtutis & charitatis & continen-
tiæ. Ita sine spiritu fidei non est recte quis-
piam crediturus, nec sine spiritu orationis
salubriter oraturus. Non quia tot sunt spiri-
tus, sed omnia hęc operatur vnus atque idē
spūs diuidens propria vnicuiq; pro vt vult:
quia spūs vbi vult spirat, sed quod fatēdum
est,

Rem. 7.

Aug. 18.

Rem. 11.

Rem. 14.

Rem. 10.

1. Cor. 3.

Ephē. 6.

Mat. 11.
Ioan. 2.

Rom. 5.

1. 1. di.
40. cap.
quicunq;

Gal. 5.

Iacob. 2.

Luc. 4.

Mat. 8.

Ioan. 6.

1. Co. 4.

Rem. 8.

K

1. Ti. 1.

De gratia

& li. arc.

30. et 31

& 32.

a. l. ad

174.

Rom. 8.

Interpel-
lat.

Mat. 10.

Rom. 8.

Galat. 4.

M

1. Co 12.

Ioan. 2.

est, aliter adiuuat nondum inhabitans, aliter inhabitans. Nā nondū inhabitans adiuuat vt sint fideles, inhabitās adiuuat iam fideles. Qđ est ergo meritum hoīs ante gratiā quo merito percipiat gratiā cum oē bonum meritū nostrum, non in nobis faciat nisi gratia, & cū Deus coronat merita nra, nihil aliud coronet qđ munera sua? Sicut enim ab initio fidei misericordiā consequuti sumus, non quia fideles eramus, sed vt essemus: sic in fine quod erit in vita æterna, coronabit nos, sicut scriptum est, in miseratione & misericordia. Nō itaq; frustra Deo cāta. Et misericordia eius præueniet me: Et misericordia eius subsequetur me. Vñ & ipsa vita æterna quæ utiq; in fine sine fine habebit, & ideo meritis præcedētib. redditur, tñ quia eadem merita quib. reddidit, nō à nobis parata sunt per nostram sufficientiā, sed in nobis facta per gratiam, etiā ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud nisi quia gratis dat, nec iō. quia meritis non dat, sed quia data sunt & ipsa merita quib. datur. Vbi aut inuenimus et vitā æternā grām nuncupari, habemus apud eūdē grā magnificū defensorē Apostolū Paulū: Stipendiū, inquit, pcti mors est, gratia autē Dei vita æterna in Christo Iesu dño nostro. Vide, obsecro te, in quāta breuitate, qđ vigilāter verba posuerit, quib. diligenter cōsideratis, qōnis, huius aliquantulū dilucescat obscuritas. Cū enim dixisset: Stipendiū peccati mors, quis non congruentissime & cōsequenter addere iudicaret: Stipendiū autē iustitiæ vita æterna? Et verum est, quia sicut merito peccati tanquā stipēdium redditur mors, ita merito iustitiæ tanquā stipēdium vita æterna. Aut si nollet dicere iustitiæ diceret fidei, qñ iustus ex fide viuunt. Vnde et & merces appellat plurimis sanctorum scripturarū locis: nusquā porro dicta est merces iustitiæ vel fides, quia iustitiæ vel fidei reddidit merces. Qđ est aut merces operati, hoc militati stipendiū. Sed beatus Apostolus aduersus elationem, quæ vsque adeo magis tentat irrepere, vt & sibi pp ipsam dicat datum angelū satanz, à quo colapizaret, ne verticē præsumptionis erigeret. Aduersus hāc ergo elationis pestem vigilantissime militās, Stipendiū, inquit, peccati mors. Recte stipēdium, quia debet, quia digne retribuuit, quia merito reddidit. Deinde ne iustitia de humano se extolleret bono merito sicut humanum meritum malū

2. sen. di. 23. ex numerib. De gratia.

tit. & li. arb. c. 15. & 16. Psa. 102. 58. et 12.

De gratia & liber. arb. capi. 20. et 21 Rom. 6.

Abac. 2.

non dubitat esse peccatum, non à contrario retulit, dicens. Stipendium iustitia vita æterna, sed gratia, inquit, Dei vita æterna. Et hæc ne præter mediatorē aliqua alia via quereret, adiecit, In Christo Iesu dño nostro: tanquā diceret, Audito qđ stipendiū peccati sit mors, qđ te disponis extollere? O humana, nō iustitia, sed nomine iustitia plane superbia, quid te disponis extollere, & cōtrariam morti vitam æternā tanquam debitū stipēdiū flagitare? Cui debet vita æterna, vera iustitia est: Si autē vera iustitia est, ex te nō est, defursū est descēdēs à patre luminum, vt haberes eā: Si tñ habes eā profecto accepisti. Quid n. habes quod non accepisti? Quapropter ò hō, si accepturus es vitā æternā, iustitię quidē stipēdium est, sed tibi gratia est, cui gratia est & ipsa iustitia. Tibi n. tanquam debita redderet. si ex te tibi esset iustitia cui debet. Nunc ergo de plenitudine eius accepimus nō solū gratiam, quā nunc iuste in laborib. vsque in finem viuimus, sed etiā gratiā pro hac grā, vt in requie postea sine fine viuamus. Hoc nihil salubrius fides credit, quia nihil verius intellectus inuenit. Et debemus audire prophetā dicentem: Nisi credideritis, non intelligetis. Sed excusabunt se, inquit, homines, qui nolunt recte & fideliter viuere, dicentes: Quid nos facimus qui male viuimus, quando quidem gratiam, vnde bene viueremus, non accepimus? Non possunt veraciter dicere nihil mali se fecisse, quia male viuunt. Si enim nihil mali faciunt, bene viuunt. Si autem male viuunt, de suo male viuunt, vel quod originale traserunt, vel quod insuper addiderunt. Sed vasa sunt iræ, quæ perfecta sunt ad perditionem, quæ illis debita redditur, sibi hoc imputent, quia ex ea massa facta sunt, quam propter vnus peccatum, in quo omnes peccauerunt, merito Deus iusteq; damnauit. Si autem vasa sunt misericordiæ, quibus ex eadem massa factis supplicium debitum reddere noluit, nō se inflent, sed idsum glorificēt, qui eis misericordiam non debitam præstitit, & si quid aliter sapiunt, & hoc quoque illis ipse reuelauerunt. Postremo quonam se isti excusabunt modo? Nempe illo quem breuiter tanquam ex eorū voce sibi obiecit Apostolus, vt dicant. Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Hoc est enim dicere. Quid de nobis sit querela qđ Deum offenda-

I. Co. 4.

Esā 7.

D.

Rom. 9.

offendamus male videndo, cum illius voluntati nemo possit resistere, q nos obdurauit misericordiā nō præstādo? Si ergo illos non pudet hac excusatione, nō nobis sed Apostolo cōtradicere, cur nos pigeat eis quod dixit apostolus, hoc idem atque idēdem dicere: O homo tu quis es qui rñdeas Deo? Nūquid dicit figmentū ei qui se finxit, Quare sic me fecisti? An non habet ptatem figulus luti, ex eadē massa utiq; merito recteq; damnata facere aliud vas in honorē indebitum pp misericordiæ gratiam: aliud in contumeliā debitam pp irē iustitiæ, & vt notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, sic ostēdens quid eis largiat, cū id supplicium recipiet vasa iræ qđ pariter omnib. debebat? Satis sit interim Christiano ex fide adhuc viuenti, & nondum cernenti qđ perfectum est, sed ex parte sciētū, nosse vel credere quod neminem Deus liberet, nisi gratuita misericordia per dñm nostrum Iesum Christum, & neminem damnat, nisi æquisima veritate per eūdē dñm nostrum Iesum Christum. Cur aut illum potius qđ illum liberet aut non liberet, scrutetur qui pot iudiciorū eius tam magnum profundū, veruntñ caueat precipitiū. Nunquid n. est iniquitas apud Deum? Absit. Sed inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et in maiorib. duntaxat etatibus merito dici potest. Hi noluerūt intelligere, vt bene agerent, hi (quod grauius est) intellexerunt & nō obedierūt: quia sicut scriptum est, Verbis non emendabitur seruus dolosus: si enim & intellexerit, non obediet. Vñ non obediet, nisi sua pessima voluntate, cui grauior damnatio diuina æquitate debetur? Cui enim plus datur, plus exigit ab eo. Istos quippe scriptura dicit inexcusabiles, quos non latet veritas, & in eis perseverat iniquitas. Reuelat. n. ira Dei de coelo, ait apostolus, super oēm impietate & iniustitiā hoīum eorū qui veritatem in iniustitia detinent, quia quod notum est Dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia n. eius à creatura mūdi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius ac diuinitas, vt sint inexcusabiles. Si ergo istos inexcusabiles dicit qui inuisibilia illius per ea quæ facta sunt intellecta conspiciere potuerūt, nec obedierunt tñ veritati, sed iniqui & impij permāserunt. Neque n.

non cognouerunt, sed cognoscentes, inquit, Deum, non vt Deum glorificauerūt, aut gratias egerunt, quanto magis inexcusabiles sūt, qui ex lege instructi inconfidunt se ipsos duces esse cecorum, & alios docentes, se ipsos non docent: Qui prædicant non furādū & furant, & cætera quæ de ipsis Apostolus loquit. Eis quippe dicit. Propterea inexcusabilis es ò homo omnis qui iudicas. In quo. n. alium iudicas, te ipsum cōdemnas: eadem. n. agis quæ iudicas. Dicit enim ipse dñs in Euāgelio: Si non venissem & eis locutus nō fuissem, peccatum non haberet: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Nō utiq; peccatum nullum habent, qui pleni erant aliis magnis multisq; peccatis: sed hoc peccatū vult intelligi non eos habituros fuisset, si non venisset, qui cum audissent eū: hanc eos excusationē non hñe asserit qua possint, dicere, nō audiuius, iō nō credidimus. Humana quippe superbia tanquam præsumens de virib. liberi arbitrij excusatā se putat, quādo ignorantia non voluntatis vñ esse qđ peccat. Secundum hanc excusationem, inexcusabiles dicit scriptura diuina quoscuq; scientes peccare cōuincit: Dei tñ iustum iudiciū, nec illis parcat, qui nō audierunt. Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quāuis se ipsi excusare videantur, nō admittit hanc excusationem qui scit se fecisse hostinē rectum, eiq; obedientiæ dedisse præceptum, nec nisi eius quo male vsus est libero voluntatis arbitrio, etiam qđ transfret in posteros, manasse peccatum. Neq; enim dānantur, qui non peccauerunt, quando quidē illud ex vno in omnes pertrāsijt, in quo ante propria in singulis quibusq; peccata omnes communiter peccauerunt. Ac per hoc inexcusabilis est omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento etiam proprię voluntatis, siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui iudicat, siue qui nō iudicat: quia & ipsa ignorantia, in eis qui intelligere noluerunt, siue dubitatione peccatum est, in eis autem qđ non potuerunt, pœna peccati. Ergo in vtrisque non est iusta excusatio, sed iusta damnatio. Ideo autem diuina eloquia eos inexcusabiles dicunt, qui non ignorantes sed scientes peccant, vt secundum iudicium superbiæ suę quō multū cōfidunt de viribus proprię voluntatis se inexcusabiles videūt, qđ de igno-

Rom. 2.

Ioan. 15. Peccatū nō habet.

G

Rom. 2.

σαλινρα. παντα.

H

ignorantia iam non habet excusationem, & non solum est iustitia cui preiudicant sufficere voluntatem. At vero ille cui dicitur & sciendi & obediendi largitas est gratia: Per legem. n. inquit, cognito peccati: & peccatum non cognouit, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces, nec vult intelligi hominem preceptis legis ignarum, sed liberatricis indigni gratia, ubi dicit. Condelector legi Dei secundum interiorem hominem, & cum hac non solum scientia, verum etiam & delectatione legis postea dicit. Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Nemo itaque liberat a vulneribus illius traditoris, nisi huius gratia saluatoris. Nemo liberat venundatos sub peccato a vinculis captiuantis, nisi gratia redimentis: ac per hoc vniuersi, qui se in nequitijs & iniquitatibus excusatos volunt, ideo iustissime puniuntur: quoniam qui liberantur, non nisi gratia liberantur. Nam si excusatio illa iusta esset, non inde iam gratia, sed iustitia liberaret. Cum vero non liberat, nisi gratia: nihil iustum inuenit in eo quem liberat, non voluntatem, non operationem, non saltem ipsam excusationem, nam si haec iusta est, quisquis ea vitur, merito non gratia liberatur. Nouimus enim liberari per gratiam Christi quosdam etiam eorum qui dicunt: Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Quae si iusta est excusatio, non iam gratuita gratia, sed propter huius excusationis iustitiam liberatur. Si autem gratia est, quia liberantur, profecto haec excusatio iusta non est. Tunc enim vera gratia est, quia homo liberatur, si non secundum debitum iustitiae retribuitur. Nihil ergo fit in eis, qui dicunt: Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius qui resistit? nisi quod legitur in libro Salomonis: Insipientia viri violat vias eius, Deum autem causatur in corde suo. Quamuis itaque Deus faciat vasa irae in perditionem, ut ostendat iram, & demostret potentiam suam, quia bene etiam vnum malis, & ut notis faciat diuitias gloriae suae in vasa misericordiae, quae fecit in honorem, non dabilem massae debitum, sed suae gratiae largitate donatum, tamen in eisdem irae vasis pro merito in contumeliam debitum factis, id est, hominibus pro naturae quidem bonum creatis, sed pro vitijs supplicio destinatis, iniquita-

tem, quam rectissime veritas improbat, damnare nouit ipse non facere. Sicut enim voluntati eius tribuitur humana natura nullo dubitante laudanda, sic hominis voluntati culpa tribuitur nullo recusante damnanda. Quae voluntas hominis aut hereditarium vitium transmissit ad posteros, quos in se habuit cum peccaret, aut acquisiuit etiam cetera vitia, cum in seipso vnusquisque perditur viuere. Sed neque ab illo, quod originaliter contrahit, neque ab ijs, quae vnusquisque in vita propria, vel intelligendo, vel nolendo intelligere, mala congregat, vel etiam instructus ex lege, additamento preuaricationis exaggerat, quisquam liberatur & iustificatur, nisi gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum, non solum remissione peccatorum, sed prius ipsius inspiratione fidei & timoris Dei, impartito salubriter orationis affectu & effectu, donec sanet omnes languores nostros, & redimat de corruptione vitam nostram, & coronet nos in misericordiae & misericordia. Verum isti, qui personarum acceptorem fieri existimant Deum, si in vna eademque causa super alios veniat misericordia eius, super alios vero maneat ira eius, nempe totas vires argumentationis humanae in paruulis perdunt. Nam ut interim taceam, quod non est praeter paruulos quamlibet materno utero recentissimos ea poena, de qua loquens Apostolus ait: Per vnus delictum in omnes homines ad condemnationem, vnde non liberat, nisi vnus ille, de quo idem ait: Per vnus iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae, ut ergo hoc interim omittam, & hoc solum de paruulis dicam, quod ipsi quoque autoritate Euangelica territi, vel potius Christianorum populorum concordissima fidei conspiratione perfracti, sine vlla excusatione concedunt, quod nullus paruulus, nisi renatus ex aqua & spiritu, intrat in regnum caelorum: quam (quae) allaturi sunt causam, quod alius sic gubernat, ut baptizatus hinc exeat, alius infidelium manibus traditus, vel etiam fidelium priusquam ab eis baptizandus offeratur, expiret? An hoc fato vel fortunae daturi sunt? Non opinor eos in tantam dementiam prodituros, quantum luncunque nomen Christianum tenere cupientes. Cur ergo in regnum caelorum, non accepto regenerationis lauacro, paruulus nullus intrabit? Nunquidnam ipse sibi parentes infideles

deles vel negligentes, de quibus nasceretur, elegit? Quid dicam de inopinatis & repentinis innumerabilibus mortibus, quibus saepe etiam religiosorum Christianorum praueeniunt & baptismo praeripiuntur infantes, cum econtrario sacrilegorum & inimicorum Christi aliquo modo in Christianorum manus venientes, ex hac vita non sine sacramento regenerationis emigrent? Quid hinc dicturi sunt, qui ut gratia dari possit, nonnulla praecedere merita humana contendunt, ne sit personarum acceptor Deus? Quae tandem hic merita praecesserunt? si eorundem cogitaueris paruulorum, nulla sunt propria, virtusque est illa massa cois. Si parentum attederis, bona sunt illa quorum filij repentinis mortibus sine Christi baptisinate perierunt. Mala vero illa quorum filij per Christianorum aliquam partem ad sacramenta ecclesiae peruenerunt. Et cur prouidentia Dei cui nostri capilli numerati sunt, sine cuius voluntate non cadit passer in terram, quae nec fato premitur, nec fortuitis casibus impeditur, nec vlla iniquitate corrumpitur, ut renascantur ad hereditatem caelestem, non consulit omnibus paruulis filiorum suorum, & nonnullis consulit etiam paruulis impiorum? Iste infans de fidelibus conuugatis ortus, letitiae parentum susceptus, matris vel nutricis somnolentia suffocatus sit exteris & expertis suorum fidei. Ille infans de sacrilego stupro nascitur, crudeli timore matris exponitur, alienorum misericordiae pietate colligitur, eorum Christiana sollicitudine baptizatur, sit aeterni coisors, & particeps regni. Ista cogitent, ista considerent, hinc audeant dicere Deum, vel acceptorem in sua gratia personarum, vel remuneratorem praecedentium meritorum. Nam & si conabunt maioris aetatis aliqua merita suspicari, seu bona seu mala: quid de istis infantibus dicent, quorum nec iste sibi vllis proprijs meritis malis potuit acquirere violentiam suffocantis, nec bonis ille diligenti baptizantis? Nimiae vanitatis & caecitatis sunt, si etiam his consideratis nondum dignantur exclamare nobiscum: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quae inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius: Non itaque misericordiae gratuita Dei pertinacissimam aduerentem insaniam. Sinant filium hominis in qualibet aetate quaerere & saluum facere quod perierat. Nec de inscrutabilibus iudicijs eius audeant iudicare, cur in vna eadem

que causa super alium veniat misericordia eius, super alium maneat ira eius. Qui, n. sunt isti qui rideant Deo? Nunquid ille Rebecca habenti geminos ex vno concubitu Isaac patris nostri, cum illi nondum nati nihil egissent boni vel mali, ut secundum electionem propositum eius maneret, electionem. scilicet gratiae non debiti, electionem quo eligendos facit ipse non inuenit, non ex operibus, sed ex vocante dicit minori seruiturum esse maiorem. In quam sententiam beatus Apostolus etiam testimonium prophetae longe posterioris assumpsit, Iacob dilexi Esau autem odio habui: ut intelligeres hoc apertum postea per prophetam, quod antequam illi nascerentur, erat in Dei praedestinatione per gratiam. Quid n. diligebat in Iacob, antequam natus fecisset aliquid boni, nisi gratuitam misericordiae suae donum? Et quid oderat in Esau, antequam fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum? Nam neque in illo diligeret iustitiam quam nullam ille fecerat: neque in isto odisset naturam, quam bonam ipse perfecerat. Mirum autem cum his constantur angustijs, in quanta se abrupta praecipitent metuentes retia veritatis. Ideo, inquiunt, nondum natorum alium oderat, alium diligebat: quia eorum futura opera prauidebat. Quis istum acutissimum sensum defuisse Apostolo non miretur? Hoc quippe ille non vidit, quando sibi velut aduersantis obiecta quaestione, non id potius tam breue, tam apertum, tam, sicut isti putant, verum absolute utumque respondit. Cum enim rem stupendam proposuisset, quomodo de nondum natis, nec aliquid agentibus, boni aut mali recte dici potuerit, quod vnum Deus dilexerit, alium odio habuerit, ipse sibi obiecta quaestione motum exprimens auditoris. Quid ergo dicemus: inquit? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. hic ergo erat locus ut diceret quod isti sentiunt. Futura enim Deus opera prauidebat, quando minori maiorem seruiturum esse dicebat. Non autem hoc Apostolus dicit, sed potius ne quisquam de suorum operum audeat meritis gloriari, quomodo de non duntaxat, & gloriam commendandam voluit valere, quod dixit Cum enim dixisset, Absit ut sit iniquitas apud Deum: tanquam ei dicemus, vnde hoc ostendis cum asseras non ex operibus, sed ex vocante dictum esse, Maior seruiet minori: Moyses enim dicit, inquit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiam praesta-

Rom. 3.

Rom. 7.

Rom. 9.

Pro. 19.

K

L

ps. 101.

Rom. 5.

M

Rom. 11.

Inc. 19.

Rom. 9.

Mala. 1.

C

Rom. 9.

D

praesta-

præstabo, cui misericors fuero. Igitur nõ volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei. Vbi nunc merita, vbi opera vel præterita vel futura tanq; liberi arbitrij virib. adimpleta, vel adimplenda? Nonne aperta protulit Apostolus de gratuita gratiæ, hoc est, veræ gratiæ commendatione in iam? Nonne stultam fecit Deus hæreticorũ sapientiã? Quid aut agebat, ut hoc Apostolus diceret, vt eorum geminorum cõmemoraret exemplũ? Quid persuade re moliebat? Quid inculcare cupiebat? Nempe hoc quod ipsorũ oppugnet amentia, qd̄ superbia non capiunt, qd̄ sapere nolunt. Qui ignorantes Dei iustitiam, & suã volentes cõstituire, iustitiæ Dei non sunt subiecti. De ipsa quippe gratia satis agebat Apostolus, & iõ promissionis filios cõmedabat. Quod enim promittit Deus, nõ facit nisi Deus: hæc nãq; aliquid rõnis & veritatis: vt homo promittat & De⁹ faciat, vt aut homo se facere dicat qd̄ pmiserit Deus, superbę impietatis est reprob. sensus: Commendans ergo filios promissionis, hoc primũ significatũ ostendit, per Isaac filiũ Abræ. Evidentius nanq; opus Dei apparet in eo, quẽ non genuit vñtatus ordo naturæ de sterilib. viscerib. & senectute cõfectis, vt in filijs Dei qui futuri prænuñciabant, hoc esset signum diuini operis non humani. In Isaac, inquit, vocabitur tibi semen, hoc est, non qui filij carnis, ij filij Dei sed filij pmisionis deputantur in semine. Promissionis. n. verbum hoc est: ad hoc tps veniam & erit Sara filius. Non solũ aut illa, sed & Rebecca ex vno concubitu hñs Isaac patris nostri: quo p̄tinuit vt adderet ex vno cõcubitu, nisi vt non solum de suis, neq; de parentum meritis aliorũ, sed ne de ipsius quidem vnus patris, mutata forte in melius volũtate gloriaretur Iacob dicẽs, iõ se à creatore non derelictũ, quia pater eius qñ eum seminavit, meliorib. laudabilior morib. fuit: Ex vno, inquit cõcubitu, vnũ tunc ad eos seminandos meritũ patris, vnum ad cõcipiendos meritũ matris. Quia etsi mater eos donec pareret viscerib. portauit inclusos, & forte voluntates affectionesq; variavit, nõ vni, sed ambob. vtiq; variavit, quos pariter vtre portauit. Intenrio igit̄ intuẽda est Apostoli, quomodo pp̄ gratiam cõmendandam nolit eum, de quo dictum est: Iacob dilexi, nisi in domino gloriari: vt cum ex eodẽ patre, eadẽ matre, vno concubitu, antequam

Rom. 10.

E

Rom. 9.

F

aliquid egissent boni, aut mali, alterũ Deus diligit, odit alterum, intelligat Iacob ex illa massa originalis iniquitatis, vbi fratrem suũ, cum quo habuit communem cãm, videt per iustitiam meruisse damnari. non nisi per gratiam se potuisse discerni. [Nondum. n. nascuntib. nec agentib. bonum aut malum, vt secundum electionem. propositum Dei maneret, non ex operib. sed ex vocante dictum est ei: Maior seruiet minori. Electionem aut gratiæ nullis fieri operum præcedentib. meritis, alio loco apertissime idem Apostolus ostendens, sic ergo inquit, & in hoc tempore reliquũ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si aut gratia, iam non ex operib. alioquin gratia iam non est gratia. Secundum hanc ergo gratiam etiam propheti cum testimoniũ consequenter assumens. Sicut scriptum est, inq̄t, Iacob dilexi, Esau aut odio habui. & continuo, Quid ergo dicemus, inquit, Nunquid iniquitas est apud Deum? Absit. Sed quare absit? An propter opera quæ futura præsciebat amborum? Immo & hoc absit. Moyses enim dicit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Atque vt in vasis quæ perfecta sunt in perditionem, quæ damnatæ debita est massæ, agnoscant vasa ex eadem massa in honorem facta quid eis misericordia diuina largita sit. Dicit enim, inquit, scriptura ad Pharaonem, Quia ad hoc te excitauit vt ostendam in te potentiam meam, & vt glori ficetur nomen meum in vniuersa terra. Denique ad vtrunque concludit. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult obdurat. Hoc facit apud quem non est iniquitas. Miseretur itaque gratuito dono, obdurat autem iustissimo merito. Sed dicat adhuc vel superbi infidelis elatio, vel puniti damnabilis excusatio. Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Dicat & audiat quod conuenit homini. O homo tu quis es; qui respondeas Deo: & cætera, de quibus iam (quãtum potui) satis ac sæpe disserui. Audiat hæc & non contemnat. Quod si contempserit, etiam vt contemneret se inueniat obduratum. Si non contempserit, etiam vt non contemneret esse credat adiutum, sed obduratum debito, adiutum gratia. Neque enim si duorũ de Isaac patriarcha geminorum, qd̄ quidem

Rom. 11.

Rom. 9.

H

Rom. 9.

I

Sapient. 4

K

quidem iam ostendimus quanta cecitate dicatur, futura præuidit Deus opera, quia vixerunt atq; seuerunt, & propterea Iacob dilexit, Esau aut odio habuit: iõ moriturorum et paruulorum pot quisquã dicere, vt huic ad percipiendũ baptismum nõ conuolat, illi aut conuolat Deum futura eorum opera præuide re. Qũo enim futura dñr quæ nulla erunt? Sed Deus, inquit, in eis quos hinc aufert præuidet, quem admodum victurus esset quisque si viueret, & iõ quẽ nequiter nouit fuisse victurum, sine baptismo facit & mori: sic in eo puniens opera mala, non quæ fecit, sed quæ facturus fuit. Si ergo diuinitus et quæ commissã non sunt mala opera puniunt, primo attendat q̄ falso polliceant in damnationẽ paruulos non ituros, qui sine baptismo moriunt, qui propterea non baptizant, quia mali victuri erant si viuerent: pp̄ ipsam quippe malam vitam proculdubio damnabunt, si etiã mala, q̄ fuerant futura damnant. Deinde si eis ad percipiendũ baptismatis cõsuliẽ sacramentum, quos non cuius Deus si viuerent bene fuisse victuros, cur non omnes tenent in vita quã bonis operib. ornauit sunt? Cur etiam eorũ qui baptizant quidam diu viuentes pessime viuunt, & vsq; ad apostasiã aliquũ perueniunt? Cur ipsum primum coniugiũ peccatorum, quos vtiq; nouerat Deus peccaturos non de paradiso ante proiecit, ne ibi committerent qd̄ tam sancto loco esset indignũ, si iuste peccata etiã nondum cõmissa puniunt? Quid deniq; præstatur ei qui rapit ne malitia mutet intellectum eius, & ne fictio decipiat animam eius, si iuste et illa puniunt, quæ licet non fecerit, fuerat tñ viuendo facturus? Possremo cur non ad percipiendum regenerationis lacrimarum, ei magis consiliatur morituro qui male fuerat victurus si viueret, vt ei peccata, quæ fuerat commissurus remittant in baptismo? Quis. n. est tam vecors qui ea neget per baptismum posse dimitti, quæ sine baptismo dicit posse puniri? Sed disputando aduersus eos, qui vsquequaq; cõuicti et nos non commissorum peccatorũ Deum persuadere moliant vltorẽ, verendum est, ne nos in eos ista fingere existimemur, illi aut nullo modo tã hebetes esse credant, vt hæc vel sentiant, vel quicquã persuadere conentur, veruntamen nisi eos hæc dicere audissem, resellenda esse non arbitraret. Circumspiciantur enim diuina

rum autoritate lectionũ, & antiquitus tradito & retento firmo ecclesiæ ritu in baptismo te paruulorũ, vbi apertissime demonstrantur infantes, & cum exorcizant, & cũ eis per eos à quib. gestant renunciare rudent, à diaboli dñatione liberari, & nõ inuenientes quã exeat, pergunt in præcipitẽ stultitiam dum nolunt mutare sententiã. Illud sanẽ sibi vident acutissime dicere, quõ p̄ctũ transiit in filios fidelium, qd̄ in parentib. non dubitamus dimissum esse per baptismum, quasi p̄pterea possit non hñe generatio carnalis, quod sola tollit regeneratio spiritalis. Aut vero i baptismo concupiscentiæ carnis infirmitas continuo sanas, sicut continuo reatus eius abolet, sed gratia renascendi, non conditione nascendi. Vnde quisquis per hanc concupiscentiã, etiã de renato nascit, sine dubitatione oberit nato, nisi ipse similiter renascat. Verum quicquid est in hac qõne difficultatis, ita in agro Christi non impedit operarios eius, quo minus ab eis in remissionem peccatorũ baptizetur infantes, siue de fidelib. siue de infidelib. nati sint, sicut agricolas non impedit, quo minus ab eis inferendi cura in oleas conuertantur oleastri, siue de oleastris, siue de oleis oriant. Nam & hoc si vt rñdeat rustico proponat, qd̄ cã sit vt cum aliud sit olea, aliud oleaster, nõ tñ nisi oleaster de semine vtroq; nascat, non omittit inferendi curationem, etiã si non possit istam soluere qõnem. Alioquin dũ ex oliuæ semine exorta virgulta non aliud quã oleas esse existimat, efficit desidia vanitatis, vt totus ille ager amara sterilitate syluescat. Nam illud quod excogitauerunt cum veritatis pondere premerentur, quia fidelis dñs in verbis suis, & propterea eius ecclesia nullo modo fallaciter paruulos in remissionẽ peccatorum baptizat, sed vt fide agatur quod agitur, utique fit quod dñ. Quod ergo excogitauerunt cum hæc eos apertissima moles veritatis vrgeret, quis non Christianus irrideat quamlibet veritatisimum cernat? Dicunt. n. veraciter quidem rñdere paruulos per orationem gestantium, in remissionem se credere peccatorũ, non tñ quia sibi remittuntur, sed quia credant qd̄ in ecclesia, vel in baptismo remittantur in quibus inueniuntur, non in quibus nulla sunt. Ac per hoc nolunt eos iura baptizari in remissionem peccatorum, tanquam in eis fiat ipsa remissio, quos cõtendunt nul-

lum

De Gene.
ad literã
li. 10. c. 13

M

lum habere peccatum. Sed qm̄ licet sine peccato, in eo tñ baptisate baptizantur, quo fit in quibusq; peccatorib. remissio peccatorū, fieri quidem pōt vt hęc versipellis astutia subtilius & acutius ex ocio refellatur, veruntñ secundum istam suā calliditatem nō inueniūt quid ad hoc rñdeant, q̄ exorcizantur & exulfantur infantes, hoc enim proculdubio fallaciter fit, si drabolus eis non dñatur. Si autē dñatur, & ideo nō fallaciter exorcizantur & exufflantur, per quid dominatur, nisi p peccatum princeps vtq; peccatorum? Proinde si iam erubescunt, nec audent dicere hęc in ecclesia mendaciter geri, fateantur quod perierat etiā in paruulis quæri, neq; enim nisi pp peccatum perierat, quod nisi per gratiā non pōt quæri, nō potest inueniri. Sed Deo gratias, quod saltem cum argumentant contra remissionem peccatorum, ne fieri credat in paruulis, iam tamen quanuis per corda & hora malorum credere paruulos confitent. Sicut ergo audiunt dominum dicentem: Qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto nō introibit in regnum cœlorum, pp quod eos baptizandos esse concedunt, sic audiant eundem dñm dicentem. Qui non crediderit condemnabit, quia sicut eos renasci per ministerium baptizantium, ita etiam credere p corda & ora confitentium confitemur. Audeant ergo dicere, q̄ a iusto Deo innocens condemnabit, si nullo vinculo peccati originis innectitur. Si sermo iste prolixus est & onerosus occupationib. tuis, da veniam, quia vt hęc ad te scriberem, & occupatus literis tuis indicib. erga nos beneuolentiæ tuę tecū ista colloquerer, etiam ego vim feci interrūpendis occupationib. meis. Si qua illos alia excogitare aduersus fidem catholicam scieritis, & quæcunq; aduersus eos, ne dñici gregis infirma deuaſtent, vos quoq; fideli & plane pastoralis dilectione differitis, nota facite nobis. Hæreticorū quippe inquietudine, * vt scripturas vigilantius perscrutemur, vnde ne ouili Christi noceant, eis possit occurri, tanquam de somno ignauix nostra excitatur industria, ita per multiplicem gratiam Saluatoris etiā quod inimicus in perniciem machinatur, Deus cōuertit in adiutorium. Quoniā diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Semper in Deo viuas, memor nostri frater charissime.

10an. 2.

Mar. 16i

Quam Ec
clesiæ uni
uersitatē hæ
reses ad
ferant.
Rom. 8.

Augustinus & Alipius Bonifacio, siue vt alij codices habebant, Paulino laudans librū aduersus Pelagianos ab eo conscriptum, & plenius cum instituens aduersus eam hæresim. Epist. CVI.

Domino beatissimo & in Christi visceribus germanitus amplectendo plusquā dici pōt desiderabili fratri & coepo Paulino, Alipius & Augustinus. Tandem aliquando puidit Deus nobis literarum fidelissimū perlatores omnium nostrum merito charissimum fratrem Ianuarium, per quem, etiam si non scriberemus, omnia, q̄ circa nos sunt, possit sinceritas tua, tanquam per viuentem atq; intelligentem epistolam noscere Pelagium quem credimus, vt ab illo distingueret qui Pelagius Tarenci dñi, Britonem fuisse cognominatum, quod vt seruum Dei dilexeris nouimus, nunc autem quemadmodum diligas ignoramus. Nam & nos non solum diligimus verumetiam diligimus eum. Sed aliter nunc diligimus, aliter aliquando dileximus. Tunc enim quia nobis rectæ fidei videbatur, nunc autem vt ab ijs quæ inimica & aduersa gratiæ Dei sentire dñi, illius misericordia liberetur. Nam cum hoc de illo aliquādiu fama iactaret, non vtique facile credendum fuit. Solet quippe fama mentiri. Sed propius vt crederemus accessit, quod librum quendam eius, ea prorsus persuadere molientem, quæ gratiam Dei per vnum mediatorem Dei & hominum hominem Iesum Christum generi humano impertitam, de fidelium cordibus creditam deleant, legimus, traditum nobis à famulis Christi, qui eum talia docentem studiosissime audierant, fuerantque sectati. Cui quidem libro, eisdem rogantibus, quia id fieri oportere videbamus, tacito nomine authoris, ne offensus insanabilior redderetur, vnus nostrum damnatione respondit, quod libro continetur & multipliciter, atque abundanter asseretur: quod etiam quibusdam literis agit ad tuam venerationem datis, vbi dicit te non debere existimari sine gratia Dei defendere liberum arbitrium, cum possibilitatem volendi atque operandi, sine qua nihil boni velle atque agere valeremus à creatore nobis insitam diceret, vt videlicet hęc intelligatur doctore ipso gratia Dei, quæ Paganis atq; Christianis, impijs & pijs,

D

pijs, fidelibus atque infidelibus communis est. Hęc mala, quib. Saluatoris euacuares aduentus, vbi hoc possumus dicere, quod de lege dicit Apostolus, Si per naturā iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, refellebamus vt poteramus in cordib. eorum qui ista sentiant, vt his cognitis, etiam ille (si fieri posset) non lacescit ista emēdaret, atque ita & pernicijs destrueret erroris, & hominis veredū dię parceretur. Sed postea q̄ ad nos literæ de Oriente venerunt, eandem cām apertissime ventilantes, nullo modo iā qualicunq; epali autoritate deesse ecclesiæ debueramus. Missæ sunt itaq; de hac ex duob. concilijs, Carthaginensi & Milenitano relationes ad Apostolicam sedem, antequā gesta ecclesiastica, quib. apud ep̄os puinciæ Palestinæ Pelagius perhibet esse purgatus, vel in manus nostras, vel in Aphricā peruenissent. Scripsimus etiā ad beatæ memorię, Papam Innocētium præter cōciliorum relationes, literas familiares, vbi de ipsa causa aliquando diutius egimus. Ad omnia nobis rescripsit eodē modo, quo fas erat atque oportebat Apostolicę sedis assistentem. Quæ omnia modo legere poteris, si eorum forte ad te vel nulla, vel non cuncta peruenerant: vbi videbis seruata erga hominem moderatione quæ debuit, ne damnaretur si praua damnaret, ipsum tamen nouellū & perniciosum errorem sic ecclesiastica autoritate compressum, vt multum miremur esse adhuc quosdam, qui per quemlibet errorem gratiæ Dei conentur obsistere, si tamen hęc gesta didicerunt: quod gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum, quod fides vera & catholica tener, semper ecclesia pusillos cum magnis à morte primi hominis, ad vitam secundi hominis transfert: non solum peccata delendo, verumetiam ad non peccandum recteq; viuendum, eos qui iam vti possunt voluntatis arbitrio sic adiuuādo, vt nisi adiuuet nihil pietatis atq; iustitiæ, siue in opere, siue etiam in ipsa voluntate hñe possimus. Deus quippe operatur in nobis, & velle & operari pro bona voluntate. Nam quis nos nisi qui venit querere & saluare qđ perierat, ab illa perditionis massa & contentione * discernit? Vnde Apostolus interrogat dñs: Quis enim te discernit? Vbi si dixerit homo, Fides mea, voluntas mea, bonum opus meum, respondetur ei. Quid enim habes qđ

Gala. 2.

E

Apostoli
ca sedes.

F

Phili. 2.

a. l. contri
tione.
1. Co. 4.

non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis? Hoc vtique totum ideo, non vt homo non gloriatur, sed vt qui gloriaur, in domino gloriatur, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Non quia bona opera ista pia cogitatione frustrantur cum Deus reddat, vniciq; secundum opera eius, sitq; gloria & honor & pax omni operanti bonū, sed quia opera ex gratia, nō ex operibus gratia, quoniam fides quę per dilectionem operatur, nihil operaretur, nisi ipsa dilectio Dei diffunderet in cordib. nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Nec ipsa fides esset in nobis, nisi Deus vniciq; partiretur mensuram fidei. Bonum est igitur homini, vt cum totis viribus liberi arbitrij sui veraciter dicat. Fortitudinem meam ad te custodiam, quia ille qui putauit sine ipsius adiutorio se posse custodire quod dedit, pfectus in longinquam regionem, & viuens prodigè cuncta consumpsit, & miseria durā seruitutis attritus reuersusq; in semetipsum dixit: Surgam & ibo ad patrem meum. Quam cogitationem bonam quando haberet, nisi & ipsam illi in occulto pater misericordissimus inspirasset? Quod intelligens minister ille noui testamenti, Nō quia idonei sumus inquit, cogitare aliqd à nobis quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Vnde & ille cum dixisset: fortitudinem meā ad te custodiā, ne vel hoc ipsum, quia custodit, suis virib. arrogaret, tanquam ei venisset in mentem, quia nisi dñs custodierit ciuitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam, & non dormit neque dormitat qui custodit. Israel, adiunxit causam, vnde fiat idoneus custodire vel quo potius custode seruetur. Quoniam Deus, inquit, susceptor meus es. Recolat igitur iste (si potest) merita sua, vnde factum sit, vt Deus dignaretur eius esse susceptor, ac si Deus esset susceptus. Recolat vtrum quæſierit an quæſitus sit, ab illo, s. qui venit querere & saluare quod perierat. Nam si quæſere voluerit ante gratiam quid meruerit vt acciperet eā, mala sua poterit homo inuenire non bona, etiam si eum vnus diei vitam habentem super terram gratia Saluatoris inuenierit. Quia si aliquid boni operatur homo, vt gratiam mereatur: non ei merces imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si autem credit in eum qui iustificat impium,

1. Co. 7.

Rom. 2.

Rom. 5.

G

Rom. 12.
Psal. 53.

Luc. 15.

2. Co. 3.

Psal. 58.

Pf. 136.

Pf. 110.

Luc. 19.

Rom. 4. vt deputetur fides eius ad iustitiā. iustus. n. ex
 Ab. sc. 1. fide viuit, profecto antequam gratia iustifice-
 tur, vt iustus efficiat, im pius quid est nisi im-
 pius? Quem si debitū sequeret, quid eius me-
 rito, nisi supplicium redderet? Si ergo gratia,
 Rom. 11. iam non ex operibus est: alioquin gratia iam
 nō est gratia. Operibus enim debitum reddi-
 tur, gratia gratias datur, vnde etiam nuncupa-
 tur: Si quis autem dixerit, qd gratiā bene ope-
 I randi fides mereatur, negare non possumus,
 immo verò gratisime confitemur. Hanc. n.
 fidem volumus habeant, qua impetrent cha-
 ritatem, quæ sola vere bene operatur, isti fra-
 tres nostri, qui multum de suis operibus gloriā
 tur. Charitas autem vsq; adeo donum Dei est
 vt Deus dicatur. Qui ergo habent fidem qua
 2. Co. 6. impetrent iustificationem, per Dei gratiam
 perueniunt ad legem iustitiæ. Vnde dicitur. Tem-
 pore acceptabili exaudiui te, & in die salutis
 adiuuante. Proinde in ijs qui per electionē gra-
 tiæ salui sunt, adiutor Deus operatur, & vel
 le & operari pro bona voluntate: quoniam
 diligentibus Deum omnia cooperantur in bon-
 num. Si omnia, vtique & ipsam dilectionem,
 Philip. 2. quam fide impetramus: vt eum qui nos prior
 Rom. 8. dilexit, vt in illum crederemus, per eius gra-
 tiam diligamus, & diligamur quod operati
 non sumus. Qui verò suis meritis præmia tã-
 quam debita expectant, nec ipsa merita Dei
 gratiæ tribuunt, sed viribus propriæ volunta-
 tis, sicut dictum est de carnali Israel, perse-
 quentes legem iustitiæ, in legem iustitiæ non
 perueniunt. Quare? Quia non ex fide, sed tan-
 quam ex operibus. Ipsa est enim iustitia ex fide,
 quam gentes apprehenderunt, de quibus dic-
 tum est. Quid ergo dicemus? Quia gentes q̄
 Rom. 9. non cognouerunt iustitiam apprehenderunt
 iustitiam. Iustitiam autē quæ ex fide est: Israel
 autem persequens legem iustitiæ, in legem
 iustitiæ nō peruenit. Quare? Quia nō ex fide,
 Esa. 28. sed tanquam ex operibus. Offenderunt in la-
 K pidem offensionis, sicut scriptum est. Ecce
 ponam in Sion lapidem offensionis, & pe-
 tram scandali, & qui crediderit, in eum non
 confunderur. Ipsa est iustitia ex fide, qua cre-
 dimus nos iustificari, hoc est, iustos fieri gra-
 tia Dei, per Iesum Christum dominum no-
 strum, vt inueniamur in illo nō habentes no-
 stram iustitiam, quæ ex lege est, sed eam quæ
 est per fidem Christi. Quæ ex Deo iustitia in
 fide: vtique in fide qua credimus nobis iusti-

tiam diuinitus dari, non à nobis in nobis no-
 stris viribus fieri. Nam cur illam iustitiā quæ
 ex lege est suam dixit Apostolus, nō ex Deo,
 quasi lex non sit ex Deo? Quis hoc nisi im-
 pius senserit? sed quia lex per literam iubet,
 non per spiritum iuuat, quicunq; sic audit li-
 teram legis, vt ei sufficere videatur cognouit
 se quid iubeat, aut prohibeat, quo id arbitrij
 sui virtute implem esse confidat, nec fide
 confugiat adiuuandus ad spiritum viuifican-
 tem, nec reū factum litera occidat profecto
 zelum Dei habet, sed non secundum scientiā.
 Ignorans enim Dei iustitiam i. eam quæ da-
 tur ex Deo & suam volens constituere, vt tã-
 tummodo ex lege sit, iustitiæ Dei non est su-
 iectus. Finis enim legis Christus ad iustitiam
 omni credenti, sicut idem Apostolus dicit,
 vt nos simus iustitia Dei in ipso. Iustificati
 igitur ex fide pacem habemus ad Deum per
 dominum nostrum Iesum Christum. Iustifi-
 Rom. 10. Rom. 5. 2. sen. di.
 cati autem gratis per gratiam ipsius, ne fides
 ipsa superba sit. Nec dicat sibi, si ex fide quo-
 modo gratis? Quod enim fides meretur, cur
 non potius redditur quam donatur? Non
 dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit vt
 merear iustificationem, habeo fidem: respon-
 detur ei. Quid enim habes quod non accepisti?
 Cum ergo fides impetrat iustificationem, sicut
 vnicuique Deus partitus est etiam ipsius mensuram
 fidei, non gratiam Dei, aliquid meriti præcedit
 humani, sed ipsa gratia meretur augeri, vt
 aucta mereatur perfici, comitante non ducente,
 pedisse qua non præuia voluntate. Vnde ille qui dixit:
 Fortitudinem meam ad te custodiam, causamque
 reddit, dicens: Quoniam Deus susceptor
 meus es: tanquam requirens, quibus id meriti
 fuerit consecutus: nihilque in se inueniens
 ante gratiam Dei, Deus meus, inquit, misericordia
 eius præueniet me. Quantuncunque, inquit,
 cogitauero antecedentia merita mea, misericordia
 eius præueniet me. Proinde ab illo attributam
 fortitudinem suam ad illum custodiens, eodem
 seruatore non perdit quod eodem largitore suscepit.
 Nec ob aliud meretur ampliora, nisi pie fideliter-
 que sciendo, à quo sibi bona sunt omnia bona,
 & hoc sciendo non ex seipso, ne vel hoc sit
 in eo quod non sit ex Deo. Vnde optime
 Apostolus: Nos, inquit, non spiritum huius
 mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo
 est

est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis,
 ac per hoc & ipsum hominis meritū donū
 est gratuitū. Nec à patre luminū, à quo descē-
 dit omne datū optimū, boni aliquid accipe-
 re quisquā meretur, nisi accipiendo quod
 non meretur. Multū est autē indulgentius &
 A sine vlla dubitatione gratuitū quod Dei grā
 per Iesum Christū dominū nostrū præstatur
 infantibus, vt eis non obstit ex Adam genera-
 tio, & proficit in Christo regeneratione, in quib.
 & ipsum accipiendi sensum tanto ante mise-
 ricordia Dei præuenit: q̄ certè si in hac par-
 uula ætate de corpore exierint vitā æternā
 regnūq; cælōrū sciētes accipiūt, eius mune-
 ris merito quod hic cū vtique profuit nescie-
 rūt. Certè in ijs post priorū doctrinā, ita nō
 nisi priora sunt dona, in quibus donādis Dei
 gratia sic operatur, vt nec voluntas accipiē-
 tiū vel præmittatur vel adiungatur vel suble-
 quatur. Quandoquidē tū beneficiū non so-
 lū non libentibus, verū etiā reluctātibus daf,
 quod eis magnū imputaretur sacrilegiū, si iā
 in ijs aliqd valeret voluntatis arbitriū. Hoc
 diximus propter eos qui non valētes in cau-
 sa gratiæ inscrutabilia Dei iudicia pericru-
 ri, cur ex Adam massa, quæ profecto ex vno
 in cōdemnationē tota collapsa est, illud vas
 faciat in honorem, illud in contumeliam: tū
 audent paruulos reos priorū cōstituere
 peccatorū, vt qui bona malave cogitare nō
 possunt putentur per liberum arbitrium vel
 pœnam mereri posse vel gratiam cū potius
 B A postolica veritas dicēdo, & vno omnes in
 cōdemnationem: satis ostēdat q̄ nascantur in
 pœna, vt nō merito sed misericordia rena-
 Rom. 11. scantur in gratia. Alioquin gratia iam nō est
 gratia, si non diuinis operibus gratis datur, sed
 Pœna damni. humanis meritis redditur. Quæ sola sic di-
 scernit à pœna vt cum pœna sit ex Adā omni-
 bus debita, gratia vero per vnum Iesum Chri-
 stum nulli debita, sed gratuita, vt vere sit
 gratia, inscrutabilia iudicia Dei tanquā Deo
 esse possint, cū paruulos ipsē discernat, quos
 merita nulla discernunt, sed iniqua esse non
 Psa. 23. possint, quia vniuersæ vię dñi misericordia
 & veritas. Vñ cū præbetur alteri misericor-
 dię grā, non habet quod de humano merito
 gloriatur, qm̄ nō ex operibus, ne forte quis
 ex tollatur. Cū vero alteri vindictę redditur
 veritas, non habet cur iuste queratur. Id. n.
 redditur quod peccato iure debetur, quoniā

vnus in quo omnes peccauerunt, vtique: & in
 singulis quibusq; punitur. In quorū pœna cla-
 rius ostenditur, quid vasis misericordiæ per
 nō debitā, sed verā gratiā: hoc est gratuitam
 conferatur. Vnde ergo argumentatur aduer-
 sus apostolū apertissime dicentē. Per unum
 C hominē peccatum intrauit in mundū, & per
 Rom. 5. peccatū mors, & ita in omnes homines per-
 transiit, in quo omnes peccauerunt, dicētes
 etiā paruulos propria per liberū arbitrium
 habere peccata: tædet attendere, pigetq; pro-
 ferre, sed magis cōpelli mur dicere. Quid. n.
 potuerunt magna & acuta ingenia cogitare,
 aut inopiæ est tacendo vitare, aut arrogantiæ
 contemnēdo præterire. Ecce (inquit) Esau
 & Iacob inter viscera materna luctantur, &
 dū nascuntur, alter supplantatur ab altero, at
 que in pede præcedentis manus cōsequenti-
 & tenentis inuenta, perseverans quodā mo-
 do lucta cōiungitur. Quomodo ergo in in-
 fantibus hæc agētibus, nullū est vel ad bonū,
 vel ad malū propriæ voluntatis arbitriū: vn-
 de præmia siue supplicia meritis præceden-
 tibus subsequantur? Ad hoc nos dicimus, iō
 motus illos & tanquā litigiū paruulorum si-
 gnū rerū fuisse magnarū, quia non fuit arbi-
 trium, sed prodigium neque enim daturi su-
 mus & aīnis liberū arbitriū voluntatis quo-
 niā huius generis iumētū, sicut scriptū est, &
 subiugale sine uoce, hominis uoce rñdēs ne-
 tuit propheta demētiam. Hi autē qui tales nō
 prodigiosos motus, sed uoluntarios actus,
 D nec de paruulis, sed a paruulis factos esse cō-
 tendunt, quid Apostolo respōsuri sunt, qui
 N. 22. cum hos geminos ad documentum gratiæ
 gratiæ commemorādos uideret: nō dū enim
 natis, inquit, nec aliquid agentibus boni aut
 mali, ut secundū electionē propositum Dei
 maneret, non ex operibus, sed ex uocante di-
 ctum est, quia maior seruiet minor: Deinde
 adiungens testimoniū prophete longe post
 quidē ista dicentis, sed tamen de hac re anti-
 quum Dei consilium declarantis sicut scri-
 ptū est, inquit, Iacob dilexi Esau autē odio ha-
 bui, Nempe doctor gentium in fide & ueri-
 tate istos geminos nondum natos nihil boni
 aut mali egisse testatur, ut gratia commende-
 tur, ut quod dictū est: Maior seruiet minor:
 Rom. 9. non ex operibus, sed ex uocante dictum in-
 Mala. 1. telligatur, ut secundum electionem Dei pro-
 positum maneret, nō meritum hominis an-
 Aug. Tomus Secundus. t teiret.

Rom. 10.
 Rom. 5.
 2. sen. di.
 2. b. 6. 6.
 1. Cor. 4.
 2. sen. di.
 2. 6. cap.
 itaque.
 Psa. 51.
 1. Cor. 13.

C
 Rom. 5.
 D
 N. 22.
 Rom. 9.
 Mala. 1.

reiret. Non enim dicit, electionē voluntatis humanæ siue naturæ, cū par esset in vitro que mortis dānationisq; cōditio, sed electionem proculdubio gratiæ, quæ non inuenit eligendos, sed facit, de qua & in consequentibus eius dē epistolę loquēs ait. Sic ergo & in hoc tpe reliquiæ per electionē gratiæ saluæ factæ sūt. Si autē gratia, iā nō ex operibus, alioquin gratia iā nō est gratia. Cui loco satis locus iste concordat, vbi cōmemoratur, non ex operibus, sed ex vocāte dictū. Maior seruiet minori. Vt quid ergo præclarissimo gratiæ cōmēdatōri de infantū libero arbitrio, & nondum natorū actibus, tā impudenter resistitur? Cur meritis præueniri gratia perhibetur, quæ gratia non esset si secundū meritū imputaretur? Cur cōtra salutē quæ missa est perditis, quæ venit indignis, quālibet acuta, quālibet copiosa, & ornata, mirū tñ si Christiana disputatione contenditur? Sed quomodo, inquiunt, non est iniquitas apud Deum, si diligendo discernit quos merita operū nulla discernūt? Ita nobis hoc dicitur tāquam id Apostolus ipse non viderit: nō proposuerit, non respōderit. Vidit utiq; quid ijs auditis humana posset infirmitas, vel ignorantia cogitare, & eandē quæstionē sibi ipse proponēs, Quid ergo dicemus, inquit? Nūqd iniquitas apud Deū? Continuo respondit. Absit. Rationemq; reddēs cur absit, id est, cur non sit iniquitas apud Deū, non ait. Merita enim vel opera iudicat et paruulorū, et si adhuc sint in materno utero cōstituti. Quō enim hoc diceret qui iā dixerat de nōdū natis, & de ijs qui nihil adhuc egerant boni vel mali, quod non ex operibus, sed ex vocante dictū sit, Maior seruiet minori? sed cū vellet ostendere, cur in ijs non sit iniquitas apud Deū, ait, Moyse enim, inquit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiā præstabo cui misericors fuero. Quid nos hic docuit, nisi ex illa massa primi hominis, cui merito mors debetur, nō ad merita hominū, sed ad Dei misericordiā pertinere, quod quique liberatur, atque ita non esse iniquitatem apud Deū, qui neq; permittēdo, neq; exigēdo quod debet iniustus esse? ubi enim grata est indulgentia, vbi iusta posset esse vindicta. Et hinc euidentius apparet, a pœna debita liberato & gratis iustificato, quantū beneficij conferatur, quod æqualiter reus sine punientis iniquitate punitur. Denique subiungit & di-

cit, Igitur nō volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei: hoc propter eos dictū est, quod per gratiā liberati iustificantur. Propter eos autē super quos ira Dei manet, quia & ipsis Deus bene vtitur ad docendos alios, quos liberare dignatur, subiunxit atq; ait, Dicit. n. scriptura Pharaoni, Quia ad hoc te excitavi ut ostendā in te potentiā meā, & annūcietur nomē meū in vniuersa terra. Deinde ad vtrūque concludens, Ergo, inquit, cuius vult miseretur & quē vult obdurat: profecto neutrum aliqua iniquitate, sed vtrūq; misericordiā & veritate. Et adhuc tñ andax mouetur infirmitas eorū. s. qui secundum coniecturas cordis humani insciutabilē altitudinem iudiciorū Dei cogitare conātur. Hęc quæstionē sibi ex aduerso opponēs Apostolus ait, Dicis itaq; mihi. Quid adhuc cōqueritur? Nā voluntati eius quis resistit? Nobis hoc dictū putemus. Quid ergo aliud q̄ qd̄ rñdit Apostolus rñde re debemus? aut si & nos talia mouēt, quia & nos hoīes sumus, simul oportet oēs audiam⁹ dicentē, O homo tu quis es qui rñdeas Deo? Nunqd dicit figmentū ei qui se finxit, quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorē, aliud in contumeliā? Hęc massa si esset ita media, vt quemadmodū nihil boni ita nec mali aliquid mereretur, non frustra videretur iniquitas, vt ex ea fierent vasa in contumeliā. Cum verò per liberum arbitriū primi hominis in condemnationem vniuersa defluerit, proculdubio quod ex ea sunt vasa in honorem, nō ipsius iustitiæ, quæ gratiā nulla præcessit, sed Dei misericordiæ: quod vero in contumeliā, non iniquitati Dei quæ absit vt sit apud Deum, sed iudicio deputandum est. Hoc quisquis cum ecclesia sapit, non contra gratiam pro meritis disputat, sed misericordiam & iudicium domino cantat, vt nec misericordiam recuset ingratus, nec iudicium accuset inuitus. Alia est nāque illa conspersio, de qua idē dicit Apostolus, Si autē delibatio sancta est & conspersio: & si radix sancta est & rami. Illa est ex Abrahamā nō ex Adā. i. ex communionē sacramenti & similitudine fidei, non ex propagatione mortali. Ista verò vel conspersio, vel sicut in plerisq; codicibus legitur, massa, quoniam tota mortis est, cum per vnum hoīem peccatū intravit in mūdū, & p̄ p̄ctū mors: &

& ita in oēs homines pertransijt, in quo oēs peccauerūt, misericordia ex illa fit aliud vas in honorē, iudicio autē in cōtumeliā. Neq; ubi p̄cedunt merita gratiam liberantis, neque hic effugiunt peccata iustitiam punientis: quod quidē in atarib. maioribus aduersus contentiosos non tā euidenter apparet, vbi pro meritis hominū qualicunq; velut protecti obsecritate confugiunt: sed ideo contra eorum contentionē illos inuehit Apostolus: in quibus nondū natis neq; agentibus aliquid boni aut mali, non ex operibus, sed ex vocante dictū est, maior seruiet minori. Quia in re nimis alta & inscrutabilia sunt iudicia Dei & inuestigabiles viæ eius: interim teneat homo non esse iniquitatem apud Deū, sed quæ æquitate cuius vult miseretur, & quē vult obdurat, se tanquā hominē ignorare fateatur. Ita sanē, vt p̄ illud quod inconcussū tenet, non esse iniquitatem apud Deū, quāuis nemo ab illo iustificetur meritis p̄cedentibus: neminem tñ obdurari, nisi merito nouerit. Piē nanq; & veraciter creditur Deus nocentes atq; impios iustificando a pœnis debitis liberare. Quenquā vero immeritū & nulli obnoxii peccato si Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur. Vbi ergo liberatur in ignis tanto debetur maior actio gratiarū, quanto pœna iustior debebatur: vbi autē damnatur dignus, nec misericordia, nec veritas damnatur. Quō inquit, Esau non damnatur indignus, si non ex operibus, sed ex vocante dictū est. Quia maior seruiet minori? Sicut. n. illius nulla p̄cesserant opera bona vt ad gratiā pertineret, sic nec huius mala, vt ad pœnam pertinere deberet. Nulla planē in utroq; opera uel bona uel mala, sed propria: aut illi uni obnoxius erat, in quo oēs peccauerunt, ut oēs in illo morerentur. Qui cūq; n. ex illo uno multi i seipsis futuri erāt, tunc in illo unus erant: proinde illud peccatum solius esset, si ex illo nullus exisset. Porro autē in quo erat natura cōis, ab eius uitio est nullus immunis: sed ambo, qui nondum propria uel bona uel mala operabantur, rei tñ ex origine nascebantur. Laudet misericordiā qui liberatur, non culpet iudiciū qui punitur. Hic si dixerimus, quanto melius ambo liberarentur: nihil nobis cōuenientius dicitur, quā dō homo tu quis es qui rñdeas Deo? Nouit quippe ille quid agat, & quantus nu-

merus esse debeat primitus omnium hominū, deinde sanctorū, sicut syderum sicut angelorū. atque ut de terrenis loquamur, sicut pecorū, piscium, volatiliū, sicut arborū & herbarū, sicut deniq; foliorū capillorumq; nostrorum. Nā nos humana cogitatione adhuc possumus dicere, quā bona sunt cuncta ista quæ fecit, quanto melius illa duplicasset & multiplicasset, ut multo essent plura quā sunt? Si. n. non ea caperet mundus, nunquid non posset et ipsum facere quantum uellet ampliorē? Et tñ quantumcunque faceret, vel illa plura, uel istum capaciorem atq; maiorē, nihilominus eadē de multiplicandis eisdem dici posset, & nullus esset immoderatus modus. Etenim et illud dici potest, siue sit gratia qua iustificantur iniusti, de qua nobis dubitare fas nō est: siue ut quidā uolunt, semper p̄cedat liberū arbitriū, cuius meritū sequatur uel pœna uel premiū, cur oīno creati sunt, quos Deus ita peccatos, ut æterno essent igni dānandi, sine dubitatione p̄sciuit? Quāuis. n. peccata nō fecerit, naturas tñ ipsas, quæ per se ipsas sine dubio bonæ sunt, quib. tñ ex arbitrio voluntatis futura essent vitia peccatorū & in multis talia quib. esset æterna pœna reddenda, quis nisi Deus creauit? Quare nisi quia uoluit. Quare autē uoluerit, O homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentū ei, qui se finxit, quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem cōspersione facere aliud quidē uas in honorē, aliud autē in contumeliā, atque utinam discamus quod sequitur. Si autē uolens Deus ostendere irā, & demonstrare potentiā suā, pertulit in multa patientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem, ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ. Ecce etiā ratio reddita est homini, quanta debuit homini, si tñ vel istam capit qui pro sui arbitrij libertate infirmitatis seruitute contentus est. Ecce dictæ sunt causę. Tu ergo quis es qui respondeas Deo, si uolens Deus ostendere irā, & demonstrare potentiā suā quod & malis bene uti optime possit, malis duntaxat non conditione diuina, sed uitiosa uoluntatis iniquitate natura, quæ a Deo conditore cōdita est bona, pertulit in multam patientiam uasa iræ aptata in interitum: non quod illi essent necessaria, siue angelica, siue humana p̄ctā, cui nec iustitia creaturę cuiusquam est necessa-

Rom. 19.

Rom. 9.

Rom. 11.

Rom. 5.

Rom. 9.

cia, sed vt notas faceret diuitias glorię suę in vasa misericordię, ne se in bonis operib. tanquã de proprijs extollerent virib. sed humiliter intelligerent nisi illis Dei gratia nõ debita sed gratuita subueniretur, id fuisse reddendũ meritis suis, quod alijs in eadẽ massa reddidũ cernerent. Certus est ergo Dei p̄scientię definitus numerus, & multitudo sanctorũ, quib. diligentib. Deũ quod eis donauit p̄ diffusum in cordib. eorum spiritum sanctũ, oĩa cooperantur in bonũ, ijs qui secundum p̄positũ vocati sunt, quos ante p̄sciuit & p̄destinavit cõformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aut̄ p̄destinavit, illos & vocauit. Hic subaudire debemus secundũ p̄positũ. Sũt. n. & alij vocati, sed non electi, ac per hoc non secundũ p̄positũ vocati. Quos aut̄ vocauit, hoc est secundũ p̄positũ, illos & iustificauit: Quos aut̄ iustificauit, illos & glorificauit. Hi sunt filij p̄missionis, hi sunt electi, qui per electionẽ gratię salui fiunt, vbi dictũ est: Si aut̄ gratia, iã nõ ex operib. alioquin gratia iã nõ est gratia. Hęc sunt vasa misericordię, in quib. Deus et̄ per vasa irę notas facit diuitias glorię suę. Horũ fit per spiritum sanctum cor vnũ & aĩa vna, q̄ benedicit Deũ, & non obliuiscit oēs retributiones eius, qui propitius fit omnib. iniquitatib. eius, qui sanat oēs languores eius, qui redimit de corruptione vitã eius, q̄ coronat eã in misericordia. Quia nõ volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei: Ceteri aut̄ hoies ad istã societatem non pertinentes, quorũ tñ & aĩa & corpus Dei bonitas operata est, & quicquid habet ipsa natura p̄ter vitũ, quod eidẽ infixit superbiētis voluntatis audacia, p̄ hoc a Deo p̄sciente creati sunt, vt in his ostenderet liberũ defertoris arbitriũ sine sua gratia quid valeret, & in eorũ iustis & debitis p̄nis vasa misericordię, q̄ non suorũ operũ meritis, sed gratuita Dei gratia sunt ab illa concretionẽ discreta, quid sibi collatũ esset addiscerent, vt oē os obstruatur: & qui gloriã in dño glorię. Quisquis aliter docet & non acquiescit sanis sermonib. dñi nostri Iesu Christi, qui dixit: Veniet filius hois q̄rere & saluare q̄d perierat. non. n. ait quod periturũ fuerat, sed quod perierat: quid ostēdens nisi peccato primi hominis vniuersi generis humani perisse naturã? q̄ ergo aliter docet & nõ acquiescēs

ei, quæ secundũ pietatẽ est doctrinę, contra gratiã Saluatoris, & cõtra sanguinẽ redẽptoris tanquã saluã & liberã naturã defendit humanã, & Christiano tñ censeret vocabulo affectat. quid de paruulorũ discretione dicturus est, cur alius in vitã secundi hois assumatur, alius in morte primi hois relinquatur. Si dixerit liberi arbitrij merita p̄cessisse, respondet Apostolus, q̄ supra diximus, de nõdũ natis neq; aliquid agentibus boni aut mali. Si aut̄ dixerit, quod adhuc in libris, quos nuperrimẽ Pelagius perhibetur edidisse, defenditur, quãuis iam videatur anathematizari se in ep̄ali iudicio Palestino eos qui dicunt quod peccatũ Adã ipsum solũ læserit, & nõ genus humanũ. Si dixerit ambos sine iudicio natos, nec aliquid de primi hominis dãnatione traxisse, profecto qm̄ negare nõ audeat in regnũ cęlorũ adoptari eum qui fuerit regeneratus in Christo, respondeat quid de illo futurũ sit, qui nulla sua culpa non baptizatus ista fuerit tẽporali morte p̄uentus, si non putamus esse dicturũ, q̄ innocentem Deus, nec habentẽ originale peccatum ante annos quibus habere poterat propriũ, æterna morte damnauit. Cogitur itaq; respondere quod Pelagius in ecclesiastico iudicio, vt aliquo modo catholicus pronunciaretur anathematizare cõpulsus est: infantes et̄ si non baptizentur habere vitã æternam. Hac. n. negata quid nisi mors æterna remanebit, ac per hoc contra snĩam dñi disputabit dicētis: Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis qui de cęlo descendit, vt si quis ex ipso manducauerit non moriatur. Non. n. de ista morte loquebatur, quam necesse est patiantur et̄ qui de ipso pane manducant. Et paulo post, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis vitã in vobis: vtiq; illam q̄ post hanc mortem futura est: & contra Apostolicę sedis auctoritatẽ, vbi de ipsa hac re cũ ageretur, hoc testimonium adhibitũ est Euangelicũ, ne paruuli non baptizati vitã posse habere credant, & contra ipsius Pelagij verba apud ep̄os, a quibus audiebat expressa: vbi anathematizauit eos, qui dicerent infantes non baptizatos habere vitam æternam. Quod propterea cõmemorauimus, qm̄ qdẽ apud vos, vel in vestra potius ciuitate, si tñ verum est quod audiui-

mus tanta pro isto errore quidã obstinatione nituntur, vt dicant facilius esse vt et̄ Pelagiũ deserant atq; contemnant, qui hęc sentientes anathematizauit, q̄ ab huius sententię factis eis videtur veritate discedant. Si aut̄ cedit Sedi Apostolicę, vel potius ipsi magistro & dño Apostolorũ, qui dicit nõ habituros vitã in semetipsis, nisi manducauerint carnẽ filij hominis, & biberint sanguinẽ, quod nisi baptizati nõ vtiq; possunt, nempe aliqui fatebuntur paruulos non baptizatos vitã habere non posse, ac per hoc quamlibet tolerabiliõib. qui et̄ propria p̄ctã committunt, tñ æterna morte multari. Quæ cũ ita sint, audeant disputare, & quibus possunt persuadere cõtendant, Deũ iustũ apud quẽ nõ est iniquitas, paruulos a p̄ctis proprijs innocentes, si nec illo ex Adã obligati & obstricti sunt, morte perpetua damnaturũ. Quod si absurdissimũ est, & a iustitia Dei penitus alienum, & tamẽ nullus qui se meminit catholicę fidei Christianũ, negat aut dubitat paruulos nõ accepta gratia regenerationis in Christo sine cibo carnis eius & sanguinis potu, non habere in se vitã, ac per hoc p̄nã sempiternę obnoxios: profecto restat, vt quia ipsi non egerant aliquid boni aut mali, ideo mortis eorũ iusta sit p̄na, quia in illo moriuntur in quo oēs peccauerunt: vnde in isto solo iustificantur, quo p̄ctũ, nec originale trahi potuit, nec p̄p̄riũ perpetrari. Ipse vocauit nos nõ solũ ex Iudęis verũ etiã ex gentib. qm̄ & illius Hierusalẽ filios quæ interfecit prophetas, & lapidauit missos ad se, quamuis ipsa nolente collegit ipse quos voluit, & ante incarnationẽ suã ipsos prophetas, & postea q̄ verbũ caro factũ est, sicut Apostolos & hoium milia, q̄ & precia rerũ suarũ ante pedes Apostolorũ posuerunt. Omnes quippe illi filij sunt Hierusalẽ nolentis vt colligerentur, qui tñ illa nolente collecti sunt, de quibus dicit, Si ego in Beelzebub eijcio dẽmonia, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt, de ijs p̄dictũ erat. Si fuerint filij Israel, sicut arena maris, reliquæ saluæ fient. Nõ p̄t excidere verbũ Dei, nec repulit plebẽ suã quã p̄sciuit, quẽ tñ reliquæ per electionem gratię saluæ factæ sunt. Si autẽ gratia, quod sæpe dicendum est, iam nõ ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia: non hęc vtiq; nostra, sed Apostoli verba sunt. Quod ergo ad Hierusa-

lẽ nolentem colligi filios suos ille clamabat, hoc nos clamamus aduersus nos, q̄ filios volentes ecclesię colligi nolunt. Nec saltẽ post iudicium quod de ipso Pelagio in Palestina factũ est corriguntur: de quo dãnatus exisset, nisi obiecta sibi contra gratiã Dei dicta, quæ obscurare nõ potuit ipse dãnasset. Præter illa enim quæ quomodo potuit ausus est qualicunq; ratione defendere, obiecta quędam sunt, quæ nisi remota oĩ tergiuersatione anathematizasset, ipse anathematizatiõ esset. Obiectũ est enim eũ dicere, quia Adã siue peccaret, siue nõ peccaret, moriturũ esset. Et q̄ peccatũ eius ipsum solũ læserit, & nõ genus humanũ. Et q̄ infantes nuper nati in illo statu sint in quo Adã fuit ante p̄uaricationẽ. Et q̄ neq; per mortẽ vel p̄ p̄uaricationẽ Adẽ oẽ genus humanũ moriatur, neq; per resurrectionẽ Christi omne genus humanũ resurgat. Et infantes etiã si nõ baptizentur, habere vitã æternã. Et diuites baptizatos nisi oĩb. abrenuncient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, nec eos habere posse regnũ Dei. Et gratiã Dei atq; adiutoriũ non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atq; doctrina. Et Dei gratiã fecundũ merita nostra dari. Et filios Dei nõ posse vocari nisi oĩno absq; p̄cto fuerint effecti. Et nõ esse liberũ arbitriũ, si Dei indiget auxilio: qm̄ in propria voluntate habet vnũquisque facere aliquid, vel nõ facere. Et victoriã nostrã nõ ex Dei adiutorio esse, sed ex libero arbitrio. Et q̄ penitentibus venia nõ detur secundũ gratiã & misericordiã Dei, sed secundũ meritũ & laborẽ eorũ, qui per penitentia digni fuerint misericordia. Hęc oĩa Pelagius sic anathematizauit, quod satis gesta ipsa testantur, vt nihil ad ea quoquo modo defendenda disputationis attulerit: vnde fit cõsequens, vt quisquis sequitur illius episcopalis auctoritatẽ iudicij, & ipsius Pelagij cõfessionẽ, hęc tenere debeat, quæ semper tenuit catholica ecclesia. Adã nisi peccasset, nõ fuisset moriturũ. Quod peccatũ eius non ipsum solũ læserit sed & genus humanũ. Et q̄ infantes nuper nati nõ sint in illo statu, i quo Adã fuit ante p̄uaricationẽ, vt ad ipsos pertineat etiã quod breuiter ait Apostolus: Per vnum hominẽ mors, & per unum hoĩem resurrectio mortuorũ. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificati. Aug. Tomus secundus. t 3 bun-

Mat. 12.

Ro. 9. 11.

1. Co. 15.

buntur. vnde fit quod infantes non baptizati, non solū regnū celorū, verum etiā vitā eter- nā habere non possint. Confiteatur, etiā diu- tes baptizatos, et si diuitijs suis nō careāt, & sint tales quales ad Timotheū describit Apo- stolus dicens: Præcipe diuitibus huius mun- di non superbe sapere, neq; sperare in incer- to diuitiarū, sed in Deo viuo qui præstat om- nia abundanter ad fruendum: diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communi- cent, thesaurizent sibi fundamētum bonū in futurū, vt apprehendant veram vitā, non eos regno Dei posse priuari. Fateatur gratiā Dei, & adiutoriū et ad singulos actus dari, eamq; non dari secundū merita nostra, vt vera sit grā, id est, gratis data per eius misericordiā, qui dixit: Miserebor cui misertus ero, & mi- sericordiā præstabo, cui misericors fuero. Fateatur filios dei vocari posse illos q; quoti- die dicunt: Dimitte nobis debita nostra: qđ vtiq; veraciter non dicerēt, si essent omnimo- do sine pctō. Fateatur esse liberū arbitriū, et si diuino indiget adiutorio: Fateatur quādo contra tentationes concupiscentiasq; illicitas dimicamus, quāuis & illic habeamus pro- priam voluntatē, nō tamen ex illa, sed ex ad- iutorio Dei nostrā prouenire victoriam. Nō enim aliter verū erit quod Apostolus ait: Nō volentis neq; currentis sed miserētis est Dei: Fateatur secundū gratiā & misericordiam Dei, veniā pēnitentib. dari, nō secundū meri- ta eorū, qñ quidē etiā ipsam pēnitentiā donū Dei dixit Apostolus, vbi ait de quibusdā: Ne forte det illis Deus pēnitentiā. Hæc omnia simpliciter sine vllis fateatur ambagibus, si- quis in auctoritatem catholicā, & in ipsius Pelagij, expressa ecclesiasticis gestis verba consentit. Neq; enim illa q; his sunt contraria veraciter anathematizata esse credēdum est, nisi hæc quibus sunt cōtraria fidei corde te- neantur, & aperta confessione promantur. Nec istis libris recentioribus, quos idem Pe- lagius post illud iudiciū dicitur edisse, quā- nis adiutorio diuine gratiæ cōsentire videat- ur, quid de hac re sentiat satis euidenter ap- pareat. Aliquando enim ita paribus momen- tis potestātē voluntatis æqual lance perpen- dit, vt aliquantū etiam ad non peccandum valere definiat: quod si ita est, nullus locus ad- iutorio gratiæ referuatur, siue qua nos dici- mus ad non peccandum nihil voluntatis ar-

bitrium valere. Aliqñ autē quotidiano gratiæ Dei muniri nos confitetur auxilio, quāuis habeamus ad nō peccandū forte, ac firmum liberū arbitriū, quod vtiq; inualidū & infir- mū debuit cōfiteri, donec sanentur omnes lāguores animæ nostræ. Nō enim pro infir- mitate corporis precabatur qui dicebat: Mi- serere mei dñe, qm̄ infirmus sum, sana me do- mine qm̄ conturbata sunt ossa mea. Nam vt ostenderet pro anima se rogare, secutus ad- iunxit. Et anima mea turbata est valde. Videf ergo auxiliū gratiæ tanquā ex abundantia pu- tare concedi, id est, vt et si non concedatur, habeamus tñ ad non peccandū forte, ac firmum liberū arbitriū. Quod ne existimemur de illo temere suspicari, & fortasse quis di- cat sic eū sentire forte ac firmū ad nō peccā- dū liberū arbitriū, quāuis siue Dei gratia id efficere atq; adimplere nō possit, sicut sanos oculos firmos dicimus ad videndū, quod tñ nullo modo facere possunt, si desit lucis au- xiliū: alio loco quid diceret, vel quid puta- ret ostendit. vbi ait. Ideo dei gratiā homini- bus dari, vt qđ facere per liberū iubentur arbitriū, facilius possint implere per gratiā: vtiq; eū dicit, facilius, quid vult intelligi, nisi & gratia si desit, posse per liberū arbitrium, vel facile vel etiam difficile quæ diuinitus iu- bentur impleri? Vbi est ergo, Quid est homo quod memor es eius? Vbi postremo illa testi- monia, quæ Hierosolymitanæ antistes eccle- siæ sicut in eisdē gestis legitur, ipsi Pelagio se dixisse cōmemorat, eū ad eū perlatū esset, qđ sine gratia Dei diceret absq; peccato hoīem esse posse? Hæc sunt enim ab illo dicta tria te- stimonia valde magna contra huiusmodi im- piam præsumptionē, qđ Apostolus ait, Plus omnibus illis laboraui, nō ego at, sed gratia Dei mecū. Non volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei. Et, Nisi dñs ædificauerit domum, in vanū laborauerunt ædificantes eam. Quō ergo qđ Deus iubet, sine adiuto- rio ipsius vel difficile impletur, cum si domi- nus non ædificet, in vanū ædificans laborat- se dicatur? Neq; scriptum sit, Est quidē vo- lentis atq; currentis, facilius autem miserentis Dei: sed scriptum sit, Nō volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Nō quia in illa est hominis atq; voluntatis concursus, sed quia nihil potest, nisi ille misereat. Nec Apostolus dixerit. Et ego: sed dixerit, Non ego

ego autem sed gratia Dei mecum. Non quia ipse nihil boni agebat, sed quia nihil ageret, si illa non adiuuaret. Quāquā illa possibili- tas liberi arbitrij tam in bonū q̄ in malum ex æqua lance perperensione huic facilitati locū relinquit, quam saltem v̄ esse confessus, di- cendo: facilius possunt implere per gratiam, facilius impletur, facillime autē sine gratia fit malū: profecto ista possibilitas non æqua lā- ce perpenditur. Sed quid plura? Non solū ad istos vitandos cauti esse debemus, verum et ad docendos vel monendos, si patientur, pi- grescere non debemus. Plus eis tñ sine dubi- tatione præstamus, si ut corrigātur oremus, ne cū tantis ingenijs vel pereant, vel alios p- dant præsumptione damnabili, qui zelū Dei habent, sed non secundū scientiam, i. iustitiā quæ à Deo est ignorantes, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Quibus vtiq; quā Christiani appellantur, ma- gis obseruandū est qđ Iudæis, de quib. hæc di- xit Apostolus: Ne offendant in lapidem of- fensionis, uelut argute defendendo naturā & liberū arbitriū quæadmodum philosophi hu- ius mundi qui vehementer egerunt, ut puta- rent vel putarent sibi beatā vitam uirtute pro- priæ uoluntatis efficere. Caueant ergo isti ne per sapientiā uerbi euacuent crucem Chri- sti, & hoc sit eis offendere in lapidē offensio- nis. Natura. n. humana, et si in illa integrita- te, in qua condita est, permaneret, nullo mo- do ipsam creatore suo non adiuuante ser- uaret. Cū igitur sine Dei gratia salutē nō pos- set custodire quā accepit, quō sine Dei gra- tia pōt reparare quā perdidit? Non autē ideo pro istis non orare debemus, quia si non cor- riguntur eorū imputandum est uolūtati, qui uolunt credere et ad hoc ipsum sibi necessa- riam gratiam Saluatoris, quod putant consi- stere in solis uiribus uoluntatis. Nam & illi quibus sunt isti in hac causā omnino similli- mi, de quibus hoc dixit Apostolus, qđ igno- rantes Dei iustitiā & suam volentes consti- tuere, iustitiæ Dei nō sunt subiecti: profecto suæ uoluntatis uitio non credebant. Non. n. vt essent infideles cogebātur in uitiū, sed no- lendo credere infidelitatis crimine non care- bant. Et tñ quia uoluntas, vt ad uera credēda moueatur, non sibi sufficit, nisi per gratiam Dei opituletur, dicente ipso dño cū de non- credentibus loqueretur. Nemq; uenit ad me,

nisi ei datum fuerit à patre. Propter hoc & Apostolus, quāuis eis instanter Euangeliū p- dicaret, parū tñ esse credebatur, nisi pro illis et oraret vt crederent. Ait. n. Fratres bona uolū- tas quidē cordis mei & deprecatio ad Deū sit pro illis ad salutē; & tunc adiunxit illa que diximus: Testimoniū enim illis perhibeo: quæ zelum Dei habet, sed non secundū scientiā, &c. Oremus ergo pro illis sancte frater. Cer- nis quippe nobiscū q̄ malo errore teneatur. Fragrāt enim epistolæ tuæ odore syncerissi- mo Christi, vbi germanissim⁹ gratiæ ipsius dilector & confessor appares. Sed quod diu- tecū ex hac re loquendū putauimus, primo, quia iucundissimū est fecimus. Quid. n. de- bet esse iucundius, vel firmis grā qua sanant, vel pigris grā qua excitantur, vel nolentibus gratia qua iuuatur? Deinde, vt siquid nostra dispositione Deo adiuuante possemus, tua non fides, sed fidei contra tales adminiculatur assertio, sicut nos quoq; in hanc faculta- tē tuā germanitatis literis adiuuamur. Quid enim uerius & ueracissimā cōfessione ple- nius, qđ illud est, in quadā epistola tua, vbi na- turā nostrā non mansisse, vt condita est, sed uitiatā esse per illū generis humani patrē hu- militer deplorasti dicens: Pauper ego & do- lēs, qui adhuc terrenæ imaginis squalore cō- cretus sum, & plus de primo q̄ de secundo Adam carnis sensibus & terrenis actib. refero, quō tibi audebo me pingere, cū celestis imaginis inficiator pber corruptione terre- na? Vtrinq; me concludit pudor. Erubescō pingere quod sum, nō audeo pingere quod nō sum: odi quod sum, & nō sum quod amo. Sed quid misero mihi proderit odisse iniqui- tatē, & amare uirtutē, cū id potius agā quod odi, nec elaborem piger id potius agere qđ amo, ipse discors & itestino bello distrahor, dum spiritus aduersus carnē caro aduersum spiritū dimicat, & lex corporis legē peccati legē mentis impugnat? Infelix ego qui in me uenenatum inimicæ arboris gustū, ne crucis ligno digessis. Durat enim mihi illud per Adā uirus paternū, quo uniuersitatē generis sui pater puaricatus infecit. Et cetera, qđ de hac miseria multa connectis ingemiscendo, ex- pectās redemptionē corporis tui, & nondū re, sed spe saluum te esse cognoscēs. Sed for- tassis tu alium in te transfigurasti cū hæc di- ceres, nec aliquas de carne cōcupiscente ad-

1. Ti. 6.

X.

Exo. 33.

Mat. 6.

Rom. 9.

2. Ti. 2.

L.

Psal. 6.

M.

Rom. 10.

Rom. 9.

A.

1. Co. 15.

Rom. 9.

Psal. 116.

10m. 6.

ego

a. l. concipiatur.

versus spiritū, quamvis ei non consentias, molestias importunas pateris & odiosas. Verumtū & tu, & quisquis hæc patitur, & gratiā Christi per quam de corpore mortis huius liberari expectat, nondū quidē euidenter in seipso, sed in illo homine latēter ibi erat, qñ cibus vetitus tangebatur, & * cōcupiebatur longē lateq; per cunctos itura perditio. De orando autē & gemitib. flagitando proficiendi, ac rectē viuendi adiutorio quem tu nō feriret epistola? Quid est tui quantūcūq; sermonis vbi non sit sparsum gemebūda pietate q. in oratione dicimus, Ne nos inferas in tentationē? Inuicem itaq; nos & cōsolemur in his oib. & exhortemur, & quantū dat dñs adiuuemus. Quæ autē & de quib. audierimus, quæ multū dolemus, & facile credere volumus, audiet a cōi amico sanctitas tua, quo in Dei misericordia cum salute remeante speramus nos de omnib. fieri posse certissimos.

Augustinus Vitali Carthagenensī, delato q. doceret, nō orādū pro incredulis, sed tm illis impariendā doctrinā: cui proponit duodecim regulas, minitans ni desinat obstrepere p̄cib. ab ecclesia fieri solitis, se cēsuris ecclesiasticis cū eo acturū. Epi. 107.

Seruus seruatorū.

Augustinus Eps seruus Christi, & per ipsum seruus seruatorū ipsius, Vitali fratri in ipso salutem. Cum de te mihi essent nunciata non bona, & rogavi dñm, & donec mihi bona nunciarentur, adhuc rogo, vt liceras meas, nec aspernanter sumas & salubriter legas. Si hanc exaudit pro te orationē meam, & de te gratiarum actione donat vt offeram. Quod si impetro proculdubio non contradices huic ipsi principio epistolę meæ. Hoc. n. pro te oro vt sis rectę fidei. Si ergo pro charis nostris nō tibi displicet, vt oremus, si hęc orationē recognoscis esse Christianam, si & tu pro charis tuis talia vel orare te recolis, vel orare te debere cognoscis, quō dicis q. te audio dicere, vt rectē credamus in Deum & Euangelio cōsentiamus, non esse donum Dei, sed hoc nobis esse a nobis, i. ex propria voluntate quam nobis in nostro corde non operatus est ipse? Et ad hoc cū audieris, quid est ergo q. ait Apostolus, Deus in nobis operatur & velle & perficere, respondes, per legē suam, per scripturas suas, Deū operari vt

velimus quas vel legimus vel audimus, sed eis consentire vel non cōsentire, ita nostrum est, vt si velimus fiat. Si autē nolimus, nihil in nobis operationē Dei valere faciamus. Operatur quippe ille (dicitis) quantū in ipso est, vt velimus, cū nobis nota sūt eius eloquia, sed si eis acquiescere volumus, nos vt operatio eius nihil in nobis proficit, efficitur. Quæ si dicitis, profecto nostris orationib. cōtradicitis. Dic ergo apertissimē nos pro ijs, quib. Euāgelium prædicamus nō debere orare, vt credant, sed eis tantūmodo p̄dicare. Exerce contra orationes ecclesię disputationes tuas, & qñ audis sacerdotē Dei ad altare exhortantē populum Dei, orare pro incredulis, vt Deus cōuertat ad fidē, & pro catechumenis, vt eis desiderii regenerationis inspiret, & pro fidelib. vt in eo q. esse ceperunt eius munere perferent, sublanna pias voces, & dic te nō facere q. hortatur, i. Deum pro infidelibus, vt eos fideles faciat non rogare, eo q. non sint ista diuinæ miserationis beneficia, sed humana officia voluntatis. Et homo in Carthagenensī eruditus ecclesia, & beatissimi Cypriani librum de dñica oratione condēnat, quā doctor ille cū exponeret, ea petēda esse ostēdit a Deo patre, q. tu dicit esse homini ab homine, hoc est, a seipso. Quod si de precibus ecclesię, & de martyre Cypriano, parū putas esse q. dixi, audi maiora, reprehende Apostolū qui dixit: Oramus ad Deū, ne quid faciatis mali. Neq; n. diciturus es, nihil mali eū facere, qui nō credit in Christū, aut qui fidē deserit Christi, ac per hoc qui dicit: Ne quid faciatis mali, nec ista vult fieri. Satisq; illi non est p̄cipere, sed cōfiteri se Deū rogare, ne fiat, sciens hoīs voluntatē ab ipso corrigi ac dirigī, vt ista non faciat. A dño. n. gressus hoīs diriguntur, & viā eius vult. Nō dixit: Et viam eius discet, aut tenebit, aut ambulabit, aut aliquid hmoi, q. posses dicere a dño quidē dari, sed homini iā volenti, vt, i. beneficiū Dei quo gressus hoīs dirigit, vt viā eius discat, teneat, gradiatur, sua homo voluntate p̄cedat, & hoc Dei donū p̄cedente sua voluntate mereatur, sed ideo dixit: A dño gressus hoīs diriguntur, & viā eius vult: vt intelligeremus ipsam voluntatem bonā, qua incipimus velle credere, quoniā Dei via quid est nisi fides recta, illius esse donum qui gressus nostros p̄terea dirigit primitus ut velimus. Nō enim ait

ait scriptura, A dño gressus hoīs diriguntur, quia viā eius vult: sed diriguntur, inquit, & vult. Non igitur, quia vult diriguntur, sed quia diriguntur vult. Hic tu rursus fortasse diciturus es, hoc fieri a dño dū doctrina eius legitur, vel auditur, si homo veritati quam legit vel audit, sua consentiat voluntate. Si. n. lateret eū, inquis, doctrina Dei, non dirigeretur gressus eius, quib. directis, velle viā Dei. Ac per hoc tantū putas a dño gressus hominis dirigi ad eligēdā viā Dei, quia sine doctrina Dei non ei potest innotescere veritas, cui propria voluntate consentiat. Cui si consentit, inquis, q. in eius libero arbitrio constitutū est, rectē utiq; dicuntur ab illo dirigi gressus eius, vt viā eius velit, cuius doctrinā suafione p̄cedente, subsequente consensione selecta, quod libertate naturali si vult facit, si nō vult nō facit, pro eo q. fecerit p̄mium uel supplicii recepturus. Hęc est illa Pelagiano rū mala, male diffamata, meritoq; reprobata, & ab ipso et Pelagio timente damnari in Orientaliū eporum iudicio dānata snā, quā dicunt gratiam Dei non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atq; doctrina: & usq; adeo frater erimus graues corde, vt de gratia Dei, imo aduersus gratiā Dei eam Pelagianā snām teneamus, quam pectore quidē ficto, sed tm catholicos iudices timens, Pelagius ipse damnauit. Et quō iniquus, respōdebitur? quō censēs facilius & apertius, q. vt illud q. de orando Deo superius egimus, sic amplectamur, vt hoc menti, nostrę nulla subrahatur obliuionis irreptio, nulla calliditas argumētationis extorqueat. Si. n. quod scriptum est: A dño gressus hominis diriguntur, & viā eius vult, Et preparatur voluntas a dño, Et, Deus est. n. qui operatur in nobis & velle. Et multa hmoi quibus L. cōmendatur vera Dei gratia, hoc est, quę nō secundū merita nostra datur, sed dat merita ipsa cū datur, quia præuenit hominis uoluntatem bonā, nec eā cuiusquā inuenit in corde, sed facit: Si ergo ita p̄pararet atq; operaretur Deus hominis uoluntatē, vt tantūmodo legem suā atq; doctrinā libero eius adhiberet arbitrio, nec uocatione illa alta atq; secreta sic eius ageret sensum, ut eidē legi atq; doctrinæ accommodaret assensum, proculdubio eam legere uel intelligere legendo, uel etiā exponere ac prædicare sufficeret, nec opus

esset orare, ut Deus ad fidem suā infidelium corda conuerteret, & conuersis proficientē perseverantiā eiusdē gratiæ suæ largitate donaret. Si ergo hęc a dño postcenda esse non renuis, quid restat frater Vitalis, nisi ut ab illo ea donari fatearis, a quo postcenda esse cōsentis? Si autē negas ab illo nos postcendere ista debere, eidē doctrinæ ipsius contradicis, q. & hoc in ea didicimus, ut ab illo ista postcēdamus. Orationem dñicam nosti, nec dubito, M. te Deo dicere: Pater noster q. es in cęlis, & c. *Math. 6* Lege expositore eius beatissimū Cyprianū, *Cyprianus.* & quēadmodū exposuerit quod ibi dicitur, Fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra, diligenter attende, & obediēter intellige, profecto docebit te orare pro infidelibus inimicis ecclesię secundū præceptū dñi dicentis: *Math. 5* Ora te pro inimicis uestris, & hoc orate, ut fiat uoluntas Dei, sicut in eis qui iā fideles sunt, & portant imaginē cęlestis hominis, & propterea cęli nomine digni sunt, ita & in eis q. per infidelitatē non nisi imaginē terreni hominis portant, & ob hoc terra merito nuncupantur. Nepe isti pro quib. inimicis dñs nos iussit orare, & gloriosissimus martyr sic exposuit q. in oratione dicimus: Fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra, ut ipsis et postcēdamus fidē quam fideles habent. Nempe ergo isti Christianæ pietatis inimici, legē Dei atq; doctrinā quā Christi meditatur * fides, uel oīno audire nolunt, uel adhuc audiunt siue et legunt, ut irrideant & detestentur, & quanta possunt contradictione blasphemant. Inaniter igitur & perfunctorie potius quā ueraciter pro eis, ut doctrinæ cui aduersant credendo cōsentiant Deo fundimus preces, si ad eius non pertinet gratiā conuertere ad fidē suam ipsi fidei contrarias hominū uoluntates. Inaniter et perfunctorie potius q. ueraciter magnas cū exultatione agimus Deo gratias, qñ aliqui eorū credunt, si hoc in eis ipse non facit. Nō fallamus hoīs, nā Deū fallere non ualemus. Prorsus non oramus Deū, sed orare nos fingimus, si nos ipsos nō illū credidimus facere q. oramus. Prorsus nō gratias Deo agimus, sed nos agere fingimus, si unde illi grās agimus ipsū facere non putamus. Labia dolosa si in hoīm quibuscūq; sermonib. sunt, saltē in oronib. nō sūt. Absit, ut q. facere Deū rogamus oribus & uocibus nostris, eū facere negemus cordibus nostris. Et quod est

Math. 6 Cyprianus.

Math. 5

Prædicator.

1. Co. 13

Psal. 36

est grauius, ad alios et decipiendos hoc non taceamus disputationibus nostris, & dum volumus apud homines defendere liberum arbitrium, apud Deum perdamus orationis auxilium, & gratiarum actionem non habeamus veram, dum veram non agnoscimus gratiam. Si verem volumus defendere liberum arbitrium, non oppugnemus vnde sit liberum. Nam qui oppugnat gratiam, qua nostrum ad declinandum a malo, & faciendum bonum liberatur arbitrium, ipse arbitrium suum adhuc vult esse captiuum. Rnde obsecro quomodo dicit Apostolus, Gratias agentes patri idoneos facienti nos in parte fortis sanctorum in lumine, qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filii charitatis suae, si non ipse arbitrium nostrum, sed ipsum arbitrium se liberat? Mendaciter ergo agimus gratias patri, tanquam ipse faciat quod ipse non facit. Et errauit qui dixit, quod ipse nos faciat idoneos in parte fortis sanctorum in lumine, quia ipse nos eruit de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filii charitatis suae. Rnde quomodo ad declinandum a malo & faciendum bonum liberum habebamus arbitrium, quoniam erat sub potestate tenebrarum, vnde nos, si quemadmodum dicit Apostolus, Deus eruit ipse utique; illud liberum fecit: quod tam magnum nostrum bonum, si per suam doctrinam predicacionem tantummodo facit, quid de ijs dicemus, quos de ipsa tenebrarum potestate nondum eruit, praedicanda tamen illis est doctrina diuina, an est orandum pro eis, ut de tenebrarum potestate diuinitus eruantur? Si tantummodo praedicandum esse dicis, iussioni domini & orationibus ecclesiae contradicis: si autem fateris pro eis orandum, id utique; orandum fateris, ut eadem doctrinam arbitrio liberato a tenebrarum potestate consentiant. Ita fit, ut neque fideles fiant, nisi libero arbitrio, & tamen illius gratia fideles fiant, qui eorum a potestate tenebrarum liberauit arbitrium. Sic & Dei gratia non negat, sed sine vllis humanis precedentibus meritis vera monstratur, & liberum ita defenditur, ut humilitate solidetur, non elatione praecipitur arbitrium: & qui gloriatur, non in homine, vel quolibet alio, vel seipso, sed in domino gloriatur. Potestas. n. tenebrarum, quid est nisi potestas diaboli, & angelorum eius? qui cum fuissent angeli lucis, in veritate per liberum arbitrium non itantes, sed inde cadentes facti sunt tenebrae? Non te ista doceo, sed quem nosti, ut recorde-

ris admoneo. Huic igitur potestati tenebrarum, per illius ruinam cui primo homini ab ea potestate praerogatio persuasa est, & in quo oes cecidimus, subiectum est genus humanum, propter quod de hac potestate tenebrarum eruitur & paruuli, cum regenerantur in Christo. Neque hoc apparet in eorum arbitrio liberato, nisi cum ad annos peruenerint ratione utentis aetatis, habentes consentientem doctrinam salutari in qua nutriti sunt voluntate, & in ea finientes istam vitam si electi sunt in Christo ante constitutionem mundi, ut essent sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, praedestinati in adoptionem filiorum. Haec autem potestas tenebrarum, id est diabolus qui dicitur etiam Princeps potestatis aeris, operatur in filiis dissidentiae, Princeps iste rector tenebrarum, id est diabolus dissidentiae filiorum regens eos ad arbitrium suum, quod neque ipse habet liberum ad benefaciendum, sed ad maximam malevolentiam poena sui sceleris obduratum: vnde nemo sanae fidei credit, aut dicit hos apostatas angelos ad pristina pietatem correcta aliquam voluntate conuerti. Quid ergo operatur haec potestas in filiis dissidentiae, nisi opera sua mala, & in primis maximeque; ipsam dissidentiam & infidelitatem qua sunt inimici fidei, per quam scit eos posse mundari, posse sanari, posse perfectissime liberos, quod eis vehementer inuidet, in aeternitate regenerari. * Itaque aliquos eorum, per quos amplius decipere affectat, scit habere nonnulla velut opera bona, in quibus laudantur, per quasque gentes, praecipueque; in gente Romana, qui praecclare gloriosissimeque; vixerunt. Sed quoniam sicut verissima scriptura dicit: Omne quod non est ex fide, peccatum est: Et sine fide impossibile est utique; placere Deo, non hominibus, nihil sic agit hic Princeps, quam ut non credatur in Deum, nec ad mediatorum, a quo soluntur opera eius, credendo veniant. Sed ipse mediator intrat in domum fortis, id est, in hoc seculum mortalium sub potestate diaboli, quantum ad ipsum pertinet constitutum. De ipso quippe scriptum est, quod potestatem habeat mortis: intrat in domum fortis, id est, in suo dominatu habentis genus humanum, & prius alligat eum, id est, eius coercet & cohibet potestatem potestatis suae fortioribus vinculis, & sic eripit vasa eius quaecumque praedestinavit eripere, arbitrium eorum ab eius potestate liberans,

vt

ut illo non impediendo credant in istam liberam voluntate. Proinde hoc opus est gratiae non naturae. Opus est, inquam, gratiae, quam nobis attulit secundum Adam, non naturam. quam totam perdidit in semetipso primus Adam. Opus est gratiae tollentis peccatum & viuificantis mortuum peccatorem, non opus legis ostendens peccatum, nec a peccato viuificantis. Nam ille magnus gratiae predicator, peccatum, inquit, non cognoui nisi per legem. Et si data esset, inquit, lex quae posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Opus est hoc gratiae, quam qui accipiunt doctrina salutari scripturarum, etsi fuerint inimici, sunt amici, non opus eiusdem doctrinae, quam qui audiunt & legunt sine gratia. Dei peiores eius efficiuntur inimici. Non est igitur gratia Dei in natura liberi arbitrii, & in lege atque doctrina, sicut Pelagiana peruersitas desipit, sed ad singulos actus datur illius voluntate, de quo scriptum est, Animam voluntariam segregas Deo hereditati tuae, Quia & liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati graditate perdidimus, & lex Dei atque doctrina, quamuis sancta, & iusta & bona, tamen occidit si non viuificet spiritus, per quem fit, non ut audiendo, sed ut obediendo, neque ut electione, sed ut dilectione teneatur. Quapropter ut in Deum credamus, & pie viuamus, non volentis neque currentis, sed miseris est Dei, non quia vel non debemus & currere, sed quia ipse in nobis & velle operatur & currere. Vnde & ipse dominus Iesus credentes a non credentibus, id est, ab irae vasis vasa misericordiae discernens. Nemo, inquit, venit ad me, nisi fuerit ei datus a patre meo. Et utique; ut hoc diceret in eius doctrina, fuerat sancta dalizati discipuli eius, quae eum postea non sunt secuti. Non ergo gratiam dicamus esse doctrinam, sed agnoscamus gratiam, quae facit potestatem doctrinam, quae gratia si datur, videmus et obesse doctrinam. Propterea Deus ut omnia futura opera sua in praedestinatione praesciuerit, sic illa disposuit, ut quosdam non credentes ad fidem suam orationes credentium pro eis exaudiendo conuertat, vnde refutent, & si ille est eis propitius corrigantur, qui putant gratiam Dei esse naturam liberi arbitrii, cum qua nascimur, aut gratiam Dei esse doctrinam, quamuis utile quod per linguas & literas predicatur. Non enim hoc oramus pro infidelibus, ut fiat eorum doctrina, id est, ut homines sint, aut ut doctrina eius praedicet quam malo suo audiunt si non credunt. Et plerumque pro eis oramus qui cum legant vel

audiant nolunt credere. Sed oramus ut voluntas corrigatur, doctrinae consentiant, natura sanetur. Iam vero, ut perseuerent, in eo quod esse ceperunt, et pro se ipsis orant fideles: utile est quippe omnibus, vel penes omnibus propter humilitatem saluberrimam, ut quales futuri sint scire non possint. Ad hoc dicunt. Qui uideat stare, uideat ne cadat: propter huius timoris utilitatem, ne regenerati & pie uiuere incipientes, tanquam securi alta sapiamus, quidam non perseueraturi perseuerantur Dei permissione uel prouisione ac dispositione miscent, quibus cadentibus, territi cum timore & tremore gradiamur uiam iustam, donec ex hac uita, quae tetratio est super terram, transeamus ad aliam, ubi iam non sit elatio contra primam, nec contra eius suggestionem tetratio neque; luctandum. Sed de hac re, id est, cur quidam non praesumant in fide & sanctitate christiana, tamen accipiunt ad tempus hanc gratiam, & dimittantur hic uiuere donec cadant, cum possint rapi de hac uita, ne malitia mutet intellectum eorum, quod de sancto immatura aetate defuncto scriptum est in libro Sapientiae, quaeat quisque; ut potuerit, & si inuenerit propter hanc, quae a me reddita est aliam, probabilem rationem a recta fidei regula non recedens, teneat eam, & ego cum illo, si me non lauerit: uerum in quo peruenerimus, in eo ambulemus, donec nobis reuellet siquid aliter sapimus, sicut Apostolicis literis admonemur. Peruenimus autem in ea, quae ad fidem ueram, & catholicam pertinere firmissime scimus, in quibus ita nobis ambulandum est adiuuante illo atque; miserate cui dicimus, Deduc me domine in uia tua & ambulabo in ueritate tua, ut ab eis nullo modo deuiemus. Quoniam propitio Christo Christiani catholici sumus, scimus nondum natos nihil egisse in uita propria boni seu mali, nec secundum merita prioris alicuius uitae, quae nulla propria singulari habere poterunt, in huius uitae uenire miserias. Sed tamen secundum Adam carnaliter natos contagium mortis antiquae prima natiuitate contrahere, nec liberari a supplicio mortis aeternae, quod trahit ex uno in omnes transfers ista danatio, nisi per gratiam renascantur in Christo. Scimus gratiam Dei nec paruulis nec maioribus secundum merita nostra dari. Scimus maioribus ad singulos actus dari, Scimus non omnibus hominibus dari, & quibus datur non solum secundum merita operum non dari, sed nec secundum merita uoluntatis eorum, quibus datur, quod maxime

Col. 1.

B

D

Ephes. 6. Col. 3.

Rom. 7.

Psal. 67.

G

Regnan.

Ioan. 6.

Rom. 14. Heb. 11.

E

1. Co. 10.

Sap. 4.

Psal. 87. Duodecim sententiae contra Pelagianos.

K

2

3

4

se aliquid q̄ negandum uel dubitandum putes, & unde nos operosius disputare cōpellas. Nunquid & orare prohibebis ecclesiam pro infidelib. ut sint fideles, pro ijs qui nolūt credere, ut velint credere, pro ijs qui ab eius lege doctrinaq; dissentiūt, ut legi eius doctrinaq; cōsentiant, ut det illis Deus q̄ per prophetā promisit, cor cognoscēdi eū, & aures audiendi, quas utiq; acceperāt, de quib. saluator ipse dicebat: Qui habet aures audiēdi audiāt. Nunquid ubi audieris sacerdotē Dei ad eius altare populū hortantē ad Deū orandū, vel ipsum clara voce oratē, ut incredulas gētes ad fidē suā venire cōpellat, non rīdebis, Amen? An ēt huius fidei sanitati contraria disputabis? Nunquid beatissimū Cyprianū in hoc errasse clamabis vel susurrabis, ubi pro inimicis fidei Christianae, ut ēt ipsi ad eā cōuertantur orare nos docet? Nunquid postremo Apostolū Paulū pro Iudeis infidelib. habentē talia vota culpabis? de quibus ait: Bona voluntas quidē cordis mei & deprecatio ad Deū pro illis in salutē. Quinetiā Thessalonicensib. dicit: De cetero fratres orate pro nobis, ut verbū dñi currat, & glorificetur, sicut ēt apud vos, & ut eruamur ab iniquis & malis hominibus. Non n. omniū est fides. Quo curreret & glorificaret verbū Dei, nisi ad fidē conuersis eis quib. p̄dicaretur, q̄n quidem iā credentibus dicit, quēadmodum & apud vos? Scit certē hoc ab illo fieri quē vult rogari, ut hoc faciat, ut ēt eruatur, ab iniquis & malis hominib. qui profecto & illis orantib. non erant credituri. Propter quod addit: Nō enim est omniū fides: tanq̄ diceret: Non. n. apud oēs ēt nobis orantib. glorificabitur verbum Dei, quia ipsi utiq; fuerant credituri, q̄ ordinati erant in vitā aeternā, p̄destinati in adoptionē filiorū per Iesum Christum in ipsum & electi in ipso ante mundi constitutiōnē. Sed ideo Deus per orationes credentium nondū credētes credere facit ut ostendat, q̄ ipse facit. Nemo est. n. tā imperitus, tā carnalis, tā tardus ingenio, qui non videat Deū facere quod rogari se p̄cepit ut faciat. Hęc & alia testimonia diuina q̄ cōmemorare longū est, ostendunt Deū gratia sua auferre infidelibus cor lapideū & praeuenire in hoībus bonarū merita voluntatū. Ita ut voluntas per antecedentē gratiā p̄paretur, non ut gratia merito voluntatis antecedente donetur; hoc est

gratiarum actio indicat q̄ oratio, oratio pro infidelib. gratiarum actio pro fidelib. Qui. n. est orandus ut faciat, illi est actio gratiarum reddendā cū fecerit. Unde idē dicit Apostolus ad Ephesios. Propter hoc & ego audita fide vestra in dño Iesu & in oēs sanctos, non cessō gratias agere pro vobis. Loquimur autē nunc de ipsis in ijs, cū hoīes qui erant auerfi & aduersi cōuertuntur ad Deū, & velle incipiunt q̄ nolebant, & habere fidē quā non habebant, q̄ ut fiat in eis orat̄ pro eis, quāuis non oretur ab eis. Ipsi. n. quō inuocabunt in quē non crediderunt? Cū vero factum fuerit q̄ oratur, ei qui fecit aguntur gratiā, & pro eis & ab eis. De orationib. autē iam fidelium quās & pro se & pro alijs fidelib. faciunt ut proficiant in eo q̄ esse cēperunt, & de gratiarū actionib. quia proficiunt, conflegendū esse tecum non putō. Contra Pelagianos est iste confictus tibi nobisq; cōis. Illi quippe oīa ad fidelem piāq; vitam hominū pertinentia ita tribuunt libero volūtatis arbitrio, ut habenda ex nobis, non a dño putent esse poscenda. Tu autē si ea q̄ de te audio vera sūt, initiū fidei, ubi est ēt initium bonae, hoc est, piā voluntatis, non vis donū esse Dei, sed ex nobis nos habere contendis, ut credere incipiamus, cetera autē religiosa vitē bona Deū per gratiam suā iam ex fide petentib. quarētibus, pulsantibus donare consentis. Nec attendis ideo pro infidelibus Deum rogari, ut credant, qm̄ Deus donat & fidem. Ideo pro eis & qui crediderint Deo gratias agi, qm̄ donat fidem. Quamobrē ut hunc ad te sermonē aliqui concludam, si negas orandum esse, ut qui nolunt credere velint credere, si negas agendas esse Deo gratias, qm̄ credere voluerunt qui nolebant credere, aliter tecū agendum est ut nō sic erres, aut si errare persistis, ne mittas alios in errorem. Si autem q̄ de te magis credo, sentis atq; consentis orare nos Deū debere ac solere pro nolentibus credere, ut velint credere, & pro eis qui aduersantur, & contradicunt legi eius atq; doctrinae, ut ei credant eamq; sectentur. Si sentis atq; consentis debere nos ēt Deo agere gratias, ac solere pro talibus, quod ad fidē eius doctrinamq; conuersi volentes ex nolentibus fiant, oportet sine dubitatione fatearis voluntates hominum Dei gratia praeueniri, & ut bonū velint homines quod nolebant, Deum

Deum facere, qui rogatur ut faciat, & cui nos nouimus agere gratias dignum & iustū esse cum fecerit. Dominus tibi det intellectū in omnibus domine frater.

Augustinus seleuciana, de baptismo & poenitentia Petri contra Nouatianos.
Epistola CVIII.

Religiosissima & in Christi dilectione honorandae famulae Dei Seleuciana, Augustinus Episcopus in dño salutē. Lectis literis tuis de salute vestra letatus ad ea quae scripsisti rīdere non distuli. Et primū miratus sum quo dicat Nouatianus iste Petrū baptizatū non fuisse, cum paulo superius scripseris eū dixisse q̄ Apostoli fuerūt baptizati. Unde autē illi videatur quod inter Apostolos baptizatos Petrus nō fuerit baptizatus, ignoro. Et ideo exemplū epistolae tuae ne forsitan tu non habeas, misi tibi, in quo diligētius cōsiderares ad ea me rīdere quae inueni in literis tuis. Si enim notarius nō mendose excepit, aut scripsit, nescio quale cor habeat, qui cū Apostolos baptizatos dicat: Petrū baptizatū negat. Quod autē dicitur Petrū egisse penitentia, cauendum est, ne ita putetur egisse quō agunt in ecclesia qui proprie penitentes vocantur. Et quis hoc ferat, ut primū Apostolorū, inter tales penitentes numerandū putemus? Penituit enim eum negasse Christū, qd̄ eius indicat lachryma. Sic enim scriptū est: Quia fleuit amarē. Nondū enim fuerant resurrectione domini cōfirmati, & illo aduentu spiritus sancti, qui apparuit die Pētecostes, vel illa inspiratione quam demonstrauit dominus postea q̄ resurrexit a mortuis, cū insufflauit in eorū faciē dicens: Accipite spiritum sanctū. Unde recte dici pot̄, quia cū Petrus negauit dominū, nō dū fuerant Apostoli baptizati, nō tñ aqua sed spiritus sancto. Hoc enim eis dixit postq̄ resurrexit, & conuersatus est cum eis, Ioannes quidē baptizauit aqua, vos autē spiritus sancto baptizabimini, quē & accepturi estis non post multos hos dies. Aliqui autem codices habent. Vos autem spiritus sancto baptizabimini, quem & accepturi estis non post multos hos dies. Aliqui autē codices habent. Vos autē spiritus sancto incipietis baptizari. Sed siue dicatur baptizabimini, siue incipietis baptizari, ad rem nihil in-

terest. Nā in quibuscunq; codicibus inuenitur, baptizabitis, aut incipietis baptizari, mendosi sunt, qui ex Græcis facillime conuincuntur. Si autē dicimus aqua non fuisse baptizatos, metuendū est ne grauer in eis erremus ne demus hominibus autoritatē contemnēdi baptismū, quē vīq; adeo non contēnendū ipsa Apostolica disciplina commendat, ut Cornelius centurio & ij qui cū illo erant, et iam accepto spiritu sancto fuerint baptizati. Sicut antiqui iusti si non circumciderentur, non erat eis peccatum: postea vero q̄ iussit Deus, ut circumcideretur Abraham, eiusq; posteritas, iam si nō fieret, graue peccatum fuit. Sic postq̄ dñs Xps in ecclesia sua sacramentū noui testamenti pro circumcissione carnis sanctū baptismū dedit, & apertissime dixit. Si quis nō renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnū celorum: iā non debemus querere, qm̄ quīq; fuerit baptizatus, sed quoscuq; legimus in corpore Xpi, qd̄ est ecclesia, pertinere ad regnū celorum, non nisi baptizatos intelligere debemus, nisi forte quos angustia passionis inuenit, & nolentes negare Xpm̄ antequā baptizarentur, occisi sunt quibus ipsa passio pro baptismo deputata ē. Sed nūquid hoc possumus de Apostolis dicere, qui vīq; adeo largū tempus habuerunt quo baptizarentur, ut alios et baptizauerint? Sed non oīa q̄ facta sunt et scripta inueniuntur, veruntamen facta esset ex ceteris documentis probantur. Scriptū est, qm̄ baptizatus sit Apostolus Paulus; & scriptū nō est, qm̄ baptizati sint alij apostoli: veruntamen et ipsos baptizatos intelligere debemus: quemadmodū scriptū est, qm̄ baptizatae sunt plebes ecclesiarū in Hierusalē & Samaria, qm̄ autem baptizatae sint aliae plebes gentiū quibus Apostoli epistolas miserunt, nō est utiq; scriptū: & tñ et ipsas baptizatas utique minime dubitamus pp̄ illā dñi sententiā. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnū celorum. Vtranq; autē de dño scriptū est, & quia baptizabat plures q̄ Ioannes, & quia ipse non baptizabat sed discipuli eius, ut intelligeremus & ipsum quidem baptizasse praeſentia maiestatis, nō tñ ipsum baptizasse manibus suis. Ipsi enim erat baptismi sacramentum, ad discipulos autem baptizandi ministerium pertinebat. Tunc ergo quando dicit Ioannes euāgelista

*Immo
verbum
mediū
est.*

A

Aff. 10.

Gen. 19.

Ioan. 3.

*Baptis-
mus san-
guinis.*

Ioan. 4.

Mat. 13.

G

*Rom. 10.
2. Th. 3.*

*Penitē-
ter.
Mat. 26.*

Ioan. 20.

Aff. 1.

*Incipien-
tis.*

Ioan. 3.

Ioan. 4.

C

Ioan. 13.

D

De cōse. dist. 4. a. agunt ho- mines. Act. 2. Pet. 2. ob q̄ excōi- camur.

in Euangelio suo post hæc exijt Iesus & discipuli eius in Iudæā terrā, & illic morabatur cū eis, & baptizabat. Tunc paulo post de illo loquens ait, Vt ergo cognouit Iesus quia audierunt pharisæi quod Iesus plures discipulos faceret, & baptizaret plures q̄ Ioannes quanq̄ Iesus non baptizaret, sed discipuli eius reliquit Iudæā & abiit iterū in Galileam. Tunc ergo q̄n ab Hierosolymis exijt cū discipulis suis in Iudæā terrā, & illic morabat cū eis, baptizabat non per seipsum, sed per discipulos suos, quos intelligimus iam fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis sicut non nulli arbitrantur, siue, quod magis credibile est, baptismo Xpi. Neq; enim ministerio baptizandi defuit, vt haberet baptizatos seruos per quos ceteros baptizaret, qui non defuit memorabilis illius humilitatis ministerio, q̄n eis lauit pedes, & petenti Petro, vt nō tātū pedes verum etiā manus & caput ei laueret, Respondit: Qui lotus est, nō indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus: vbi intelligitur quod iā Petrus baptizat⁹ fuerat. Quo aut̄ iste dicat quod in epistola tua posuisti, quod Apostoli dederint penitentiā pro baptismo, nō euidenter expressum est. Si. n. pro baptismo iō dicit, quia per penitentiā remittunt peccata, habet aliquid rationis q̄ dicit. Sed talis p̄nā post baptismū pōt vtilis esse, si q̄s peccauerit. Iste at̄ q̄n negat post baptismū dari penitentiā locū, cū dicit, sicut scripsisti, penitentiā solā ante baptismū esse, datur intelligi sic eū dixisse, quod Apostoli dederint penitentiā pro baptismo, vt ante baptismū eam dederint, atq; ij quibus data sit postea non fuerint baptizati, quia eis illa pro baptismo fuit, quod Nouatianos dicere nunq̄ audiui. Vnde quære diligenter, ne forte alicuius alterius erroris sit, & Nouatianū se esse cōfingat vel putet. Aut si & hoc Nouatianū dicunt nescio. Illud tñ scio quoniā quisquis hoc dicit, à regula fidei catholicæ & à doctrina Xpi & Apostolorū, prorsus alienus ē. Agunt. n. homines ante baptismū penitentiā de suis prioribus peccatis, ita tñ vt et baptizentur, sicut scriptū est in actibus Apostolorū loquēte Petro ad Iudæos & dicente: Agite p̄niam & baptizetur vnusquisq; vestrū in nomine dñi Iesu Christi & dimittentur vobis peccata vestra. Agunt et̄ homines p̄niam, si post baptismū ita peccauerint, vt excōicari

& postea reconciliari mereantur. Sicut agūt in oib. ecclesijs illi qui proprie penitētes appellātur. De tali. n. p̄nā loquutus est Apostolus Paulus, vbi ait: Ne iterū cū venero humiliet me Deus apud vos, & lugeā multos ex ijs qui ante peccauerunt, & nō egerunt p̄nā super immundicia & luxuria & fornicatione q̄ egerūt: Neq; n. scribebat ista, nisi eis q̄ iā baptizati fuerant. Habemus et̄ in Actibus Apostolorū, Simonē iā baptizatū, cū pecunia vellet emere, vt ei per impositionē man⁹ daret spiritus sanctus, admonitū à Petro vt de hoc graui p̄cto ageret p̄niam. Est et̄ penitentia bonorū & humiliū fidelīū pena quotidiana in qua pectora tundimus dicētes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris. Neq; n. ea nobis dimitti volumus, q̄ dimissa nō dubitamus i baptismo, sed illa vtiq; q̄ humanę fragilitati, q̄uis parua tñ crebra subrepūt. Quę si collecta cōtra nos fuerint, ita nos grauabūt & opprimēt sicut vnū aliquod grande peccatū. Quid enim interest ad naufragiū, vtrū vno grandi fluctu nauis operiat̄ & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinā & per negligentia derelicta atq; contempta impleat nauem atq; submergat? Propter hæc ieiunia & elemosynæ & orationes inuigilant, in quibus cū dicim⁹, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, manifestamus habere nos q̄ nobis dimittatur, atq; in ijs verbis humiliantes animas nostras quotidianā quodāmodo agere penitentiā non cessamus. Ad ea q̄ scripsisti, puto me breuiter sed sufficēter respondisse. Superest vt ille non sit contentiosus propter quem lucrandum ad me tales literas destinandas putasti.

Augustinus monachas, quæ dum student mutare Præpositam indecenter fuerant tumultuare, reuocat ad concordiam præscribens illis vitæ regulam. Epistola CIX.

Sicut parata est seueritas peccata quæ inuenit vindicare, ita non vult charitas quod vindicet inuenire. Hæc causa fecit, vt ad vos non venirem cum meam præsentiam quæreretis, non ad pacis vestræ gaudium, sed ad dissensionis vestræ augmentum. Quomodo enim contemnerem & impunitum

1. Co. 1.

H

tum relinquere, si & me presente tantus uerter tumultus existeret, quantum me assistente, et si oculos meos latuit, tñ aures meas uestris uocibus uerberauit? Nā fortassis etiā maior esset uestra seditio in presentia mea, q̄ necesse esset uobis non concedi, quæ in perniciosissimū exemplū cōtra sanā disciplinā, quod uobis nō expedit, perebatis: ac sic quales nō uolo inuenire uos, & ipse inueniret à uobis qualem non uolebatis. Cū ergo scribat Apostolus ad Chorointhios dicēs, Teste Deū facio super animā meā, quia parcens uobis nondū ueni Corinthū, nō quia dominamur fidei uestre, sed cooperatores sumus gaudij, hoc ego et̄ dico uobis, quia parcens uobis nō ad uos ueni. Peperi et̄ mihi, ne tristitia super tristitia haberē, & elegi nō ut exhiberem faciē meā uobis, sed effunderem cor meum Deo pro uobis, & causam magni periculi uestri, non apud uos uerbis, sed apud Deū lachrymis agerem, ne conuerat in luctū gaudiū meū, quo soleo gaudere de uobis; & inter tanta scandala, quibus ubique abundat hic mundus aliquādo consolari, cogitans copiosam cogitationē, & castā dilectionē, & sanctā cōuersationē uestrā, & largiorē gratiā Dei, quæ data est uobis, vt nō solū carnales nuptias cōtēneretis, uerum et̄ eligeretis in domo societate unanimes habitandi, ut sit uobis anima una & cor unū in Deū. Hæc in uobis bona, hæc Dei dona cōsideras, inter multas tempestates, quibus ex alijs malis quatitur cor meū solet utcumq; requiescere. Currebatis bene, quis uos facinauit? Suasio illa nō est ex Deo qui uocauit uos. Modicum fermenti nolo dicere quod sequitur. Hoc enim magis cupio & oro & hortor, ut ipsum fermentū conuertatur in melius, ne tota massa, sicut penē iam fecerat, cōuertat̄ in peius. Si ergo repullulastis sanū facere, orate ne intretis in tentationē, ne iterum in contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, seditiones, susurrations. Nō enim sic plātauimus & rigauimus hortū dominicū in uobis, ut spinas metamus istas ex uobis. Si aut̄ adhuc uestra tumultuatur infirmitas, orate, ut erua mini de tentatione. Quæ aut̄ cōturbant uos, si adhuc cōturbāt uos, nisi correxerint portabunt iudiciū quæcunq; illæ fuerint. Cogitate qd mali sit ut cū Deo natis in unitate gaudeamus interna schismata in monasterio lu-

geamus, perseuerate in bono proposito, & nō desiderabitis mutare Præpositā, qua in monasterio illo per tā multos annos perseuerate & numero & ætate creuistis, quæ uos mater non uero, sed aīo suscepit. Oēs. n. quæ illic uenistis, ibi eā aut sanctā Præpositę sororimæ feruētē, placentē, aut et̄ ipsam Præpositā q̄ uos suscepit, inuenistis: sub ipsa estis erudita, sub illa uelata, & sic cum multuamini ut eā uobis mutetis, cū lugere deberetis, si eā uobis mutare uellemus. Ipsa est q̄ nostis, ipsa est ad quā uenistis, ipsa est quā per tot annos habendo creuistis. Nouū nō accepistis nisi Præpositū, aut si propter illū quæritis nouitatē, & in eius inuidiam cōtra matrē uestrā sic rebellastis, cur nō potius id petistis ut ipse uobis mutetur? Si aut̄ hoc exhorretis, quia noui quō eū in Christo uenerabiliter diligatis, cur nō potius illā? In uobis nanq; regens Præpositi rudimenta turbantur, ut magis uelit uos ipse deserere, q̄ iustā ex uobis famā & inuidiā sustinere, ut dicatur nō uos aliā q̄ situras fuisse Præpositam, nisi ipsum cœpisse ris habere Præpositū. Tranquillet ergo Deus & cōponat animos uestros, nō in uobis præualeat opus diaboli, sed pax Christi uincat in cordibus uestris: nec dolore animi quia nō sit qd̄ uultis, uel quia pudet uoluisse qd̄ uelle nō debuistis, erubescēdo curratis in mortē, sed potius penitēdo resumatis, nec habeatis penitentiā Iudæ traditoris, sed potius lachrymas Petri pastoris. Hæc sunt quæ ut obseruatis precipimus in monasterio cōstituta. Primū pp̄ qd̄ estis in unū cōgregate, ubi unanimes habitetis in domo, & sit uobis cor unū & anima una in Deo. Et nō dicatis aliquid propriū, sed sint uobis omnia cōmunia, & distri buatur unicuiq; uestrū à Præposita uestra uictus & regumentū: nō æqualiter omnibus, quia non æqualiter ualetis omnes, sed unicuiq; sicut opus fuerit. Sic. n. legitis in Actibus Apostolorū. Quia erāt eis omnia cōmunia & distribuebatur singulis prout cuique opus erat. Quæ aliqd̄ habebāt in seculo, q̄n ingressæ sunt monasteriū, libeter uelint illud esse cōe. Quæ aut̄ nō habebant, nō ea quærāt in monasterio, quæ nec foris habere poterunt: sed tñ earū infirmitati quod opus est tribuatur, & si pauperies earū q̄ foris erāt, nec ipsa necessaria poterat inuenire: ac non ideo putent se esse felices, quia inuenierunt uictū

Aug. Tomus Secundus. u & te-

Regula beati Augustini quæ dedit sancti monialibus. 12. qd. 1 non dicitur. Acto. 4.

& tegumentum, quale foris inuenire non poterunt: nec erigant ceruicē quia sociantur eis, ad quas foris accedere nō audebant, sed sursum cor habeant, & terrena bona nō quærant, ne incipiant monasteria esse diuitibus vtilia non pauperibus si diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflant. Sed rursus etiā ille q̄ aliquid esse videbatur in seculo, non habeant fastidio sorores suas, quæ ad illā sanctā societate ex paupertate venerunt. Magis autē studeant non de parētum diuitum dignitate, sed d̄ pauperū sororū societate gloriari. Nec extollatur si cōi vitę de suis facultatibus aliquid cōtulerunt. nec de suis diuitijs magis superbiant, quia eas monasterio partiuntur, q̄ si eis in seculo fruerentur. Alia quippe quæcūq; iniquitas in malis operibus exercetur vt fiat superbia verō bonis operibus insidiatur vt pereat. Et qd̄ p̄dest dilpe. gere dādo pauperib. & paupere fieri, si anima misera superior efficiat contemnēdo quā fuerat possidendo. Omnes ergo vnanimiter & cōcorditer viuite, & honorate in vobis inuicē Deū, cuius tēpla factæ estis: orationibus instate horis & tēporib. constitutis. In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod est factum, vnde & nomen accepit: Vt si aliqua etiā præter constitutas horas, si eis vacat orare voluerint, nō eis sint impedimento quæ ibi aliquid agere voluerint. Psalmis & hymnis cū oratis Deū, hoc versetur in corde quod profertur in voce, & nolite cantare nisi quod legitis esse cātandū: q̄ aut nō ita scriptū est vt cātetur, nō cātetur. Carnē vestrā domate ieiunijs & abstinentia escæ & potus quantū valetudo permittit. Qñ aut aliqua non pōt ieiunare, nō tñ extra horā prandij aliquid alimētorum sumat nisi cū ægrotat. Cū acceditis ad mēsam, donec inde surgatis, quod vobis secundū cōsuetudinē legitur sine tumultu & cōtētonib. audite. Nec solæ vobis fauces sumant cibū, sed & aures percipiāt Dei verbū. Quæ infirmæ sunt ex pristina cōsuetudine, si aliter tractant in victu, nō debet alijs molestū esse nec iniustū videri quas fecit alia consuetudo fortiores. Nec illas feliciores putēt, quia sumūt qd̄ nō sumūt ipsę: sed sibi potius gratulent, quia valēt qd̄ nō valēt illę. Et si eis quæ venerūt ex moribus delicatioribus ad monasteriū, aliqd̄ alimētorū, vestimētorū, stramētorū, operimētorū, datur, qd̄ alijs fortioribus, & iō

M
Diff. 42.
in oratio-
rio.
Cantus
monacha-
rum.

felicioribus nō datur, cogitare debēt quib. nō dat quantū de sua seculari vita illę ad istā descēderint, quāuis vīq; ad aliarū, quę sunt corpore fortiores frugalitatem puenire nequiuerint. Nec illæ debēt cōturbari, qd̄ eas vidēt amplius, nō quia honorant, sed q̄a tolerant accipere, ne cōtingat detestāda peruerfitas, vt in monasterio, vbi quātū possunt sūt diuites laboriosæ, fiant pauperes delicatę. Sane quæadmodū ægrotantes necesse hnt min⁹ accipere ne grauet: ita post egritudinē sic tractādæ sunt, vt citius recreentur, et si de humilima seculi paupertate venerūt, tanq̄ hoc illis cōtulerit recētor ægritudo, quod diuitibus anterior cōsuetudo. Sed cū vires pristinas recuperauerint, redeāt ad feliciorē cōsuetudinē suā, q̄ famulas Dei tāto ampli⁹ decet, quāto minus indigēt: nec ibi eas teneat volūtas iā vegetas, quo necessitas leuarat infirmas. Illæ se existimēt ditiores q̄ fuerint in sustinēda paritate fortiores. Melius est. n. min⁹ egerē, q̄ plus habere. Nō sit notabilis habitus vester, nec affectetis vestibus placere sed morib. Nec sint vobis tā tenera capitū tegmina, ne retiola subter appareāt. Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris vel spargat negligētia vel cōponat industria. Qñ proceditis, simul ambulate, cū veneritis quō itis simul state. In incessu, in statu, in habitu in oib. motib. vestris nihil fiat qd̄ illiciti cuiusq; libidine, sed qd̄ vestrā deceat sanctitatē. Oculi vestri & si iaciūt in aliquē, singant in nemine. Neq; n. qñ pceditis, viros videre prohibemini, sed appetere aut ab ipsis appeti velle criminofum est. Nec solo tactu, sed affectu quoq; & aspectu appetitur & appetit femina. Nec dicatis vos habere aīos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudic⁹ oculus impudici cordis est nūcius. Et cū se inuicem sibi et tacēte lingua cōspectu mutuo corda nūciāt impudica, & scdm̄ cōcupiscētiā carnis alterutro delectant ardore, et intant ab immūda violatione corporib. fugit castitas ipsa de morib. Nec putare debet qd̄ in masculū figit oculū, & illius i seipsā diligit fixū, nō ab alijs videri cū hoc facit, vī oī nō & a qb. videri nō arbitrat. Sed ecce lateat & a nemine hoīum videat, qd̄ faciet de illo superno inspectore, quē latere nihil pōt. An iō putādus ē nō videre, quā tanto videt patētius quāto sapiētius? Illi ergo timeat sancta

Notā
habitu

23. qñ
nec

12. q. 1.
non dica-
tur.

C

fœmina

fœmina displicere, ne velit uiro male place- re: illum cogitet oīa videre, ne velit uiro male uideri. Illius namq; & in hac cā cōmēdatus est timor, ubi scriptū est. Abominatio est dño defigēs oculū. Qñ ergo simul estis in ecclesia, & vbiq; vbi & viri sunt, inuicē uestestrā pudicitiam custodite. Deus. n. qui habitat in uobis, et isto modo vos custodiet ex vobis. Et si hāc de qua loquor, oculi peulantiā in aliqua uestrum aduerteritis, statim admonete ne cępta progrediatur, sed ex proximo corrigantur. Si autē & post admonitionē iterū, uel alio quocūq; die idipsum eam facere uideritis, iā uelut vulneratā sanandā prodatur quæcūq; inuenire potuit: hoc prius tñ & alteri uel tertię demonstratā, ut duarū uel triū possit ore conuinci, & cōpetenti seueritate coerceri: Nec uos iudicetis esse maleuolas, qñ hoc indicatis. Magis quippe innocentes nō estis, si sorores uestras, quas indicādo corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim soror tua uelut haberet in corpore q̄ uellet occultari, dū timeret scari, nōne crudeliter abs te sileretur, & misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius eā debes manifestare, nec perniciosius putrescat in corde? Sed antequā alijs demonstratur, per quas cōuincenda est, si negauerit, prius Præpositæ debet ostendi, si admonita neglexerit corrigi, ne forte possit secretius correpta innotescere cęteris. Si autē negauerit, tunc negati adhibendę sunt alię, ut iā corā oībus possit, non ab una teste argui, sed à duab. tribus uel cōuinci. Conuicta uero secundū Præpositæ uel p̄sbyteri arbitriū, debet emendatoriā sustinere uindictā, quā si ferre recusauerit, & si ipsa nō abicesserit, de uestra societate projiciat. Non. n. & hoc sit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimas perdat. Et hoc quod dixi de oculo non figendo, et in cęteris iuueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, uindicandisq; peccatis diligenter obseruet, cū dilectione hominū & odio uitiorū. Quæcūq; aut in tñ progressa fuerit malū, ut occulte ab aliquo literas uel quęlibet munuscula accipiat, si hoc ultro cōfiteatur, parcatur illi, & oretur pro ea. Si autē deprehenditur atq; conuincit secundū arbitriū Præpositæ uel presbyteri, uel et Ep̄i, grauius emendetur. Vestes uestras in uno loco habete sub uno custode, uel duab. uel quot

sufficere potuerint ad eas excutiendas, ne à tinea laedant. Et sicut pascimini ex uno cellario, sic induamini ex uno uestiario. Et si fieri pōt, non ad uos pertineat quid uobis induendum pro tēporis congruentia proferat, utrū hoc recipiat vnaquæq; uestrum quod deposuerat, an aliud quod altera habuerat, dū tñ unicuiq; q̄ opus est nō negetur. Si autē, hinc inter uos contentiones & murmura oriunt, & conqueritur aliqua deterius aliquid se accepisse, q̄ prius habuerat: & indignā se, quæ non ita uestiatur sicut alia soror eius uestiebatur, hinc uos probate quantū uobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, q̄ pro habitu corporis litigatis. Tñ si uestra tolerat infirmitas, ut hoc recipiat q̄ posuerat, in uno tñ loco sub cōibus custodibus habete q̄ ponitis, ita sanē ut nulla sibi aliquid operet, siue induatur, siue ubi iaceat siue unde cingatur uel operiatur, uel caput contegat: sed omnia opera uestra in cōe fiant maiore studio, & frequentiori alacritate, quam si uobis propria faceretis. Caritas. n. de qua scriptū est, q̄ non querit quæ sua sunt, sic intelligit, quia cōia proprijs, non propria cōibus antepōnit. Et ideo quanto amplius rem cōem q̄ propriam curaueritis, tanto amplius uos profecisse noueritis, ut in omnibus quibus utit transitura necessitas, superemineat quæ permanet caritas. Consequēs ergo est, ut illud quod suis uel filiabus, uel aliqua necessitudine ad se pertinentib. in monasterio cōstitutis aliquis uel aliqua cōtulerit, siue uestem, siue quodlibet aliud inter necessaria deputandū, non occulte accipiat, sed sit in prāte Præpositæ, ut in cōe redactum, cū necessariū fuerit præbeatur. Quod si aliqua rem sibi collatam celauerit, furti iudicio cōdēnetur. Indumenta uestra secundū arbitriū Præpositę lauentur, siue à uobis, siue a fullonibus, ne interiores animæ sordes cōtrahat mundæ uestis nimius appetitus. Lauacrū et corporū, utiūque balnearum non sit assiduus, sed eo quo solet interuallo tēporis tribuatur, hoc est, semel in mense. Cuius aut infirmitatis necessitas cogit lauandū corpus, nō longius differatur. Fiat sine murmure de cōsilio medici, ita ut et si nolit, iubente Præposita faciat, q̄ faciendum est pro salute. Si aut uelit, & sorte nō expedit suæ cupiditati non obediatur: ali-quādo. n. et si noceat, prodesse credit, quod

1. Co. 12

Balnea
mēstrua.

u 2 dele-

delectat. Denique si latens est dolor in corpore famulę Dei, dicenti quid sibi doleat, sine dubitatione credatur: sed tamen vtrū sanando illi dolori quod delectat, expediat, si non est certum, medicus consulatur. Nec eant ad balnea, siue quocunq; irę necesse fuerit minus q̄ tres. Nec illa quę habet aliquo eundi necessitatē, cum quibus ipsa voluerit, sed cū quibus pręposita iusserit, ire debet. Aegrotantium cura siue post ægritudinem rescindenda, siue aliqua imbecillitate etiā, siue febribus laborantiū, alicui debet iniungi, vt ipse de cellario petat quid cuique opus esse p̄spe xerit: siue autē q̄ cellario, siue q̄ vestibus, siue q̄ codicibus pręponitur, siue murmure seruiant sororibus suis. Codices certa hora singulis diebus petantur, extra horam quę petuerint nō accipiant. Vestimenta vero & calciamēta q̄ fuerint indigenti necessaria, dare nō differant sub quarum custodia sunt quę poscuntur. Lites aut nullas habeatis, aut quā celerrime finiat, ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidā. Neque. n. ad solos viros pertinet quod scriptū est, Qui odit fratrem suū homicida est, sed in sexu masculino, quē primum Deus fecit, etiā femineus pręceptum sexus accepit. Quęcunque conuicio vel maledicto, vel etiam criminis obiectu alteram læserit, meminerit satisfactione quantocius curare quod fecit, & illa quę læsa est, sine disceptatione dimittere. Si autē inuicem se læserunt, inuicē sibi debita relaxare debent propter orationes vestras, quas vti que quanto crebriores habetis, tanto sanctiores habere debetis. Melior est aut quę quāuis ira sæpe tentatur, tū impetrare festinat, vt sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam, quā quę tardius irascitur, & ad veniam petendam difficiliter inclinatur. Quę non vult dimittere forori non speret accipere orationis effectū: Quę autem nūquam vult petere veniam aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiam si non inde proijciatur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite, quę si emis fa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, ex quo facta sūt vulnera. Quando autem necessitas disciplinę minoribus coercendis dicere vos verba dura compellit, si etiam in ipsis modū vos excessisse sentitis, non a vobis exigitur vt ab

1. Ioan. 3.

36. dist. quando.

eis veniā postuletis, ne apud eas, quas oportet esse subiectas, dum nimia seruetur humilitas, regendi frangatur authoritas, sed tamen petenda est venia ab omnium domino, qui nouit etiam eas, quas plus iusto forte corripitis, quanta beneuolentia diligatis. Non autem carnalis, sed spiritalis inter vos debet esse dilectio: nam q̄ faciunt pudoris immemores, et feminis feminę iocando turpiter & ludendo, non solum a viduis & intactis ancillis Christi in sancto proposito cōstitutis, sed omnino nec a mulieribus nuptis, nec a virginibus sunt facienda nupturis. Prępositę tanquam matri obediatur, honore seruato, ne in illa offendatur Deus: multo magis presbytero, qui omnium vestrum curam gerit. Vt ergo cuncta ista seruentur, & si quid seruatum non fuerit, non negligenter prætereatur, sed emendandum corrigendumque curetur, ad Prępositam præcipue pertinet, ita vt ad presbyterum qui vobis intendit, referat, quod modum vel vires eius excedit. Ipsa vero non se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente felicem. Honore coram hominibus prælata sit vobis, coram Deo substrata sit pedibus vestris. Circa oēs seipsam bonorum operum præbeat exemplum. Corripiat inquietas, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmas, patiens sit ad omnes, disciplinam libens habeat, metuens imponat. Et quamuis vtrunque sit necessarium, tamen plus a vobis amari appetat quam timeri, semper cogitans Deo se pro vobis reddituram esse rationem. Vnde magis obediendo non solum vestri, verum etiam ipsius miseremini, quę inter vos quanto in loco superiore, tanto in periculo maiori versatur. Donet dominus vt obseruetis hæc omnia cum dilectione, tanquam spiritalis pulchritudinis amatrices, & bono Christi odore de bona conuersatione fragrantēs non sicut ancillę sub lege, sed sicut liberae sub gratia constitutę. Vt autem in hoc libello tanquam in speculo vos possitis inspicere, ne per obliuionem aliquid negligatis, semel in septimana vobis legat: & vbi vos inueneritis ea quę scripta sunt facientes, agite gratias domino bonorum omnium largitori. Vbi autem sibi quęcunq; vestrum videt deesse aliquid, doleat de p̄terito, caueat de futuro, orans vt & debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur.

Acta

Acta excepta a notariis in designando Eradio presbytero, qui Augustino succederet & interim senem aliqua parte curarū subleuaret. Epistola CX.

Gloriosissimo Thodosio duodecies, & Valentiniano Augusto iterū consule. vj. cal. Octobris. Cū Augustinus eps vna cū Religiano, & Martiniano: coepis suis confedisset in ecclesia pacis Hipponensiu regionū; presentib. Saturnino, Leporio, Barnaba, Fortunatiano, Rustico, Lazaro, & Eradio psbyteris, astate clero & frequenti populo, Augustinus eps dixit, Qd̄ hesternō die promisi charitati vestrę, pp̄ qd̄ vos volui frequentius cōuenire, & video frequentius cōuenisse, mora omni postposita hoc agēdū est. Si. n. aliud uelim loqui, in illud suspēsū, minus auditis. Oēs in hac uita mortales sumus, & dies huius uitę ultimis, oī homini est semper incertus: uerū tū in infantia sperat pueritia i pueritia sperat adolescentia, & in adolescentia speratur iuuentus, & in iuuentute speratur grauitas, & in grauitate speratur senectus: utrum contingat incertū est, est tñ quod speratur. Senectus autem aliam ætatem quam speret non habet: incertum est enim ipsa senectus quantum sit homini, illud tamen certum est nullā remanere ætatem, quę possit succedere senectuti: quia uoluit Deus. Ad istam ciuitatem cum uigore ætatis adueni, & tamen iuuenis fui & senex. Scio post obitus episcoporum per ambitiosos aut cōtentiosos solere ecclesias perturbari, & quod sepe expertus sum & dolui, debeo quantum ad me attinet, ne contingat, huic prospicere ciuitati. Sicuti nouit charitas uestra, i Meleuitana ecclesia modo fui. Petierant enim me fratres, & maxime serui Dei q̄ ibi sunt, ut uenire, quia post obitum beatę memorię fratris & coepiscopi mei Seueri nonnulla ibi perturbatio populi timebatur. Veni, & quō uoluit dominus adiuuit nos pro sua misericordia, ut cū pace episcopū acciperet, quē uiuus designauerat episcopus eorū. Hoc enim eis cum innotuisset uoluntatem præcedentis & decedentis Episcopi sui libeter amplexi sunt. Minus tamen aliquid factū erat unde nonnulli contristabatur, quia frater Seuerus credidit posse sufficere ut successorum suum apud clericos designaret, ac populum inde nō est loquutus: & erat

Episcopus olim ex suffragio populi designabatur.

A

inde aliquorū nonnulla tristitia. Quid plura? Deo placuit, tristitia fugata est, gaudiū successit. Ordinatus est eps, quē præcedēs Episcopus designauerat. Ergo ne aliquis de me q̄rat, uolūtate meā, quā credo Dei eē, in oīū urum notitiā profero, presbyterum Eradium mihi successore uolo. A populo acclamatum est Deo grās, Christo laudes, dictū est uigies. Exaudi Christe, Augustino uita, dictū est sexiesdecies. Te patre, te Episcopum, dictū est octies. Cumq; reticeret, Augustinus eps dixit. Non opus est me de laudibus eius aliquid dicere, faueo sapientię, & parco uerecundię. Sufficit quia nostis eū; & hoc me uelle dico, quod uos uelle scio: & si ante nescire, hodie probare. Hoc ergo uolo, hoc a dño Deo nostro nunc et in ætate frigida uotis seruētib. posco, hoc ut me cū oretis exhortor, admoneo; rogo, ut oīum in pace Xpi collatis & cōflactis mētibus confirmet Deus quod operatus est in nobis. Qui misit mihi eū, seruet eū, seruet incolumē, seruet sine crimine, ut qui facit gaudiū uiuētis, locū suppleat morientis. A notariis ecclesię sicut cernitis excipiunt q̄ dicimus, excipiuntur, quę dicitis, & meus sermo & uestrę acclamationes in terrā nō cadūt. Apertius ut dicam, ecclesiastica nūc gesta cōficimus. Sic. n. hoc esse, quantum ad hoīes attinet, cōfirmatū uolo. A populo acclamatum est trigiessexies, Deo grās, Xpo laudes, Exaudi Xpe, Augustino uita, dictū est tredecies. Te patre, ep̄m dictū est octies. Dignus & iustus est, dictū est uigies. Bene meritis, bene dignus, dictum est quinquies. Cūq; reticeretur, Augustinus eps dixit: Ego ut dicebam uoluntatem meam & uoluntatem uestram gestis ecclesiasticis, quantum ad homines attinet, confirmatam uolo: quantum uerō ad latentem omnipotentis uoluntatē, oēs ut dixi oremus, ut confirmet Deus quod operatus est in nobis. A populo acclamatum est: Iudicio tuo gratias agimus dictū est sedecies. Fiat fiat, dictū est duodecies. Te patrem Eradium Episcopum dictū sexies. Cumq; reticeretur, Augustinus eps dixit: Scio quod scitis & uos, sed nolo de illo fieri qd̄ de me factū ē. Qd̄ aut factū sit, multi scitis. Illi soli nesciunt qui tunc aut nōdū nati erant, aut nōdum habebāt ætatem sciendi. Adhuc in corpore posito beatę memorię p̄re & Episcopo meo Iene Valerio, Episcopus ordinatus sum, Aug. Tomus secundus. u 3 &

Mos acclamandi.

B

C

& sedi cū illo, quod concilio Niceno prohibitu fuisse nesciebā, nec ipse sciebat. Quod ergo reprehensum est in me, nolo reprehendi in filio meo. A populo acclamatum est: Deo gratias, Christo laudes, dictū est tredecies. Cūq; reticeretur, Augustinus episcopus dixit: Erit presbyter ut est, quā Deus voluerit futurus Episcopus. Sed plane modo facturus sum adiuuante misericordia Christi quod adhuc usq; non feci. Nostis ante aliquot annos quid facere voluerim, & nō permisisistis. Placuit mihi & vobis propter curam scripturarū, quā mihi fratres & patres mei coepiscopis duobus concilijs Numidiæ & Carthaginis imponere dignati sunt, ut per quinque dies nemo mihi molestus esset. Gesta cōfecta sunt, placuit, acclamastis. Recitatur placitū vestrū & acclamatio vestra. Paruo tpe seruatum est circa me, & postea violenter irruptū est, & nō permittor ad quod volo vacare ante meridiē, post meridiem occupationibus hominum teneor. Obsecro vos & obstringo. per

D Christū, ut huic iuueni, huic presbytero Eradio, quem hodie in nomine Christi designo Episcopū successorē mihi, patiamini refundere onera occupationū mearum. A populo acclamatu est, Iudicio tuo grās agim⁹, dictū est vigiessexies. Cūq; reticeretur, Augustinus ep̄s dixit: Ego charitati & benevolentiae vestrae apud dñm Deū nostrū gratias ago, nō de illa Deo gratias. Ergo fratres quicquid est, quod ad me perferebatur, ad illum perferatur: vbi necessarium habuerit consiliū, meū nō negabo auxiliū, Absit vt me abstrahā, tñ quicquid illud est quod ad me perferebatur, ad illū perferatur. Ipse me autē consulat, si forte non inuenit quid facere debeat, aut poscat adiutorem quē nouit patrem, vt & uobis nihil desit, & ego tandē aliquā, si quantulumcunq; spatium mihi huius vitæ donauerit Deus, ipsam meā quantulamcunq; vitam non dem segniciei, nec donē inertie, sed in sanctis scripturis, quantum ipse permittit & largitur exerceā: hoc ipsi proderit, & per ipsum, et nobis. Nemo ergo inuideat ocio meo, quia meū ocium magnū habet negociū. Video me da hac re, pp quā vos inuitaui, omnia vobiscū egisse quod debui. Hoc ad vltimū rogo, vt gestis dignemini subscribere qui potestis. Hic mihi rōsione vestra opus est, vt teneā responsionem vestram, de hac assensione, aliquid acclama-

te. A populo acclamatum est, Fiat fiat, dictū viciesquinquies. Dignū est, iustū est, dictū vicies octies. Fiat fiat, dictū quaterdecies. Olim dignus olim meritis, dictū tredecies. Iudicio tuo gratias agimus, dictū tredecies. Exaudi Christe, Eradiū conserua, dictū octies decies. Cūq; reticeretur, Augustinus ep̄s dixit: Bene habet, vt ea quæ Dei sunt, circa sacrificiū eius agere valeamus, in qua hora supplicationis nostræ maximē commendo charitati vestrae vt oēs vestras causas & negocia intermittatis, & p̄ ista ecclesia & pro me, & pro presbytero Eradio dño precē fundatis.

Augustinus fortunatiano Ep̄o Sicensi, vt Ep̄iscopū quendā ipsi recōciliat, quē literis asperiorib. offēderat, præsertim hoc dicto, quod scripserat nos huius corporeis oculis visuros Deū. Apparet autē illū Ep̄iscopū, quē non nominat, cū Anthropomorphitis sensisse. Diligēter interim explicans quō De⁹ videtur & quatenus. Epistola CXI.

Sicut præsens rogauī, & nūc cōmoneo, vt fratre nostrū, de quo collocuti sumus, videre & rogare digneris, vt ignoscat mihi si quid durius & asperius in se dictū accepit in Epistola, quā me illo modo scripserim nō penitet, quia dixi istius corporis oculos nec videre Deū, nec esse visuros. Causam quippe adiunxi cur hoc dixerim, ne. s. Deus ipse corpore credat, & in loci spatio interualloq; visibilis: Nihil. n. videre aliter istius corporis oculis pot. Et ne illud quod dictū est, Facie ad facie, sic accipiatur tanq; mēbris corporis terminatus sit Deus. Ideo me ergo dixisse illud nō penitet, ne de ipso Deo tā impie sentiamus vt eū nō vbiq; totū, sed p̄ localia spatia diuisibile existimemus. Talia quippe ijs oculis nouimus. Ceterū nihil tale de Deo sentiēs, sed eū incōmutabile & incorporale sp̄m vbiq; totū esse credēs, si tācā, quicq; mutatio nē huius corporis futurā putat, cū ex animali fuerit spiritale, vt et substantiā incorporale nō locorū interuallis vel spatijs diuisibile, vel et mēbrorū lineamētis ac finib. terminatā, sed vbiq; totā p̄ tale corpus videre possimus, volo & me doceat si verū sapit: si at in hoc falsum sentit, longē tolerabilius est corporali quod arrogare, quā Deo derogare. Et si vera est ista sententia, non erit contraria verbis meis quā in illa

Epistola

Elabimur.

Epistola posui. Istius namq; corporis oculos dixi non visuros Deū, hoc intuens quod istius corporis oculi oīno non possunt cernere, nisi si corpora, quæ ab eis aliquo loci interuallo separata sunt: nā si nullū interuallū sit, nec ipsa corpora per eos videmus. Porro autē, si in tantā sui dissimilitudinē nostra corpora mutant, vt oculos habeant per quos videat illa substantia, quæ non per locorū spatia vel diffunditur vel finitur, alibi habens aliā partē, alibi aliā, in minore loco minorē, in maiore maiorē, sed ubiq; incorporaliter tota est, longē aliud erunt hæc corpora, & non erunt ipsa: nec sola detracta mortalitate atq; corruptio ne & pōderis grauitate aliud erunt, sed in virtutē ipsius mentis quodāmodo conuertent, si videre poterunt, quō tūc mēti, nūc autē nec ipsi menti videre concessū est. Si. n. mutatis morib. dicimus hominē non esse qui fuit, si deniq; mutatis ætatib. ipsum corpus nō dicimus esse quod fuit: quanto magis ipsum non erit tanta conuersione mutatū, vt nō solū immortaliter viuat, verum et inuisibile videat. Quapropter si videbunt, Deum, non istius corporis oculi uidebunt, quia & in hoc non erit ipsum corpus vsq; in illam vim potentiamq; mutatū: & non est contraria ista opinio illis verbis Epistolæ meæ. Si autē hæc tunc nō erit ipsum, quia nunc mortale tunc immortale, nunc aggrauans animā tunc nullo pondere ad omnē motū erit facillimū: ad videnda vero ea quæ locorū spatijs interuallisq; cernunt, si nō aliud quod ipsum erit, substantiā incorporalē & ubiq; totā nullo modo uidebit. Siue ergo hoc siue illud uerū sit, secundū utrunq; uerū est, quod istius corporis oculi Deū non uidebunt. Aut. n. istius erūt & nō uidebunt, aut non erūt istius si uidebunt: quā tanta cōmutatione longe alterius corporis erunt. Sed paratus sum, si quid de hac re melius nouit hic frater, uel ab ipso, uel ab alio a quo didicit, discere. Quod si irridenter dicerē, et illud de Deo corporali mēbrisq; per loca diuisibile, dicerē paratū me esse discere: quod nō dico, quia non irridenter loquor, & talē Deum nō esse oīno nō ambigo, & ne talis esse crederē, illā epistolā scripsi. in qua dū, essem admonēdo sollicitus, quā nominibus tacitis conscripsi in corripiendo nimius atq; improuidus fui, nec fraternā & epalem personā sicut frater & Ep̄s, quemadmodū fuerat dignū cogi-

taui: hoc nō defendo, sed reprehēdo, hoc nō excuso, sed accuso. Ignoscatur peto, recorder tur nostrā dilectionē pristinā, & obliuiscatur offensionē nouā. Faciat certē quod me nō fecisse nō succensuit. Habeat lenitatē in danda uenia, quā ego non habui in illa epistola conscribenda. Hoc per tuā charitatē rogo, quod p̄sens p̄ntem rogare uoluerā si eius habere copiam. Quod cū cōonatus essem, scribente ad eū uiro uenerabili, nobisq; omnib. honore p̄ferendo, venire noluit, dolū forsitan meum sicut pleraq; humana sunt, quantū existimo, suspicatus, a quo me longe abesse, tu illi fac fidē quantū potes quod p̄ns facilius potes. Indi caei cū quanto & quā uero dolore de offensione animi eius tecū fuerim colloctus. Nouerit quod non eū cōtemnā, & quantū in illo Deū timeā, & cogitē caput nostrū in cuius corpore fratres sumus. Ad locū in quo habitat iō mihi putauī nō esse ueniendū, ne spectaculū faceremus ridendū alienis, nostris dolendū, nobis pudendū: per tuā sanctitatē & charitatē totū rectē agi potest. Ab illo quippe agiē, qui per fidem suā habitat in corde tuo, quē credo quod non spernit in te cū agnoscit in se. Ego certē in hac causa quid melius facerem non inueni, quā ut ueniam peterē a fratre qui læsum se literarū mearum asperitate cōque-

Col. 3.
Eph. 5.

Phil. 3.

1. Ioan. 4.

M

u 4 eis

eis occasio data est, miserunt inuisibile. Deum inuisibiliter videri, hoc est per eam naturam quam in nobis quoque inuisibilis est, munda, scilicet mente vel corde. Beatus Ambrosius de Christo cum ageret secundum id quod verbum est. Non enim corporalibus inquit, sed spiritalibus oculis Iesus videtur. Et paulo post, Non enim viderunt, inquit, Iudei, obsecratum. non erat insipiens cor eorum. Hinc ostendens unde videatur. Item cum de sancto spiritu sequeretur, interposuit verba domini dicentis, Rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis qui vobiscum sit in aeternum, spiritum veritatis, quem hic mundus non potest accipere, quia non vidit eum, nec cognouit eum. Merito ergo, se, inquit, in corpore demonstravit, quoniam in diuinitatis substantia non videtur: Vidimus spiritum, sed in specie corporali. Videamus & patrem, sed quia videre non possumus, audiamus. Et paulo post, Audiamus ergo, inquit, patrem, inuisibilis. non pater, sed & filius inuisibilis secundum diuinitatem. Deum enim nemo vidit unquam. Cum ergo filius Deus, in eo utique quod Deus est filius, non videtur. Sanctus autem Hieronymus ait: Videre Deum sicuti est in natura sua, oculus hominis non potest. Non solum homo, nec angeli, nec throni, nec potestates, nec dominationes, nec omne nomen quod nominatur: Neque enim creatura potest aspiciere creatorem suum. His verbis vir doctissimus satis ostendit, quid est de futuro seculo senserit quod ad hanc rem attinet. Quantumlibet enim oculi corporis nostri mutantur in melius, angelorum oculis aequabuntur. Si autem & ipsi vniuersae omnino caelesti creaturae inuisibile naturam dixit esse creatoris. Aut si & hinc sit quaestio, & infertur vlla dubitatio, vtrum non sumus futuri angelis potiores. Ipsi domini est hinc aperta sententia, ubi ait de resurrecturis in regnum: Erunt aequales angelis Dei. Unde idem ipse sanctus Hieronymus alibi sic dicit: Hoc igitur Dei, faciem videre non potest. Angeli autem et minimorum in ecclesia semper vident faciem Dei. Et nunc in speculo videmus & in aenigmate, tunc autem faciem ad faciem quoniam de hominibus in angelos profecerimus, & potuerimus cum Apostolo dicere: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur ad gloria in gloria, tanquam a domini spiritu, licet faciem Dei iuxta naturam suam proprietate nulla videat creatura, & tunc mente cernatur, quoniam inuisibilis creditur. In his verbis ho-

minis Dei, multa consideranda sunt: Primum, quia secundum apertissimam domini sententiam, et ipse sentit tunc visuros faciem Dei, cum in angelos profecerimus, id est aequales angelis facti fuerimus, quod erit utique in resurrectione mortuorum. Deinde Apostolico testimonio satis apparuit, non exterioris sed interioris hominis faciem intelligendam, cum videbitis faciem ad faciem. De facie quippe cordis loquebatur Apostolus, cum diceret quod hinc commemorauit: Nos autem reuelata facie, gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur. Quod si quisquam dubitat, recenseat eundem locum, & attendat unde Apostolus loquebatur, de velamine, scilicet quod manet in legislatione veteris testamenti, donec quisque transierit ad Christum, ut auferatur velamen. Ibi quippe dicit: Nos autem reuelata facie, gloriam domini speculantes, quae facies in Iudeis non erat reuelata, de quibus dicit. Velamen super cor eorum positum est, ut ostendat cordis faciem nobis esse reuelatam velamine ablato. Postremo ne quisquam ista minus intuens, minusque discernens, visibile Deum vel angelis vel hominibus, cum aequales angelis facti fuerimus, siue nunc esse, siue futurum esse crederet, euidentissimè quid sentiret expressit dicens, quod faciem Dei, iuxta naturam suam proprietatem nulla videat creatura, & tunc mente cernatur quoniam inuisibilis creditur. Unde sufficienter significauit, quoniam visus est, ab hominibus per oculos corporis, tanquam ipse corporeus, non eum secundum naturam suam proprietatem fuisse visum, in qua tunc mente cernitur, quoniam inuisibilis creditur. Quibus inuisibilis nisi aspectibus corporalibus et caelestibus, sicut supra de angelis & potestatibus & dominationibus dixit, quanto magis terrestribus. Unde alio loco euidentius dicit, non solum patris diuinitatem, sed nec filij quidem & spiritus sancti, quae vna in Trinitate natura est, posse oculos carnis aspicere, sed oculos mentis. De quibus ipse saluator ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quid haec manifestatione lucidius? Si enim tantummodo dixisset: Nec patris, nec filij, nec spiritus sancti diuinitatem posse oculos carnis aspicere, nec deinceps addidisset, sed oculos mentis, forte diceretur carnem iam non esse appellandam, cum corpus fuerit spirituale. Addendo ergo, & dicendo: Sed oculos mentis, ab omni genere corporis alienauit huius-

huiusmodi visionem. Ne quis autem putaret eum tantum de praesenti tempore loquutum, subiicit etiam domini testimonium volens ostendere quos dixerat oculos mentis, quo testimonio non praesentis, sed futurae visionis promissio declaratur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beatus quoque Athanasius Alexandrinus Episcopus, cum ageret aduersus Arrianos, quod tantummodo Deum patrem inuisibile dicunt, filium vero & spiritum sanctum visibiles putant, aequale Trinitatis inuisibilitate scripturarum sanctarum testimonijs, & diligentia suae disputationis asseruit, instantissime suadens Deum non esse visum nisi assumptione creaturae: secundum deitatis autem suae proprietatem omnino Deum esse inuisibile. id est Deum patrem & filium & spiritum sanctum, nisi in quantum mente ac spiritali notici potest. Gregorius etiam sanctus Episcopus Orientalis aperuissime dicit Deum naturam inuisibilem, quoniam patribus visus est, sicut Moysi, cum quo facie ad faciem loquebatur, alicuius conspicibilis materiae dispositione assumpta, salua sua inuisibilitate videri potuisse. Hoc est, quod etiam noster dicit Ambrosius, & patrem & filium & spiritum sanctum ea specie videri, quam voluntas elegerit, non natura formauerit: ut & illud uerum sit, quod Deum nemo uidit unquam, quod vox ipsius domini Christi est, & quod nemo hominum uidit nec uidere potest, quod uox Apostoli, imo eius per Apostolum Christi est, & illa non repudient testimonia scripturarum, quibus Deus uisus esse narratur, quia & inuisibilis est per propriae deitatis naturam, & cum uult videri potest per assumptam sicut placuerit creaturam. Porro si naturam ipsius est, inuisibilitas sicut incorruptibilitas, non mutabitur utique in futuro seculo illa natura, ut de inuisibili uisibilis fiat, quia neque poterit de incorruptibili corruptibilis fieri. Simul enim & incorruptibilis est. Et utique naturam eius commendauit. Apostolus, cum duo ista simul poneret dicens: Regi autem saeculorum inuisibili, incorruptibili soli Deo, honor & gloria in saecula saeculorum. Unde non audeo ego ista distinguere, ut dicam, incorruptibili quidem in saecula saeculorum, inuisibili autem non in saecula saeculorum, sed tamen in hoc saeculo. Verum quia nec ista testimonia falsa esse possunt: Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Et scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est, negare non possumus filios Dei uisuros Deum, sed sicut

uult inuisibilia, sicut seipsum ostensurum promittebat, qui hominibus apparebat in carne uisibilis quoniam dicebat: Et ego diligam eum & ostendam meipsum illi, cum ante oculos hominum conspicius loqueretur. Unde autem inuisibilia uult, nisi oculis cordis? de quibus paulo ante dixi quid Hieronymus senserit ad uidentem Deum. Hinc est etiam quod memoratus Mediolanensis Episcopus in ipsa resurrectione dixit non facile esse uideri Deum, nisi ijs qui mundo corde sunt. & idem scriptum esse: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quantos beatos, inquit, iam numerauerat, & tamen eis uidentem Deum non promiserat facultatem. Deinde adiungit & dicit, Si ergo ijs qui mundo sunt corde Deum uidebunt, utique alij Deum non videbunt. Et ne alios illos acciperemus de quibus dictum est, Beati pauperes, beati mites, &c. continuo subiunxit: Neque enim indigni Deum uidebunt. Indignos utique illos uolens intelligi, qui licet resurgant, Deum uidere non poterunt, quoniam ad damnationem resurgent, quia per fidem ueram, quae per dilectionem operatur, cor mundare non uoluerunt. Et ideo sequitur & dicit: Neque is qui Deum uidere noluerit, potest Deum uidere. Deinde quia occurrebat etiam impiis omnes uelle uidere Deum, statim ut ostenderet quare dixerit, qui Deum uidere non uoluerit, quia utique illo modo non uult Deum uidere impius, quia cor mundare non uult, quo ille uideri poterit, sequutus adiunxit, & ait: Nec in loco Deus uisus, sed mundo corde, nec corporalibus oculis Deus queritur, nec circumscribitur uisu, nec tactu tenetur, nec auditu assatu, nec sentitur incessu. Quibus uerbis beatus Ambrosius uoluit admonere, quid debeant homines praeparare, qui uolunt Deum uidere, hoc est cor mundare per fidem, quae per dilectionem operatur dono spiritus sancti, unde dignus accepimus, quo illam uisionem desiderare nouerimus. Nam de membris Dei, quae assidue scriptura commemorat, ne quisquam secundum carnis huius formam & figuram nos esse crederet similes Deo, propterea & eadem scriptura, & alas habere Deum dixit, quamuis nos utique non habemus. Sicut ergo alas cum audimus, protectionem intelligimus: sic, & cum audimus manus, operationem intelligere debemus: Et cum audimus pedes, praesentationem: & cum audimus oculos, uisionem, quae cognoscitur: & cum audimus faciem, iustitiam, qua innotescit. Et si quid aliud eadem scriptura tale commemorat

Ambrosius.

Ioan. 14.

Ioan. 7. Hieronymus.

Luc. 20. Hieronymus.

Matt. 18.

2. Cor. 3.

C

Athanasius.

Gregorius.

Ambrosius super Luc. c. 1.

Ioan. 1.

1. Tim. 6.

Ang. tribus corporibus.

D

Matt.

Matt. 5. 1. Ioan. 5.

G

Ambrosius.

Gala. 5.

H

Psal. 16. Notitia.

memo-

memorat, puto spiritualiter intelligendū. Neque hoc ego tm̄, aut ego prior, sed oēs qui qualicunq; spiritali intelligentia resistūt eis, qui ab hoc anthropomorphitæ nominatur. Ex quorū literis ne multa cōmemorādo maiores moras faciā, hoc vnū sancti Hieronymi interpono, vt nouerit iste frater, nō se de hac remecū magis q̄ cū priorib. agere debe re, si quid eū contra permouet. Cū ergo ille vir in scripturis doctissimus, psalmū expone ret, vbi dictū est. Intelligite ergo qui insipiē tes estis in populo, & stulti aliqn̄ sapite. Qui plantauit aurē non audiet, aut qui finxit ocu lū non considerat. Inter cetera, iste locus, in quit, aduersus eos maxime facit, qui anthro pomorphitæ sunt, qui dicunt Deū habere mē bra q̄ ē nos habemus. Verbi causa, Dñs Deus I habere oculos, Oculi dñi aspiciunt oīa, man us dñi facit oīa. Et audiuit, inquit, Adā sonū pedū dñi deambulantis in paradiso: Hæc simpliciter audiunt, & humanas imbecillita tes ad Dei magnificentā referunt, Ego autē dico, q̄ Deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus oculus est, quia oīa vi det. Totus manus est, quia oīa operatur. Totus pes est, quia vbiq; est. Ergo videte quid dicat. Qui plātauit aurē non audiet, aut qui finxit oculos non considerat. Et non dixit, q̄ plantauit aurē, ergo ipse aurē non habet: Nō dixit, Ergo ipse oculos non habet, sed quid dixit. Qui plantauit aurē non audiet, qui fin xit oculos non considerat. membra tulit, effi cientiam dedit. Hæc oīa de literis eorum & Latinorū & Græcorū, qui priores nobis in catholica ecclesia viuentes diuina eloquia tractauerunt, ideo cōmemoranda arbitratus sum, vt sciat iste frater, si quid aliter quā iste sentit, deposita dissensionis amaritudine, & fraternæ charitatis suauitate seruata, atque in integrū restituta, diligenti & tranquilla confi deratione q̄rendū vel discendū, vel docendū. Neque. n. quorūlibet disputationes, quantis catholicorū, & laudatorū hominū velut scri pturas canonicas habere debemus, vt nobis non liceat salua honorificentia, q̄ illis debet hominib. aliquid in eorū scriptis improbare atq; respuere, si fortē inuenerimus q̄ aliter fenserint q̄ veritas habet, diuino adiutorio vel ab alijs intellecta vel à nobis. Talis ego sū in scriptis aliorū, tales volo esse intellectu res meorū. Denique in ijs omnib. q̄ de opus

culis sanctorū atq; doctorum cōmemorauī, Ambrosij, Hieronymi, Athanasij, Gregorij, & si qua aliorū talia legere potui, q̄ cōme morare longū putauī, Deū non esse corpus, nec formæ humanæ hñe mēbra, nec eū esse per locorū spatia diuisibile, & esse natura in cōmutabiliter inuisibile: nec p̄ eandē naturā atq; substantiā, sed assumpta visibili specie, si cut voluit apparuisse ijs quib. apparuit: qñ p̄ corporis oculos in scripturis sanctis visus es se narrat in adiutorio dñi inconcussē, credo, & quantū ipse donat intelligo. De spiritali at corpore, q̄ in resurrectione habebimus, quā tā capiat in melius cōmutationē, vtrū in sim plicitatem spūs cedat, vt totus homo iā spūs sit: an q̄ magis puto, sed nondū pleno iudi cio cōfirmo, ita futurū sit spiritalitate corpus, vt p̄ p̄ ineffabile quandā facilitatē spiritale dica tur, seruet tñ substantiā corporalē, q̄ per se ipsam viuere ac sentire non possit, sed per il lū qui ea vitur spm̄. Neq; n. & nūc, quia cor pus dr̄ aiāle, eadē est aiā natura quæ corpo ris: & vtrū si corporis quamuis iā immorta lis atq; incorruptibilis natura seruabitur, ad iuuat tunc aliquid spiritū ad videndū ipsa vi sibilis, i. corporalia, sicut nūc tale aliquid ni si per corpus videre non possumus. An vero ēt tunc sine organo corporis valeat spiritus noster nosse corporalia. Neq; n. & Deus ta lia per sensus corporis nouit, & multa alia q̄ in hac qōne mouere possunt, fateor me non dū alicubi legisse, q̄ mihi sufficere existima rē, siue ad dicendū, siue ad docendū, ac per hoc si nō. displicet huic fratri mea qualiscū que cautela, interim p̄ p̄ scriptū est: Qm̄ vi debimus eū sicuti est, quantū possumus, cor mundū ad illā visionē ipso adiuuante p̄pare mus. De corpore autē spiritali pacatius & di ligentius inquiramus, ne fortē aliquid certū ac liquidū si nobis hoc utile esse nouit, secū dū scripturas suas Deus dignetur demōstra re. Si. n. hoc inuenerit inquisitio diligentior tantā corporis futuram mutationem, vt pos sit videre inuisibilia, non vt opinor, talis po tentia corporis menti auferet visionē, vt exte rior homo videre Deū tunc possit, nō possit interior: quasi tm̄ foris sit Deus ad hominē, & intus non sit in hoīe, cum apertissime scri ptū sit, ut sit Deus oīa in omnib. aut ita sit in tus ille, qui sine vllis locorū spatijs vbiq; to tus est, foris tm̄ videri ab exteriori hoīe pos sit,

Hierony mus.

Psal. 39.

Gene. 3.

Authori bus qua rum vi uendū.

L Dubita ro peri culosa.

1. Io. 4.

1. Cor.

fit, intus autē ab interiori homine nō possit. Quæ si absurdissime sentiuntur, magis enim sancti pleni erunt Deo, nō inanes intrinsecus ab illo circūdabunt extrinsecus, nec cæci in trinsecus, eū quo pleni erunt nō videbūt, & tm̄ forinsecus oculati eū quo circūdabuntur videbunt restat vt interim de visione Dei secū dū interiorē hoīem certissimi simus. si autē et corpus mira cōmutatione hoc ualeat, aliud accedet, nō illud abscedet. Melius er go illud affirmamus vnde minime dubitam⁹ q̄ homo interior Deū, qui modo solus pōt videre charitatē, quæ cū laudaretur dictū est, Deus charitas est, solus potest videre pacem & sanctificationē sine qua nemo poterit videre Deum. Neq; enim charitatē, pacē, sancti ficationē, & si qua sunt similia, videt mō vl lus carnalis oculus, quæ tñ oīa iā videt, quā tā potest mentis oculus tanto purius quanto purior: vt sine dubitatione Deū nos visuros esse credamus, siue inueniamus, siue non in ueniamus quod de qualitate futuri corporis quærimus, cū tamen corpus resurrecturū & immortale atque incorruptibile futurum nō ambigamus, quoniā hic sanctarum scriptu ra sentētijs apertissimas firmissimasq; retine mus. Si autē iste frater, qd̄ de spiritali corpore adhuc requiro, iā sibi firmat esse certissimū, nisi placidus audierit docentē: ita vt ille quo que placidus me audiat inquirētem, habeat vnde iure succenseat. Nunc tamē per Chri stum obsecro, vt de illa asperitate literarum mearum, qua eum non in merito offensum esse didici, veniam mihi ab illo impetres, & me rescriptis, domino adiuuante lætifices.

Augustinus Paulinæ anui religiosæ, per eam respondens quibusdam, qui carpebat epi stolam ipsius in qua scripserat, Deum nō videndum oculis humanis, declarans va rijs modis uideri Deum. Epist. CXII.

Augustinus. Memor debiti quod ex tua petitione & mea promissione factū est, religiosa famula Dei Paulina per solutionis quoq; eius negligens esse nō debui. Cu enim petiuissem ut de inuisibili Deo, utrum per ocu los corporeos possit uideri, prolixè aliquid copioseq; ad te scriberem, negare nō potui, ne sanctum tuū studium offenderem, sed pro missum distuli, siue propter alias occupatio nes meas, siue quod à me id flagitaretur un de aliquanto diutius cogitari oportebat. Sed cū tanta res esset quæ cogitando non tā quid de ea sentiendū dicendum esset quam quo nāmodo persuadendum ijs qui aduersa sen tirent, sciret difficilior, sinē aliquando dilata tioni adhibendū putauī, sperans diuinum ad iutorū magis mihi scribenti quā differēti affuturū. Quamobrem primū mihi uideatur, plus ualere in hac inquisitione uiuendi quā loquendi modum. Nam qui didicerunt à do mino Iesu Christo mites esse & humiles cor de plus cogitādo & orando proficiunt, quā legendo & audiendo. Nec ideo tm̄ agere par tes suas sermo cessauerit, sed cū plantator & rigator officiū sui gesserit muneris, cetera il li qui dat incrementū relinquit. Ille quippe et ipsum plantatorē rigatorēq; formauit. Sec undū interiorē igitur hominē percipere uer ba intellectus. Ipse. n. renouatur de die in diē et cū exterior iste corrumpitur, siue castiga tione abstinentiæ, siue aliqua morbida uale tudine, siue quodlibet casu, uel certe quod necesse est et ijs qui sano corpore diu uiuūt, ipso ætatis accessu. Erige itaq; spiritum men tis tuæ qui renouatur in agnitione Dei secun dū imaginē eius qui creauit eū, ubi per fidē in te habitat Christus, ubi non est Iudæus & Græcus, seruus & liber, masculus, & foemi na, ubi non morieris eū solui corpore ceperis, quia nec marcuisti, cum sis annis grauis.

Hoc interiore tuo erecta intende, & uide quæ loquor. Nolo autoritatē meam sequā ris, ut ideo putes tibi aliquid necesse esse cre dere, quoniā à me dicitur, sed aut scripturis canonicis credas, si quid nondū quam uerū fit uides, aut interius demonstranti ueritati vt hoc planè uideas. Exempli gratia, dicā ali quid quo ad hæc certius præstruaris, & inde potissimū unde nobis in hoc ipso opere pro positus est disputandi labor. Credimus uide ri Deū, nō quia uidemus, uel per oculos cor poris sicut uidemus hunc solē, uel mentis ob tuitu sicut se quisq; interius uidet uiuentem, uidet uidere uolentem, uidet quærentem, ui det scientem, uidet nescientem. Tu itaq; le ctis ipsa his literis, solem quidem te uidisse recolis per oculos corporis, potes etiam sta tum uidere si est id tēporis, & eo loci es, ubi ex ea parte cælum oculis tuis usque ad solem contuendum patet. Ad illa uero uidentia D

1. Io. 4.

Proxi mum. 2. Ret. 4.

Vita po rior in quib sitione. Mat. 11.

2. Co. 4.

Colof. 3.

Cap. 1.

qua

quæ mente conspici dixi, id est, quod viuas, quod videre deum velis, quod id requiras, quod te viuere & velle & querere scias quomodo autem Deus videatur nescias. Ad hæc, inquit, omnia videnda non oculos corporis adhibes, nec interuallum loci per quod intendatur obtinet, ut ad ea cernenda perueniat, sentis aut queris: sic vides vitam tuam, voluntatem, inquisitionem, scientiam, ignorantiam, quia nec ipsa est contentenda visio, videre quod nescias. Sic, inquit, uides hæc omnia, ut in te videas, apud te habeas, ac sine vllis figurarum lineamentis colorumque; nitoribus, tanto clarius & certius quanto simplicius interiusque; conspicias. Cum igitur nec corporis oculis sicut corpora siue celestia siue terrestria, nec mentis affectu, sicut ea sunt quorum nonnulla commemoravi, quæ apud temetipsum certissime intueris, nunc videamus Deum, cur credimus eum videri, nisi quia scripturam accommodamus fidem ubi legitur: Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt? **Matt. 5.**
Et si qua alia in hac sententia mea de diuina autoritate conscripta sunt, cui non credere nephas ducimus, credere autem pietatis est minime dubitamus. Hæc itaque distinctione tene, ut siquid te admonuero, differendo, quomodo ita videas oculis carnis, vel vlllo alio sensu eius sentias, seu te sensisse recolas, sicut sentiuntur colores, fragores, odores, sapores, feruores, & siquid aliud per corpus cernendo, audiendo, olfaciendo, gustando, tangendo, sentiamus. Aut ita videas mentis intuitu, ut vides vitam, voluntatem, cogitationem, memoriam, cognitionem, intelligentiam, scientiam, fidem tuam, & quicquid aliud mente conspicias atque ita esse non tantum credendo, sed plane videndo non dubitas, hoc me iudices ostendisse. Quod autem non sic ostendero, ut aut corporis aut animi sensu visum perceptumque; teneatur, & tamen dixero aliquid quod aut verum quidem aut falsum esse necesse sit, sed nullo illorum duum genere videatur, restat ut tantummodo credatur vel non credatur. Sed si diuinarum scripturarum, earum scilicet quæ canonicæ in ecclesia nominantur, perspicua firmatur autoritate, sine vlla dubitatione credendum est. Alijs vero testibus vel testimonijs, quibus aliquid credendum esse suadet, tibi credere vel non credere liceat, quantum meriti ea **F**admonentem ad faciendam fidem vel habere vel non habere perpederis. Si enim ea quæ non vidimus, hoc est, in præsentia

non sensimus vel mente vel corpore, neque; scripturis sanctis vel legendo vel audiendo didicimus, nulla omnino credidimus, vnde sciremus esse ciuitates ubi nunquam fuimus, vel à Romulo conditam Romam, vel ut de propinquiore loquar, Constantinopolim à Constantino? Vnde postremo sciremus, quomodo non pariter nos præuissent, quibus patribus aui, maioribus, genti essemus? Taliū quippe cum plurima sciamus, non ea vel vlllo sensu presentia, sicut solē, sicut nostri animi voluntatem, vel canonicorum eloquiorum autoritate, sicut Adā fuisse primum hominem, aut Christum in carne natum passumque; resurrexisse didicimus, sed alijs referentibus, quorum testimonio in hoc dūtaxat rerum genere minime dubitandum esse putauimus. In quibus si alicubi fallimur credendo, vel ita esse quod non est, vel non ita esse quod ita est, nihil periculi esse iudicamus, si non sit contra illam fidem qua pietas informat. Hæc prolocutio mea non dū proposita discutit quomodo, sed te atque alios, quomodo ista lecturi sunt, præstitit quales seu meorum seu quorumlibet scriptorum iudices esse debeatis, ne vel scire vos opinemini quod nescitis, vel temere credatis quod neque; corporis sensu, aut animi consuetu in euidē rei, quomodo cognoscenda est euidētia percepti, neque; canonicarum scripturarum autoritate, et si non affuit sensibus vel animi vel corporis vestri, tamen credendum esse didicistis. Itaque ne ergo venimus ad causam, an adhuc lecturus instruedus est? Nonnulli enim putant ipsam quod dicitur credere, cum res vera creditur, hoc solum esse mentem, cōtueri. Quod si ita est, fallitur ista nostra superior prælocutio, in qua distinximus aliud esse aliquid sentire per corpus sicut in coelo solē, & in terra motem, arborem, corpusve quodlibet: & aliud mentis intuitum nihilominus euidētē, sicut nostra voluntas à nobismetipsis intus aspicitur, cum aliquid volumus, vel cogitatio cum cogitamus, vel memoria dum recordamur vel tale aliquid in animo siue in corpore: aliud autem credere, quod in corporis mentisue conspectu nec adest nec affuisse recollitur: sicut sine parentibus, creatum Adā, & natum ex virgine passumque; resurrexisse Christum, hæc enim et corporaliter facta sunt, & videri per corpus si tunc adesset, utique; potuerunt: nunc autem non adsunt sicut adest ista lux, quæ oculis cernitur, aut voluntas, quæ nunc aliquid volumus, conuenienter conspicitur. Sed quia hæc distinctio falsa non est,

est, profecto illa præstructio minus habebat, quam inter credere, & aliquid præ mente conspiciere, ne omnino vni atque; idē putaretur, parum clara fuerat elocutione discretum. Quid ergo dicimus? Nunc satis est ut inter videre & credere hæc distare dicamus, quia presentia videntur, credunt absentia? Plane forsitan satis est, si presentia illa hoc in loco intelligamus dicta, quomodo præsto sunt sensibus siue animi siue corporis, vnde et ducto vocabulo presentia nominantur. Sicut enim hanc lucem corporis sensu, sic & meam voluntatem plane video, quia presentia est animi mei sensibus, atque intus mihi presentis est. Si quis vero mihi indicet voluntatem suam, cuius os & vox mihi presentis est, tamen quia ipsa voluntas, quam mihi indicat, latet sensum corporis & animi, credo, non video: aut si eum mentiri existimo, non credo, & si forte ut dicit ita sit. Creditur ergo illa quomodo absunt a sensibus nostris, si vnde idoneum quod eis testimonium perhibetur. Videntur enim quomodo presentia sunt, vnde & presentia nominantur, vel animi vel corporis sensibus. Nam cum sint quicquid corporis sensus, cernendi, audiendi, olfaciendi, gustandi, tangendi, uisus quidem in eis præcipue oculis attributus est: verum tamen hoc verbo utimur & in ceteris. Non enim tantum dicimus, vide quid luceat, sed etiam uide quid sonet, uide quid oleat, uide quid sapiat, uide quid caleat. Nec quia dixi ea credi quæ absunt a sensibus nostris, sic accipiantur ut inter illa deputentur, quæ aliquando uidimus, & nos uidisse retinemus, certique sumus, quauis tunc non presentia sint, cum recoluntur a nobis. Neque enim inter credita sed inter uisa deputantur, & ideo nota sunt, non quia fidem adhibuimus alijs testibus, sed quia nos uidisse sine dubio recordamur & scimus. Constat igitur nostra scientia ex uisibilibus rebus & creditis, sed in istis quomodo uidimus uel uidemus, nos ipsi testes sumus: in his autem quomodo credimus, alijs testibus mouemur ad fidem, cum ea uel rerum quas nec uidisse nos recolimus, nec uidemus, dantur signa uel in uocibus, uel in literis uel in quibusque; documentis, quibus uis non uisa credantur. Non autem immerito scire nos dicimus non solum ea quæ uidimus aut uidemus, uerum & illa quomodo idoneis ad quamque rem communi testimonijs uel testibus credimus. Porro si scire non incogruenter dicimus, et illud quomodo certissimum credimus, hinc factum est ut et recte credita, & si non adsint sensibus nostris, uideri mente dicamur. Scientia quippe menti

Videre
omnium
sensuum
commune.

Cap. 2.

K

tribuitur, siue per corporis sensus, siue per ipsum animum aliquid perceptum cognitumque; retineat, & fides ipsa mente utique vnde, quamuis hoc fide credatur quod non vnde. Vnde & Apostolus Petrus dicit: In quem modo non uidentes creditis. Et ipse dominus: Beati qui non uiderunt & crediderunt. Cum itaque dominus homini, Crede Christum resurrexisse a mortuis: si credit, attende quid uideat, attende quid credat, & utrumque discerne. Videri hominem cuius audit uocem, & ipsa uox in uisibilibus corporalibus deputatur secundum ea quomodo supra diximus: Hæc duo sunt, testis & testimonium, quorum ad oculos unum, ad aures alterum pertinet. Sed hunc testem forsitan aliorum testimoniorum autoritas confirmat, diuinarum, scripturarum, uel quorumlibet aliorum quibus est motus ad fidem. Scriptura ad uisa pertinent corporis oculorum, si eas legit: uel aurium, si eas audiuit. Videri autem animo quicquid figuris literarum sonisue significari intellexit. Videri ipsam fidem suam, qua se credere sine contatione respondet. Videri cogitationem qua cogitat quid ei possit prodesse quod credit. Videri uoluntatem quam accessit ad suscipiendam religionem. uideri et ipsius resurrectionis quandam imaginem in animo suo factam, sine qua intelligi non potest quicquid factum corporaliter dicitur, siue credatur siue non credatur. Sed ut puto distinguas quomodo uideat fidem suam, qua credit: & quomodo uideat illam resurrectionis imaginem in animo suo factam, quam si homo audit, uideri et qui non credit. Hæc ergo omnia uideri, partim corpore, partim mente: uoluntatem uero eius a quo audit ut credat, & ipsam Christi resurrectionem non uideri, sed credit, & tamen eam uidere dominus quodam mentis obtutu, magis secundum testimoniorum fidem quam rerum presentia creditarum. Illa enim, quæ uideri, adsunt sensibus uel animi uel corporis: quæ autem credit, absunt a sensibus & animi & corporis, quamuis uoluntas eius a quo audit ut credat non sit præterita, sed maneat in loquente: quam in seipso idem ipse qui loquitur uideri, ille uero qui audit non eam uideri, sed credit. Resurrectio autem Christi præterita est, quam nec illi uiderunt homines, qui tunc fuerunt. Nam qui uiderunt uiuentem Christum, quem uiderant morientem, ipsam tamen resurrectionem cum fieret non uiderunt, sed eam certissime crediderunt, uidentem & tangendo uiuum quem nouerant mortuum. Nostotum credimus, &

I. Pet. 1.

Ioan. 20.

Cap. 3.

M

q re-

Rom. 2. **Q**uod resurrexit, & quod ab hominibus tunc uisus & contractatus sit, & quod nunc uiuat in cælis, nec iam moriatur, & mors illi ultra non dñabitur: res autē ipia nec corporis nostri sensibus adest, sicut adest hoc cælum & terra: nec nostris mentis obuius, sicut adest fides ipsa, qua hoc credimus. Sed iā satis ut puto ista mea prælocutione cognouisti, quid sit videre vel mente vel corpore, & quid ab eis distet credere. Quod quidē sit mente & vř mente, quā menti nostræ fides nostra conspicua est. Sed tñ quod eadē fide creditur, abest & ab aspectu corporis Christi, sicut abest corpus in quo Christus resurrexit, & ab aspectu mentis ulterius, sicut abest ab aspectu mētis meæ fides tua, quamuis eā esse in te credā cū eam non videam corpore, quod nec tu potes, nec mēte quā tu potes, sicut ego meam, quā tu non potes. Nemo. n. scit quid agatur in hoīe, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, donec veniat dñs & illuminet abscondita te nebrarū, & manifestet cogitationes cordis, ut eas non solū quisq; suas videat, sed & aliorum. Secundū hoc. n. dixit Apostolus, neminē scire quid agatur in homine nisi spiritum hominis, qui in ipso est, secundū quod videmus in nobis. Nam secundū id quod credimus, nec videmus, & multos fideles esse nouimus, & multis noti sumus. Si ergo iā ista distincta sunt, veniamus ad causā. Scimus posse Deum videri, quā scriptum est, Beati mundo corde quā ipsi Deum videbunt. An forte non debui dicere, scimus, sed credimus, quā Deum nec corpore aliquā vidimus sicut hanc lucem, nec mente sicut ipsam in nobis, quā id credimus fidē, sed tñ quia scriptum est in ea scriptura cuius fideles sumus, quod verum sit minimē dubitamus. Apostolus tñ Ioānes cū tale aliquid diceret: Scimus, inquit, quia cū apparuerit, similes ei erimus, quā videbimus eū sicuti est. Ecce scire se dixit, quod nondū factū fuerat, nec videndo, sed credēdo cognouerat. Rectē itaq; diximus, scimus Deū posse videri, quāuis eū non viderimus, si diuine autoritati quæ in sanctis libris continet credimus. Quid ergo est quod eadē dicit autoritas, Deū nemo vidit vnquā? An fortasse respondetur, quod illa testimonia de videndo Deo sūt, non de viso? Ipsi. n. Deū videbunt, dictum est non viderunt, & nō vidimus, sed videbimus eum sicuti est. Proinde his sententijs. non est

contrariū, Deum nemo vidit vnquam. Vidēbant. n. quē non viderunt, qui mundo corde filij Dei esse voluerunt. Quid est ergo, Vidi Deū facie & faciem, & salua facta est anima mea? An & hoc non est contrariū illi quod dictū est, Deū nemo vidit vnquā? Et illud quod Moyses scriptū est, Quia loquebatur cū Deo facie ad facie, sicut quis loquitur ad amicū suum. Et illud quod propheta Esaias vel de ipso loquens ait, Vidi dñm sabaoth sedentem in throno: Et si qua alia solent similia testimonia ex eadē autoritate proferri, quō nō sunt contraria snæ qua dictū est, Deum nemo vidit vnquam? Quanquam & ipsum Euangeliū potest putari sibi esse contrarium. Quō. n. verum est quod in eo dī, Qui me videt, videt & patrē, si Deum nemo vidit vnquam? Quō verum est, Angeli eorū semper vident facie patris mei, si Deum nemo vidit vnquā? Quæ igitur regula intelligentiæ ista veluti contraria & repugnantia, non esse contraria nec repugnare probabimus? Neq; .n. fieri villo modo potest, ut hæc scripturarum autoritas aliqua ex parte mentiat. Si dicimus in eo quod scriptum est Deū nemo vidit vnquā, homines tantūmodo intelligendos: sicut etiā illud dictū est. Nemo scit quid agatur in homine nisi spūs hominis, qui in ipso est, nemo vti que scilicet hominum. Neq; .n. hoc de Deo accipi potest, cum de Xpo scriptum sit. Non opus fuisse ut quisquā illi testimonium perhiberet de homine, quā ipse sciebat quid esset in homine. Nam hoc Apostolus planius explicans, Quē nemo inquit, hominū vidit nec videre potest. Si ergo ita dictum est. Deū nemo vidit vnquā, ac si diceretur, nemo hominum: hæc illa quæstio soluta videbitur, ut non sit huic snæ contrarium quod dominus ait: Angeli eorum semper vident faciem patris mei, ut scilicet angelos Deum videre credamus, quem nemo vidit vnquā scilicet hominum. Quō ergo Deum vidit Abraham, Isaac, Iacob, Iob, Moyses, Micheas, Esaias, & si qui alij sunt, de quibus ueracissima scriptura testatur, quod Deum uiderint, si Deum nemo vnquam hominum uidit, nec uidere potest? Quanquam nonnulli uolentes etiam probare impios uisuros Deū, a diabolo quoque ipso Deum uisum putant: sic accipientes quod scriptum est in libro Iob, uenisse cum angelis & diabolū in conspectu Dei, ut iam

iam illud ueniat in quæstionē, quomodo dictū sit, Beati mundo corde, quā ipsi Deū uidebūt. Et illud, Pacē sectamini cū omnibus & sanctificationē, sine qua nemo poterit uideri Deū. Multū enim miror, si eo usq; progrediuntur, qui existimant, impios uisuros Deū, & diabolo uisum Deū, ut eos & mūdo corde esse & pacē & sanctificationē cū omnibus sectari asseuerēt. Nā quod dñs ait: Qui me videt & patrē, p̄ paulo attentius consideratū nō uideri esse contrariū ei quod dixit, Deū nemo vidit vnquā. Neq; .n. dixit, Quia uidistis me, uidistis & patrē: sed dicendo, Qui me videt, videt & patrē, ostendere uoluit unitatē substantiæ patris filij, ne in aliquo inter se putarētur esse dissimiles, ac per hoc quā uere dictū est, Qui me videt, videt & patrē: profecto quoniam Deū nemo hominū uidit vnquā, nec patrem quisquam putandus est uidisse nec filiū secundū quod Deus est filius, & cū patre vnus Deus. Nā secundū id quod homo est, utiq; in terra uisus est & cū hominibus cōuersatus est. Sed magna quō est, quomodo non sit cōtrariū, quia tot antiqui uiderunt Deū, si Deum nemo vnquam uidit, quē nemo hominū uidit nec videre potest? Videt quod difficile mihi proposueris quæstionē, unde me aliquod prolixè copioseq; scribere uoluisti ex occasione breuis epistolæ meæ, quæ tibi uisa est diligētius & uerius explicanda. Visne ergo attendere quæ apud alios interim comperi diuinarū scripturarum egregios tractatores, quid de uisione Dei senserint? ne forte sufficiat desiderio tuo, quāuis ea forsitan noueris. Pauca ergo ista attende si placet. Cū euangeliū exponens beatus Ambrosius Mediolanensis Episcopus, uenisset ad eū locū, ubi angelus apparuit in templo Zachariæ sacerdoti, ex hac occasione, uide quāta & qualia de Dei est uisione disseruit. Non immeritō, inquit, angelus uř in templo, quia ueri sacerdotis iā nūciabatur aduentus, & cęlesti sacrificiū parabatur, in quo angeli ministrarēt. Et bene apparuisse dī ei, qui eū repēte conspexit. Hoc specialiter aut de angelis aut de deo scriptura diuina tenere cōsueuit, ut quod nō potest uideri, apparere dicatur. Sic habes apparuit Deus Abraham ad illicem Mambre. Nā qui ante non præsentitur, sed repente uř aspectu, apparere memoratur. Nō enim similiter sensibilibus uidetur, & is

in cuius uoluntate sitū est uideri, & cuius naturæ est nō uideri, uoluntatis uideri. Nā si nō uult, non uř, si uult uidetur. Apparuit enim Deus Abraham quia uoluit, alijs quia uoluit non apparuit. Uisus est et Stephano cū lapidaretur a populo aperire cælū. Uisus est etiā Iesus stans ad dexterā Dei, & nō est uisus a populo: uidit Esaias Deū sabaoth, sed & alius uidere nō potuit, quia cui placuit apparuit. Et quid de hominibus loquimur, cū etiā de ipsis cęlestibus uirtutibus & potestatibus legerimus, quia Deū nemo uidit vnquā? Et addidit quod ultra cęlestes uirtutes & potestates, unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarravit. Aut acquiescatur igitur necesse est, si Deū patrem nemo uidit vnquā, filium uisum esse in ueteri testamento, & desinant heretici ex uirgine ei principiu dare, qui antequā nasceretur ex uirgine, uidebatur. Aut certe refelli non potest, uel patrē uel filiū, uel certe spiritū sanctū, si tamen est spiritus sancti uisio, ea specie uideri, quā uoluntas elegerit, nō natura formauerit, quā spūm quoque uisū accepimus in colūba. Et iō Deū nemo uidit vnquā, quia eā quæ in Deo habitat plenitudinē diuinitatis nemo cōspexit, nemo mente aut oculis comprehendit. Vidit. n. ad utrūque referendū est. Deniq; cū additur, unigenitus filius ipse enarravit, mentium magis quod oculorū uisio declaratur. Species. n. uř uero enarratur. Illa oculis, hæc mente comprehenditur. Sed quid de trinitate dicā? Seraphin quando uoluit, apparuit, & uocē ei Esaias solus audiuit. Apparuit angelus & nūc præsto est, sed non uř. Neq; enim in potestate nostra est uidere, sed in potestate illius apparere. Tamen etsi potestas non est uidentis, est gratia promerendi, ut uidere possimus. Et ideo qui habuit gratiā, meruit copiā, nos copiā non meremur, quia Deū uidentis gratiam non habemus. Et quid mirū si in præfenti seculo, nisi quā uult dñs non uidetur? In ipsa quoque resurrectione non facile est Deū uidere nisi ijs qui corde sunt mundo. Et ideo beati mundo corde, ipsi. n. Deū uidebūt. Quantos beatos iā numerauerat, & tñ uidentibus deū nō promiserat facultatē? Si ergo ij quod mundo corde Deū uidebunt, utiq; alij non uidebūt. Neq; .n. indigni Deū uidebūt, neq; is qui deū uidere uoluerit potest deum uidere. Nec deus in loco uidetur, sed mundo corde, nec

*1. Ioan. 3**Cap. 4.**1. Cor. 2. 4.**A**Rom. 2.**Gen. 31.**Ioan. 1.**Exo. 33.**Esai. 6.**C**Ioan. 14.**Matt. 18.**Ioan. 1.**1. Cor. 1.**Ioan. 2.**1. Ti. 6.**Ioan. 1.**Matt. 11.**D**Iob. 1.**1.**iam**Heb. 12.**Ioan. 14.**Ioan. 1.**E**Baruc. 3.**Cap. 5.**Ambrosius sup.**Lu. lib. 1.**cap. 1.**F**Imo dicitur uisus**Ge. 18.**Acto. 7.**G**H*

de, nec corporalib. oculis Deus q̄ritur, nec circumscribit visu, nec tactu tenet, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Et cū absenti putatur videtur, & cū pr̄sens est nō videtur. Deniq; nec Apostoli omnes Christū videbā. Et ideo ait: Tanto tēpore vobiscū sum, & ad huc me non cognouistis? Qui n. cognouit q̄ sit latitudo & longitudo & altitudo profundum, & supereminētē sciētīā charitatē Christi, videt & Christū, videt & patrem. Nos. n. iam secūdu carnem non nouimus Christū, sed secūdu spiritū. Spiritus enim antefaciē nostrā Christus dominus, qui nos in omnem plenitudinē Deimisericordia sua imple re dignetur, vt videri possit à nobis. Si hęc verba intelligis, quid restat qđ à me amplius requiratur, cū iā illa quæ difficilis videbatur soluta sit quæstio? Discretū est quippe quō dictū sit: Deū nemo vidit vnquā quomodo Deum iusti antiqui viderint. Sed illud propterea dictū est, quoniā Deus natura inuisibilis est: illi autē ideo viderunt, quicunq; Deū viderunt, quia cui voluerit sicut voluerit apparet. ea specie, quā voluntas elegerit, et latente natura. Nā si qñ patres Deū viderunt, ipsa illis natura eius apparuit, quāuis si voluisset vtiq; non apparuisset, quomodo Deum nemo vidit vnquā, cū eo volente ipsa eius à tot patribus natura conspecta sit? Quod si dicitur filius à patribus visus, vt de Deo patre accipitur dictū, qđ eū nemo vnquā viderit, non quidē amisit occasionē Ambrosius, vt hinc quosdam hæreticos redargueret. i. Photinianos, qui principium filio Dei ex vtero virginis tribuūt, nec volunt credere quod & antea fuerit. Sed quia videbat alios. i. Arrianos perniciosius insidiantes, quorum proculdubio error astruitur, si patris natura inuisibilis filij vero visibilis esse creditur, vtriusq; vnā pariterq; inuisibile asseruit esse naturam, adiungens etiam spiritus sancti. Quod breuiter quidem sed admirabiliter intimauit, vbi secutus ait Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Aut certe refelli non potest, vel patrem, vel filium, vel certē spiritum sanctū, si tamen est & spiritus sancti visio, ea specie videri quā voluntas elegerit, non natura formauerit. Potuit dicere, non natura monstrauerit, sed maluit dicere, formauerit, ne ipsam speciem in qua Deus elegit apparere de sua natura formare putaretur: & ex hoc vtiq;

conuinceretur cōuertibilis esse. mutabilisq; substantiæ, qđ ipse Deus à fide piorū misericors & benignus auerterit. Inuisibilis est igitur natura Deus, non tantū pater, sed & ipsa trinitas, vnus Deus. Et quia non tantū inuisibilis, verū etiā incōmutabilis, sic apparet quib. voluerit in qua voluerit sp̄e, vt apud eum integra maneat eius inuisibilis incōmutabilisq; natura. Desyderiū autē veraciter piorū quod videre Deū cupiunt, & in hianter ardescunt, nō opinor in eā specie cōtuendam flagrat, quā vt vult apparet qđ ipse nō est, sed in eā substantiā qua ipse est qđ est. Huius. n. desyderij sui flammam sc̄tus Moyses fidelis famulus eius ostendit, vbi ait Deo cū quo ut amicis facie ad faciē loquebatur, Si inueni gratiam ante te, ostēde mihi temetipsum. Quid ergo? ille nō erat ipse? Si non esset ipse, nō ei diceret, Ostēde mihi temetipsum, sed ostēde mihi Deū. & tñ si eius naturā substantiamq; cōspiceret, multominus diceret, Ostēde mihi temetipsum. Ipse ergo erat in ea specie qua apparere voluerat, non autē ipse apparebat in natura propria, quā Moyses videre cupiebat. Ea quippe promittitur sanctis in alia vita. Vnde quod r̄sum est Moysi, verū est, quia nemo potest faciē Dei videre & viuere. i. nemo pōt eū in hac uita videre viuens sicuti est. Nā multi viderūt quod voluntas elegit, nō quod natura formauit. Et illud quod sanctus Ioannes ait, si rectē intelligitur, Dilectissimi nunc filij Dei sumus & nondum apparuit quid erimus: Scimus quia cū apparuerit similes ei erimus, quoniā videbimus eū sicuti est, non sicut eū homines viderūt qñ voluit in specie qua voluit, non in natura qua in semetipso est cū videretur latuit, sed sicut est, quod ab eo petebatur, cū ei diceretur, Ostēde mihi temetipsum, ab eo qui cū illo facie ad faciē loquebatur. Nō quia Dei plenitudinem quisq; non solū oculis corporis, sed vel ipsa mente aliquando comprehendit. Aliud est enim videre, aliud est totum videndo comprehendere: quando quidem id videtur quod pr̄sens vtcunq; sentitur, totū autē comprehenditur videndo, quod ita uidetur, ut nihil eius lateat uidētē, aut cuius fines circūspici possunt, sicut te nihil latet p̄sentis uolūtatis tuæ, circūspicere autē potes fines annuli tui. Exēpli gratia, duo posui, quorū alterū ad mentis obtutum, alterū ad corporales oculos pertinet.

net. Visus. n. sicut ille ait, ad vtrūq; referendus est. i. & ad oculos & ad mentē. Porro si propterea Deū nemo vidit vnquā, quia sicut ait disputator, cuius verba cōsideramus, plenitudinē diuinitatis eius nemo conspexit, nemo mēte aut oculis cōprehendit: vidit. n. ad vtrūque referendū est: restat inquirere quō angeli Deum videant pp̄ illud quod ex Euangelio commemorauit. Angeli eorū semper vident faciē patris mei. Si. n. & ipsis non sicuti est sed latente sua natura in specie qua voluerit apparet, magis magisq; requirēdum est, quō eum nos videmus sicuti est, & sicut Moyses desiderauit cum peteret, vt Deus qui in conspectu eius erat, ostenderet illi semetipsum. Hoc. n. nobis summū p̄m̄ium in resurrectione promittit, qđ erimus æquales angelis Dei, ac per hoc si nec ipsi eū vident sicuti est, quō nos ita visuri sumus cū eis æquales in resurrectione facti fuerimus? Sed vide quid cōsequenter dicat noster Ambrosius. Deniq; inquit, cū addit, Vnigenitus filius ipse enarrauit, mentiū magis qđ oculorū visio declarat. Species. n. v̄, virtus verò narra. Illa oculis, hæc mēte cōprehendit. Qui paulo ante dixerat visionem ad vtrūq; referendā, nunc eam nō menti, sed oculis dedit, nō (vt opinor negligenter sua verba respiciēs, sed quia visitatus in loquēdo solemus oculis attribuere visionem, sicut sp̄em corpori. Nam & hic mos loquēdi crebrius vlturpā in reb. quæ locis continent, varianturq; colorib. Sed si nulla sp̄es esse mente contuenda, non diceret ille speciosus forma pr̄ filijs hoīum. Neque. n. hoc secundum carnē dictū est, sed fm̄ sp̄em spiritalem. D̄ ergo & species pertinens ad mentis obtutum, sed quia visitatus in corporibus d̄ vel in similitudinib. corporum, iō dixit, Species v̄, virtus verò narratur illa oculis, hæc mente comprehendit. Proinde narra te vnigenito qui est in sinu patris narratione ineffabili, creatura rōnalis munda & sancta, implet visione Dei ineffabili, quam tunc cōsequemur, cum æquales angelis facti fuerimus. Quia sicut videntur ista visibilia corporis sensib. nota, Deum nemo vidit vnquam, qñ si aliqñ eo modo visus est, non sicut ista natura v̄, sed voluntate visus est, sp̄e qua voluit apprens latente natura atque in se incōmutabiliter permanente. Eo autē modo quo v̄, sicuti est, nūc fortasse v̄ à quibusdam an-

gelis, à nobis autē tunc ita videbitur, cū eis facti fuerimus æquales. Deinde cū addidisset, quia nec p̄tēs cœlorum, sicut Seraphin, nisi cum volunt & quemadmodum volunt videntur, vt hinc et conijcere quanta sit inuisibilitas Trinitatis, tñ, inquit, & sp̄tās non est videndi, est gratia promerendi vt videre possimus. Et iō qui habuit gratiam, meruit copiam, nos copia non meremur, quia Deum videndi gratiam non habemus. His itaq; verbis quia nō sua docet, sed Euangelium exponit, nō hoc voluit intelligi, qđ quidā eorum videbunt Deū, quidā verò non videbunt, quibus credentibus dedit p̄tatem filios Dei fieri, cum ad eos omnes pertineat qđ dictum est. Videbimus eū sicuti est. Sed didēdo, nos copiam nō meremur, quia Deū videndi gratiā non habemus, de hoc seculo se loqui significauit, vbi quibusdam Deus licet non in sua natura, sed in qua voluit sp̄e dignatus est apparere, sicut Abræ, sicut Isaac, alijsq; similibus, cæteris verò innubēribilib. quamuis ad suum populum & hæreditatem æternam p̄tinentib. nulla vel tali sp̄e se demonstrat. In futuro autē seculo qui regnum accepturi sunt quod ab eis ab initio præparatum est, omnes eū corde mundo videbunt, nec in illo regno nisi tales erunt. Attende itaque quid adiungatiam de illo seculo dicere incipiens, Et qđ mihi inquit, si in præsentī seculo qñ vult d̄s non v̄ in ipsa quoq; resurrectione non facile est Deū videre, nisi eis qui mūdo sunt corde. Et iō beati mūdo corde, ipsi enim Deum videbunt. Quōtos beatos iam numerauerat, & tamen his videndi Deum non promiserat facultatem. Si ergo ij qui mundo sunt corde Deum videbunt, vti que alij non videbunt. Neque enim indigni Deum videbūt, neque is qui Deum videre noluerit, pōt Deū videre. Cernis qđ circūspecte loquamur de ijs q. in futuro seculo videbunt Deum: Neque. n. oēs sed qui digni sunt. Resurgent enim digni & indigni regno illo, vbi videbit Deus, qñ omnes qui in monumentis sunt, audient vocē eius & procedent, sed cum magna differentia. Nam qui benefecerunt, in resurrectione vitæ: qui verò male egerunt, in resurrectione iudicij. Hoc iudicium p̄nam æternam significat: sicut etiam illud dictum est, Qui non credit, iam iudicatus est. Quod ergo ait sanctus Ambrosius, Neque is qui Aug. Tomus secundus x Deum

Ioan. 14.

Cap. 6.

Ioan. 1.

1. Ioan. 4.

Cap. 7.

Exo. 33.

1. Ioan. 3.

M Exo. 33.

Cap. 8.

Mat. 18.

Psal. 44.

A

B

C

Cap. 14.

D

Ioan. 5.

Ioan. 3.

Ambrosius super Lucam.

Deum videre noluerit, potest Deum videre, quid aliud intelligi voluit, nisi quia is qui mudo dando cordi cura tanta rei dignam non vult impendere, non vult Deum videre? Vide proinde quid adiungat. Nec in loco, inquit, Deus vult, sed mudo corde. Quid euidentius, quid expressius dici potuit? Ab hac igitur visione diaboli & oēs angeli eius, & omnes cum eis ipij sine vlla nebula dubitationis exclusi sūt, qm mudo corde nō sunt: ac per hoc quod scriptum est in libro Iob, venisse angelos in conspectum Dei, & venisse cum eis diaboli, non iō diabolus Deum vidisse credendus est. Ipsi, n. dicti sunt venisse in conspectu Dei, nō Deus in conspectu eorum. Veniunt aut in conspectum nostrum quā videmus, non a quib. videmur. Venerunt ergo sicut in multis codicib. legitur, ut assisterent coram Deo, non vt corā ipis Deus. Nec est opus hoc loco imitari, vt pro virib. nostris conemur ostēdere, quō & hoc tpaliter fiat, cū in Dei conspectu sint omnia semper. Nunc enim queritur, quō videatur Deus, non ea specie qua & in isto seculo quibusdā voluit apparere, qm non solum cum Abraham alijsq; iustis, verumetiam cum Cain fraticida locutus est, sed quō videatur in illo regno vbi eum videbunt filij eius sicuti est. Tunc quippe satiabitur in bonis desiderium eorum, quo desiderio flagrabat Moyses, cui loqui ad Deum facie ad faciem non sufficiebat, & dicebat: Ostende mihi te ipsum manifeste, vt videam te: tanquam diceret, quod in psalmo ex eodem desiderio canitur. Satiabor cum manifestabitur gloria tua: Quo desiderio ardebat & Philippus, & sic satiari cupiebat dicens, Ostēde nobis patre & sufficit nobis. De hac visione loquens, eius ē ipse amator, & desiderator Ambrosius, Non in loco, inquit, Deus vult, sicut ad illicem Mambre, sicut in monte sina, sed mudo corde. Et sequitur, sciens quid desideret, & quid astuet, & quid speret. Nec corporalib. inquit, oculis Deus queritur quibus se ostēdit Abrahā, Isaac, & Iacob, & alijs in hoc seculo. Nec circumscribit visu propter illud quod dictū est, Posteriora mea videbis: Nec tactu tenet, sicut luctatus etiam est cum Iacob: Nec auditur affatu, sicut non solū a tot sanctis, verumetiam a diabolo auditus est: Nec sentitur incessu, sicut aliquando cum in paradiso deambulare ad vesperam. Vides quem-

admodum vir sanctus enitatur nostras mentes ab oibus carnis sensib. leuocare, vt aptas faciat ad videndū Deum. Et tñ quid agit talis extrinsecus plātator & rigator, nisi intrinsecus operaret q dat incrementū Deus? Quis. n. sine adiutorio spūs Dei cogitare valeat esse aliqd, magisq; esse, q̄ oīa quā p corpus sentiunt, quod nec in loco videbat, nec quarendū sic oculis, audiat affatu, nec tactu teneat, nec sentiat incessu, & videat tñ, sed mudo corde? Neque. n. de hac vita ille loquebatur cum hoc diceret, quando quidem ab hoc seculo in quo Deus apparuit, non sicuti est, sed in spē qua voluit, quib. voluit, satis discreuit seculi futuri vitam, discretionē apertissima, vbi ait. Et quid mirum si in præsenti seculo nisi qm vult, dñs non vult? In ipsa quoq; resurrectione nō facile est Deū videre, nisi ijs qui corde sunt mudo. Et iō beati mudo corde, qm ipsi Deū videbunt. Hinc iā de illo seculo dicere exorsus est, vbi Deū videbunt, nō oēs qui resurgēt, sed qui resurgēt ad vitā aternā, non indigni, de quib. dictū est, Tollat impius ne videat claritatē Dei, sed digni, de quolib. dixit ipse dñs cum præsens non videret Qui diligit me, mandata mea custodit. Et qui diligit me, diligit a patre meo, & ego diligā eū, & ostendam me ipsum illi. nec ij quibus dicitur, Ire in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: sed ij quibus dicitur, Venite benedicti patris mei percipere regnum quod vobis praparatum est ab initio mudi. Illi quippe ibunt in cōbustionē aeternam. Iusti aut in vitā aeternam. Et quā est vita aeterna, nisi q̄ ipsa vita alijs dicit, Hęc est aut vitā aeterna, vt cognoscāt te vnum Deum verū & que misisti Iesum Christum? Sed sic, quō promissit ostensurum seipsum dilectoribus suis cū patre vnum Deum. non quō in hoc seculo in corpore visus est a bonis & a malis, & in iudicio futuro, quo sic venturus est, quō visus est iens in cēlum: hoc est in eadem forma filij hominis, eandem formam videbunt, quibus dicitur est. Esuriui & non distis mihi māducare, quia & Iudæi videbūt in quē pupugerūt: nō illā Dei formā in qua nō rapinā arbitratus est esse aequalis Deo in illa Dei forma tunc videbunt eum qui videbunt eum sicuti est. Nec ideo videbunt, quia pauperes spiritu in hac vita fuerunt, quia mites, quia lugētes, quia esurientes & sitientes iusti-

Exo. 33. Iob. 16. Ioh. 14.

G Matt. 5. Ioh. 14. H Mat. 11. Zac. 12. Phil. 1.

Matt. 5. Ioh. 1. Cap. 11. Ambrosius super Lucam. Ioh. 14.

iustitiam, quia misericordes, quia pacifici, quia persecutionē passi pp iustitiam, quamuis & hęc omnia ijdē ipsi passi sunt, sed quia mudo sunt corde. Ideo quippe inter illas beatitudines, cū oīa faciant qui cor mundū habēt, non est tñ alicubi positū, Deum videbunt, nisi vbi dictum est, Beati mudo corde, quā mudo corde videbit, qui nec i loco vult, nec oculis corporalib. querit, nec circumscribit visu, nec tactu tenet, nec audit affatu, nec sentit incessu. Deum. n. nemo vidit vnquā, vel in hac vita sicuti ipse est, vel etiam in angelorum vita, sicut visibilia ista quā de corporali visione cernitur. Quia vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse narravit. Vnde non ad oculorum corporalium, sed ad mētium visionem dictum est pertinere quod narrat. Sed rursus ne desiderium nostrum a corporis sensu ad alium corporis sensum migraret, hoc est, ad aures ab oculis: iō cum dixisset, nec corporalib. Deus oculis querit, nec circumscribitur visu, nec tactu tenet, addidit etiam, nec audit affatu, vt si possum, vnigenitū filium qui est in sinu patris, sic intelligamus narratem, quā & verbum est, non sonus aurib. strepens, sed imago mentib. innotescens, vt illic interna & ineffabili luce clarescat quod dictum est, Qui me videt, videt & patre, quod hic Philippo dicebat quā videbat & non videbat. Sequitur enim huius visionis eximius cōcupitor Ambrosius, dicens. Et cum absens putatur, vult: & cum præsens est, non vult. Non dixit cum absens est, sed cum absēs putat. Nusquam enim absens est qui cēlū & terrā implet, nec spatiis includit paruis, magnisq; diffundit, sed vbi que totus est, & nullo cōtinet loco. Hoc qui excedete mente intelligit, videt Deū, & cum absens putat. Qui aut hoc nō potest, oret & agat, vt posse mereat, nec ad hoīem disputationē, pulset, vt quod nō legit legat, sed ad Deū talitatorē, vt quod nō valet valeat. Vñ aut dixerit, Et cū præsens est nō vult cōsequenter aperuit dicens. Deniq; nec Apostoli oēs Christum uidebant. Et iō ait, Tanto tempore vobiscum sum, & adhuc me nō cognouistis. Ecce quō Deus præsens erat & nō uidebatur. Sed quare non ausus est dicere, denique nec Apostoli Christum uidebant, sed ait, Nec Apostoli omnes, tanquam aliqui tunc uiderent ea uisionē in qua ipse & pater unum sunt? An forte illud attendit, quod cum Petrus dixisset,

Tu es Christus filius Dei uiui, responsum accepit, Beatus es Simon bariona, quia nō tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in coelis est? Quamuis illa reuelatio utrūque fidē tantę rei creditę, an per uisionem cōspectę facta in eius mēte fuerit, nō mihi uideat elucere, cū & ipse Petrus tam paruulū se adhuc illi ostēderet, ut timeret ne amitteret morientē quē filiū Dei uiui, hoc est, uitę fontē fuerat paulo ante cōfessus. Deinde potest mouere, quō iam ipsa Dei substantia uideri poterit, quibusdā in hac uita positis, pp illud quod dictū est ad Moysen, Nemo potest faciem meam uidere & uiuere: nisi quia potest humana mens diuinitus rapi ex hac uita ad angelicam uitā, antequam per istā cōem mortē carne soluat. Sic enim raptus est qui audiuit illic ineffabilia uerba, quā non licet homini loqui: ubi usq; adeo facta est ab huius uitę sensib. quaedā intentionis auersio, siue in corpore, siue extra corpus fuerit, i. utrum sicut solet in uehementiori exstasi mens ab hac uita in illam uitam fuerit alienata manente corporis uinculo, an omnino resolutio facta fuerit, qualis in plena morte contingit, nescire se diceret. Ita fit ut & illud uerum sit quod dictum est, Nemo potest faciem meā uidere & uiuere, quia necesse est abstrahi ab hac uita mētē, quā in illius ineffabilitate uisionis assumit, & nō sit incredibile quibusdā sanctis nondū ita defunctis, vt sepelienda cadauera remanerent, etiā istā excellentiā reuelationis eius cōcessā fuisse. Quā existimo cogitasse illū qui noluit dicere, Nec Apostoli Christū uidebant, sed ait, nec Apostoli oēs Christū uidebat, credēs quibusdā eorū diuinitatis quoq; ipsius uisionē de qua loquebat etiam tunc potuisse donari, certe pp beatū Paulū, quia ipse quāuis nouissimus utiq; Apostolus erat, qui de sua ineffabili reuelatione nō tacuit. Quāquā & illi fidelissimo antiquo famulo Dei Moysi in hac terra laboraturo, populūq; illū adhuc recturo; cōcessum est quod petiuit, ut claritatē dñi uideret, cui dixerat. Si inueni gratiā ante te ostendem mihi temer ipsum manifeste. Accipit enim in pnia congruum rñsum, quod faciem Dei uidere non posset, quā nemo uideret & uiueret hoc modo significāte Deo alterius potioris uitę illā esse uisionē. Deniq; uerbis Dei futurę Xpi ecclesię mysterium figuratū est. Gestauit quippe Moyses typum populi

Mat. 16. Cap. 12. Exo. 33. 3. Co. 12. hic vult cōcedere Moyses & Paulus in raptu uisus dñs est q̄ videret uisere & est tract. 3. in Iob. Exo. 33.

puli Iudæorum in Christum passum postea credituri: Ideo dictum est illi, Cum trāsiero, posteriora mea videbis. Et cetera q̄ ibi dñr, mirabili sacramento prænunciant ecclesiam post futuram, vñ modo longum est disputare. Quod aut̄ dicere instituerā, desiderio eius etiam illud qđ petierat fuisse concessum, in libro Numerorū postea demonstratū est, vbi dñs arguit contumaciā sororis ipsius, & dicit alijs prophetis ī visione se apparere & in somno, Moyfi aut̄ per sp̄m, nō per ænigmata, vbi ēt addidit dicēs. Et gloriam dñi vidit. Quid ergo est quod eū sic fecit exceptū, nisi forte quia illa cōtēplatione dignum etiā tūc habuit populi sui talem rectorē & ministrū in tota domo sua fidelem, vt quēadmodum concupiuerat videret Deū sicut est, quæ contemplatio cunctis filijs in fine promittitur? **Cap. 13.** Ista (credo) considerans vir ille sanctus cuius verba tractam⁹, nec Apostoli, inquit, omnes Christum videbant, qm̄ forte aliqui eorū ēt ipso tpe viderant secundum ista quæ dixi. Vt aut̄ probaret qđ dixit, quia non oēs videbāt, cōtinuo subiecit. Et iō ait: Tanto tpe vobiscū sum, & adhuc me non cognouistis. Deinde subiungens à qualib. Deus videat illa cōtēplatione sicuti est. Qui n. cognouit, inquit, qđ sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundū, & supereminētē scientiæ charitatem Christi, videt & Christum, videt patrē. Ego hæc verba Apostoli Pauli sic intelligere Ioseo, In latitudine bona opera charitatis, In lōgitudine perseueratiā in bonis vsq; in finē, In altitudine sp̄m cęlestiū prēmiorū, In p̄fundo inscrutabilia iudicia Dei, vnde ista gratia in hoīes venit. Et hūc intellectū coaptare ēt sacramento crucis, vt in latitudine accipiat̄ transuersum lignū, quo extenduntur manus pp̄ operū significationē, In longitudine ab ipso vsq; in terrā vbi totum corpus crucifixū stare vñ, quod significat p̄sistere, hoc est, longa nimiter permanere, In altitudine ab ipso trāsverso ligno sursum versus, qđ ad caput eminet: pp̄ expectatiōē supernorum: ne illa bona opera atq; in eis perseueratiā pp̄ beneficia Dei terrena atque temporalia faciēda credantur, sed p̄tius pp̄ illud quod desuper sempiternum sperat fides, quæ per dilectionem operatur. In profundo autem pars illa ligni, quæ in terræ abdito defixa latet, sed inde cōsurgit omne illud quod eminet, sicut

ex occulta Dei volūtate vocat̄ hō ad participationē tantæ gratiæ, alius sic alius aut̄ sic: Supereminētē verō scientiæ charitatem Christi, eam p̄fecto vbi illa est pax quæ præcellit oēm intellectum. Sed siue hoc in his Apostolicis verbis etiā ille senserit Euangelicus disputator, siue aliud aliquid fortasse cōgruentius, vides tñ etiā hoc, ni fallor, à regula fidei non aberrare. Vnde aut̄ nunc agimus pp̄ contuitum spiritalem, cum dixisset. Qui cognouit quæ sit latitudo & longitudo & altitudo & profundum, & supereminētē scientiæ charitatem Christi, videt & Christū, videt & patrē, ne alicui tardissimo de corporali visione dicere videret. Nos n. inquit, iam secundum carnem non nouimus Christum, sed secundum spiritum. Sp̄s enim ante faciē nostram Christus dñs. Quod ait hoc loco, nouimus, s̄m fidem dixit, quæ nunc est, non s̄m cōtēplationem quæ tunc erit: quia & illud nouimus quicquid fide non ficta ēt si nondum per speciem contuendo, iam tñ inconcussē credēdo retinemus. Denique cū dixisset, iam non secundum carnem Christū nosse, sicut Apostolus ait, & addidisset testimonium de propheta, Spiritus n. ante faciē nostram Christus dñs: cōtinuo subiecit. Qui nos in omnem plenitudinem Dei misericordia sua implere dignet̄, vt videri possit à nobis. Certē manifestum est qđ illam notitiam, vbi dixerat, nouimus, ex fide posuit, ex qua modo iustus viuunt, nō ex cōtēplatione qua Deum videbimus sicuti est. Hæc enim sibi & nobis consequenter optauit, futuramq; significauit docēdo. Qui nos oēm plenitudinem Dei misericordia sua implere dignetur, vt videri possit à nobis. Hanc plenitudinem Dei quidā in sermone Apostoli sic intellexerūt, vt putarent nos hoc futuros omnino quod Deus est. Hæc enim verba sicut recognoscis, Apostolus posuit ita loquēs, cognoscere etiā supereminētē scientiæ charitatē Christi, vt impleamini in oēm plenitudinē Dei. Quapropter, inquit, si aliquid minus, qđ Deus habebimus, & ī aliquo minores erimus, quō implebimur in oēm plenitudinem Dei? Sed quoniā implebimur, p̄fecto erimus æquales. Auerfari istum vtiq; & detestari humanæ mentis errorem, scio, & rectē facis. Sed quomodo intelligēda sit ista plenitudo, qua dictū est implēdos nos esse in oēm plenitudinem

nem Dei, postea si Deus voluerit pro viribus quas dederit differemus. Nunc autem quod mihi proposueras, & ad explicandum difficile videbat, vñ explicatum sit, diligenter attende, recolendo quæ dicta sunt. Si n. queris, vtrum possit Deus videri? Rñdeo, potest. Si queris, vnde scis? Rñdeo, q̄a in veracissima scriptura legit̄, Beati mundo corde, qm̄ ipsi Deum videbunt, & cetera talia. Si queris quō dictus sit inuisibilis si videri potest? Rñdeo, inuisibilē esse natura, videri aut̄ cū vult sicut vult, plurimis. n. visus est, non sicuti est, sed quali ip̄e illi placuit apparere. Si queris, quō eum vidit vel Cain sceleratus, qm̄ de suo scelere ab illo interrogatus & iudicatus est: vel ēt ip̄e diabolus, qm̄ venit cum angelis vt cum illis assisteret, si beati mundo corde, qm̄ ipsi Deum videbunt: Rñdeo non qđem esse cōsequens, vt etiā videant Deum qđ voces ab eo factas aliqñ audiunt. Neque n. viderunt eū qui audierunt qm̄ dixit ad filiū. Et clarificauit & clarificabo iterū. Veruntamen non esse mirandū, si aliqñ etiam nō mundo corde vident Deum in sp̄e, quā voluntas eius fecerit, late inuisibili & apud se incommutabili manente natura. Si quis vtrum etiā sicuti est, possit aliqñ videri? Rñdeo, filijs hoc esse p̄missum, de quib. dictum est. Scimus quia cū apparuerit si miles ei erimus, qm̄ videbimus eū sicuti est. Si queris, vnde eū videbimus? Rñdeo, vnde angeli vident, quib. tunc erimus æquales. Sicut enim vident ea quæ visibilia nominantur, Deum nemo vidit vnquā, nec videri p̄t, qm̄ lucem habitat inaccessibilem, & est natura inuisibilis sicut incorruptibilis, quæ contextim posuit Apostolus dicēs. Regi aut̄ seculorum inuisibili, incorruptibili, quia sicut nūc incorruptibilis nec postea corruptibilis, ita non solum nūc, sed etiam semper inuisibilis. Nec in loco. n. vñ, sed mundo corde, nec corporalibus oculis queritur, nec circūscribitur visu, nec tactu teneatur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Vnigenitus autem filius qđ est in sinu patris: diuinitatis naturā atq; substantiam insonabiliter narrat, & iō dignis idoneisq; tāto cōspectu oculis ēt inuisibiliter monstrat. Ipsi n. sunt oculi de quib. Apostolus dicit, illuminatos oculos cordis vestri. Et de quib. d̄, Illumina oculos meos, ne vnquā obdormiā in morte, ne quando dicar inimicus, &c. Dñs n. spiritus est. Vnde qđ ad-

hæret dño vnus spiritus est. Proinde qui p̄t Deum inuisibiliter videre ipse Deo potest in corporaliter adherere. Puto iā nō esse in quōne quā proposuisti, amplius quod requiras. Sed in hac tota nostra disputatione, considera quid videris, quid credideris, quid adhuc nescias, siue q̄a non dixi, siue quia non intellexisti, siue q̄a non iudicasti esse credendum: & ea quæ vera esse vidisti adhuc discernere vñ videris vtrum recolendo illa te vidisse per corpus, sicut corpora cęlestia vel terrestria, an verō nunquam corporalib. ea attigeris visib. sed sola mente intuens vera & certa esse perspexeris, sicut volūtatem tuam, de qua ego tibi credere loquenti possum, eam verō vt abs te vñ videre ipse non possum. Et cum hæc ita discreueris, etiam id attende vnde discernas; quamuis n. alia corpore, alia mente videamus, horum tñ duorum generum ipsa discretio vñ mente non corpore, & ea quæ mente conspiciuntur, non indigent ullo corporis sensu, vt ea vera esse nouerimus. Quæ autem per corpus videntur, nisi mens assit, quæ talia nūciata suscipiat, nulla p̄t scientia contineri, & nūciata quasi suscipere perhibetur, foris ea relinquit. Sed eorum imagines. i. incorporeas similitudines corporum incorporaliter commendat memoriæ, vnde cum voluerit & potuerit, velut de custodia productas, atq; in cōspectu cogitationis exhibitas iudicat. Et cū volēt ēt ista duo discernit, qđ in specie corporali foris reliquerit, quid ei simile intus inspiciat, & illud absens, hoc p̄sēs esse dignoscit. Sicut me absente faciē meī corporis cogitas, & illa tibi est imago præsens. Absens autē facies, cuius imago est hoc corpus. Illa verō incorporea corporis similitudo est. Iis ergo quæ vides diligenter fidet̄ que perspicias atq; distinctis, attēde quæ credis in hoc ipso sermone toto, ex quo ad te loquor his literis coepi, & in eis ipsis quib. non visis accommodas fidē, ipsa testium pondera discernēdo perpende. Neq; n. mihi sic credis, quemadmodum Ambrosio, de cuius libris tāta illa testimonia posui. Aut si ambobus nobis æqua lāce putas esse credendum, nunquā vilo modo Euāgelio nos cōparabistis: aut scripta nostra scripturis canonicis cōequabis? P̄fecto si rectē in dijudicando sapias, longe nos infra vides ab illa authoritate distare. Et me quidem longius, sed vtrique nostrum quantum. Aug. Tomus secundus x 3 tun-

2. Cor. 3.
1. Cor. 6.
Cap. 13.

G

2. Co. 5.

Thema

Cap. 14

Emami

no. hen

ricor. id

ligit.

Eph. 3.

D

H

Ambro

sus.

Ioan. 1.
1. Ti. 6.
Nati. 5.

tumlibet credas, vtrunque illi excellentia ne quaquam coparas. Quocirca id quod scriptum est, Deum nemo vidit unquam, Et, Lucem habitat inaccessibile, quem nemo hominum vidit nec videre potest, Et, Beati mundo corde quoniam ipsi Deum viderunt, Et quicquid aliud ex illis libris sanctis commemoravi, firmiter credis quod id quod dixit Ambrosius. Nec in loco Deus videtur, nec corporalibus oculis queritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Tale quippe esse intellexit vel credidit Deus: quod mundo corde conspiciatur. Hac autem est mea sententia esse confiteor. Aliter ergo ista, aliter diuina verba in fide recipis. De nobis, nam tibi subest fortasse aliquis scrupulus, ne in his diuinis eloquiis aliquid minus dilucide intelligamus, & non sicut dicta sunt, sed sicut suspicamur exponatur a nobis. Fortasse, nam dicis apud te ipsam: Quid si & mundo corde videtur Deus, & in loco tamen videtur: aut quid si oculis etiam corporalibus Deum viderunt qui mundo sunt corde, cum corruptibile hoc induerit in corruptionem, quoniam erimus equales angelis Dei? Quatum ergo nobis credere debeas vel non debeas fortassis ignoras, & vel plus vel minus quam debes nobis crededo, ne fallaris attendis: diuinis autem scripturis etiam nondum perspicue intellectis credendum esse non dubitas. Sed hanc considerationem credendi vel non credendi, & difficultatem scientiam & dubitationis astus & pia fidem, quae diuinis debet affatibus, in tua mente ita ut sunt attendis, & vides, nec de his omnino quod apud te ita sunt, siue ut ego dixi siue ut ipsa potius nosti aliquid ambigis. Vides itaque fidem tuam, vides dubitationem tuam, vides studium tuum voluntatemque discerni, & cum auctoritate diuina mouearis ad credenda quae non vides, haec te tamen credere incunctanter vides, distribuisti & discernis haec omnia. Num ergo iis oculis cordis tui, quibus haec omnia vera & certa esse conuenis, tibi quae praesentia inuisibiliter cernis atque discernis, villo modo corporeos oculos comparabis? Cum etiam de ipsis rebus visibilibus quae corporalium oculorum acie quodammodo radianter, & de ipsis corporeis oculis eorumque acie, qualiscumque & quatumcunque sit quantum distet ab inuisibilibus non excellentioribus quibus etiam non visis fide debet, sed ab ijs quae commemoravi, quae non credis absentia sed praesentia mente conuenis, non eisdem ipsis carnis oculis sed illis interioribus iudicibus,

1. Co. 15.
1. Th. 20.

Cap. 16.

Cum ergo interiores oculi iudices sint oculorum exteriorum, isti autem illis quodam officio nunciandi & ministerio famulenti, multaque illi videant quae isti non vident, nihil isti uideant, vnde non illi tanquam praesides iudicent quis non illos istis incomparabili aestimatione praeponat? Quae cum ita sint, obsecro te, cum ageris in te ipsa hoc tam grade negocium, cum ab exterioribus interiora distinguas, atque illa istis ineffabiliter anteponis, cumque istis foris relictis in illis intrinsecus demoraris, & ea suis quibusdam incorporalibus finib. meriendo iudicas, in nulla te putas, an in aliqua luce versari? Ego, nam existimo quod tanta ibi & talia, tam clara, tam certa videri sine luce non potest. Ipsam igitur lucem in qua cuncta illa perspicis intueri, & vide vtrum ad eam possit accedere vllus corporeorum radius oculorum. Profecto non potest. Attende etiam, vtrum in ea videas vlla locorum spatia vel interualla, runde. Nihil ibi tale (ut arbitror) inuenis, sed vigilanter ab aspectu intimo quicquid imaginum corporalium exterioris sensus inuexit. Sed forte difficile est irruere, nam de consuetudine corporalium vitae, in ipsos quoque interiores oculos turba phantasmatum in similitudinibus corporum, cui resistere conetur, saltem auctoritate diuina, exclamaui, dolens in illa breui epistola, dixi, Audiatur caro carnalibus cogitationibus ebria. Spiritus est Deus. Neque, nam cuiusquam magis quam etiam ipsam meam mentem ab hominum vanitate illa increpatione conpescui. Facilius quippe inclinamur ad solita, & amicum est infirmitati humanae animae corporalem conuersionem introrsus vel mittere vel admittere, non ubi sana consistat, sed ubi languida quodammodo, aut incubat, aut iaceat. Proinde si non potes aciem mentis tuae a corporearum similitudinum quasi nubilo perspicue serenare, eas ipsas apud te ipsam uigilanter attende, intueri cernedo consueuisti, easque imagines caeli & terrae, quae ante oculos cogitationis productae sunt, vide similitudines corporum esse non corpora. Sic ergo iudica contra te ipsam pro te ipsa, si non potes omnifariam corporalium qualitatum imaginarias formas ab acie tuae mentis abigere, & vnde vinceris inde conuince. Neque, nam est, ut opinor, quisquam etiam talibus imaginationibus ita deditus, ut credat sic esse in memoria sua, vel in ipso conspectu cogitationis suae solem, lunam, stellas, amnes, maria, montes:

Ioan. 4.

A

2. Cor. 4.
10. de ge.
C
ad literam
c. 24. 25.
c. 32.

Psal. 102

1. Co. 2.
Cap. 16.

tes, colles, vrbes, parietes denique domus suae, vel etiam cubiculi sui, & quicquid per oculos corporis tale cognouit & tenet, ut locorum spatia atque interuallis siue stetit siue moueantur: Porro si ea quae in aere sunt corporibus locisque simillima, non tamen locorum spatia atque finibus continentur, nec interuallis localibus in nostra memoria reponuntur, quanto magis illa quae nullam gerunt similitudinem corporum? Charitas, gaudium, longanimitas, pax, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, nulla locorum spatia tenent, nulla intercapedine separantur, aut aliqua oculi cordis quo radios suos mittant & ea videant interualla coquirunt. Nonne omnia in vno sunt sine angustia, & sine terminis nota sunt sine circuitu regionum? Aut dic in quo loco videas charitatem, quae tamen in tamen tibi cognita est, inquam tuam eam potes metis acie conueniri, quam non ideo magnam nosti, quia ingentem aliquam molem conspiciendo lustrasti, nec cum tibi intus loquitur, ut sciam eam viuas vllis perstrepat sanis, nec ut ea cernas, corporali lumen erigis oculorum, nec ut ea fortiter teneas, corporalium vires praeparas lacertorum, nec cum tibi venit in mentem, sentis eius incessum. Ecce etiam charitas quatumcunque in nostra voluntate consistit nobisque conspicua est, nec in loco videtur, nec corporalibus oculis queritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu, quanto magis Deus ipse cum hoc ipse in nobis est? Nam si interior homo noster quatumcunque imago eius, non de illo genita, sed ab illo creata, quauis adhuc renouetur de die in diem, iam tamen in tali luce habitat, quod nullus oculorum corporalium sensus accedit: si ea quae in illa luce cordis oculis intuemur, & discernuntur inter se, & nullis locorum spatia separantur, quanto magis Deus qui lucem habitat inaccessibilem corporis sensibus, quod nec ipse nisi mundi potest esse cordis accessus? Cum igitur lucem iam omni corporali luci non solum iudicio rationis, sed amoris quoque appetitu posuimus, quanto id magis valebimus, tanto melius valebimus, donec sanentur omnes languores animae nostrae ab illo, qui propitius sit omnibus iniquitatibus nostris. In hac, nam viuaciore vita facti spirituales poterimus omnia diiudicare, ipsi vero a nemine diiudicari. Animalis autem homo non potest percipere quae sunt spiritus Dei. Stultitia, nam est illi & non potest scire, quoniam spiritualiter diiudicatur. Quod si nondum possumus pra-

ferre lucem iudicantem ei luci de qua iudicatur, praeferre vitam intelligentem vitam tamen modo sentienti, praeferre naturam non alibi hoc & alibi aliud, sed omnia quae haec, in vno simul habentem sicuti est nostra intelligentia, ei naturam quae ita partibus constat, ut minus sit dimidia quam tota, sicuti est omne corpus, superfluo de rebus tantis ac talibus disputamus. Si autem hoc iam possumus, aliquid melius quam intellectum nostrum Deum esse credamus, ut pax eius quae praecellit omnem intellectum custodiat corda nostra & intelligentias nostras in Christo Iesu. Ipsa, nam pax quae praecellit omnem intellectum, non est vti que minor nostro intellectu, ut cum iste sit oculis corporalibus inuisibilis illa putetur esse visibilis. an aliud pax Dei, aliud splendor Dei, cum idem ipse sit vnigenitus filius, cuius & illa charitas quae supereminet scientiam, cuius cognitione implemur in omnem plenitudinem Dei, non est nostrae mentis luce inferior, quae illa illuminante tribuit? Porro si ista inaccessibilis est oculis carnis, quanto magis illa quae huic incomparabiliter est supereminens, ac per hoc cum sit aliquid nostrum visibile sicut hoc corpus, aliquid verum inuisibile sicut homo interior, & cum optimum nostrum, hoc est, mens atque intelligentia inuisibile sit oculis corporis, quanto id quod est melius optimo nostro, visibile erit inferiori nostro? Arbitror te iam concedere his omnibus consideratis, recte dictum esse, quod Deus nec in loco videtur, sed mundo corde, nec corporalibus oculis queritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Et siquid in ijs minus intelligimus, vel aliter sapimus, id quoque nobis reuelabit, si in quod peruenimus, in eo ambulemus. Peruenimus autem ut credamus, Deum non corpus esse, sed spiritum. Peruenimus etiam ut credamus quod Deum nemo vidit unquam. Et quod Deus lux est, & quod tenebrae in eo non sunt vllae. Et quod apud eum non est commutatio, nec momenti obumbratio. Et quod lucem habitat inaccessibilem, quam nemo hominum vidit, nec videre potest. Et quod pater & filius & spiritus sanctus vnus Deus est sine vlla diuersitate & separatione naturae. Et quod mundi corde eum videbant, & quod similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et quod Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo manet. Et quod pacem & sanctificationem sectari debemus, sine qua nemo poterit vi-

Phil. 4.

Cap. 18.

Ioan. 1.
1. Io. 1. 1
Iacob. 1
E
1. Ti. 6.
1. Io. 5.

1. Io. 3.
1. Io. 4.
Heb. 12.

1. Co. 15. dere Deū. Et quod corruptibile hoc & mortale corpus nostrū in resurrectione cōmutabit, & induet incorruptionem atq; immortalitātē. Et quia seminat corpus aīale, resurget corpus spiritale transfigurante dño corpus humilitatis nostræ, vt cōforme faciat corpori gloriæ suæ. Et qđ Deus fecit hoīem ad imaginem & similitudinem suam. Et quod spiritu mentis nostræ renouamur in agnitionē Dei s̄m imaginem eius qui creauit nos. In his atq; hmōi scripturarū sanctarū authoritatib. per fidē ambulātes, qui dato vel diuinitus adiuto intellectu spiritualiter profecerunt, & spiritualia spiritualib. cōparare potuerunt, videntur melius videri mente q̄ corpore. & ea videri mente, quæ nō continent locis, nec si locorū intervallis separant, minora essent in parte q̄ in toto. Hinc est quod fiducialiter ille dicit, qđ nec in loco Deus vī, sed mundo corde, nec corporalib. oculis quærit, nec circūscribit visu, nec tactu tenet, nec audit affatu, nec sentit īcessu. Vnde quia & * indiuisibilis & in scripturis sanctis eius substantia cōmenda, & visus esse à plurimis per corpus & corporalib. locis in eiusdem authoritatib. inuenit, aut spiritu quo corporales cernuntur imagines per aliquam licet incorpoream tñ similitudinem corporis, sicut in somnijs vel in extasi, secernit ille vir sanctus, Dei naturā ab hmōi visionib. easq; dicit esse, quas Dei voluntas elegisset, non quas natura formasset. Facit. n. Deus istas quib. vult vt vult, vt cui vult qñ vult appareat, sua latente atque in se incommutabiliter manēte substantia. Si enim voluntas nostra apud se manēs & latens sine vlla sui commutatione, per quas se vtrūque ostēdat, exprimit voces, quāto facilius Deus omnipotēs sua latente atq; incommutabiliter manēte natura, in qua voluerit specie potest cui voluerit apparere, qui ex nihilo creauit omnia, atq; in se manens innouat omnia? Ad eam verò visionem qua videbimus Deū sicuti est, mūdanda corda commonuit. Quia enim corpora consuetudine loquendi visibilia nominantur, propterea Deus inuisibilis dī, ne corpus esse credat, nō quia corda mūdā suæ substantiæ contemplatione fraudauit, cū hæc magna & summa merces Deum colentibus & diligentibus promittatur, dicente ipso domino, quando corporalibus oculis visibiliter apparebat, & inuisibilem se con-

a. l. inuisibilis.

Cap. 19.

tuendum mūdīs cordib. promittebat. Qui diligit me, diliget à patre meo, & ego diligam eum, & ostendam me ipsum illi. Hęc quippe natura eius æqualiter cum patre inuisibilis, sicut æqualiter incorruptibilis est, quæ sicut supra dictū est, cōtinuatim Apostolus posuit, diuinam substantiā qua potuit hoībus prædicatione cōmendans, quā si oculi corporales in resurrectione mutata corporum qualitate conspiciant, viderint qui hoc possunt aliter: me plus mouet illius snā, qui nec in ipsa resurrectione hoc corporalib. oculis: sed mūdīs cordib. tribuit. Et de spiritualis quidē corporis qualitate quod resurrectionis p̄mittit, vel discere aliquid adhuc: vel quærere nō recesso: si tñ de hac re disputantes illis vitijs carere possumus, quæ plerunq; studijs humanis & concertationib. excitant, dum supra q̄ scriptum est vnus pro altero infletur aduersus alterum, ne dum altercando quærimus vestigare quomodo possit videri Deus, ipsā pacem sanctificationemq; perdamus sine qua nemo poterit videre Deum, qđ ipse auertat à cordib. nostris, vt ea suæ contēplationi mūdā reddat atq; custodiat. Illud tñ quia nō dubito requiro, qđ Dei natura nunquā videat in loco. Iam vtrū possit huius corporis oculis videri aliquid quod in loco non vī ab eis qui valent differendo monstrare, cū pace dilectionis audire paratus sum, & qđ me mouet in cōe conferre. Sūt. n. quidam * qui Deū ipsum oīno corpus esse præsumūt, putantes quicquid corpus nō est, nullam prorsus esse substantiam, istos oīmodo auersandos censeo. Sunt autē alij. Deum quidem corpus non esse minime dubitantes, sed iō eos qui ad vitā æternam resurgent, etiam per corpus Deum visuros putant, quoniam talem sperant spiritualis corporis qualitatem, vt et ipsa quæ caro fuerat, spiritus fiat. Quod si ita est, quantum distet à superiori opinione, q̄ hoc sit tolerabilius etiam si verū non sit, puto facillime iudicari. Primo quia multum interest, vtrū de creatore an de creatura aliter aliquid sentiantur quā veritas habet. Deinde quia conatus mentis vtrūque ferendus est volentis corpus conuertere in spiritum, non in corpus Deū. Postremo quia id qđ ego in illa epistola mea dixi de istis nostræ carnis oculis, quia neq; nūc possunt, neq; tunc poterūt Deū videre, etiam sic verum est. Non. n. dictum est nisi

Ioan. 14.

Cap. 20.

H

Audi xando. Alarca. rionis periculum.

cap. 19. 1. Re. 9.

Gene. 1.

1. Re. 9.

Cap. 21.

nisi de oculis corporalibus, quod tunc non erunt, si corpus ipsum spūs erit, ac per hoc corporei oculi nunquā Deū videbunt, quia cū videbit, spūs enim nō corpus videbit. Totā igitur qō iam remansit de corpore spiritali quatenus induat incorruptionē & immortalitātē hoc corruptibile atq; mortale: & quatenus ex aīali in spiritale mutet. Quæ diligentius sollicitiusq; tractāda est, maxime pp corpus ipsius dñi, qui transfiguratur corpus humilitatis nostræ, cōforme corpori gloriæ suæ, vt possit sibi subijcere omnia. Cum. n. & Deus pater videat filium & filius patrem, proculdubio nō sūt audiendi qui visionē volūt tribuere nisi corporibus. Neq; enim dici fas est, qđ filiū pater nō videat, aut vt & ipse videat, corpore indutus est, si non nisi ad corpus pertinere visus. Quid qđ in ipso mūdī exordio ante quā a filio esset vlla forma serui suscepta, vidit Deus lucē quia bona est, & firmamētum & mare & aridam & oē sēnum atq; omne lignum, solem, lunam, stellas, reptilia aīarum viuarum, volatilia cœli aīam viuam? Postremo vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde. Quod cū per quasque. s. creaturas scriptura toties repetisset, miror vnde nata fuerit illa opinio, qua putatum est tñ ad corpora pertinere visionē. Quæ opinio de quocunq; loquēdi more orta sit, scripturæ tñ sãctæ non sic loq; solent, quæ nisi non tñ corpori, verum etiā spiritui magisq; spiritui quā corpori tribuerent visionē, nō Prophetas pprie Vidētes appellauissent, qui nō corpore, sed spiritu etiā futura viderunt. Sed cogitandum est, ne qđ insolenter audiamus si dixerimus corpus non solū mortalitātē & corruptibilitātē verū etiā hoc ipsum quod corpus est per gloriā resurrectionis amittere & spiritū fieri. Eo modo quippe aut cōduplicabitur substantia spūs, si & corpus spūs erit, aut si verus erit spūs hominis ita vt commutato & cōuerso in ipsum corpore, neq; germinatione neq; incremento cōduplicet, nec oīno vllius accessu quantitatis augeat, metuendum est ne nihil aliud dici videat, q̄ corpora nō illa mutatione immortalia māsura, sed nulla potius futura & oīno peritura. Quapropter donec diligentī inquisitione, si dominus adiuuerit, reperiat quid secundum scripturas de spiritali corpore quid in resurrectione p̄mittatur, probabilius sentiendum sit, interim no-

bis sufficiat qđ vnigenitus filius idemq; mediator Dei & hominū hō Christus Iesus, ita videt patrem sicut vī à patre. Nos autē ad illā visionē Dei, quæ nobis in resurrectione promittitur, nō ex mundo istam concupiscentiā oculorum transferre conemur, sed mundanis cordib. pio studeamus affectu, nec corporalē faciem cogitemus, cum dicit apostolus, Videmus nunc per speculū in ænigmate, tūc autē facie ad faciē, præsertim quia Apostolus expressus dixit. Nunc scio ex parte, tunc autē cognoscā sicut & cognitus sum. Si ergo tūc corporali Deum facie cognoscemus, corporali eius nunc facie cogniti sumus. Tūc. n. cognoscā, inquit, sicut & cognitus sum. Vnde q̄s eum nō intelligat eo loco etiam nostrā faciē illā significare voluisse, de qua dicit alio loco, Nos autē reuelata facie gloriæ dñi speculantes, in eādē imaginem trāsformamur de gloria in gloriā, tanquā à dñi spū, de gloria. s. fidei in gloriā contēplationis æternæ? Hoc quippe agit trāsformatio, qua iterior hō renouat de die in diem. De quo & Apostolus Petrus cum eū moneret ornari, nō quæ à foris, inquit ornantur capillorum inscriptionib. aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed ille absconditus cordis hō qui est ante Deum diues. In qua. n. facie velamen habent Iudæi non transeūdo ad Christum, quā cum transferit quisq; ad Christum auferetur velamen, ea nos facie reuelata in eandē imaginem transformamur. Apertissime autē dicit velamen super corda eorum positū est. Ibi est igit facies qua reuelata nunc in fide, quantum per speculum & in ænigmate cōtuemur, tūc autē facie ad faciē. Quæ si approbas, tene mecum sancti viri Ambrosij, sententiā, iam non eius autoritatē, sed ipsa veritate firmatam. Neque enim & mihi propterea placeat quia per illius os potissimum me dominus ab errore liberauit, & per illius ministerium gratiā mihi baptismi salutaris indulsit, tanquam plantatori & rigatori meo nimium faueam, sed quia de hac re & ipse hoc dixit quā pie cogitami & rectē intelligenti loquit etiam ille qui incrementum dat Deus. In ipsa ergo resurrectione non facillē est Deum videre, nisi ijs qui corde sunt mundo. Et iō beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quantos beatos iam numerauerat, & tñ videndi ijs Deum nō promiserat facultatem. Si ergo ij qui i

1. Co. 13. M

2. Co. 3.

1. Pet. 3.

Cap. 22.

A

Matt. 5.

ij qui mundo sunt corde Deum uidebunt, utique alij non uidebunt. Neque enim indigni Deum uidebunt, neque is qui Deum videre noluerit, potest eum videre. Nec in loco Deus uisus, sed mundo corde, nec corporalibus oculis Deus queritur, nec circumscribitur uisui, nec tactu tenetur, nec auditu affatur, nec sensu incessu. Et cum absens putatur, uisus, & cum praesens est, non uisus. Denique nec Apostoli omnes Christum uidebant, & ideo ait, Tanto tempore uobiscum sum & adhuc me non cognouistis. Qui enim cognouit quae sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum, & supereminentem scientiae charitatem Christi, uidet, & Christum, uidet & patrem. Nos enim iam secundum carnem non nouimus Christum, sed secundum spiritum. Spiritus enim ante faciem nostram Christus dominus, qui nos in omnem plenitudinam Dei misericordia sua implere dignetur, ut uideri possit a nobis. Haec uerba sancti uiri, quae non carnalia sed spiritualia sunt, in quantum intelligis, & uera esse, non quia ipse dixit, sed quia ueritas sine strepitu clamat, agnoscis, in te intelligis, unde adhaereas domino, teque ipsam intrinsecus praeparas in corporalem locum mansionis eius ad audiendum silentium narrationis eius, & uideandam inuisibilem formam eius. Beati enim mundo corde, quam ipsi Deum uidebunt. Non tamen eis sicut corpus ex aliquo loci interuallo appareret, sed cum uenerit ad eos & mansionem fecerit apud eos, quam sic implebuntur in omnem plenitudinem Dei non cum fuerint & ipsi plenus Deus, sed cum perfecti fuerint pleni Deo. Si autem non nisi corpora cogitamus, & nec illud saltem digne cogitare possumus, unde uel ipsa corpora cogitemus, non quaeramus quod aduersum nos ipsos loquamur, sed ab hac potius carnali consuetudine orando, & in anteriora nos extendendo corda mundemus. Ut enim non tantum quod beatus Ambrosius, uerum etiam quod sanctus Hieronymus, dicam, non solum patris diuinitatem, sed nec filij quidem, nec spiritus sancti, quia una in trinitate natura est, possit oculi carnis aspicere sed oculi mentis. De quibus ipse saluator ait, Beati mundo corde, quia ipsi Deum uidebunt. Namque sicut alibi idem Hieronymus breuiter ac ueraciter definiuit, res incorporealis corporalibus oculis non uisus. Has sententias de re tanta uirorum tantorum non ob hoc interponere uolui, ut cuiusquam hominis sensum tanquam scripturae canonicae auctoritatem sequendum ar-

Ioan. 14.

B

1. Cor. 5.

Tre. 4.

C

bitreris, sed ut illi qui aliter sapiunt conetur mente uidere quod uerum est, & in simplicitate cordis querere Deum ne tam doctos diuinorum eloquiorum tractatores temere reprehendant. Nec te moueat quod a quibusdam minus considerate dicitur, quid tunc uidebunt oculi corporales, si Deum non uidebunt? an forte ceci erunt, uel sine causa erunt? Neque enim attendunt qui haec loquuntur, quia si non erunt corpora, nec illi corporales profecto oculi erunt: Si autem erunt corpora, erunt quae uidere possint oculi corporales. Sed haec iam satis dicta sunt, quae ab initio huius opusculi mei diligenter lecta & relecta considerans, sine ulla fortasse dubitatione perspicies, ad uideendum Deum per eius auxilium, cor mundum te debere praeparare. De corpore uero spiritali, si dominus iuuerit, opere alio experiemur, quid disputare ualeamus.

Augustinus Romaniano, hortans ut otium datum bene collocet. Epist. CXIII.

Non haec epistola sic inopiam chartae indicat, ut membranas saltem abundare testetur. Tabellas eburneas, quas habeo, a uinculo tuo cum literis misi. Tu enim huic pelli culae facilius ignoscas, quia differri non potuit quod ei scripsi, & tibi non rescribere etiam ineptissimum existimaui. Sed tabellas si quae ibi nostrae sunt, propter huiusmodi necessitates, mittas peto. Scripsi quidem de Catholica religione quantum dominus dare dignatus est, quod tibi uolo ante aduentum meum mittere, si charta interim non desit. Tolerabis enim, si qualemcunque scripturam ex officina maiorum. De codicibus praeter libros de Oratore, totum mihi excidit. Sed nihil amplius rescribere potui, quam ut ipse sumeres quos liberet, & tunc in eadem maneo sententia. Absens enim quid plus faciam non inuenio. Gratissimum mihi est, quod in ultima epistola me participem domestici tui gaudij facere uoluisti. Sed me ne salis placidi uultum fluctusque quietos Ignorare iubes? quanquam nec me iubes, nec ipse ignoras. Quare si ad melius cogitandum quies aliqua data est, utere diuino beneficio. Nec enim debemus nobis cum ista proueniunt, sed illis per quos ista proueniunt gratulari, quoniam iusta & officiosa, & pro suo genere pacatior atque tranquillior rerum temporalium administratio

D

22. de ciuita. Di. cap. 29.

I. 7. 11.

E

Verg. 5. Aeni.

stratio recipiendorum aeternorum meritum gignit, si non teneat cum tenetur, nec multiplicet cum multiplicatur, si non cum pacatur inuoluat. Ipsi enim ueritatis ore dictum est, Si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis? Laxatis ergo curis mutabiliu rerum, bona stabilia & certa quaeramus, superuolemus terrenis operibus nostris. Nam in mellis copia non frustra pennas habet apicula, nec sit enim haerentem.

a. l. necat.

Nebridius Augustino, deplorans illum quod nimium interpellatur ciuium negociis ab ocio contemplationis. Epist. CXIII.

Itane est mi Augustine fortitudinem ad tollerantiam negocijs ciuium praestas, nec dum tibi reddis illa exoptata cessatio? quae so quae te tam bonum homines interpellent credo, qui ne sciunt quid ames, quid concupiscas. Nullusne tibi est amicorum qui eis amores referat tuos? Nec Romanianus nec Lucinianus? Me certe audiant. Ego clamabo, ego testabor te Deum amare, illi seruire atque inhærere cupere. uellem ego te in ius meum uocare, ibique acqiescere. Non enim timebo me seductorem tui dici a ciuibus tuis, quos nimium amas, & a quibus nimium amaris.

Augustinus Nebridio, quomodo motus animi nostri a spiritibus sentiant, & ab iis quo afficiantur. Et unde motus irae, de differentiis insensibilibus de idea rerum. Haec epistola sic erat deprauata, ut plane diuinadum esset aliquot locis. Non uidetur fuisse iusta epistola, sed fragmenta sparsim annotata literis Nebridij. Epist. CXV.

Quanquam mei animi cognitor sis, fortasse tamen ignoras quantum uelim praesentia tua frui. Verum hoc tam magni beneficii Deus quandoque praestabit. Legi rectissimam epistolam tuam, in qua de solitudine questus es, & quadam desertione a familiaribus tuis, cum quibus uita dulcissima est. Sed quod aliud hic tibi dicam, nisi quod te non dubito facere. Confer te ad tuum animum, & illum in Deum leua quantum potes. Ibi enim certius habes & nos, non per corporeas imagines, quibus nunc in nostra recordatione uti necesse est, sed per illam cogitationem qua intelligis

non loco esse nos simul. Epistolas tuas cum considerare, quibus non dubium tibi quaerenti magna respondeo, uehementer me illa terruit qua percussaris quomodo fiat, ut nobis a superioribus potestatibus uel a demonibus & cogitationes quaedam inserantur & somnia. Magna enim res est, cui tu quoque pro tua prudentia perspicis, non epistola, sed aut praesenti collucatione, aut aliquo libello ridentem esse. Te tabo tamen callens ingenium tuum quaedam quoniam huius limina praeseminare, ut aut caetera tecum ipse cõtexas, aut posse ad rei tantae probabilè inuestigationem perueniri minime desperes. Arbitror enim motum animi aliquid facere in corpore. Id autem usque ad nostros exire sensus, tamen hebetes tamque tardos, cum sint maiores animi motus, uelut cum irascimur, aut tristes, aut gaudentes sumus. Ex quo licet concitare, cum etiam cogitamus aliquid, neque id nobis in nostro corpore apparet, apparere tamen posse aereis aetheris uel animantibus quorum & sensus acerrimus, & in cuius comparatione noster ne sensus quidem putandus est. Igitur ea quae (ut ita dicam) uestigia sui motus animus figit in corpore, possunt & manere & quendam quasi habitum facere, quae latenter cum agitata fuerint & contrectata, secundum agitantis & contrectantis uoluntatem, ingerunt nobis cogitationes & somnia, atque id fit mira facilitate. Si enim nostrorum corporum terrenorum & tardissimorum exercitationes, agendis organis musicis seu funabulo, caeterisque huiusmodi spectaculis innumerabilibus ad quaedam incredibilia peruenisse manifestum est, nequaquam est absurdum, eos qui aereo uel aethereo corpore aliquid in corporibus agunt, quae naturali ordine penetrant, longe maiore uti facilitate ad mouendum quicquid uolunt, non sentientibus nobis, & tamen inde aliquid perpetentibus. Neque enim etiam quomodo fellis abundantia nos ad iram crebriorem cogat sentimus, & tamen cogit cum haec ipsa, qua dixi, abundantia facta sit irascentibus nobis. Sed hoc tamen si non uis simile a nobis praetereunter accipere, uersa id cogitatione quantum potes. Nam si animo existat assidue aliqua difficultas agendi atque implendi quod cupit, assidue irascimur. Ita est autem (quantum mea fert opinio) turbulentus appetitus auferendi ea, quae facilitate actionis impediunt. Itaque plerumque, non hominibus tantum, sed calamo irascimur

3. de Ge. ad litera. cap. 9. & 10. & 11. H

angeli a nimaria.

2. de Ge. ad litera. ca. 12. & 14. & 17

in scribendo, eumque collidimus atque frangimus. Et aleatores tesseras & pictores penicillo, & cuique instrumento quilibet ex quo difficultatem se pati arbitrat. Hac autem assiduitate irascendi fel crescere etiam me dici affirmant. Cremeto autem fellis rursus & facile ac prope nullis causis existentibus irascimur. Ita quod suo motu animus fecit in corpore, ad eum rursus commouendum valebit. Prout latissime ista tractari & multis rerum testimonijs ad certiorum pleniorumque produci notitia. Sed huic epistolae adiunge illam quam tibi nuper de imaginibus & de memoria misi, & eam diligentius tractata. Nam minus plene a te intellecta rescripto tuo mihi apparuit. Huic ergo quam hunc legis, cum adiunxeris de illa quod dictum ibi est de naturali quadam facultate animi minuendis & augendis cogitatione quodlibet: fortasse est formae corporum, quas nunquam vidimus vel cogitando apud vos vel somniando figurant, tamen actus animi nullo modo est istis quas videmus comparandus. Si autem animus ita ut aequum est, animo conferas, magis idem vel cogitare vel contemplari, aut si aliquid aliud commodi dicitur, si vultus eis inest animus sydera magis quam homines consideranda sunt. Ceterum in corporum moribus (ut soles) diligenter attendas, nihil omnino a duobus idem fieri potest. An tu cum deambulamus simul statim idem nos agere existimas? absit a prudentia tua. Septetroni namque vicinior nostrum qui deambulat, aut alterum pari motu antecedit, aut tardius ingreditur necesse est, est neutrum tamen sentiri potest. Sed tu (ni fallor) quod intelligamus non quod sentiamus expectas. Quod si ab axe in meridie tendamus coniuncti nobis atque inhaerentes quantum valemus, innitamusque marmori leui & equali, uel etiam ebori, tamen non magis potest esse amborum idem motus, quam uenae pulsus, quam forma, quam facies. Remoue nos & pone illam Glauciam prole, nihil egeris, quippe hic est si in illis geminis tanta est necessitas, ut prope moueatur, quanta fuit ut singuli nascerentur. At. n. hoc, inquires, ratione tantum: quod autem sol ab astris differt, sensibus etiam clarum atque manifestum est, si magnitudinem me cogis respicere. Nosti de interuallis quae multa dicantur & ad quae incertum perspicuitas ista reuocatur. Sed ut concedam ita esse ut apparet, sic. n. & credo, cuius tandem & sensum sefellit ita proceritas, ne septem pedes longiores quamquam sex longissima, cui te credo nimium quaesisse

K

L

hominem aequale, & cum minime reperisset usque in eius formam nostram epistolam tedere uoluisse. Quare cum in terris quoque tale aliquid existat, nihil de caelo putare esse mirandum. Si autem te mouet, quod praeter solem nullius sideris lumen implet diem, quis (quasi) de hominibus tantus apparuit, quantum homo ille, quem Deus suscepit longe aliter quam ceteros sanctos atque sapientes? Quae si cum aliis hominibus conferas, maiore distantia continetur, quam collatione solis cetera sidera. Quae sane similitudinem diligenter intueri. Fieri. n. potest mente qua excellis, ut quamdam quoniam de homine Christo ad id propositam transeunter dissoluerimus. Item quaeris, utrum summa illa ueritas & summa sapientia, & forma rerum, per quam facta sunt omnia, quam filium Dei unicum sacra nostra prophetantur, generaliter hominis, an etiam uniuersumque nostrum rationem contineat? Magna quod. Sed mihi uerum quod ad hominem faciendum attinet, hominis quidem tamen non meam uel tuam ibi esse rationem. Quod autem ad orbem temporis uarias hominum rationes in illa sinceritate uiuere. Verum hoc praesertim obscurissimum sit qua similitudine illustrari possit ignoro, nisi forte ad artes illas, quae sunt in animo nostro confugiendum est. Nam in disciplina metiendi una est anguli ratio, una quadrati. Itaque quoties demonstrare angulum uolo, non nisi una ratio anguli mihi occurrit. Sed quadratum nequaquam scriberem, nisi quatuor simul angulorum rationem intuerer. Ita quilibet homo una ratione quae homo intelligit factus est, at ut populus fiat, quis & ipsa una ratio est, non tamen hominis ratio, sed hominum. Si ergo pars huius uniuersi est, Nebridius sicut est, & omne uniuersum partibus constat: non potuit uniuersi conditor Deus partium rationem non habere. Quamobrem quod prima hominum ibi ratio est, non ad ipsum hominem pertinet, quamquam miris rursus modis ad unum omnia redigantur. Sed ut id commodi cogitabis. His contentus sis interim peto, quamquam iam excesserim ueniam.

Augustinus Nebridio, de conuictu & secessu altissimo a tumultu rerum mundanarum, ac tranquillitate mentis. Erat & haec deprauatissima. Epist. CXVI.

Nunquam aequae quicquam tuarum inquisitionum me in cogitando tenuit aestuatem, atque illud quod recentissimis literis tuis

M

N

O

tuis legi, ubi nos arguis, quod consulere negligamus, ut una nobis uiuere liceat. Magni crimen, & nisi falsum esset, periculosissimum. Sed cum probabilis ratio demonstrare uideatur, hic nos potius quam Cartagini uel etiam ruri ex snia posse degere, quid tecum agam mihi Nebridii prorsus incertus sum. Mittaturne ad te accommodissimum tibi uehiculum? nam bastarna innoxie te uel posse nosse Lucianus author est. At matrem cogito, ut quae absentiam sanam non ferebat, imbecilli multo minus esse latuam. Veniamne ipse ad vos? At hic sunt qui neque uenire mecum queant, & quos deserere nefas putat. Tu enim potes & apud tuam mentem suauiter habitare, id uero ut idem possint satagitur. Eam ne crebro & redeam, & nunc tecum, nunc cum ipsis sim? At hoc neque simul, neque exiusta uiuere est. Non. n. breuis est uia, sed tanta omnino, cuius peragenda negotium sepe suscipere, non sit ad optatum oculum peruenisse. Huc accedit infirmitas corporis, qua ego quoque, ut nosti, non valeo quod uolo nisi omnino definam quicquam plus uelle quam ualeo. Profectiones ergo, quas quietas & foelices habere nequeas, per totam cogitare uitam, non est hominis de illa una ultima, quae mors uocatur, cogitatio. Sed de qua uel sola intelligis uere esse cogitandum. Dedit quidem Deus paucis quibusdam, quos gubernatores ecclesiarum esse uoluit, & illam non solum expectarent fortiter, sed alacriter etiam desiderarent, & earum obeundarum labores sine ullo angore susciperent: sed neque istis qui ad hominum administrationes palis honoris amore raptantur, neque rursus istis qui cum sint priuati, negotiosam uitam appetunt, hoc tamen bonum concedi arbitror, ut inter strepitus inquietatis conuictus atque discursus cum morte familiaritate quam quaerimus faciat: deificari. n. utriusque in ocio licebat. Aut si hoc falsum est, ego sum omnium ne dicam stultissimus, certe ignauissimus, cui nisi proueniat quaedam securi cessatio, sincerum illud bonum gustare atque amare non possim. Magna secessione a tumultu rerum labentium, mihi crede, opus est, ut non duritia, non audacia, non cupiditate inanis gloriae, non superstitiosa credulitate fiat in homine, nihil timere. Hinc. n. fit illud etiam solidum gaudium, nullis omnino latitijs ulla ex particula confertum. Quod in naturam humanam talis uita non cadit, cui aliquando euenit ista securitas? cur tanto

B

C

euenit crebrius, quanto quod in mentis penetralibus adorat Deum? cur in actu etiam humano plerumque ista tranquillitas manet, si ex illo adyto ad agendum quisque procedat? cur interdum & cum loquimur, mortem non formidamus, cum autem non loquimur, et cupimus? Tibi dico, non. n. hoc cuiuslibet dicerem, tibi, inquam dico, cuius itinera in superna bene noui tu ne cum expertus saepe sis quam dulce uiuat, cum amori corporeo animus moritur, negabis tandem totam hominis uitam posse intrepidam fieri, ut rite sapiens nominetur? aut hanc affectionem, qua ratio nititur tibi accidisse unquam, nisi cum in intimis tuis angeris asserere audebis? Quae cum ita sint, restare unum uidetur, ut tu quoque in commune consulas, quo uiamus simul. Quid. n. cum matre agendum sit quam certe frater Victor non deserit, tu multo melius calles quam ego. Alia scribere, ne te ab ista cogitatione auerterem, nolui.

D

Augustinus Nebridio, significans ei, quantum profecerit in secessu, contemplatione rerum aeternarum. Epist. CXVII.

Mirum admodum est quod mihi praeter spem uenerit, quod cum requiro quibus epistolis tuis mihi respondendum remanserit, unam tantum inueni, quae me adhuc debitorem teneret, qua petis, ut tanto nostro ocio, quantum esse arbitraris tecum aut nobiscum cupis, indicemus tibi quid insensibilis atque intelligibilis naturae discernentia profecerimus. Sed non arbitror occultum tibi esse, si falsis opinionibus tanto quisque inferitur, quanto magis in eis familiarisque uoluntate, multo id facilius in rebus ueris animo accidere. Ita tamen paulatim in perfectum hominem proficimus. Quippe cum plurimum inter puerum & iuuenem distet, nemo a pueritia quotidie interrogatus se aliquando iuuenem dicit. Quod nolo in eam partem accipias, ut nos in his rebus quasi ad quandam mentis iuuentutem firmioris intelligentiae robore peruenisse existimes. Pueri enim sumus, sed (ut dici aesolet) forsitan belli, & non mali. Nam plerumque perturbatos & sensibilibus plagarum curis refertos, illa tibi notissima ratiuncula, in respirationem leuat, mentem atque intelligentiam oculis & hoc uulgari aspectu esse meliorem, quod non ita esset, nisi magis essent illa, quae intelligimus.

gimus, quā ista quæ cernimus. Cui ratiocinationi utrū nihil valide inimicū sit, peto me cū cōsideres. Hac ego interim recreatus, cū Deo in auxiliū deprecato & in ipsum & in ea quæ verissime vera sunt attoli cēpero, tanta nonnunquā rerū manentiū præsumptione cōpleor, vt mirer interdū illa mihi opus esse rōcinatione, vt hæc esse credā, quæ tanto infunt præsencia, quanto sibi quisq; sit præsens.

Recole tu quoq; nā te fateor huius rei esse diligentiore, ne qd forte nesciēs rescriptis adhuc debeā. Nā mihi nō facit fidē tā multorū onerū, quæ aliquando numeraueram, tam repētina depositio, quā uiste accepisse literas meas non dubitē, quarū rescripta nō habeo.

Augustinus Ianuario respondet, docēs quid agendum sit in ijs, in quibus regionum, aut ecclesiarum consuetudines variant, & in quibus consentiunt. Puta de sacramentis, festis diebus, ieiunio & Eucharistia. Epistola. CXVIII.

2. ret. 20. Cap. 1. **D**ilectissimo filio Ianuario, Augustinus in dño salutem. Ad ea quæ me interrogasti, malle prius nosse quid interrogatus ipse rñderes. Ita n. vel approbando vel emendando rñsiones tuas multo breuius possem rñdere, & te facillime aut cōfirmare aut corrigere. Hoc quidē (vt dixi) malle. Sed tñ vt nunc responderem malui longiorem facere sermonem q̄ dilationem. Primo itaq; tenere te volo qd est huius disputationis caput, dominum nostrum Iesum Christum, sicut ipse in euangelio loquitur, leui iugo suo nos subdidisse & sarcinę leui. Vnde sacramentis numero paucissimis, obseruatione facillimis, significatione præstantissimis societate noui populi colligauit, sicuti est baptismus trinitatis nomine cōsecratus, communicatio corporis & sanguinis ipsius, & siquid aliud in scripturis canonicis commēdat, exceptis ijs quæ seruitutē populi veteris pro cōgruentia cordis illorum & prophetici t̄pis onerabant, quæ & in quinq; libris Moyfi leguntur. Illa sūt, quæ non scripta sed tradita custodimus, quæ quidē toto terrarū orbe obseruantur, dant̄ intelligi, vel ab ipsis Apostolis vel plenarijs concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima autoritas, commendata atq; statuta retineri, sicuti qd dñi passio, & resurre-

ctio, & ascensio in coelū, & aduentus de celo spiritus sancti, anniuersaria solemnitate celebrant. Et si quid aliud tale occurrerit qd seruatur ab vniuersa quacūq; se diffundit Ecclesia. Alia verò quæ per loca terrarū regionesq; variant, sicuti est quod alij ieiunāt sabbato: Alij vero nō, Alij quotidie communicant corpori & sāguini dñico, Alij certis dieb. accipiūt. Alibi nullus dies intermittit quo nō offerat, Alibi sabbato tñ & dñico, Alibi tñ dñico, & siquid aliud hmōi aduertit potest, totum hoc genus rerum liberar habet obseruationes. Nec disciplina vlla est in his melior graui prudētīq; Christiano, q̄ vt eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiā ad quācūq; forte deuenerit. Quod. n. neq; contra fidē, neq; contra bonos mores iniungit, indifferenter est habendū, & pro eorum inter quos uiuit societate seruandū est. Credo te aliqñ ex me audisse, sed tñ etiam nunc commemoro. Mater mea Mediolanum me cōsecuta, inuenit Ecclesiam sabbato non ieiunantem, cēperat perturbari & fluctuari quid ageret, cum ego talia non curabam, sed pp ipsam cōsului de hac re beatissimæ memoriæ virum Ambrosium. Rñdit se nihil docere me posse, nisi qd ipse faceret, quia si melius nosset, id potius obseruaret. Cumq; ego putassem, nulla reddita rōne, autoritate sola sua nos voluisse admonere ne sabbato ieiunaremus, subsēcutus est, & ait mihi. Cum Romam venio ieiuno sabbato, cum sum hic non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam forte Ecclesiam veneris, eius morem serua si cuiquā non vis esse scandalo, nec quenquam tibi. Hoc cum matri renunciaffem, libenter amplexa est. Ego verò de hac snia etiam atq; etiam cogitās, ita semper habui, tanq̄ eam cēlesti oraculo suscepim. Sensi. n. sæpe dolens & gemens multas infirmorum perturbationes fieri per quorūdam fratrum contentiosam obstinationē & superstiosam timiditatem, qui in reb. huiusmodi quæ neq; scripturæ sanctæ autoritate, neq; vniuersalis Ecclesiæ traditione, neq; vitæ corrigēdæ utilitate ad certum pñt terminum peuenire, tñ quia subest qualiscūque ratiocinatio cogitātis, aut quia in sua patria sic ipse consueuit, aut quia ibi vidit vbi peregrinationem suā quo remotiorem a suis, eodictiorem factam putat, tam litigiosas excitant quæstiones, vt nisi qd ipsi faciunt, nihil rectum

Cap. 3. Eucharistia. **De cons. di. 2. cap. quotidie. 4. sen. di. 12. c. viii. 1. Co. 11.** **De cōsec. di. 2. cap. quotidie.** **Luc. 19. Mat. 8.** **2. ret. 20.** **1. Co. 11.** **Cap. 4.**

rectū existimant. Dixerit aliquis non quotidie accipiendam Eucharistiā. Quæsieris quare. Qm̄, inquit, eligēdi sunt dies, quib. purius hō continentur; uiuit, quo ad tñ sc̄m dignius accedat. Qui. n. māducauerit indigne, iudiciū sibi manducat & bibit. Alius contra, Immo, inquit, si tāta est plaga peccati, atque impetus morbi, vt medicamēta talia differenda sint, autoritate antistitis debet quisq; ab altario remoueri ad agendā pñiam, & eadē autoritate recōciliari. Hoc est. n. indigne accipere, si eo tpe accipiat quo debet agere pēnitentiā, nō vt arbitrio suo cum libet, vel auferat se communioni, vel reddat. Cæterum si peccata tāta non sunt, vt excommunicandus quisquam homo iudicet, non se debet a quotidiana medicina domnici corporis separare. Rectius inter eos fortasse quisquā dirimit litem qui monet vt præcipuē in Christi pace permaneant. Faciat aut vnusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter. n. eorum exhonorat corpus & sanguinem dñi, saluberrimū sc̄m certatim honorare cōtendunt. Neque. n. litigauerunt inter se, aut quisquā eorum se alteri præposuit, Zachæus & ille centurio, cum alter eorū gaudens in domum suam suscepit dominū, alter dicit, Nō sum dignus vt intres sub tectū meum: Ambo saluatorem honorificantes diuerso, & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam cōsecuti. Valet etiam ad hanc similitudinem quod in primo populo vniciq; manna secundum propriā voluntatem in ore sapiebat, sic in ore cuiusque Christiani sc̄m illud quo sumatur estimandum. Nam & ille honorando nō audet quotidie sumere, & ille honorando non audet vllō die prætermittere. Contemptum solum nō vult cibis ille, sicut māna fastidiū. Inde enim & Apostolus indigne dicit acceptum ab eis, qui hoc non discernebant a cæteris cibis veneratione singulariter debita. Continuo quippe cum dixisset, Iudicium sibi manducat & bibit: addidit vt diceret, non diiudicans corpus domini: quod satis toto ipso loco in epistola ad Corinthios prima, si diligenter attendatur apparet. Sit aliquis peregrinus in eo forte loco, vbi perseuerantes in obseruatione quadragesimę, nec quinta sabbati lauant relaxanque ieiunium, Non, inqt, hodie ieiunabo. Quæritur causa, Quia non

fit, inquit, in patria mea. Quid aliud ille nisi consuetudinem suam cōsuetudini alterius pponere conatur? Non. n. mihi de libro Dei hæc recitaturus est, aut vniuersæ quacūque dilatat ecclesiæ plena voce certabit, aut ostēdet istum contra fidē facere, se autem fm fidē, moresq; hinc optimos aut illū violare, aut se custodire cōuincet. Violant sanē quietē & pacem suam de sup̄flua qōne rixando. Mallem tñ in reb. hmōi, vt & ille in huius & hic in illius patria ab eo quod cæteri faciunt non abhorreret. Si verò ēt in aliena patria cū peregrines, vbi maior, & frequentior est populus Dei, vidit, verbi gr̄a, bis offerri quinta sabbati hebdomadæ vltimę quadragesimę & mane & ad vesperā, veniensq; in patriā suā, vbi sine diei mos est offerri, male illiciteq; fieri contendat, quoniam alibi aliter ipse viderit, puerillis est sensus ille, cauendus in nobis, tolerandus & corrigendus in nostris. Pri ma ergo inquisitio tua quam in commonitorio posuisti, ex quo trium istorum generum sit attende. Quæris enim his verbis, quid per quintam feriam vltimæ hebdomadis Paschæ fieri debeat. An offerendum sit mane, & rursus post coenam, pp illud quod dictum est. Si militer postquam cēnatum est: An ieiunandum, & post coenam tñ modo offerendum; An etiam ieiunādum & post oblationē, sicut facere solemus cēnandū. Ad hæc itaq; ita rñ deo, vt quod horum sit faciendum sit diuina scripturæ præscribit autoritas, non sit dubitandum quin ita facere debeamus vt legimus vt iam non quō faciendum, sed quō sc̄m intelligēdum sit disputemus. Similiter etiam si quid horum tota die per orbē frequentat ecclesia. Nam hoc quin ita faciēdum sit, disputare insolentissimæ insanix est. Sed neque hoc neque illud inest in eo quod tu quæris. Restat igitur vt de illo tertio genere sit, quod per loca regionesque variatur. Faciat ergo quisque quod in ea ecclesia in quam venit inuenerit. Non enim quicquam eorum contra fidem sit, aut contra mores, hinc vel inde meliores. His enim causis, ideit, aut propter fidem, aut propter mores, vel emendari oportet quod perperam fiebat, vel institui quod non fiebat. Ipsa quippe mutatio consuetudini etiam, quæ adiuuat utilitate, nouitate perturbat. Quapropter, quæ utilis non est, perturbatione infructuosa

Teiunium
Cap. 5.
Eucharistia bis in die.

Et nos consequenter noxia est. Nec ideo putari debet institutum esse multis locis, ut illo die post refectionem offeratur, quia scriptum est identidem: Et calicem accipiens post cenam dicens, & cetera. ipsam enim potuit appellare cenam qua iam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent. Apostolus namque alibi dicit. Conuenientibus ergo vobis in vnum, non est dominicam cenam manducare, hanc ipsam acceptionem Eucharistiae dominicam cenam vocas. Illud magis mouere potuit homines, utrum iam refecti die vel offerrent vel sumerent Eucharistiam, quod in Evangelio dicitur: Cum autem illi manducarent, accepit Iesus panem & benedixit; cum etiam superius dixisset, Cum sero factum esset, recubebat cum duodecim, & manducantibus eis dixit, Quoniam vnus ex vobis me tradet. Post. n. tradidit sacramentum. Et liquido apparet, quando primum acceperunt discipuli corpus & sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est vniuersae ecclesiae, quod a ieiuniis semper accipit? Ex hoc enim placuit spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret quam exteri cibi. Nam ideo per vniuersum orbem mos iste seruatur. Neque enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut cenati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent, aut sicut faciebant quos Apostolus arguit, & emendat, mensis suis ista miscere. Namque saluator quod vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit insigere cordibus. & memoriam discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non precepit quo deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis per quos ecclesias disposuit erat seruaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo quod eum morem nemo variasset. Cum vero ait Apostolus de hoc sacramento loquens, Propter quod fratres cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Siquis esurit domini manducet, ut non ad iudicium conueniat, statim subtexuit. Cetera autem cum venero ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, ut in epistola totum illum agendi ordinem insinuaret, quem vniuersa per orbem seruat ecclesia, ab ipso ordinatum esse quod nulla morum diuersitate variatur. Sed nonnulli

2. Co. 11. Cap. 6.
Mat. 26.
De cons. dist. 2. liquido.
4. sen. di. 8. cap. hic aut.

los probabilis quaedam ratio delectauit, ut vno certo die per annum, quo ipsam cenam dominus dedit, tanquam ad insigniorem commemorationem post cibos offerri & accipi liceat corpus, & sanguinem domini. Honestius autem arbitrator ea hora fieri, ut qui etiam ieiunauerit, post refectionem quae hora nona fit, ad oblationem possit occurrere. Quapropter neminem cogimus dominica illa coena prandere, sed nulli etiam contradicere audemus: hoc tamen non arbitrator institutum, nisi quia plures & prope omnes in plerisque locis eo die cenare consueuerunt. Et quae nonnulli etiam ieiunium custodiunt, mane offerunt Christo propter prandentes, quae ieiunia simul & lauacra tolerare non possunt, ad vesperam vero propter ieiunantes. Si autem quaeris, cur etiam lauandi mos ortus sit. Nihil mihi de hac cogitanti probabilius occurrit, nisi quia baptizantium corpora per obseruationem qua dragesimo sordidata, cum offensione sensus ad fontem tractarentur, nisi aliqua die lauerentur. Istum autem diem potius ad hoc electum, quo coena dominica anniuersarie celebratur. Et quia concessum est hoc baptismum accepturis, multi cum his lauare voluerunt ieiuniumque relaxare. His (ut potuit) disputatis, moneo, ut ea quae praelocutus sum serues quantum potes, ut decet Ecclesiae prudentem ac pacificum filium. Alia quae interrogasti, si Deus voluerit alio tempore expediam.

Augustinus Ianuario, copiosius differens de ritibus ecclesiae, vel iis quos negligere nefas est, vel iis, qui pro tempore locoque seruari possunt, aut omitti: vel iis, qui tollendi sunt, si citra maius incommodum liceat. Has duas epistolas Augustinus recenset inter libros, ob hanc prolixior. Epistola. CXIX.

Lectis literis tuis, ubi me commonuisti, ut debitum redderem de residuis enodandis quaestionibus, quas iam longe ante quaesueras, gratissimum mihi que charissimum desiderium studij tui amplius differri, tolerare non potui, & quantum in medijs acerbis occupationum mearum, hanc feci precipua, ut ad ea quae me interrogasti responderem tibi. Diutius autem de tua epistola disputare nolo, ne hoc ipsum me impediatur iam tandem reddere quod debeo. Quaeris quae cau-

Cap. 7.
al. lant.
re.
D
Rom. 4.
Ioan. 5.
Ioan. 13.
Cap. 2.
Galat. 5.
Abac. 2.
Rom. 8.
Rom. 6.

fa sit, cur anniuersarius dies celebrandae dominice passionis, non ad eandem redeat annidie, sicut dies qua traditur natus: Et deinde subiungis si hoc sit propter sabbatum, & lunam, quid tibi velit in hac re obseruatio sabbati & lunae. Hic primum oportet, ut noueris, diem natalis domini, non in sacramento celebrari, sed tantum in memoriam reuocari quod natus sit, ac per hoc nihil opus erit, nisi reuolutum anni diem, quo ipsa res acta est, festa deuotione significari. Sacramentum est autem in alia celebratione, cum rei gestae ita rememoratio fit ut aliquid et significari intelligatur, quod sancte accipiendum est. Eo itaque modo agimus Pascha, ut non solum in memoriam quod gestum est reuocemus, id est, mortuus est Christus & resurrexit, sed etiam cetera quae circa ea attestantur ad sacramenti significationem non omittamus. Quia enim sicut dicit Apostolus, Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Transitus qui de morte ad vitam in illa passione domini & resurrectione sacratus est. Nam etiam vocabulum ipsum, quod Pascha dicitur, non Graecum, sicut vulgo videri solet, sed Hebraicum esse dicunt, qui linguam utramque nouerunt. Neque enim a passione, quam Graece πασχα dicitur pati, sed ab eo quod transitur, ut dixi de morte ad vitam Hebraeo verbo res appellata est. In quo eloquio Pascha transitus dicitur, sicut perhibet qui hoc sciunt. Quod voluit & ipse dominus tangere cum dicit. Qui credit in me transiet de morte ad vitam. Et maxime idem Euangelista hoc exprimere voluisse intelligitur, cum celebraturo domino Pascha cum discipulis suis, ubi cenam eis mysticam dedit, Cum vidisset, inquit, Iesus quia venit eius hora ut transiret de mundo ad patrem. Transitus ergo de hac vita mortali in aliam vitam immortalem (hic enim de morte ad vitam) in passione & in resurrectione domini commendatur. Hic transitus a nobis modo agitur per fidem, quae nobis est in remissionem peccatorum, in spe vitae aeternae diligentibus Deum & proximum, quia per dilectionem operatur, & iustus ex fide uiuit. Spes autem quae videtur, non est spes. Quod enim videt quis quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus, secundum hanc fidem, & spe & dilectionem qua coepimus esse sub gratia, iam cum mortui sumus cum Christo, & consepulti illi per baptismum in morte, sicut dicit Apostolus: Quia

& vetus homo noster simul confixus est cruci cum illo, & resurreximus cum illo: quia simul nos excitauit, & simul sedere fecit in caelestibus. Vnde est & illa exhortatio. Si autem resurrexistis cum Christo qui sursum sunt quaerite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedes, quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Sed quia sequitur & dicit. Mortui enim estis & vita uestra abscondita est cum Christo in Deo, cum Christus apparuit vita uestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria: satis indicat quid velit intelligi, quia tunc transitus noster de morte ad vitam qui fit per fidem, spe peragitur futurae in fine resurrectionis & gloriae, cum corruptibile hoc in caro ista in qua gemimus modo, induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Nunc enim quid iam habemus primitias spiritus per fidem, sed adhuc in nobis ipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. In hac spe cum sumus, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vitae est propter iustitiam. Sed vide quid sequitur. Si autem spiritus eius, inquit, qui suscitauit Christum a mortuis habitauit in uobis, qui suscitauit Christum a mortuis, uiuificauit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Hoc igitur uersa Ecclesia, in peregrinatione mortalitatis inuetae, expectat in fine seculi quod in domini nostri Iesu Christi corpore praemonstratum est, qui ex mortuis primogenitus, quae & corpus eius cuius caput est ipse, non nisi Ecclesia est. Nonnulli enim attendetes uerba quae asidue dicit Apostolus: Quia & mortui sumus cum Christo, & resurreximus cum eo, nec intelligentes quatenus dicant, arbitrati sunt iam factam esse resurrectionem, nec vllam ulterius in fine temporum sperandam. Ex quibus est, inquit, Hymeneus & Philetus, qui circa veritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fide quorundam subuerterunt. Idem Apostolus eos arguens detestatur, qui tamen dicit nos resurrexisse cum Christo. Vnde, nisi quia hoc per fidem & spe & dilectionem factum esse dicit in nobis secundum primitias spiritus? Sed quia spes quae videtur non est spes, & ideo si quod non videmus speramus per patientiam expectamus, restat utique redemptio corporis nostri quam expectantes in nobismet ipsis ingemiscimus. Vnde est illud. Spe gaudetes, in tribulatione patientes. Haec igitur annuatio vitae nostrae est quidam transitus.

Collo. 3.
H
1. Co. 15.
Rom. 8.
Cap. 3.
2. Ti. 2.
I
Rom. 8.
Rom. 12.

Et nos consequenter noxia est. Nec ideo putari debet institutum esse multis locis, ut illo die post resurrectionem offeratur, quia scriptum est identidem: Et calicem accipiens post coenam dicens, & cetera. ipsam enim potuit appellare cenam qua iam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent. Apostolus namque alibi dicit. Conuenientibus ergo vobis in unum, non est dominicam cenam manducare, hanc ipsam acceptionem Eucharistiae dominicam cenam vocas. Illud magis mouere potuit homines, utrum iam refecti die vel offerrent vel fumerent Eucharistiam, quod in Euangelio dicitur: Cum autem illi manducarent, accepit Iesus panem & benedixit; cum etiam superius dixisset, Cum sero factum esset, recubebat cum duodecim, & manducantibus eis dixit, Quoniam vnus ex vobis me tradet. Post. n. tradidit sacramentum. Et liquido apparet, quando primum acceperunt discipuli corpus & sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est vniuersae ecclesiae, quod a ieiuniis semper accipit? Ex hoc enim placuit spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret quod exteri cibi. Nam ideo per vniuersum orbem mos iste seruatur. Neque enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut cenati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent, aut sicut faciebant quos Apostolus arguit, & emendat, mensis suis ista miscere. Namque saluator quod vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit insingere cordibus, & memoriae discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non praecipit quo deinceps ordine fumeretur, ut Apostolis per quos ecclesias dispositurus erat seruaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo quod eum morem nemo variasset. Cum vero ait I. Co. II. Apostolus de hoc sacramento loquens, Propter quod fratres cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Siquis esurit domini manducet, ut non ad iudicium conueniat, statim subtexit. Cetera autem cum venero ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, ut in epistola rotum illum agendi ordinem insinuaret, quem vniuersa per orbem feruat ecclesia, ab ipso ordinatum esse quod nulla morum diuersitate variatur. Sed nonnulli

2. Co. II. Cap. 6.

Mat. 26.

B

De consue. dist. 2. liquido.

4. sen. di. 8. cap. hic aut.

I. Co. II.

los probabilis quaedam ratio delectauit, ut vno certo die per annum, quo ipsam cenam dominus dedit, tanquam ad insigniorem commemorationem post cibos offerri & accipi liceat corpus, & sanguinem domini. Honestius autem arbitror ea hora fieri, ut qui etiam ieiunauerit, post resurrectionem quae hora nona fit, ad oblationem possit occurrere. Quapropter neminem cogimus dominica illa coena prandere, sed nulli etiam contradicere audemus: hoc tamen non arbitror institutum, nisi quia plures & prope omnes in plerisque locis eo die cenare consueuerunt. Et quia nonnulli etiam ieiunium custodiunt, mane offerunt Christo propter prandentes, quia ieiunia simul & lauacra tolerare non possunt, ad vesperam vero propter ieiunantes. Si autem quaeris, cur etiam lauandi mos ortus sit. Nihil mihi de hac recogitanti probabilius occurrit, nisi quia baptizantium corpora per obseruationem qua dragesime sordidata, cum offensione sensus ad fontem tractarentur, nisi aliqua die lauerentur. Istum autem diem potius ad hoc electum, quo coena dominica anniuersarie celebratur. Et quia concessum est hoc baptismum accepturis, multi cum his lauare voluerunt ieiuniumque relaxare. His (ut potuit) disputatis, moneo, ut ea quae praelocutus sum serues quantum potes, ut decet Ecclesiae prudentem ac pacificum filium. Alia quae interrogasti, si Deus voluerit alio tempore expediam.

Augustinus Ianuario, copiosius differens de ritibus ecclesiae, vel ijs quos negligere nefas est, vel ijs, qui pro tempore locoque seruari possunt, aut omitti: vel ijs, qui tollendi sunt, si citra maius incommodum liceat. Has duas epistolas Augustinus recenset inter libros, ob hanc prolixiorum. Epistola. CXIX.

Lectis literis tuis, ubi me commonuisti, ut debitum redderem de residuis enodandis quaestionibus, quas iam longe ante quaesueras, gratissimum mihi que charissimum desiderium studij tui amplius differri, tolerare non potui, & quantum in medijs acerbis occupationum mearum, hanc feci praecipua, ut ad ea quae me interrogasti responderem tibi. Diutius autem de tua epistola disputare nolo, ne hoc ipsum me impediatur iam tantum reddere quod debeo. Quaeris quae causa

Cap. 1.

Quaestio prima de natali Christi.

Pascha.

Rom. 4.

Ioan. 5.

Ioan. 13.

Cap. 2.

Galat. 5.

Abac. 2.

Rom. 8.

Rom. 6.

sa sit, cur anniuersarius dies celebrandae dominicae passionis, non ad eandem redeat anni die, sicut dies qua traditur natus: Et deinde subiungis si hoc sit propter sabbatum, & lunam, quid tibi velit in hac re obseruatio sabbati & lunae. Hic primum oportet, ut noueris, diem natalis domini, non in sacramento celebrari, sed tantum in memoriam reuocari quod natus sit, ac per hoc nihil opus erit, nisi reuoluum anni diem, quo ipsa res acta est, festa deuotione significari. Sacramentum est autem in alia celebratione, cum reigeste ita rememoratio fit ut aliquid et significari intelligatur, quod sancte accipiendum est. Eo itaque modo agimus Pascha, ut non solum in memoriam quod gestum est reuocemus, id est, mortuus est Christus & resurrexit, sed etiam cetera quae circa ea attestantur ad sacramenti significationem non omittam. Quia enim sicut dicit Apostolus, Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Transitus quidem de morte ad vitam in illa passione domini & resurrectione sacraus est. Nam etiam uocabulum ipsum, quod Pascha dicitur, non Graecum, sicut vulgo videri solet, sed Hebraeum esse dicunt, qui linguam utramque nouerunt. Neque enim a passione, quam Graece παθήν dicitur pati, sed ab eo quod transitur, ut dixi de morte ad vitam Hebraeo verbo res appellata est. In quo eloquio Pascha transitus dicitur, sicut perhibet qui hoc sciunt. Quod uoluit & ipse dominus tangere cum dicit. Qui credit in me transfert de morte ad vitam. Et maxime idem Euangelista hoc exprimere voluisse intelligitur, cum celebraturo domino Pascha cum discipulis suis, ubi cenam eis mysticam dedit, Cum uidisset, inquit, Iesus quia uenit eius hora ut transiret de mundo ad patrem. Transitus ergo de hac vita mortali in aliam vitam immortalem (hic enim de morte ad vitam) in passione & in resurrectione domini comedatur. Hic transitus a nobis modo agitur per fidem, quae nobis est in remissionem peccatorum, in spe uita aeternae diligentibus Deum & proximum, quia per dilectionem operatur, & iustus ex fide uiuit. Spes autem quae uidetur, non est spes. Quod enim uidet quis quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus, secundum hanc fidem, & spe & dilectionem qua coepimus esse sub gratia, iam commortui sumus cum Christo, & consepulti illi per baptismum in morte, sicut dicit Apostolus: Quia

& uetus homo noster simul confixus est cruci cum illo, & resurreximus cum illo: quia simul nos excitauit, & simul sedere fecit in caelestibus. Vnde est & illa exhortatio. Si autem resurrexistis cum Christo qui sursum sunt quaerite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedes, quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Sed quia sequitur & dicit. Mortui enim estis & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo, cum Christus apparuit uita uestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria: factis indicat quid uelit intelligi, quia tunc transitus noster de morte ad vitam qui fit per fidem, spe peragitur futurae in fine resurrectionis & gloriae, cum corruptibile hoc uita caro ista in qua gemimus modo, induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Nunc enim quidem iam habemus primitias spiritus per fidem, sed adhuc in nobis ipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. In hac spe cum sumus, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. Sed uide quid sequitur. Si autem spiritus eius, inquit, qui suscitauit Christum a mortuis habitauit in uobis, quae suscitauit Christum a mortuis, uiuificauit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Hoc igitur uera Ecclesia, in peregrinatione mortalitatis inuenta est, expectat in fine seculi quod in domini nostri Iesu Christi corpore praemonstratum est, quod ex mortuis primogenitus, quae & corpus eius cuius caput est ipse, non nisi Ecclesia est. Nonnulli enim accedentes uerba quae assidue dicit Apostolus. Quia & mortui sumus cum Christo, & resurreximus cum eo, nec intelligentes quatenus dicant, arbitrati sunt iam factam esse resurrectionem, nec ullam ulterius in fine temporis speranda. Ex quibus est, inquit, Hymeneus & Philetus, qui circa ueritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fide quorundam subuerterunt. Idem Apostolus eos arguens detestat, qui tamen dicit nos resurrexisse cum Christo. Vnde, nisi quia hoc per fidem & spe & dilectionem factum esse dicit in nobis secundum primitias spiritus? Sed quia spes quae uidet non est spes, & ideo si quod non videmus speramus per patientiam expectamus, restat utique redemptionem corporis nostri quam expectantes in nobis metipsis ingemiscimus. Vnde est illud. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Haec igitur inuolutio uita nostrae est quidam transitus.

Collo. 3.

H

I. Co. 15.

Rom. 8.

Cap. 3.

2. Ti. 2.

Rom. 8.

Rom. 12.

de morte ad vitā, qui primo fit per fidē, vt in spe gaudeamus, & in tribulatione patiētes simus, dum adhuc exterior noster homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diē propter inītiū nouæ vitæ, ppter nouū hominē quē iubemur induere & exuere veterē. Expurgātes vetus fermentū vt simus noua cōspersio, qm̄ Pascha nostrum immolatus est Christus. Propter hanc ergo vitæ nouitatem, primus mēsis in anni mētibz celebrationi huic attributus est. Nā & ipse dicitur mensis nouorum. Quia verò in toto tpe seculi nunc tertiu tēpus apparuit, ideo resurrectio domini triduana est. Primū. n. tēpus est ante legē, secundū sub lege, tertium sub grā, vbi iā manifestatio est sacramēti prius occulti in prophētico ænigmatē. Hoc ergo & in lunari numero significatur, quia enim septenarius numerus solet in scripturis ad quandam perfectionē mysticus apparere: tertia hebdomada lunæ Pascha celebratur. i. qui dies occurrerit à quartadecima in vicefimā primā. Est illic & aliud sacramētū, quod si tibi obscurū fuerit, quia in talibus inquisitionibus minus eruditus es, non contristeris. Nec ideo me putes meliorē, quia hæc in studijs puerilib. didici. Qui. n. gloriatur, in eo gloriatur, inquit, scire & intelligere, quoniā ego sum dñs. Nōnulli ergo studiosi taliū rerū quæserunt multa de * munerib. & motibus syderum. Et qui subtilius ista scrutati sunt, incrementa & decremēta lunaria ex conuersione globi eius accēderunt, non quod aliquid substantiæ vel concedat ei cum augetur, vel decedat cū minuitur: quod deliramētū imperiti Manichæi opinantes, repleti eā dixerūt, sicut repletur nauis, ex fugitiua diei parte, q̄ cōmixtā principibus tenebrarū & eorum sordibus inquinatā corde ac ore sacrilegō & credere & loqui non dubitant. Hinc ergo impleri lunā dicunt cū magna pars diei magnis laboribus ab inquinamento purgata de toto mūdo atq; omnibus cloacis fugiens, redditur Deo lugētī dum redeat. Repleti verò per mensem dimidiū, & alio dimidio in solem refundi velut in aliam nauē. Nec tñ inter istas anathematizandas blasphemias aliquid vnquā fugere potuerunt, cur vel incipiens lucere vel desinēs in cornicularo lumine fulgeat, aut cur à dimidio mense incipiat minui, & non ad refundendum plena perueniat. Illi autē qui

hoc certis numeris indagarunt, ita vt & defēctus solis & lunę non solū cur fierent, sed et qm̄ futuri erant longē predicerent, & eos determinatis interuallis tēporū, canonica supputatione præfigerent literisq; mādarēt, quas modo qui legunt atq; intelligunt nihilominos eos prædicunt nec aliter aut alias accidunt, quā prædicūt. Tales ergo, quibus non est ignoscendū, sicut sancta scriptura dicit. quia cū tm̄ valerēt vt possent æstimare seculū, quō dominū eius supplicii pietate non facilius inuenerūt, ex ipsis cornibus lunę quæ à sole auersa sunt, siue crescentis, siue decrescētis, cōiecerūt eā vel à sole illustrari: & quāto magis ab eo recederet, tāto magis ab ea parte quæ terris apparet radios eius accidere: quāto autē ad eū magis post dimidiū mēsem ex alio semicirculo propinquaret, tanto magis à superiori parte illustrata ab ea parte quā terris aduenteret non posse excipere radios, & ppterea videri decrescere: vel si haberet suū lumē, illud haberet ex vna parte in hemisphærio, q̄ partē cū recedēs a sole paulatim terris ostēderet, donec totā ostenderet quāsi augmēta mōstrare, dū non addatur qd̄ decrat, sed perdat quod inerat, ac rursum paulatim abscondere qd̄ petebat, & ideo videri d̄ crescere. Sed qd̄libet horū sit duorū, illud certū atq; manifestū est & cuius aduertēti facile cognitū, qd̄ luna nō augeat ad oculos nostros nisi a sole recedēdo, neq; minuat nisi ad solē ex parte alia p̄pinquādo. Attende nunc quod in Prouerbijs legitur. Sapiens sicut sol permanet, stultus autē sicut luna mutatur. Et quis est sapiēs qui permanet, nisi sol ille iustitiæ, de quo dicitur: Ortus est mihi sol iustitiæ, & quē sibi non fuisse ortū in die nouissima plangētes impij dicituri sunt: Et, Iustitię lumen non luxit nobis, & sol iustitiæ non ortus est nobis? Nā istū carnis oculis visibile solē oriri facit super bonos & malos. Deus, qui et pluit super iustos & iniustos. Ducitur autē semper ex rebus visibilibus inuisibiliū cōgruę similitudines. Quis est ergo ille stultus qui tanquā luna mutatur, nisi Adā in quo omnes peccauerūt? Anima q̄ppe humana recedēs a sole iustitiæ, ab illa scilicet interna contemplatione incōmutabilis veritatis, omnes vires suas in terrena conuertit, & eo magis magisq; obscuratur in interioribus ac superioribus iuis: sed cum redire cōpērit ad illam

illam incōmutabilem sapientiā, quanto magis ei appropinquat affectu pietatis, tanto magis exterior hō corrumpitur, sed interior renouatur de die in diē, omnisq; lux illa ingenij, quæ ad inferiora vergebat, ad superiora conuertitur, & à terrenis quodāmodo auertitur, vt magis magisq; huic seculo moriatur, & vita eius abscondatur cū Christo in Deo. Mutatur ergo in deterius ad exteriora p̄grediēs, & in vita sua proijciēs intima sua, & hoc terræ, i. eis qui terrena sapiunt melius vī, cū laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & q̄ inique gerit benedicatur. Mutatur autē in melius cū intentionē suā & gloriā à terrenis q̄ in hoc seculo apparent, paulatim auerit, & ad superiora ab inferiorib. conuertit, & hoc terræ, i. eis qui terrena sapiūt deterius vī. Vnde illi impij postremo infructuosam agentes p̄niam, et hoc inter multa dicituri sunt. Ij sūt quos aliqui habuimus in derisum & in similitudinē improprij: Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniā. Ac per hoc spiritus sanctus de visibilibus ad inuisibilia, & de corporalibus ad spiritalia tacra similitudinē ducens transitū illū de alia vita in aliā vitā q̄ Pascha nominatur, à quartadecima Luna voluit obseruari, vt non solum p̄ tps terrium q̄ supra cōmemorauī, quia in de incipit hebdomada tertia, sed et p̄ ipsam tertiā conuersionē ab exterioribus ad interiora de Luna similitudo assummeretur, vīque ad vicefimam vero & primā, p̄ ipsum numerū septenariū, quo vniuersitatis signatio sæpe figurat, qui et ipsi ecclesiæ tribuitur p̄ instar vniuersitatis. Ideo Ioannes Apostolus in Apocalypsi ad septē scribit ecclesias. Ecclesia vero ad huc in ista mortalitate carnis constituta, p̄ ipsam mutabilitatē Lunæ noīe in scripturis signatur. Vnde est illud: Parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittēt in obscura Luna rectos corde. Prius. n. q̄ fiat illud q̄ dicit Apostolus: Cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cū ipso in gloria, obscura vī ecclesia in tpe peregrinationis suæ, inter multas iniquitates gemens, & tunc sunt timendæ insidiæ fallaciū seductōrū, quas nomine sagittarū itelligi voluit. Vnde alio loco p̄ nuncios fidelissimos ueritatis quos ubiq; parit ecclesia d̄: Luna testis in celo fidelis. Et cū de regno dñi psalmus cantaret: Oriēs, inquit, in dieb. eius iustitiæ & abundantia pa-

cis, donec interficiatur Luna, i. abūdantia patris instantū crescet, donec oēm mutabilitatē mortalitatis absumat. Tunc nouissima inimica destruetur mors, & quicquid nobis resistit ex infirmitate carnis, vnde nobis perfecta pax nondū est, cōsumetur oīno, cū corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatem. Vnde & illius ciuitatis muri, q̄ Hiericho appellatur, quia in Hebræo eloquio Luna interpretari d̄, septimo circuitu testī arcæ corruerunt. Quid. n. nunc aliud agit annunciatio regni celorū, q̄ circuitio arcę significauit, nisi vt oīa munimēta mortalis vitæ, i. omnis spes huius seculi, q̄ resistit spei futuri seculi in dono septenario spiritu sancti per liberum arbitriū destruat? Ob hoc. n. circūeunte arca non impulsū uolento illi muri ceciderunt, sed sponte. Sūt & alia testimonia scripturarū, q̄ nobis ingerūt per cōmemorationem Lunæ ecclesiæ significationē, q̄ in ista mortalitate ab illa Hierusalem, cuius ciues angeli sunt, in ærumnis & laboribus peregrinatur. Non ideo tñ putare debent stulti, qui nolunt in melius cōmutari, adoranda esse illa luminaria, quia ducitur ex eis aliqñ similitudo ad diuina mysteria figuranda: ex omni. n. creatura ducit. Nec ideo debemus in suā damnationis irruere, quæ ore Apostolico de quibusdā profertur, qui coluerunt & seruerunt creaturæ potius quā creatori, qui est benedictus ī secula: Sicut. n. nō adoramus pecora quāuis dictus sit Christus & agnus & vitulus: nec ferā, quia dictus est leo de tribu Iuda: nec lapidē, quia petra erat Christus: nec mōtē Sion, quia in ipso figuratur ecclesia: sic nec Solē nec Lunā quāuis ex ea celesti creatura, sicut ex multis terrestribz sacrorum figuræ ad informationes mysticas assumant. Quapropter Manichæorū vel Mathematicorū deliramenta cū detestatione irridēda sunt: quibus cum obiecerimus vana commenta, vnde homines in errorem præcipitant, quo prius præcipitati sunt, garruli sibi uidentur, cū dicunt nobis. Cur & uos ad Solis & Lunæ cōputationē Pascha celebratis? quasi nos ordines syderum, ac uicissitudines tēporum à summo atq; optimo Deo cōditas arguamus, & nō eorum peruersitatem, quæ rebus sapientissimē conditis ad stultissimas opiniones abutit. Nā si Mathematicus nobis contradicēturus est de syderibus

2a. Cor. 4.
1a. Cor. 5.

Cap. 4.

Hiere. 9.

a. l. n. m. m. e. r. i. t.

Manichæi de luna.

L.

M

B

Cap. 5.
Ecclesia.
5: ci. 27.

Sap. 5.
Mat. 1.

A

I. i. n. e. d. i. g. o. r. i. a.

I. Cor. 4.

Col. 3.

Eccle. 10.

Psal. 9.

Sap. 5.

Cap. 6.

Psal. 10.

Col. 5.

Psal. 88.

Psal. 71.

I. Co. 15.

Iosue 6.

D

Liberrum arbitriū.

Rom. 1.

Cap. 7.

E

bus & luminaribus celi ad sacra mystice figuranda similitudines ducere, contradicant & augures, ne dicatur nobis. Estote simplices vt colubæ. Contradicant & Marfi, ne dicat nobis. Astuti sicut serpentes. Contradicant histiones, ne in psalmis citharâ nosemus. Ac quia ex his reb. ad mysteria verborû Dei, similitudinâ signa sumunt, dicat, si placeat, vel auspicia nos captare, vel venena conficere, vel theatricas affectare luxurias, q̄ dementisimû est dicere. Nô igit nos de Sole & Luna annuis mēstruive t̄pib. actionû nostrarû euentâ conijcimus, ne in vitæ humanæ periculosisimis tēpestatib. tanq̄ in sc̄ opulos miseræ seruitutis illisi, à libero arbitrio naufragem⁹: sed ad rē sacrate significandam similitudines aptas religiosissima deuotione suscipimus, sicut de cetera creatura, de vêtis, de mari, de terra, de volatilib. de piscib. de pecorib. de arborib. de hominib. ad sermonē quidē multipliciter, ad celebrationē vero sacrorum iam Christiana libertate parcissime, sicut d̄ aqua, de frumēto, de vino, de oleo. In seruitute at̄ veteris populi etiâ multa celebrari imperata sunt, q̄ nobis tantûmodo intelligenda traduntur. Non itaq; dies obseruamus & annos & mēses & t̄pa, ne audiamus ab Apostolo: *Timo* ne fortè sine causa laborauerim in vobis. Eos. n. inculpat q̄ dicunt: Nô proficiscar, q̄a posterus dies est, aut quia Luna sic fert: Proficiscar vt prospera cedat, quia ita se hēt positio syderû. Nô agâ hoc mēse cōmerciû, quia illa stella mihi agit mēsem: vel agâ, q̄a suscepit mēsem. Non plantē hoc anno vineâ, quia bissexus est. Non aut quisquâ sapiēs arbitrei obseruatores tēporû reprehendendos, qui dicunt: Non proficiscar hodie, quia tēpeltas exorta est: aut nō nauigē, q̄a adhuc sunt hybernæ reliquiæ: aut t̄ps̄ seminâdi est, vel si qui fortè alij naturales affectus circa motû aeris & humoris ad variandas tēporû qualitates in syderû ordinatissima conuersione notati sunt, de quib. dictum est cum conderentur: Et sint in signis & tēporib. & dieb. & in annis. Si quæ aut figuræ similitudinum non t̄m̄ de c̄lo & de syderib. sed et de inferiori creatura ducuntur ad dispensationē sacrorum, eloquentia quædâ est doctrinæ salutaris, mouendo affectui discentiû accommodata, à visibilib. ad inuisibilia, à corporalib. ad

spiritualia, à tēporalibus ad æterna. Nec quisquam nostrû attendat q̄ eo t̄pe, quo Pascha celebramus, Sol in ariete est, sicut illi appellant quendâ syderû locum, vbi reuera mēse nouorû Sol inuenitur: sed siue illi arietē, siue aliquid aliud eandē partē c̄li vocare voluerint, nos de scripturis sanctis hoc didicimus, q̄ omnia sydera Deus cōdidit, & locis celestib. quibus voluit, ordinauit, quæ stellis distincta & ordinata in quaslibet partes diuidant quibuslibet vocabulis vocent, vbicunq; Sol esset mēse nouorû, illic eû reperiet hæc celebratio, pp̄ similitudinē sacri renouandæ vitæ, de qua satis supra discerimus. Quod si et locus ille syderum aries vocari posset pp̄ aliquâ figuræ congruentiâ, neq; hmōi timeret sermo diuinus aliquâ sacri similitudinē ducere, sicut de alijs non solû celestib. sed et terrestribus creaturis, sicut de Orione & Pleiadibus, sicut de monte Sina, & de mōte Siō, sicut de fluminib. q̄ vocantur Geon, Phison, Tigris, Euphrates: sicut de ipso toties in sanctis mysterijs nobilitato fluuio Iordane rerû figurate insinuandarû mysticas similitudines adduxit. Sed quantû interfit inter syderû obseruationes ad aereas qualitates accommodatas, sicut agricolæ vel nautæ obseruant: aut ad notandas partes mundi cursumq; aliquid & alicunde dirigendû quod gubernatores nauium faciunt, & ij qui per solitudines arenas in interiora Austri nulla semita certa vel recta gradiunt: aut cû ad aliquid in doctrina vtili figurate significandû, fit nonnullorû syderû aliqua cōmemoratio. Quantû ergo interfit inter has vtilitates & vanitates hominû ob hoc obseruantiu sydera, vt nec aeris qualitates, nec regionû vias, nec solos t̄pm numeros, nec spiritaliû similitudines, sed quasi fatalia rerû iâ euenta perquirant, quis nō intelligat? Sed iâ deinceps videamus cur et id obseruetur cû Pascha celebratur, vt sabbatû occurrat. Hoc. n. propriû Christianæ religionis est. Nâ Iudæi mēsem nouorû tantûmodo & Lunâ obseruant à quartadecima vsque ad vicecimâ primâ. Et quia illud eorû Pascha, quo passus est dñs, ita occurrit, vt inter mortem eius & resurrectionem medius esset sabbati dies, addendum patres nostri censuerunt, vt & nostra festiuitas à Iudæorum festiuitate distingueretur: quod non frustra factum esse credendû est ab illo, qui est ante t̄pa, & per quem

quæ facta sunt t̄pa, & qui venit in plenitudine tēporû, & qui ptatē habebat ponēdi aiâ suâ & iterû recipiēdi eâ, & iō non fatalē, sed opportunâ sacramēto qd̄ commendare instituerat, horâ expectabat. cû diceret: Nô dū venit hora mea. Vt igit anniuersaria passione eius celebratione à posteris seruariēt: qd̄. n. nūc (vt superius dixi) fide ac spe gerim⁹ atq; vt ad id pueniamus dilectione satagimus, requies est quædâ ab oī labore oīū molestiarû sancta atq; perpetua, in eadē nobis ex hac vita fit: transitus, quē dñs noster Iesus Christus sua passione demonstrare ac cōsecrare dignatus est. Inest aut̄ in illa requie nō desidiōsa seignitia, sed quædâ ineffabilis tranquillitas actionis ociosæ. Sic. n. ab huius vitæ operib. in fine requiescitur, vt in alteri⁹ vitæ actione gaudeat. Sed quia talis actio in Dei laude agitur, sine labore mēbrorû, sine angore curarû, nō ad eâ sic transitur per quietē, vt ipse labor succedat. i. nō sic eē incipiat actio, vt esse desinat quies. Nec enim reditur ad labores & curas, sed permanet in actione quod ad quietē pertinet: neq; enim in opere laborat, neq; in cogitatione fluctuat. Quia ergo p̄ requiē ad primâ vitâ redit, vnde anima lapsa est in peccatû, propterea sabbato reges significat: Illa aut̄ vita prima, q̄ de peregrinatione redeuntibus & primâ stolâ accipietibus reddit, p̄ vnâ sabbati, quē die dñicû dicimus, figuratur. Quere septē dies Genesim legēs inuenies septimû sine vespera, quia requiē sine fine significat. Prima ergo vita nō fuit sempiterna requies peccanti, requies aut̄ vltima sēpiterna est, ac per hoc & octauus sempiternâ beatitudinē habebit, quia requies illa que sempiterna est, excipit ab octauo, nō extinguitur neq; enim aliter sempiterna esset. Ita ergo erit octauus qui primus, v̄p̄ prima vita nō tollat, sed reddatur æterna. Sabbatû tñ cōmēdatû est, priori populo in ocio corporali tēporaliter, & vt figura esset sanctificationis in requiē spiritus sancti. Nusquâ enim legimus in Genesi sanctificationē per oēs priores dies sed de solo sabbato dictû est: Et sanctificauit Deus diē septimû: Amant enim requiē siue pię animæ, siue iniquæ: sed an perueniāt ad illud quod plurimû amāt, nesciunt: nec aliquid appetunt etiam ipsa corpora ponderibus suis, nisi quiescere à motibus suis. Nâ sicut corpus tãdiu nititur pōdere, siue deor-

sum versus, siue sursum versus donec ad locû quo nititur veniēs, cōquiescat: Pōdus q̄ olei si dimittatur in aerē, deorsum: si aut̄ sub aquis, sursum nititur: Sic animæ ad ea q̄ amant propterea nituntur, vt perueniēdo requiescant. Et multa quidē per corpus delectant, sed non est in eis æterna requies, nec saltē diuturna, & propterea magis sordidant animâ, & aggrauant potius, vt sincerû eius pondus, quo in superna fertur, impediant. Cû ergo anima in seipsa delectatur, nondû re in cōmutabili delectatur, & ideo adhuc superba est, q̄a se pro summo habet, cû superior sit Deus. Nec i tali peccato impunita relinquitur, quia Deus superbis resistit, humilibus aut̄ dat gratiâ. Cû aut̄ Deo delectatur, ibi verâ certâ, æternâ inuenit requiem, quam in alijs quærebat, nec inueniebat. Proinde admonetur in psalmo: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quia ergo charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritû sanctû q̄ datus est nobis, ideo sanctificatio in septimo die cōmemorata est, vbi requies cōmendat. Quia vero nec bene operari possumus, nisi dono eius adiuti, sicut ait Apostolus: Deus. n. est qui operatur in nobis & velle operari pro bona voluntate, nec agere nec requiescere poterim⁹ post omnia bona opera nostra, quæ in hac vita gerimus, nisi eius dono ad æternitatem sanctificati atq; perfecti. Propterea de ipso Deo dicitur. Cû fecisset omnia opera valde bona, septimo die requieuit ab omnibus operibus suis que fecit. Futurâ. n. requiē significabat, quâ post bona opera daturus erat nobis hominib. Sicut enim cû bene operamur, ipse dicitur operari in nobis, cuius munere operamur: ita cû requiescimus, ipse requiescere dicitur, quo donante requiescimus. Hinc est quod et tribus primis præceptis decalogi, quæ ad Deû pertinent (cetera. n. septē ad proximû pertinent. i. ad hoiem, quia in duobus præceptis to telex pendet) tertiu ibi de obseruatione sabbati positû est: vt in primo præcepto patrem intelligamus, ubi prohibetur coli aliqua in figmētis hominû Dei similitudo, nō quia nō habet imaginē Deus, sed quia nulla imago eius coli debet, nisi illa quæ hoc est quod ipse nec ipse pro illo sed cû illo. Et quia creatura mutabilis est, ac propterea dicitur. Ois creatura uanitati subiecta est, quoniâ natura etiâ

uniuersa in parte demonstratur, ne quisquā
filiū Dei verbū, per quā facta sunt omnia, pu-
taret esse creaturā, sequitur aliud præceptū:
Nō accipies in vanū nomē Dei tui. Spūs autē
sanctus in quo nobis illa requies tribuitur, q̄
vbiq; amamus, sed nisi Deū amando, nō inue-
nimus, cū charitas eius diffundit in cordib.
nostris p̄ spiritū sanctum, qui datus est nobis.
Quia ergo sanctificauit Deus diē septimū in
quo requieuit, tertio præcepto legis insinua-
tur, quod scriptū est de obseruatione sabba-
ti, nō vt iā in ista vita nos quiescere existime-
mus, sed vt omnia quæ bene operamur non
habeant intentionē, nisi in futurā requiē sem-
piternā. Memento enim maxime, quod iā su-
pra cōmemorauī, quæ spe salui facti sumus:
spes. n. quæ videtur nō est spes, ad ipsum autē
ignē amoris nutriendū & flammādū quodā-
modo, quo tāquā pondere sursum vel intror-
sum feramur, ad requiem hæc oīa pertinent
quæ insinuātur nobis figurate. Plus enim mo-
uent & accēdunt amorē, quam si nuda & si-
ne vllis sacramentorū similitudinibus pone-
rētur. Cuius rei causam difficile est dicere.
Sed tñ ita se habet vt aliquid p̄ allegoricā si-
gnificationē intimatū plus moueat, plus dele-
ctet, plus honoretur, q̄ si verbis proprijs di-
ceret apertissime: Credo quod ipse animæ
motus quādiu rebus adhuc terrenis implica-
tur pigrius inflammatur: si vero feratur ad si-
militudines corporales, & inde feratur ad spi-
ritalia, quæ illis similitudinibus figurant, ip-
so quāsi transitu vegetatur & tanq̄ in facula
ignis agitatus accēditur, & ardētior dilectio-
ne rapit ad requiē & quietē. Ideo q̄ inter oīa
illa decē præcepta solū ibi quod de sabba-
to positū est, figurate obseruandū præcipitur,
quam figuram nos intelligendā, non etiam
per ocū corporale celebrandā suscepimus.
Cū enim sabbato significetur spiritalis reges-
de qua dictū ē in Psalmo. Vacate & videte,
quā ego sum Deus, & quo vocantur hōies ab
ipso domino dicente: Venite ad me omnes
qui laboratis, & onerati estis, & ego vos re-
ficiā. Tollite iugū meū super vos, & discite
à me quia mitis sum & humilis corde, & in-
uenietis requiem animabus vestris: cetera ta-
mē ibi præcepta proprie sicut præcepta sunt
sine vlla figurata significatione obserua-
mus, & non accipere in vanum nomen do-
mini Dei nostri, & honorare patrē & matrē,
& nō mœchari, nō occidere, non furari, nō
falsum testimoniū dicere, nō concupiscere:
vxorē proximi, nō cōcupiscere vllā rē pro-
ximi, nō figurate aliud prædicūt, & mystice al-
liud signant, sed sic obseruātur vt sonāt. Ob-
seruari tñ diē sabbati nō ad literā iubemur se-
cūdū ocū ab opere corporali, sicut obser-
uāt Iudæi: & ipsa eorū obseruatio quia ita præ-
cepta est, nisi aliā quandā spiritalē requiē si-
gnificet, ridendā iudicatur. Vnde nō incōueni-
enter intelligimus ad amorē excitādū, quo
ad requiē tendimus, valere omnia quæ figu-
rate in scripturis dñr, qñ quidē non solum id
in decalogo figurate præcipitur, vbi requies
cōmendatur, quæ vbiq; amatū, sed in solo
Deo certa, & sancta inuenitur. Dies tñ domi-
nicus non Iudæis, sed Christianis resurrectio-
ne domini declarat⁹ est, & ex illo habere cē-
pit festiuitatem suam. Animæ quippē om-
nium sanctorū ante resurrectiōne corporis
sunt quidē in requiē, sed in ea non sunt actio-
nē, qua corpora recepta vegetātur. Talē quip-
pe actiōne significat dies octauus, qui & pri-
mus: quia nō aufert illā requiē, sed glorificat.
Non enim redit cū corpore difficultas ex corpo-
re, quia nec corruptio. Oportet enim corru-
ptibile hoc indui incorruptiōne, & mortale
hoc indui immortalitē. Quapropter ante
resurrectiōne domini, quāuis sanctos patres
plenos spū propheticō octauæ sacramētū ne-
qua q̄ lateret, quo significat resurrectio, Nā
& pro octaua Psalmus inscribitur. & octauo
die circūcidebantur infantes. Et in Ecclesia
ad duorū testamentorū significationē dicitur:
illis septē & illis octo reseruatū est: tñ il-
lis est occultatū, & solum celebrandū sab-
batū traditū est, quia erat antea requies mor-
tuorū: resurrectio autē nullius erat donec ve-
niret Xps, qui resurgēs ex mortuis, iā nō mo-
reret, & mors illi vltra nō dominaretur: Sed
postq̄ facta est talis resurrectio in corpore
dominico, vt præiret in capite Ecclesie, q̄
corpus ecclesie speraret in fine iam etiā dies
dominicus. i. octauus, qui & primus incipe-
ret celebrari, ipsa etiam causa intelligitur,
cū obseruandū Pascha, vbi agnum occide-
re & comedere iubentur, q̄ manifestissi-
me passionē dñi præfiguratur, non eis ita præ-
ceptū, vt attēderēt occurrere sabbatū, & cū mē-
se nouorū & tertiā lunæ hebdomadā cōcur-
rere,

rere, vt eundē quoq; diē dñs potius sua pas-
sione signaret, qui et dñcum. i. octauū, qui
Cap. 14. & primus est, declaraturus adtulerat. Atten-
de igitur sacratissimū tridū crucifixi, sepul-
ti, suscitati. Horū trium q̄ significat crux, in
pñti agimus vita, quod aut significat sepultura,
& resurrectio, sicut aut spe gerimus. Nunc
enim dñs homini: Tolle crucē tuam, & sequere
me. Cruciat⁹ aut caro, cū mortificantur
Col. 3. membra nostra, q̄ sunt super terram, fornica-
tio, immunditia, luxuria, auaritia, & cetera
Rom. 8. hmoi, de quibus idem dicit: Si secundū car-
nem mortificaueritis, viuētis. Hinc et de se
ipso dicit: Mūdus mihi crucifixus est, & ego
Rom. 6. mundo. Et in alio loco: Scientes, inquit, quia
vetus homo noster simul confixus est cruci
cū illo, vt euacuet⁹ corpus peccati, vt vltra
non seruiamus pctō. Quādiu ergo id agunt
opera nostra vt euacuet⁹ corpus peccati, quā-
diu exterior hō corrūpitur, vt interior reno-
uet⁹ de die in diē, tps est crucis. Hæc sunt etiā
bona opera quidē, tñ adhuc laboriosa, quo-
rū merces est requies. Sed idē dñs: Spe gau-
dentes, vt cogitantes requiē futuram, cū hila-
ritate in laboribus operemur. Hanc hilarita-
tē significat crucis latitudo in transuerso li-
gno, vbi figurat⁹ manus. Per manus. n. opera
intelligimus: per latitudinē hilaritatē operan-
tis, quia tristitia facit angustias: per altitudi-
nē uero cui caput adiungitur, expectatiōne
retributionis de sublimi iustitia Dei, qui red-
det unicuiq; secundū opera sua, ijs quidē, q̄
secundū tolerantia boni operis gloria & ho-
norē & incorruptiōne quærentib. vitā æter-
nam. Itaq; n. longitudo, qua totū corpus ex-
tenditur, ipsam tolerantia significat, vnde lō-
ganimēs dicuntur, qui tolerant. Profundum
aut q̄ terræ infixū est, secretum sacrū præfi-
gurat. Recordaris. n. nisi fallor, q̄ verba Apo-
stolus in ista desideratione crucis expediat,
Eph. 3. vbi ait: In charitate radicati atq; fundati, ut
positis cōprehendere cū omnib. sanctis quæ
sūt lōgitudō, latitudo, altitudo, & profundū.
Ea uero quæ nondū videmus & nondū tene-
mus, sed fide & spe gerimus, in alio biduo
figurata sunt. Hæc. n. q̄ nunc agimus, tanquā
clauis p̄ceptorū in Dei timore cōfixis, sicut
scriptū est: Confige clauis à timore tuo car-
nes meas, in necessarijs deputant, non in eis,
quæ per seipsa appetenda & concupiscenda
sunt. Vnde illud quod est optimum se dicit
concupiscere, dissolui & esse cū Christo. Ma-
nere aut in carne necessariū, inquit, p̄ uos.
Quod ergo, inquit: Cupio dissolui, & esse cū
Christo, inde incipit requies, q̄ non interrū-
pitur resurrectione, sed clarificatur, quæ tñ
nūc fide retinet. Quia iustus ex fide uiuit. An
ignoratis, inquit, quā quicunq; baptizati su-
mus in Xpo Iesu, in morte ipsius baptizati
sumus? Consepulti ergo illi sumus per baptis-
mū in mortē. Vnde nisi fide? Neque. n. iā in
nobis perfectū est, adhuc in nobismetipsis
ingemiscētib. & adoptionē expectantib.
redemptionē corporis nostri. Spe. n. salui fa-
cti sumus. Spes aut q̄ vī nō est spes. Quod. n.
uidet quis, quid sperat? Si aut q̄ nō uidemus
speramus, per patientiā expectamus. Quod
memēto q̄ sæpe cōmemorem, nec iā nūc in
ista uita nos beatos fieri debere arbitremur,
& ab omnib. difficultatibus liberos, ac sic in
angustijs rerū tpaliū aduersus Deū ore sacri
lego murmuremus, quasi nō exhibeat q̄ pro-
misit. Promisit quidē et huic uitæ necessaria,
sed alia sunt solatia miserorū, alia gaudia bea-
torum. Dñs, inquit, secundū multitudinē do-
lorum meorū in corde meo, exhortationes
tuas iocundauerunt animam meā. Non ergo
murmuremus in difficultatib. ne perdamus
latitudinem hilaritatis, de qua dñs. Spe gaudē-
tes: quia sequitur, In tribulatione patientes.
Nova ergo uita in fide nūc inchoatur & spe
geritur: nam tunc perfecta erit, cū absorbebit
tur mortale à vita, cū absorbebitur mors in
uictoriā, cū illa nouissima inimica destruet⁹
mors, cū immutati fuerimus, & æquales an-
gelis facti. Omnes. n. inquit, resurgēmus, sed
non oēs immutabimur. Et dñs: Erunt, inquit,
æquales angelis Dei. Apprehensi enim su-
mus modo in timore per fidem, tunc autem
apprehēdemur in charitate p̄ spectē. Quan-
diu enim sumus in corpore, peregrinamur
à dño: per fidem enim ambulamus, non per
speciē. Ipse itaq; Apostolus, qui dicit: Tunc
apprehēdā sicut apprehēsus sum, aperte se
nō apprehēdisse confitetur. Fratres, inquit,
ego me nō arbitror apprehēdisse. Sed tamē
quia ipsa spes ex promissione ueritatis certa
nobis est, cum diceret: Consepulti igitur su-
mus illi per baptismum in mortē, subiunxit
& ait: Vt quēadmodū surrexit Xps ex mor-
tuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate
vitæ

Exo. 20.
Deut. 5.
Rom. 5.

Rom. 8.

Allego-
ria.

cap. 12.

Psal. 45.

Mat. 11.

Exo. 20.
Deut. 5.

cap. 13.

1. Co. 15.

Ecclesi-
astes. 11.

Rom. 6.

F

Phil. 1.

Abac. 2.
Rom. 6.

I

Rom. 8.

Psal. 93.

Rom. 12.
1. Co. 15.

1. Th. 2.0.

2. Cor. 5.
Phil. 3.

K

Rom. 6.

Rem. 8.

vita ambulemus. Ambulamus ergo in re-
 laboris, sed in spe quietis in carne vetustatis,
 sed in fide nouitatis. Dicit. n. Corpus quide
 mortuū est pp peccatū, spūs aut viuit pp iu-
 stitiā. Si aut spūritus eius, qui suscitauit Iesum
 Christum à mortuis, viuificabit & mortalia
 corpora vestra p inhabitantē spūritū eius in
 vobis. Hoc ex autoritate diuinarū scriptura
 rū & vniuersae ecclesiae, q̄ toto orbe diffun-
 dit, cōsensione per anniuersariū Pascha cele-
 brat. In magno utiq; sicut iā intelligis, sacro,
 & in scripturis quide veteribus ad agendum
 Pascha non est p̄ceptum tps, nisi ex mense
 nouorū, à Luna quartadecima vsq; ad vice-
 simā primā: ex Euangelio tñ, quia iam mani-
 festū est quo et die dñs crucifixus sit, & in se-
 pulchra fuerit, & resurrexerit, adiuncta est et
 ipsorum dierū obseruatio per patrū cōcilia:
 & orbi vniuerso Christiano persuasum est
 eo modo Pascha celebrari oportere. Qua-
 dragesima sanē ieiuniorū habet autoritatē,
 & i veterib. libris ex ieiunio Moyfi & Heliæ:
 & ex Euangelio, quia totidē dieb. dñs ieiuna-
 uit, demonstrans Euangelii non dissentire à
 lege & prophetis. In persona quippe Moyfi
 lex, in persona Helię prophetæ accipiunt,
 inter quos & in monte gloriosus apparuit, vt
 euidētius emineret, q̄ de illo dicit Aposto-
 Ius, testimoniū habens à lege & à prophetis.
 In qua ergo parte anni congruentius obser-
 uatio quadragesimæ constitueretur, nisi con-
 fini atq; contiguæ dñicæ p̄sioni? Quia in ea
 significatur hæc vita laboriosa, cui opus est
 continentia, vt ab ipsius mundi apicitia iei-
 netur, q̄ utiq; fallaciter blandiri, & illecebra-
 rū lucos circumspergere atq; iactare nō ces-
 sat. Numero aut quadragenario vitam istam
 propterea figurari arbitror, quia denarius, in
 quo est perfectio beatitudinis nostrę, sicut in
 octonario, quia redit ad primū: ita i hoc mi-
 hi v̄f exprimi, quia creatura q̄ septenario fi-
 guratur, adhæret creatori: in quo declaratur
 vnitas trinitatis per vniuersum mundū t̄pali-
 ter annuncianda: quia mundus & quatuor vē-
 tis delimitur, & quatuor elementis erigitur,
 & quatuor anni t̄pum vicibus variatur. Decē
 aut quaterni in quadraginta consumunt: qua-
 dragenarius aut partibus suis computatus, ad-
 dit ipsum denariū, & fiunt quinquaginta tan-
 quā merces laboris & continentie. Neq; n.
 frustra ipse dñs & quadraginta dies post re-

surrectionē in hac vita & terra cū discipulis
 conuersatus est: & posteaq̄ ascendit in cēlū,
 decē dieb. interpositis promissum misit spi-
 ritum sanctū, cōpleto die Pentecostes: q̄ dies
 quinquagesimus habet aliud sacm, quod se-
 pties septē quadragintanōe fiunt: & cū redi-
 tur ad initium, q̄ est octauus, qui & primus
 dies, quinquaginta cōplentur, qui celebrant̄
 post dñi resurrectionē, iā in figura non labo-
 ris, sed quietis & lētitiæ: pp hoc & ieiunia
 relaxantur, & stantes oramus, q̄ est signum
 resurrectionis. Vnde et omnibus diebus dñi-
 cis, id ad altare obseruatur, & halleluia cani-
 tur, q̄ significat actionem nostrā futurā non
 esse nisi laudare Deū, sicut scriptum est: Bea-
 ti qui habitant in domo tua dñe, in secula se-
 culorū laudabunt te. Sed dies quinquagesi-
 mus & in scripturis cōmendatur, non tñ in
 Euangelio, quia tunc spiritus sanctus aduenit,
 sed et in veterib. libris. Nā & ibi posteaq̄ Pas-
 cha occiso agno celebrauerunt, dies quin-
 quaginta numerant vsq; ad diē, quo lex da-
 ta est in monte Sina famulo Dei Moyfi, digi-
 to Dei scripta: in libris aut Euangelij apertis-
 simē declarat digitū Dei significare spūritū-
 sanctū. Cū. n. vnus Euangelista dixisset. In di-
 gito Dei eijcio dēmonia: alius hoc idē ita dixit
 In spiritu Dei eijcio dēmonia. Quis hanc
 lētitiā diuinorū sacrorum, cum sanæ doctri-
 næ luce clarescunt, non p̄ferat vniuersi mun-
 di huius imperijs, et inuitata sc̄litate pacatis?
 Nonne tanquā duo Seraphin clamant ad
 inuicem concinentiā laudis altissimo: Sanctus,
 Sanctus, Sanctus dñs Deus Sabaoth, ita duo
 testamēta fideliter concordantia, sacra-
 tā concinunt veritatē Deo? Occiditur ouis,
 celebratur Pascha, & interpositis quinquaginta
 dieb. datur lex ad timorē scripta digito
 Dei. Occiditur Christus, qui tanquā ouis ad
 immolandū ductus est, sicut Esaias testatur,
 celebrat̄ verum Pascha, & interpositis quin-
 quaginta diebus, datur ad charitatē spūritus-
 sanctus, qui est digitus Dei cōtrarius hoībus
 sua quærentibus, & ideo iugū asperū & sarcina
 grauē portantib. nec inuenientib. requiē
 animabus suis, quia charitas nō quærit quæ
 sua sunt. Ideo animositas hæreticorū semper
 inquieta est, quos magorū Pharaonis habere
 conatū, declarat Apostolus dicens: Sicut. n.
 Iamnes & Mambres resistunt Moyfi, sic &
 isti resistunt veritati, hoīes mente corrupti,
 reprobi

Orati
stante.

A

Psal. 83.
cap. 16.

Luc. 11.
Mat. 11.

Esa. 6.

Esa. 3.

B

1. cor. 13.

2. Tim.

Quadragesima
ieiunij.

τετραρα
κοινας.

M

reprobi circa fidē, sed vltra non proficiunt.
 Dementia vero eorū erit manifesta omnib.
 sicut & illorū fuit. Quia. n. per ipsam corrup-
 tionē mentis inquietissimi fuerūt, in signo
 tercio defecerunt, fatentes sibi aduersum esse
 spūritū sanctū qui erat in Moyse. Nā deficien-
 tes dixerunt: Digitus Dei est hic. Sicut aut cō-
 ciliatus & placatus spiritus sanctus requiē p̄-
 stat mitib. & humilib. corde, ita cōtrarius &
 aduersus imites ac superbos inquietudine exa-
 gitat. Quā inquietudinē muscē ille grauissi-
 mē significauerunt, sub quib. magi Pharaonis
 defecerunt dicentes. Digitus Dei est hic.
 Exodū lege, & vide vbi Pascha celebrauerūt,
 post quot dies data sit lex. Loquitur Deus ad
 Moylen in monte Sina die tercio mensis ter-
 tij. Nota ergo vnū diem egressus ipsius ter-
 tij mensis, & vide quid dicat inter cetera. Descē-
 de, inquit, testare populo & purifica illos ho-
 die, & cras, & lauent uestimenta sua, & sint
 parati in diē tertij. Tertia. n. die descēdit dñs
 in montē Sina corā omni populo, tunc data
 est lex tercio, s. die ter-
 tij mensis. Numerata itaque à quattodecimo primi mensis die. quo
 factū est Pascha, vsq; ad diē tertij ter-
 tij mensis, & inuenies decē & septē dies primi men-
 sis, triginta secundi, tres ter-
 tij, qui fiunt quin-
 quaginta. Lex in arca est, sanctificatio in cor-
 pore dñi, per cuius resurrectionē nobis re-
 quies futura promittit̄, ad quā percipiendam
 spūritus sancto charitas inspiratur. Spūs autem
 nondū erat datus, cū Iesus nondū erat clarifi-
 catus. Vnde propheta illa cantata est: Exurge
 dñe in requiem tuā, tu & arca sanctificatio-
 nis tuæ. Vbi requies, ibi sanctificatio. Vnde
 nunc vt amemus & desideremus, pignus ac-
 cepimus. Vocant̄ aut ad requiē alterius vitæ
 quo ab ista trāsit, q̄ Pascha significat, oēs in
 noīe patris & filij & spūritus sancti. Propterea
 quinquagenarius numerus ter multiplicatus
 addito ad eminentiā ipsius sacri ipso ternario,
 in illis magnis piscib. inuenit̄, quos iam
 dñs post resurrectionē nouā vitā demonstrās,
 à dextera parte leuari impetrauit, nec retia
 rupta sunt, quia tunc hæreticorū inquietudo
 nō erit. Tunc hō perfectus & quietus, purifi-
 catus in aīa & in corpore per eloquia dñi ca-
 sta, argentū igne examinātū terræ purgatū se-
 ptuplū, accipiet mercedē denariū vt sint de-
 cē & septē. Nam & in hoc numero sicut in
 alijs multiplices figuras exhibētib. sacm mi-

Exod. 8.

Exo. 19.

Ioan. 7.

Pf. 131.

cap. 17.

rabile reperitur. Nec immerito etiā psalmus
 septimuldecimus in Regnorū libris solus in
 tege legitur, quia regnū illud significat vbi
 aduersariū nō habebimus. Titulus. n. eius est,
 In die qua eruit eū dñs de manu omniū ini-
 micorū eius, & de manu Saul. Quis. n. figura-
 tur in David, nisi ille qui venit secundū car-
 nem ex semine David? Qui utiq; in corpore
 suo q̄ est ecclesia adhuc pati inimicos. Vnde
 illi persecutori quē voce mactauit, & in
 suū corpus traiciēs quodāmodo manduca-
 uit, sonuit de cēlo. Saule Saule: quid me per-
 sequeris? Qñ aut eruetur hoc corpus de ma-
 nu omniū inimicorū eius, nisi cū & illa nouis-
 sima inimica destruet̄ mors? Ad hoc tps
 pertinet numerus ille cētū quinquaginta triū
 pisciū. Nā & ipse numerus septimuldecim²
 surgens in trigonū, centū quinquaginta triū
 summā cōplet. Ab vno quippe vsq; ad decē
 & septē surgens, oēs medios adde, & inue-
 nies: ad vnū, s. adde duo, fiunt utiq; tria, adde
 tria fiunt sex, adde quatuor fiunt decē, adde
 quinque fiunt quindecim, adde sex fiunt vigin-
 ti vnū, adde ita ceteros & ipsum decimulde-
 cimū, fiunt centū quinquaginta tria. Hæc de
 scripturis firmissime tenētur, i. Pascha & Pē-
 tecoste. Nā ut quadraginta illi dies ante Pas-
 cha obseruentur, Ecclesiae consuetudo robo-
 ratur, sic et ut octo dies Neophytorū distin-
 guantur à ceteris, i. ut octauus primo conci-
 nat. Vt aut Halleluia per illos solos dies quin-
 quaginta in Ecclesia cantetur, non usquequa-
 que obseruatur. Nā & in alijs dieb. uarie can-
 tatur alibi, atq; alibi, ipse aut dieb. vbi que. Vt
 aut stantes in illis diebus & omnibus dñicis
 oremus, utrū ubiq; seruetur ignoro: tñ quid
 in eo sequatur Ecclesia, dixi, ut potui, & arbi-
 tror esse manifestū. De lauandis uero pedib.
 cum dñs hoc pp formā humilitatis, pp quā
 docendam uenerat, cōmendauerit, sicut ipse
 consequenter exposuit, quæsitū est, quonam
 tpe potissimū res tanta et facta doceretur, &
 illud tps occurreret, quo ipsa cōmendatio
 religiosus inhæreret. Sed ne ad ipsum sacm
 baptismi videretur pertinere, multi hoc in
 consuetudinē recipere noluerunt. Nonnulli
 et de consuetudinē auferre non dubitauerūt.
 Aliqui aut, ut hoc sacratiore tpe cōmendare-
 tur, & a baptismi sacro mutaretur uel diem
 tertij octauarū, quia ternarius tertij in mul-
 tis sacris maximē excellit, uel et ipsum octa-
 uum

2. Reg. 22

E

Act. 9.

Halleluia.

cap. 18.

Lotio pedum.

De varijs consuetudinibus. unum ut hoc facerent elegerunt. Miror sane quid ita volueris, ut de ijs q̄ varie per diuersa loca obsecratur, tibi aliqua conscriberē, cū & non sit necessariū, & vna in his saluberrima regula retinenda sit, vt q̄ non sunt cōtra fidē, neq; contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationē vitæ melioris, vbicūq; institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solū non improbemus, sed et laudando & imitando sectemur, si aliquorū infirmitas nō ita impedit, vt amplius detrimētū sit. si. n. eo modo impediatur, vt maiora studiorū lucra speranda sint, q̄ calumniatorū detrimēta metuenda, sine dubitatione faciendū est, maxime illud q̄ et de scripturis defendi pōt, sicut de hymnis & psalmis canendis, cū & ipsius dñi, & Apostolorū habeamus documenta & exempla & p̄cepta de hac re tā vtilia. Ad mouendū pie animū, & accendendū diuinæ lectionis affectū, varia consuetudo est, & plera que in Africā ecclesiæ mēbra pigriora sūt, ita vt Donatistæ nos reprehendant, q̄ sobrie psallimus in ecclesia diuinā canticā prophetarū, cū ipsi ebrietates suas ad canticū psalmodiarū humano ingenio cōpositorū, quasi tuas exhortationis inflamment. Q̄n̄ aut nō est t̄ps, cū in ecclesia fratres congregant, sancta cantandi, nisi cum legitur aut disputatur, aut Antistites clara voce deprecantur, aut cōis oratio voce diaconi indicit. Alijs vero particularis tēporū quid melius à congregatis Christianis fiat, quid sanctius, omnino nō video. Quod aut instituitur, præter consuetudinē, vt quasi obseruatio sacri sit, approbare non possum, et si multa hmōi pp̄ nonnullarum vel sanctarū vel turbulentarū personarū scādala deuītanda, liberius improbare nō audeo. Sed hoc nimis doleo, quia multa que in diuinis libris saluberrima p̄cepta sunt, min⁹ curantur, & tā multis p̄sumptionib. sic plena sunt omnia, vt grauius corripatur qui p̄ octauas suas terrā nudo pede tetigerit, q̄ qui mentē vinolentia sepelierit. Omnia itaq; talia q̄ neq; sanctarū scripturarū autoritatib. continentur, nec cōsuetudine vniuersæ ecclesiæ roborata sunt, sed diuersorum locorū diuersis morib. innumerabiliter variantur, ita vt vix aut omnino nunq̄ inueniri possint canes quas in eis instituendis hoīes secuti sunt, vbi facultas tribuitur, sine vlla dubitatione

refecāda existimo. Quamuis. n. neq; hoc inueniri possit, quō contra fidem sint, ipsam tñ religionem, quā paucissimis & manifestissimis celebrationū sacris misericordia Dei esse liberā voluit, seruilibus oneribus premūt, vt tolerabilior sit conditio Iudeorū, qui et si t̄ps libertatis non agnouerint, legalibus tamē sarcinis, non humanis p̄sumptionibus subiiciuntur. Sed Ecclesia Dei inter multam paleā multaq; zizania constituta multa tolerat, & tñ quæ sunt contra fidem vel bonā vitā, non approbat, nec tacet, nec facit. Ita que illud q̄ scripsisti quosdā fratres ita tēperare à carnibus edendis, vt immundos qui comederint arbitrentur, apertissime contra fidē sanamq; doctrinā est. Sed hic ego si diutius disputare voluero, poteris putare ante in illis obscuro aliquid hinc Apostolū p̄cepisse, qui et multa, q̄ de hac re dixit, sic detestatus est hæreticorū impiā opinionem, vt diceret: Spiritus aut manifeste dicit, quia in nouissimis t̄pib. recedent quidā à fide, intendentes spiritibus seductoribus, & doctrinæ demoniorū in hypocriti mendaciloquiorum, cauteriatam habentes conscientiam suam, prohibentes nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendū cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt veritatē, quia omnis creatura Dei bona est, & nihil abijciendum est q̄ cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur. n. per verbum Dei & orationē. Et alio loco de his rebus loquitur: Omnia inq; munda mundis, immundis aut & infidelibus nihil est mundū, sed polluta sunt eorum & mens & cōscientia. Tu ipse lege cetera, & recita quib. potes, ne in se irritam faciāt gratiā Dei, quia in libertate vocati sunt, tñ ne libertatem in occasione carnis assumant. Et ideo iam voluit refrenandæ carnalis concupiscentiæ causa à quibuslibet cibis tēperari, quia non eis hoc permittitur superstitiose, atq; infideliter facere. Hi vero qui de paginis Evangelicis sortes legunt, & si optandū est vt hoc potius faciant, q̄ vt ad demonia consulenda concurrant, tñ etiam ista mihi displicet consuetudo, ad negocia secularia & ad vitæ humanæ vanitatem pp̄ aliā vitā loquentia oracula diuina velle cōuertere. Hæc tibi si satis esse ad ea, q̄ requisisti non putaueris, nimis ignoras & vires & occupationes meas. Tatum. n. absūm ab eo quod putasti nihil me latere vt nihil

nihil in epistola tua legerim tristius, quia & apertissime falsum est. Et miror qa hoc te latet, quod non solū in alijs innumerabilibus rebus multa me latent, sed et in ipsis sanctis scripturis multo nesciā plura q̄ scia. Et ideo sp̄e in nomine Christi non infructuosam gerō, quia non solum credidi Deo meo in illis duobus p̄ceptis totā legē prophetasq; p̄cedere, sed et expertus sum experiorq; quotidie, q̄nquidē nullū mihi sacm, aut aliquis sermo admodū obscurior de sacris literis aperitur, vbi nō eadē p̄cepta reperia. Finis. n. p̄cepti est chatitas de corde puro, & cōscientia bona, & fide non ficta. Et plenitudo legis charitas. Itaq; & tu charissime, siue ista siue alia sic lege sic discere, vt memineris verissime dictū. Sciētia inflat, charitas edificat. Charitas aut nō æmulat, non inflat. Sic itaq; adhibeat charitatis aslurgat, q̄ maneat in æternū, et cū sciētia destruetur, q̄ ad finē charitatis adhibita, multū est vtilis, per se autem ipsam sine tali fine, non modo superflua, sed etiam perniciofa probata est. Scio autē quā te cogitatio sancta custodiat sub vmbraculo alarum domini Dei nostri. Sed ideo hæc etsi breuiter monui, quoniam noui eandem ipsam charitatem tuam, quæ non æmulatur, hanc epistolam multis daturam atq; lecturam.

Augustinus Honorato respondens ad illius quinque questiones, quibus de suo addidit sextam, obiter exponens Psalmum 21. perstringens interim & Pelagianos hoc libello, nam ipse librum appellat, sese exercuit vir sanctissimus ad tractationem scripturarum, & ipse titulum addidit. Epistola CXX.

Quinq; mihi proposuisti pertractandas questiones atq; soluēdas, dilectissime mi frater Honorate, hinc inde raptas, sicut te vel legentē mouere, vel cogitanti tibi in mētē venire potuerunt, & in conspectum meū suas quodāmodo. Quarū solutionem si velim differendo ordinare, vt nō carptim sicut p̄positæ sunt de singulis differam, sed vno quodā tenoris sermonis eas inter se conuertā atq; contexam, difficile opus videtur. Et tñ puto facilius eas solui, si hoc fecero. Inuicē quippe adiuuabunt, si altera pendebit ex al-

tera, donec omnes veniant in seriem disputationis, nō sigillatim separatis locis, quasi vnaqueq; in sua priuata intentione habitet, scilicet vnū aliquid intuētes, & vnū collaborantes sociali ratione & indiuidua veritate. Voluisti ergo & scripto commonuisti exponi atq; aperiri tibi, quid sibi velit vox illa domini: Deus Deus meus vt qd me dereliquisti. Et quid sit, quod Apostolus ait: Vt in charitate radicati & fundati, præualeatis comprehendere cū omnib. sanctis quæ sit latitudo, longitudo, altitudo & profundū. Et quæ sint virgines quinq; stultæ, quæue sapientes. Et quæ sint tenebræ exteriores. Et quomodo intelligendū sit, Verbum Dei caro factū est. Hæc sunt certe quinq; tā breuiter à me cōmemorate, q̄ abs te p̄positæ qōnes. Proinde si placet addamus & sextā, & illud p̄atissimū requiramus, quæ sit gr̄a noui testamenti. Hæc omnes illæ intueantur, & in hanc vt opportuna quæque potuerit, opus suū cōferat nobis, nō eo. s. ordine quo eas & tu p̄posuisti, & ego recolui, sed vnaquæq; cū fuerit necessaria vel vocata rñdeat, & officiū suū operis impleat. Ergo ita nascatur exordiū. Est quædā vita hoīs carnalib. sensib. implicata, gaudijs carnalibus dedita, carnalē fugitas offensionē, voluptatēq; consecras. Huius vitæ felicitas tēporalis est: ab hac vita incipere necessitatis est, in ea persistere voluntatis. In hac quippe ex vtero matris infans funditur, huius offensiones quā nō p̄t refugit, huius appetit voluptates nihil amplius valet. Sed postea q̄ venerit i t̄ratē, quā in eo rōnis vsus euigilet, poterit adiuta diuinitus volūtate eligere alterā vitā, cuius in mētē gaudiū ē cuius interna atq; æterna felicitas. Inest quoq; hoī aīa rōnalis, sed iterē, eiussdē rōnis vlu quo nā potius volūtate cōuertat, vtrū ad bona exterioris & inferioris, an ad bona interioris superiorisq; nature. i. vtrū vt fruatur corpore & tepore an vt fruatur diuinitate atq; æternitate. In quādā q̄ppe medietate posita est, infra se habens corporalē creaturā, supra se animi sui & corporis creatorē. Pōt igit aīa rōnalis et t̄pali & corporali felicitate bene vti, si nō se dederit creaturæ creatori neglecto, sed eā potius felicitatē fecerit seruire creatori, qui & ipsam suæ bonitatis abūdantissima largitate donauit. Sicut enim bona sūt omnia quæ creauit Deus ab ipsa rōnali creatura vsq; ad infimū

De varijs consuetudinibus. I. Ret. 19. Cap. 19. 12. dist. omnia.

Ecclesi. 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Cap. 1. Psal. 21. Ephe. 3. A. Mat. 25. Mat. 22. Ioan. 1. Potissimum. Cap. 2.

Muet.

corpus: ita bene agit in his anima rationalis, si ordinem seruet, & distinguendo, eligendo, pendendo subdat minora maioribus, corporalia spiritalibus, inferiora superioribus, temporalia sempiternis, ne superiorum neglectu, & appetitu inferiorum, quoniam hinc fit ipsa deterior, & se & corpus suum mittat in peius, sed potius ordinata charitate se & corpus suum conuertat in melius. Cum. n. sint omnes substantiæ naturaliter bonæ, ordo in eis laudatus honoratur, peruersitas culpata dånatur. Nec efficit anima peruerse vtēs creaturis, vt ordinatione effugiat creatoris: quoniam si illa male vitur bonis, ille bene vitur et malis: ac per hoc illa peruerse bonis vtendo fit mala, ille ordinate etiã malis vtendo permanet bonus. Qui enim iniuste se ordinat in peccatis, iuste ordinatur in penis. Volens itaq; Deus ostendere et terrenã temporalẽq; felicitatẽ suã donũ esse, nec aliud nisi ab ipso sperari oportere, prae omnibus seculi temporibus dispensandũ iudicauit testamentũ vetus, quod pertinet ad hominem veterẽ, a quo ista vita necesse est incipiat. Sed illa felicitates patrũ, Dei beneficio cõcessa prædicatur, quãuis ad istã vitã transitoria pertinentes. Illa quippe terrena munera in manifesto promittebantur & tribuebantur. In occulto aut illis omnibus rebus nouũ testamentũ figuratè prænunciabatur, & capiebatur intelligentia paucorum, quos eadẽ gratia prophetico munere dignos fecerat dispensabant ergo illi sancti pro congruentia temporis testamentũ vetus, pertinebant vero ad testm̄ nouũ. Nam & quoniam temporalẽ felicitatẽ agebant aternam, verã & præferendã intelligebant, & istã ministrabant in mysterio, vt illã consequerentur in p̄mio. Et si quoniam patiebatur aduersã, ad hoc patiebantur, vt euidentissimo diuino adiutorio liberari, glorificarent Deũ omnium honorũ largiorẽ, non solũ sempiternorũ, quoniam pie sperabant, verũ etiã temporalium, quæ prophetice gubernabant. Cũ aut venit plenitudo temporis, vt gratia quæ occultabatur in veteri testamẽto, iam reuelaretur in nouo, misit Deus filiũ suũ, factũ ex muliere, quo nomine proprietate Hebraicã linguæ omnis femina nuncupatur, siue viro in tacta sine iam mixta. Quem autem filium miserit, fieriq; ex muliere voluerit, quantus ille Deus sit, qui hanc humilitatem pro salute fidelium suscipere dignatus sit, vt agnoscas,

cap. 3.
Galat. 4.

Quis?
Paulus
scripsit
græce.

nunc attẽde Euangeliũ. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Quod factũ est in ipso vita erat, & vita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eã nõ cõprehenderũt. Hic ergo Deus verbum Dei, per quod facta sunt omnia filius Dei est, in cõmutabiliter manens, ubiq; præfens, nullo clausus in loco, nec partiliter per cuncta diffusus tanquã mino: e partẽ habeat in minori loco, & in maiori maiore, sed ubiq; totus atq; ita nõ absens sicut nec ista lux vñ oculis p̄sentata cõcorũ. Lucet ergo & in tenebris talibus quales Apostolus signat ubi dicit. F uistis aliquando tenebræ, nunc aut lux in dño, sed eã tales tenebræ, non cõprehenderũt. Suscepit itaq; hominem quẽ videre hoĩes poterãt, vt sanati per fidẽ postea viderẽt quod tũc videre nõ poterant. Sed ne hõ Xps eo ipso quo visibiliter apparebat nõ crederetur, & Deus tantũq; illi tribueretur, quantũ homini excellẽtissimæ gratiæ atq; sapientiæ, ideo fuit hõ missus a Deo cui nomẽ erat Ioãnes. Hic venit in testimoniũ vt testimoniũ perhiberet de lumine, vt oēs crederent per illũ. Nõ erat ille lumẽ, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Tãtus, n. hõ debuit perhibere testimoniũ de illo, qui non tũ homo verũ etiã Deus erat, vt de illo diceret quoniam in natis mulierũ nemo exurgeret maior Ioãne Baptista. Sic. n. ille cui Ioãnes testimoniũ perhibebat intelligeret hoc eẽ maior, quo nõ tũ hõ, sed et Deus erat. Lumẽ ergo & Ioannes, sed tale lumẽ quali testimoniũ perhibet ipse dñs dicens: Ille erat lucerna ardẽs & lucẽs, quod & discipulis suis dicens: Vos estis lumẽ mũdi, vt ostenderet quale lumẽ, secutus adiunxit. Nemo accendit lucernã & ponit eã sub modio, sed super candelabrũ, vt luceat omnibus, qui in domo sũt. Sic luceat lumẽ vestrũ corã hoĩbus. Istæ similitudines datæ sunt, vt (quantũ possumus) intelligam, vel si hoc nondũ possumus, sine vlla dubitatione credamus animã ronalẽ nõ esse naturã Dei. Illa quippe incõmutabilis est, sed tũ eã posse participãdo illuminari. Lucernæ quippe accẽdi indigent & extingui possunt. Ideo quod dicitur de Ioãne: Nõ erat ille lumẽ, ad illud respicit lumen, quod non participãdo illuminatur, sed eius participãtione illuminatur

Ioan. 1.
E
E
Eph. 1.
Ioan. 1.
F
Cap. 4.
Ioan. 1.
Matth. 1.

H

tur quæ ab illo illuminantur. Deniq; sequitur: Erat lumen verũ, & tanquã quod queremus, quõ discerneretur lumen verũ a lumine illuminato, i. Xps a Ioanne. Erat inquit, lumen quod illuminat omnẽ hominem venientẽ in hunc mundũ. Si oẽm hominem, ego & Ioannẽ: atq; ut magis ostenderet huius diuinitatẽ longẽ p̄stantiore distantia: In hoc mũdo, inquit, erat, & mundus per eũ factus est, & mundus eũ non cognouit. Non mũdus qui per eũ factus est eũ non cognouit. Neq; n. habet vim cognoscendi eũ nisi ronalis creatura. Quãuis et mũdus iste visibilis per eũ factus sit, hoc est, cẽlũ & terra, sed mundũ non cognoscẽtem increpãdo, significauit infideles constitutos in mundo. Deinde adiungit: In sua propria venit, & sui eũ non receperũt. Siue quia & ipsi infideles in quãtũ hoĩes sunt, eius sunt per quẽ creati sunt. Siue suos proprie Iudeos intelligi voluit, ex quibus naturã carnis assumpsit, nec tũ oēs eũ non receperũt. Sequitur. n. & dicit: Quotquot aut receperunt eũ, dedit eis p̄tãtẽ filios Dei fieri credentibus. in noĩe eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Hæc est gratia noui testm̄, quoniam in veteri latuit, nec tũ figuris obũbrantibus prophetari p̄nunciariq; cessauit, ut intelligat aia Deũ suũ, & gratia eius renascatur illi. Hęc quippe natiuitas spiritalis tũ est, ideo nõ ex sanguinibus, non ex voluntate viri, neq; ex voluntate carnis, sed ex Deo. Hęc et adoptio vocatur. Era mus. n. aliquid antea quod essemus filij Dei, & accepim, beneficium ut fieremus quoniam nõ eramus: sicut qui adoptauit, anteq; adoptaretur, nondũ erat filius eius a quo adoptatur, iam tũ erat qui adoptaretur: & ab hac generatione gratiæ discernit ille filius, qui cũ esset filius Dei venit vt fieret filius hoĩs, donaretq; nobis qui eramus filij hoĩum filios Dei fieri. Factus est quippe ille quoniam non erat, sed tũ aliquid aliud erat. Et hoc ipsum aliquid verbum Dei erat, per quod facta sunt omnia, & lumen verũ quod illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hunc mundum & Deus apud Deũ. Nos quoq; per eius gratiã facti sumus quoniam non eramus, i. filij Dei: sed tũ aliquid eramus, & hoc ipsum aliquid multo inferius, hoc est, filij hominũ. Descendit ergo ille vt nos ascenderemus, & manens in natura sua factus est particeps naturæ nostræ, ut nos manentes in natura nostrã efficeremur participes naturæ ipsius. Nõ tũ sic. Nã illũ naturæ nostræ participãtio nõ fecit deteriorẽ: nos aut facit naturæ illius participãtio meliores. Misit itaq; Deus filiũ suũ factũ ex muliere, factũ sub lege. Nã legis sacra percepit, ut eos qui sub lege erant redimerent, i. quos lex reos tenebat occidente litera, dũ p̄ceptũ non impleretur anteq; viuificaret sp̄s: quia charitas Dei, quod p̄ceptũ implet, diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctũ, qui datus est nobis. Proinde cũ dixisset: Vt eos qui sub lege erant redimeret, cõtinuo subiunxit. Vt adoptionẽ filiorũ reciperemus, ut videlicet huius gratiã beneficij discerneret ab illa filij natura, qui missus est filius, non per adoptionẽ factus, sed semper genitus filius, vt participãta natura filiorũ hominũ ad participãdam suã naturã adoptaret filios hoĩum. Quapropter et cũ dixisset: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, modũq; adiunxisset ne carnalis intelligerẽt natiuitas, quod, si eis p̄stiterat id quod credunt in noĩe eius, & per gratiã renascuntẽ spiritalẽ, nõ ex sanguinibus, neq; ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo, mox cõmendauit quasi huius vicissitudinis sacrm. Tanquã n. mirati tũ bonum nõ auderemus optare, statim subiunxit. Et uerbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Quod unũ est ex quinque illis, quoniam tibi exponi uoluisti, tanquã diceret. O hoĩes nolite desperare vos fieri posse filios Dei, quia & ipse filius Dei, hoc est, uerbum Dei caro factũ est, & habitauit in nobis. Reddite vicẽ efficiimini spiritus & habitate in illo qui caro factus est, & habitauit in vobis. Neq; n. iam desperãdũ est, participãtione uerbi fieri posse hoĩes filios Dei, quoniam filius Dei participãtione carnis factus eẽ filius hoĩs. Nos itaq; mutabiles in melius cõmutãdi, participes efficiamur uerbi: uerbum aut incõmutabile nihil in deterius cõmutatũ, particeps carnis effectum est ronalĩ aia mediante. Neq; n. homo Christus, vt Apollinariistæ hæretici putauerũt, aut non habuit animã, aut nõ habuit ronalẽ, sed more suo scriptura ut Xpi humilitatẽ magis ostẽderet, ne carnis nomẽ quasi indignũ aliquid refugisse videret, carnẽ pro hoĩe posuit. Neq; n. quia scriptũ est: Videbit ois caro salutare Dei, aia ibi non sunt intelligendæ, nihilq; p̄inde aliud dictũ est. Verbum caro factũ est, quod si diceretur, Filius Dei filius hoĩs factus est, qui cum in forma Dei factus esset,

Galat. 4.
Rom. 3.
Galat. 4.
Ioan. 1.
K
Esa. 4.
Luc. 3.
Ioan. 1.

Phil. 2.

3. se. dist.
6. cap. ne
antem.

M

Cap. 5.

effet, sicut dicit Apostolus, non rapinā arbitratu est esse æqualis Deo. Neque enim usurpationis erat, ut rapina diceret, sed nature inerat, ut esset æqualis. Semetipsū tñ exinaniuit, non formā Dei amittens, sed formā serui suscipiens, humiliavit semetipsū factus obediens usque ad mortē, mortem autē crucis. Vides quē admodū eundem hominem, quē Deū cōmendat, ut persona sit, et filium hoīs protestet, ne non trinitas, sed quaternitas inducatur. Sicut enim non augetur numerus personarū, cum accedit caro animæ, ut sit vnus homo, sic non augetur numerus personarū, cū accedit homo verbo, ut sit vnus Christus. Legit itaque, Verbum caro factū est, ut intelligamus huius personæ singularitatē, non ut suspicemur in carnē mutatā diuinitatē. Itaque Christus hō, ut per eum reuelaretur noui gratia testī, quā non ad tēporalem, sed ad æternā vitā pertinet, non utiq; terrena felicitate cōmendandus fuit. Inde subiectio, inde passio, inde flagella, sputa, contumeliæ, crux, vulnera, & tāquā superato subiectoq; mors ipsa, ut fideles eius discerent quale pietatis p̄miū ab illo, cuius filij facti essent, petere atq; sperare deberent, ne ad hoc pro magno seruiret Deo, ut terrenā felicitatē adīpisci q̄rerent qui seruirent ipsi, abijcētes, & conculcantes fidē suā, æstimādo eā mercede vili s̄sima: vnde beneficentissima prouidentia omnipotēs Deus terrenā felicitatē concessit & impijs, ne pro magno q̄reretur à nobis. Hinc ille psalmus septuagesimus & secundus inducit hominē penitētē, quod aliqñ corde non recto Deo pro hac mercede seruiret, quia cū pollere atq; excellere impios videret, turbatus cōperat cogitare q̄ Deus humana nō curet. Et cū ab ista cogitatione eū sanctorū ad Deū pertinentiū reuocaret autoritas, suscepit atq; intendit agnoscere tā grande secretū, q̄ ei laboranti nō patefactū est, donec intraret sanctuarīū Dei, & intelligeret in nouissimo, hoc est donec accepto spiritu sancto disceret desiderare potiora, & prospiceret q̄ pena futura sit impijs, qui tanta est quadā felicitate t̄pali ter floruisse. Hunc psalmū septuagesimū secundū, nocte qua illucebat solennitas beatissimi Cypriani per ministeriū nostrū expositū lege & diligenter aduerte. Proinde homo Xps idēq; Deus Christus cuius misericordissima humanitate, atq; in cuius forma seruili

discere deberemus, quid in hac vita contemendū, & quid in alia sperandū esset, in ipsa passionē, in qua sibi eius inimici magni victoresq; videbant, suscepit vocē infirmitatis nostræ, qua simul crucifigebat verus homo n̄, ut euacuaret corpus peccati, & dixit. Deus meus Deus meus, ut quid me dereliquisti? & hoc vnū de quinque propositis tuis. Sic incipit psalmus vicesimus primus, q̄ de passione ipsius & reuelatione græ q̄ fidelib. faciendis liberādisq; attulit in prophetia, tanto ante cātatus est. Proinde eundē psalmū cuius prophetiam dñs ad se pertinere demonstrās, eius primū versum exclamauit cū pēderet in ligno, cōmemorando exponēdoq; percurrā, ut ex hoc intelligas quē admodū gratia testī noui nec eo t̄p̄tacebatur, qñ in vetere hoīe velabatur. Dr. n. ex persona Christi, q̄ ad formā serui attinet, in qua portatur nostra infirmitas. Dixit. n. & de illo Esaias, Ille infirmitates nostras portat & pro nobis in doloribus est. Ex huius igitur infirmitatis voce de qua Paulus in eo q̄ petebat non exauditus, & iō quodā modo derelictus, audit tñ à dño. Sufficit tibi gratia mea, nā virtus in infirmitate perficitur. Ex voce ergo huius infirmitatis nostræ, q̄ in se transfigurauit caput nostrū, d̄ in hoc psalmo. Deus meus Deus meus respice in me quare me dereliquisti? In eo quippe derelinquitur deprecans, in quo nō exauditur. Hāc in se vocē transfigurauit Iesus, vocē, s. corporis sui, hoc est, ecclesiæ suæ à vetere homine in nouū reformandæ, vocē, s. infirmitatis suæ humanæ, cui deneganda fuerant bona veteris testamenti, ut bona noui testamenti optare atq; sperare iā disceret. In illis autē veteris testamenti bonis ad veterē hominem pertinentib. præcipue concupiscit vitæ huius productio tēporalis, ut aliquanto diutius teneatur, quia semper non potest. Ideo diē mortis oēs quidē affuturū sciunt, & eum tñ omnes aut penē oēs differre conantur, et qui post mortem se beatius credunt esse victuros. Tātam habet vim carnis & animæ dulce confortium. Nemo enim vnquam carnē suam odio habuit, & propterea non vult anima vel ad t̄ps ab eius etiam infirmitate discedere, quamuis eam se sine infirmitate in æternum recepturam esse confidat. Proinde mente seruiens legi Dei, carne autē trahens desideria peccati, quibus obedire vetat Apostolus, mentis quidem

B
Psalm. 1
Cap. 6

Esai. 53
2. Co. 11

C

Eph.

Ioa. 1.

All. imi
tandum.

dem ratione concupiscit hō pius dissolui, & esse cū Christo, sed id sensu carnis recusat & refugit, & (si fieri possit) nō vult expoliari, sed superuicti, ut absorbeatur mortale a vita, id est, ut infirmitate ad immortalitatē, et ipsum corpus sine morte mediā trāferat. Sed hæc verba quibus humanus dies & vitæ huius prolixitas concupiscitur, verba sunt delictorū & longe sunt ab ea salute, cuius nondū rem: sed iam sp̄ gerimus, de qua scriptū est: Quia spe salui facti sumus. Spes autē, quæ videtur, non est spes. Ideoq; & in isto psalmo cū dixisset: Deus meus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti, cōtinuo subiungit. Lōge a salute mea verba delictorū meorū. i. hæc verba delictorū meorū sunt, & longe ab illa salute mea sunt quā mihi non veteris, sed noui testamenti gratia pollicetur. Quāquā est sic distingui posset Deus meus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti, longe a salute mea: tāquā diceret, relinquēdo me, hoc est, nō me exaudiēdo, longe factus es a salute mea præsentī. s. salute huius vitæ. et alius sensus sit, verba delictorū meorū. i. ista quæ dixi, verba sunt delictorū meorū, quia verba sunt carnaliū desideriorū. Hæc ex p̄sona sui corporis Xps dicit qd̄ est ecclesia. Hæc ex p̄sona dicit infirmitatis carnis peccati, quam transfigurauit in eā, quā sumpsit ex virgine si militudinē carnis peccati. Hæc sp̄sus ex persona sponsæ loquit, quia vniuit eā sibi: quomodo & apud Esaiā, vbi dicit: Sicut sp̄s alio ligauit mihi mirā, & sicut sponsa ornauit me ornamento. Alligauit mihi & ornauit me, tanquā vnus vox est, & tñ sponsum & sponsam, Xpm intelligimus & Ecclesiā. Sed erūt duo in carne vna, Sacramentū magnū: dixit Apostolus in Xpo & in Ecclesia: Igitur nō iā duo sed vna caro: Si ergo caro vna, profecto cōpetenter est vox vna. Quid hic quæris humana infirmitas vocē verbi, p̄ quod facta sūt inter oīa, quoniā verbum caro factū est, & habitauit in nobis. Audi potius medicinæ vocem, qua sanaris, ut videas Deū, quē tibi videndum distulit, hominē autē videndū attulit occidendū obtulit, mirandū contulit, credendum transtulit, ut ista fide ad videndum Deū mentis oculis sanaretur. Quid ergo indignamur audire vocē corporis ex ore capit? Ecclesia in illo patiebatur, quando pro

Ecclesia patiebatur. Sicut et in Ecclesia patiebatur ipse, quā pro illo Ecclesia patiebatur. Nā sicut audiuimus ecclesiæ vocē in Christo patētis: Deus Deus meus respice, &c. sic et audiuimus Christi vocē in Ecclesia patētis: Saul Saul quid me persequeris; Cū itaq; nō exaudimur ad t̄palia bona retinēda, vel adipiscēda, quā p̄ his d̄ precamur Deū, i. quo nos nō exaudit, derelinquit nos, sed ad potiora, quæ vult ut intelligamus & præferamus & concupiscamus, nō nos derelinquit. Vnde sequitur psalmista & dicit: Clamaui ad te per diē nec exaudies, & nocte: et hic subauditur, nec exaudies. Sed vide quid adiungit: Et nō ad insipientiā mihi. Hoc ergo dicit: Nō me quidē exaudies clamantē per diē, id est, in rebus prosperis, ut eas non amittā, & nocte, id est, in rebus aduersis, ut p̄pera quæ amissa sunt redeāt. Verum hoc mihi nō ad insipientiā facies, sed potius ut sapiā, quid iā per noui testamenti gratiā a te expectare, quid desiderare, quid p̄scere debeam. Clamo quippe ego, ut hic mihi bona t̄palia non auferant. Tu autē in sancto habitas laus Israel. Nolo ut derelinquas concupiscētiā meā, qua carnalē felicitatē requiro. Verū hæc est in sordibus vetustatis, tu autē quæris munditiā nouitatis, nō exaudiendo istā cupiditatē relinquis, quia charitatem in qua habites requiris: Charitas autem Dei diffunditur in cordibus nostris, sed p̄ sp̄m sanctū q̄ datus est nobis, Ideo in sancto habitas laus Israel, laus videntū te, quia non in se laudantur, sed in te. Quid enim habent quod non acceperunt, ut qui gloriatur, in domino gloriatur? Hæc est grā noui testamenti. Nā in veteri testamēto, quā cōmendabas, nō nisi a te peti speratiq; debere etiā ipsam terrenā temporalēq; felicitatē. In te sperauerunt patres nostri, sperauerūt & eruiisti eos, ad te clamauerunt & salui facti sunt, in te sperauerūt & non sunt confusi. Illos quippe patres inter inimicos suos viuentes, & diuitijs implesti, & ab hostibus eruiisti, glorio sasq; victorias reportare fecisti, & de diuersis eos mortib. liberasti. Pro alio. i. pro Isaac subiequisti, ne feriretur, arietē. Alium. i. Iob de putredine sanum, & ei dupla quæ amiserat reddidisti. Alium, id est, Danielem inter leones esuriētēs illēsum integrumq; seruaisti. Aliorū. i. Ananiæ, Azariæ, Misael inter flammās deambulantiū grata voce laudatus es. Tale aliquid

Psalm. 21.
Acto. 9.
Cap. 7.

Psalm. 21.

Rom. 5.

Ge. 22.
Iob. 42.

Dan. 14.
Dan. 3.

Sap. 2. aliquid in Christo expectabant fieri Iudaei, unde probarent si vere filius Dei esset. Ex eorum persona, & in libro Sapientiae dicitur: Morte turpissima condemnemus illum. Erit enim respectus in sermonibus ipsius. Si enim vere filius Dei est, suscipiet eum & liberabit eum de manibus contrariorum. Haec, inquit, cogitauerunt & errauerunt, excipit enim eos malitia eorum. Attendentes quippe tempus ueteris testamenti, & illam patrum etiam temporalem felicitatem, in qua illis exhibenda demonstrauit Deus et talia dona sua esse, non viderunt iam esse tempus quo reuelaretur in Christo, bona aeterna proprie Deum prestare iustis, qui bona temporalia praestat & impijs. Denique cum dixisset: In te sperauerunt patres nostri, & salui facti sunt, in te sperauerunt & non sunt confusi, vide quid adiunxit: Ego autem sum vermis & non homo. Quod uidetur quidem ad commendandam humilitatem simpliciter dictum, ut se in oculis persequentium, abiectissimum quiddam, & contemptissimum demonstraret. Sed non est contemnenda altitudo secreti profunditasque mysterij, praesertim in eis verbis quae tanto saluatori in praedicatione prophetiae coaptantur. Dicitur est hic sensus elegantissimus a prioribus, ideo se hoc nomine Christum praenunciari voluisse, quia vermis de carne sine concubitu nascitur, sicut ille natus est de virgine. Sed in libro suo Iob, cum de creaturis coelestibus loqueretur, quod in Dei conspectu etiam vix ipsae mundae sint, quanto magis, inquit, homo putredo & filius hominis vermis? Putredinem pro mortalitate posuit, quae iam velut concepta gerit moriendi necessitate, in quam peccando contrusus est homo, & filium hominis vermen natum de putredine quasi putrem, hoc est, de mortalitate mortalem. Ac per hoc in his verbis psalmi, alium sensum nos quaerere admonuit. Illo quidem saluo neque reprobato, & non solum scrutemur quod ait: Ego autem sum vermis, sed et illud quod addidit: Et non homo secundum illud quod in libro Iob commemoravi, tanquam diceret. Ego autem sum filius hominis & non homo: non quod homo non sit Christus, de quo dicit Apostolus: Unus est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. omnis enim filius hominis homo est: sed ad quendam respicit sensus iste, qui sic homo fuerit,

ut non esset filius hominis, id est, Adam. Forte ergo sic est dictum: Ego autem sum vermis & non homo, id est, Ego autem sum filius hominis, & non homo, tanquam diceretur. Ego autem sum Christus, in quo omnes viuificantur: non Adam, in quo omnes moriuntur. Ac per hoc homines discite per gratiam noui testamenti iam vitam concupiscere sempiternam. Quid pro magno ita vos vultis a domino de morte liberari, sicut liberati sunt patres vestri, quando commendabat Deus etiam terrenae felicitatis praeter se non esse alium largiore? Illa felicitas ad veterem hominem pertinet, quae vetustas ab Adae cepit. Ego autem sum vermis, & non homo, Christus non Adam. A veteri veteres fuistis, a nouo noui estote. Ab Adam homines, a Christo filij hominum. Non enim sine causa familiarissime dominus in Euangelio se filium hominis dicit magis quam hominem, nec sine causa in alio psalmo: Homines, inquit, & iumenta saluos facies domine sicut multiplicata est misericordia tua Deus. Abs te quippe ista salus hominibus iumentisque communis. Sed habet aliam homines noui propriam quandam & ab animatorum consortio separatam, quae ad nouum pertinet testamentum. Habent omnino. Nam de illa ibidem sequitur & dicit: Filij autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, & torrente voluptatis tuae potabis eos. Quoniam apud te est fons vitae, & in lumine tuo videbimus lumen. Certe & hic cum superius dixisset: Homines, posterius dixit: Filij autem hominum, tanquam distinguens ab hominibus filios hominum. In illa quippe felicitate eius salutis, quae communis est hominibus & iumentis, eo nomine illos appellare voluit, quo demonstrarentur ad illum primum hominem pertinere, a quo vetustas cepit & mors, qui sic fuit homo, ut non esset filius hominis. Istis autem posterioribus qui sperant aliam felicitatem, & fontis vitae ineffabilem voluptatem, & sempiterni luminis lumen, hoc nomen imposuit, quod se familiarius appellari voluit dominus eorum in quos talis gratia reuelata est, eosque filios hominum potius quam homines appellauit. Non autem existimes quasi locutionis regulam figi perpetua lege seruandam, ut ubicunque legeris homines aut filios hominum, secundum hanc distinctionem semper intel-

liges,

ligas, sed ut se habuerit circumstantia lectionis, vnde sensus, si patet, hauritur, si latet eruitur. Sicut in hoc loco psalmi huius quae non moueat distinctionis intentio, cum ille qui dixerat: In te sperauerunt patres nostri & eruiisti eos, ad te clamauerunt & salui facti sunt. In te sperauerunt & non sunt confusi, subiungit. Ego autem: non enim ait sic, & ego autem. Quid ergo iste qui se ita distinguit: Ego autem sum vermis, inquit, & non homo, tanquam illis, quos exaudisti, & eruisti, eam commendares felicitatem, quae ad vetus pertinet testamentum, quae homini veteri tribuenda esset qui cepit ab Adae. Ego autem sum vermis hoc est, filius hominis, non homo sicut ille homo qui non fuit filius hominis. Ac per hoc & quod sequitur. Opprobrium hominum & abiectio plebis, omnes qui conspiciunt me, subsannabant me & locuti sunt labijs & mouerunt caput. Sperauit in Deum, eruat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum. Hoc in labijs non in corde dixerunt, insultando quod non fieret, non credendo quod futurum esset. Factum est autem & hoc, sed sicut fieri oportebat in filio hominis, in quo spes aeternae vitae fuerat reuelanda ad nouum pertinet testamentum, non sicut illi expectabant, & quia fieri non videbant, tanquam superato insultabant, pertinentes ad testamentum vetus & hominem in quo omnes moriuntur, non ad filium hominis in quo oes viuificantur. Mortem quippe intulit homo sibi filioque hominis, vitam vero attulit homini moriens & resurgens filius hominis, opprobrium hominum & abiectio plebis. Usque ad mortem enim hoc voluit patris in conspectu inimicorum, quo eum tanquam derelictum putaret, ut gratia commendaretur noui testamenti, qua disceremus aliam quaerere felicitatem quae nunc est in fide, postea vero erit in specie. Quando enim sumus in corpore, ait Apostolus, peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus, non per speciem, & ideo nunc in specie in re. Denique resurrectione sua, quam non sicut nostram in locum differri oportebat, ut in exemplo carnis eius disceremus, quod in nostra sperare deberemus, noluit alienis demonstrare, sed suis: alienis dico non natura, sed vitio, quod semper est contra naturam. Mortuus est ergo in conspectu hominum resurrexit autem in conspectu filiorum hominum, quia mors ad hominem pertinebat, resurrectio ad filium hominis. Sicut enim in Adae omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuifica-

buntur. Ut igitur exemplo suae carnis exhortaretur fideles suos temporaliter pro aeterna felicitate contentere usque ad mortem pertulit persequentes atque sequentes, & quasi victo & oppresso superbe illudentes: Quod autem carnem suam resuscitauit, & discipulorum conspectibus, & constantibus redidit, eisque videtibus ascendit in caelum, ipsos edificauit, & quod praedicare deberet, euidentissima veritate monstrauit. Illos autem a quibus tanta mala usque ad mortem pertulerat, quasi de illo superato & extincto gloriantes, in ea opinione dereliquit, ut quisquis eorum salute aeterna saluus fieri vellet, hoc de illius mortui resurrectione crederet, quod iam quod viderunt signis constantibus praedicauerunt, & per ea praedicatione similia perpeti non dubitauerunt. Qua propter et Iacobus vnus ex Apostolis eius in epistola sua, cum hortaretur fideles, qui post passionem & resurrectionem Christi adhuc in ista vita tenebant, de praedicatione veteris testamenti nouique distinguens, Sustinetiam, inquit, Iob audistis, & finem domini vidistis, ne iam patienter sustineret temporalia mala, ut sibi hoc restitueretur quod recepisse legimus Iob. Nam & ab illo vulnere atque putredine saluus factus est & ei cuncta quae amiserat duplicata sunt restituta, ubi et commodata est resurrectionis fides. Nam filij non dupli sed totidem redditi, et illos quos amiserat resurrecturos significauerunt. Sic ipsi quoque illis prioribus iuncti a restitutione dupli non inuenirentur alieni. Ut ergo non tale remunerationem speraremus, quae mala temporalia pateremur, non autem sustinentiam & finem Iob audistis, sed ait: Sustinetiam Iob audistis, & finem domini vidistis: tanquam diceret. Mala temporalia sicut Iob sustinete, sed pro hac sustinentiam non temporalia bona sperate, quae illi aucta redierunt, sed aeterna potius quam in domino praecesserunt. Iob ergo de illis patribus erat qui exclamauerunt, & salui facti sunt. Cum enim dicit: Ego autem satis insinuat quae salute illos saluos factos esse velint intelligi, in qua ipse vixque derelictus est, non quod illi a salute aeterna fuerint alieni, sed in occulto, tunc erat quod in eis fuerat reuelandum. In veteri quippe testamento velamen est, quod tunc auferretur, cum ad Christum quisque inde transierit. Quo crucifixum, velum etiam templi scissum, ut significaretur, quod Apostolus de velamine veteris testamenti dixit, quoniam in Christo euacuaf. Nam & in illis patribus quauis rarissima, tamen fuerunt

Aug. Tomus Secundus. z &

Al. l. Ex peccatore.

Cap. 10.

Iac. 5.

Iob. 42.

Psal. 21.

Mat. 27.

Psal. 21.

Mat. 11.

Cap. 9.

Psal. 31.

2. Cor. 5.

A

1. Co. 15.

Luce. 11. & vsq; ad mortē exēpla patientiæ, à sanguine Abel vsq; ad sanguinē Zacharię, quorū sanguinē dicit dñs Iesus & ab eis exigendū q in patrū suorū, à quibus illi occisi sunt, iniquitate persisterent. Et in nouo testamētonec defuit nec deest bonorū fidelīū multitudo, qui etiā in ista tēporali felicitate p̄p̄olleāt, & in ea largitoris Dei bonitatē misericordiā que experiantur tenentes tñ quod dispensator noui testamēti, diuitib. huius seculi Apostolus p̄cepit, non superbē sapere neq; sperare in incerto diuitiarū, sed in Deo uiuo, q p̄stat nobis omnia abūdātē ad fruendum, vt bene faciāt diuites, sint in operibns bonis, facile tribuant, cōmunicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurū, vt apprehēdat verā vitā: qualis in Christi nō tñ spū, verumetiā carne manifesta est, cū resurrexīt, qñ eum de manibus eorū Deus non eruit, eumq; dereliquisse visus est exclamātē, Deus meus Deus meus vt qd me dereliquisti vt eō modo in fetrāfiguraret martyres suos, qui etñ mori nollēt quod etiā Petro dixit: Alter te cinget & feret quod tu non vis, significans qua morte clarificaturus erat Deum, & ob hoc à Deo suo derelicti viderentur ad tēpus, cū eis p̄stare nollēt qd vellent, illā vocem cordis emitterēt, illumq; adhiberent pietatis affectū que p̄sione impēdēt: ore p̄prio dñs exp̄s̄it, eos in se identidē trāfigurās. Verū nō quōd ego volo, sed quōd tu vis pater. In quo n. primitus nisi in ipso capite nostro apparere debuit p̄ quā causam Christiani sumus? Propterea non ait: Deus meus Deus meus dereliquisti me, sed causam commouit requirēdā cū addidit: Vt quid dereliquisti me. I. quare, p̄ qd, quā ob causā? Profecto n. erat aliqua causa, eaq; non parua, vt Noe liberaret de diluuiō, Loth de cęlesti incendio Isaac de imminente gladio, Ioseph de calūnia mulieris & custodia carceris, Moysen ab Aegiptijs, Raab ab excidio ciuitatis, Susannā a testibns falsis, Danielē de lacu leonū, tres viros ab ignibus, aliosq; patres qui exclamauerūt & salui facti sunt, & Christi de manibus Iudæorū non liberaret eū, que in potestate s̄uientium vsq; ad mortis exitum dereliquerēt. Vt quid hoc? propter quid hoc nisi propter illud quod paulo post in eodem psalmo dicit: Non ad insipientiā

mihī, hoc est, corpori meo, ecclesię meę, minimis meis. Nā & in Euangelio, quod vni ex minimis meis fecistis inquit, mihī fecistis. Sic itaq; dictū est. Et non ad insipientiam mihī: quomodo dictū est: Mihī fecistis. Et sic dictū est: Quare me dereliquisti: quomodo dictum est: Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit. Nō ergo ad insipientiam nobis, sed vt sapiamus: non propter istā vitā, in qua nos Deus aliquādo vsq; ad mortē persequentīū manibus derelinquit, sed p̄pter illā sempiternam nos debere esse christianos, quia hoc in illo p̄cessisse intuemur, ex cuius nomine sic vocamur. Ecce ita factū est, tñ multi non ob aliud volūt esse christiani, nisi vt huius vitę felicitate perfruantur, ideoq; illa deficiente deficiūt. Quid si nō in ipso nostro capite tā insigne constitueretur exemplum, quo disceremus pro cęlestibus terrena contēnere, non respicientes quę videntur, sed quę nō videntur? Quę n. vidētur, temporalia sunt: quę aut nō vidētur, eterna. Quos in se vocibus illis transfigurare dignatus est. Nam quātū ad ipsum atinet, quomodo vellet liberari ab illa hora, qui p̄p̄te rea venerat in illam horam? Aut quomodo sic loquebatur quasi quod nollet ei accideret, cū potestatem habuerit ponendi animam suā, & iterū sumendi eam nec eū qui squam tolleret ab illo, sed ea in ipse poneret & resumeret, sicut in euangelio dicit: Sed proculdubio nec in illis vocibus eramus, & caput pro suo corpore loquebatur, non disiuncta significatione vocis, vbi cōnnectio nō disiungitur vnitatis. Deniq; in psalmo sequitur, & orans aduerte quid dicat. Et tu, inquit, extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meę, in te iactatus sum ex vtero, de ventre matris meę Deus meus es tu: tanquam diceret, de alia re & ab alia re in aliā rem me traiecasti, vt tu sis mihī bonum pro terrenis bonis mortalitatis huius, quam in matris ventre sortitus sum, cuius vbera suxi. Hęc enim vnitatis est de qua me tu extraxisti, & illa carnalis natiuitatis bona sunt, a quibus tu spes mea es. Inde enim ad te conuersus sum ex vtero, id est ex ijs quę in vtero inchoaui. In te iactatus sum, ad te scilicet transiens, totum me tibi committens. Ideoque de ventre matris meę, id est de bonis carnis quam sumpsi in ventre matris meę, Deus meus

meus es tu, vt de his tu sis bonum meum: ea locutione dictū est, ac si diceretur, verbi gratia, de terra cęlum habito, hoc est, hinc illo emigraui: & ista nostra in illū transfiguratio est, qui per gratiā testamenti noui mutamus vitam, transeuntes de veteri ad nouā. Nā ille hanc rē sacro suę p̄sionis resurrectionisq; significans, carnē mutauit de mortalitate ad immortalitē, vitam vero nō mutauit de vilitate in nouitatē, quę nunq; fuit in impietate, vnde transfret ad pietatem. Quanquā non defuerunt qui hoc q; dictū est: De ventre matris meę Deus meus es tu, ideo ad ipsum caput nostrū pertinere sentirent, qm̄ pater intantum est Deus eius, inquantū hō est in forma ferui, si inquantū illi æqualis in forma Dei est. Ideo de ventre matris meę Deus meus es tu, ac si diceret, ex eo q; hō factus sum, Deus meus es tu. Sed quid est, vt extraxisti me de ventre, si ad ipsum Iesum de virgine procreatū refertur? quasi alios Deus non extrahat, in cuius prouidentia est oīs ordo nascendi. an inde significare voluit partū virginis seruata virginis integritate mirabili, cū ait: Tu extraxisti me de ventre matris meę, vt quod illic mirabiliter factū est, cū Deus fecisse dī, nemi ni incredibile videatur? Quid ergo est illud: Spes mea ab vberibus matris meę? Quō & hoc ad ipsū caput ecclesię referrī pōt quasi spes eius, quę in Deo est, à matris vberibus ei cęperit, non & ante in ipso vtero? Neq; n. spes alia intelligenda est, nisi quia futurū erat, vt Deus eū exaltaret à mortuis. Totū hoc quippe secundū id quod homo factus est dī. An forte quia vbera feminarum ab ipso conceptu in vbertatē promoueri perhibentur, sic intelligi voluit, ab vberibus tanquā diceret, ex quo carnē sumpsi, cui carni fuerat speranda immortalitas: vt non ante spes ei esset cū in forma Dei esset, in qua nihil in melius mutandum esset, sed ab vberibus matris, i. ab ipsa susceptione carnis quę cōcipiebatur in spe, cuius spei res futura erat, cū ad immortalitē de morte transfret. Sed q; dictum est: In te iactatus sū ex vtero, quō coaptari capiti possit, ignoro, quasi in vtero cū esset nō in Deo fuerit, in quo viuimus, mouemur & sumus, aut illius infantis aīa rationalis, ex quo caro processit ex vtero, Deū sperare cęperit. Nisi forte credendū est, iā nato animā rationalē accessisse, quę intra viscera matris adhuc ei

defuisset. Et qm̄ eadem anima, q; carni iam nate addita est, Deo inhærebat, ideo secundum eandē carnem dictum esse existimandū est: In te iactatus sum ex vtero, tanquā diceret, eā sortitus sum animā ex utero quę tibi cohæret. Sed quis audeat in hanc se temere precipitare sententiam, cū ratio de aduentu vel exortu animę in tanto naturę profundo sic lateat, vt satius sit eam semper querere quā diu in hac vita sumus, q; aliquñ inuenisse p̄sumere? Ex illa uero in seipsum transfiguratione nostra quę admodum possent hęc accipi, dictum est: Siquid autem dici potuit conuenientius vel potuerit nullius p̄iudicam ingenio, doctrinę, nullius inuidemūs. Iam illud q; sequitur: Ne discedas à me, qm̄ tribulatio proxima est, inde iā eminet, quę admodum dictum est: Quare me dereliquisti. Quō n. dereliquisti, cui dī. Ne discedas à me, nisi quia dereliquit vitā veteris t̄palem felicitatem? Rogatur autē ne discedat, & deleret sp̄e vitę eternę. Sed quid est, qm̄ tribulatio proxima est, quasi ei p̄sio adhuc immineret, cū ipse media p̄sione ista dicere intelligatur, quę de illo in hoc psalmo propheta ta sunt. Hic enim dicturus est et, q; in Euangelio apertissime scripta sunt. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super uestem meā miserunt sortē: quod factum est, cū iam penderet in ligno. Quid est ergo tribulatio proxima est, in qua media loquebat? Sed nimirum illud vult intelligi, quia cum caro in doloribus est & in p̄nis, profecto aīa tūc habet magnum agonem patientiæ, in qua ne deficiat, laborandum & orādum est. Nihil est autē aīę sua carne p̄p̄inquis. Ideo mūdi huius quālibet magnus perfectusq; contēptor, cū alibi patitur nihil patitur. Potest n. adhibere uigilem rationē, cum amittit bona quę extrinsecus sunt, & ab animo sapientis, qui ex cupiditate nō hæret, sine dubio lōge sunt, & nō curare quod patitur, quia nec patitur. Cū vero amittit p̄cipua corporis bona, id est, corporis uitam ac salutem, iam tribulatio proxima est animi bonis, quibus ipse intus tanquā corporis est dñs, qd faciet qualibet rōne, ut non doleat cū corpus vulneratur aut uritur, cui tanto implicatur consortio ut pati possit, dolere non possit? Ideo & diabolus hunc nocendi ordinem tenens, illius magni uiri quem postulauerat tentandum prius

Iob. 2.

externa bona accepit in potestate, quib. ab-
 iatis & perditis, cu illu incocussum videret,
 dixerat enim: Dns dedit, dns abstulit: sicut do-
 mino placuit, ita factu est, fit nomen dni be-
 nedictum: Et carnem crucianda vulnere po-
 stulavit, tali cu eo colligens certamine, vt bo-
 na proxima inuaderet, hoc est, corporis bo-
 na, quib. ille perditis si forte succumberet, at-
 que ad impietate cor inclinaret, et bona ani-
 mi deperirent, quib. perdendis iam in corpo-
 re sequens vicinior tentator instabat. Deniq;
 ille vir, qui in tanta animi tentatione erat, vbi
 erat animi bonis proxima tribulatio, quavis
 multa prophetice loquatur, longe tñ loquit
 aliter, quam cu illa externa bona deperisset,
 in quibus filios non amiserat sed p̄miserat.
 Clamat ergo martyr anima transfigurata in
 Christum, cu iam in carne tribulari ceperit,
 & dicit Deo a quo derelicta est in terrena se-
 licitate, sed qua cu illo est in spe vitæ eterne.
 Ne discedas a me, qm̄ tribulatio proxima
 est. Nō in agro meo, non in auro, non in pe-
 core, non in tectis atq; parietibus, nō in meo-
 rum orbitatibus, sed in carne mea est cui co-
 pulor, cui connector, cuius sensum non hre
 non possum, vnde me de proximo vrget, vt
 a patientiæ virtute non deficiā: ne discedas
 a me, qm̄ non est qui adiuuet, neq; amicus,
 neq; propinquus, neq; humana laus, neq; p̄-
 terita recordatio voluptatis, neq; aliquid eo-
 rū quo terrenæ felicitatis ruina suscitatur, neq;
 in aīo est meo humana virtus, quia si tu dese-
 ris, quæ hoīs virtus? Quid est, n. homo nisi q̄
 memor es eius? Circumderunt me vituli
 multi, hoc est, minores in plebe. Tauri pin-
 gues obsederunt me, hoc est, superbi ac diui-
 tes Principes plebis aperuerūt in me os suū,
 clamantes, Crucifige crucifige. Quasi leo ra-
 piens & rugiens rapuerunt eū, cōprehensum
 adducentes ad Præsidē, & rugierunt perendo-
 eius mortē. Sicut aqua effusus sum, tanquam
 in me lapsi eaderēt persecutores mei. Disper-
 sa sunt oīa ossa mea. Quid sunt ossa, nisi cor-
 poris firmamenta, corpus aut Christi eccle-
 sia? Firmamēta ergo ecclesie, q̄ nisi Apostoli,
 qui et colūna alibi nuncupant. Hi vtiq; di-
 sperfi sunt cu ad passionem ipse duceret, vel
 cu esset passus & mortuus. Factū est ergo cor
 meū tanquā cera liquefscens in medio vētris
 mei. Hoc sanē quē admodū capiti nostro ip-
 sus corporis saluatori coaptetur, inuenire

difficile est. Neque enim nisi magno pauore cō-
 tingit, vt cor velut cera liquefcat humanum,
 quod vnde in illo fieri possit, qui p̄tatem ha-
 bebat ponendi & recipiendi animā suā? Sed
 profecto aut infirmorū suorū in se transtu-
 lit causam: siue illorū qui metu mortis pau-
 eunt, sicut ipse Petrus ex egregio p̄sumpto-
 re tā creber negator effectus, siue illorū qui
 tristitia salubri cōtabescunt, sicut idē ipse Pe-
 trus, cu amare fleuit. Nā & tristitia quasi sol-
 uit cor. Vnde d̄r ēt Græce λυσις q̄ hinc appel-
 lata sit λύσις: Aut certe profundū sacm̄ nos
 intelligere voluit, vt cordis sui noīe signifi-
 caret scripturas suas, vbi eius vtiq; latebat cō-
 siliū, q̄ tunc apertū est, cu ea q̄ de illo pro-
 phetata fuerunt, passus impleuit. Soluti sunt
 ergo scripturæ eius in ijs q̄ perfecta sunt ad-
 uētū eius, natiuitate, passione, resurrectione,
 glorificatione. Quis, n. iā ea non intelligit in
 prophetis, qñ vsque ad intellectū ēt carnalis
 multitudinis peruenerunt, quā fortasse signi-
 ficauit in medio ventris sui, vt in eius corpo-
 re quod est ecclesia quasi vētris locū habeat.
 carnalis & infirmior multitudo? Aut si vētris
 nomen magis interioribus cōpetit, ad eos po-
 tius qui p̄fectiores sūt scripturarū intellectū
 pertinere monstratū est, cu cor eius, i. scriptu-
 ræ eius q̄ continent consiliū eius, in medio
 eorū, hoc est, in cogitatione eorū tanquā ce-
 ra dissoluitur, hoc est, seruire spūs aperitur,
 disputatur, exponitur. Exaruit velut testa vir-
 tus mea. Testa igne firmata est, sic & virtus
 corporis Christi non sicut fēnū igne consu-
 mitur, sed sicut testa passione velut igne fir-
 matur. Vasa. n. figuli probat fornax, sicut alio
 loco scriptura dicit, & homines iustos teta-
 tio tribulationis. Et lingua mea adhæsit fauci-
 bus meis. Pōt quidē silentiū eius significatū
 videri, quod alius Propheta cōmendat cum
 dicit: Sicut agnus corā tondente fuit sine vo-
 ce. Sed si lingua eius, eos in eius corpore, q̄
 est ecclesia, intelligamus, per quos suū loqui-
 tur euangeliū, tunc eius faucibus adhærent, cu
 a p̄ceptis eius non recedunt. Quod vero se-
 quit: Et in puluere mortis deduxisti me: quō-
 capiti coaptabitur, quando quidem corpus
 eius, quod tertia die resurrexit, non est vtiq;
 in puluere dissolutum? Nec aliter expo-
 fuerunt Apostoli, quod in alio psalmo posi-
 tum est. Neque dabis sanctum tuū videre cor-
 ruptionē, nisi quæ eius caro nō est corrupta,
 quæ

Ioan. 10.

B.

l. v. d.

cap. 15.

Ecl. 17.

Esa. 53.

Act. 1.

Psalm. 111.

Psalm. 29.

Ioan. 5.

Psalm. 1.

cap. 16.

Psalm. 21.

Ibidem.

quæ tam celeriter resurrexit. Vnde itē in alio
 psalmo dicit: Quæ utilitas in sanguine meo,
 dū descendo in corruptionē? Nunquid cōfi-
 tebitur tibi puluis aut annuntiabit veritatem
 tuā? Hoc. s. dicens, q̄ si eo modo quo & cete-
 ri mortuus dimitteretur in puluere, & caro
 eius resurrectioni vltimæ seruare nulla esset
 utilitas in sanguine eius: quia nihil prodesset
 mors eius, nec annuntiaretur veritas Dei, q̄
 illū cōtinuo resurrecturum esse p̄dixerat.
 Quid sibi vult ergo quod hoc loco ait: Et in
 puluere mortis deluxisti me: Nisi corpus ei⁹
 accipiamus ecclesiā, in qua q̄ pro eius nomi-
 ne p̄sū sunt vel patiuntur, non ita vt ipse cito
 resurgat, sed in mortis puluere deducatur,
 tūc resurrecturi, cu illud tempus venerit, de
 quo in euangelio dicit: Veniet hora qñ oēs q̄
 in monumentis sunt audient vocē eius & pro-
 cedēt. Aut certe tropicē puluere mortis ip-
 sos Iudæos intelligi voluit, in quorū manus
 deductus est. Scriptū est. n. Non sic impij nō
 sic, sed tanq̄ puluis quē projicit vētus a facie
 terræ. Deniq; sequitur: Qm̄ circumdederunt
 me canes multi, cōciliū malignantiū obsedit
 me: tāq̄ ipsos dixerit puluere mortis, in quē
 deductus ē, quos dicit canes multos & conci-
 liū malignantiū, canes eos videlicet appellās
 qui plerunq; contra innocentes latrant, cum
 quibus non hnt consuetudinē. Iā vero in ijs
 quæ subiungit tanquā euangeliū recitat. Cru-
 cifixio q̄ppe eius exprimit i eo q̄ dicit: Fode-
 rit manus meas & pedes meos, dinumerau-
 runt oīa ossa mea. Ipsi vero cōsiderauerūt &
 cōspexerūt me. Fosse sunt. n. clavis manus &
 pedes eius, & cum extēderetur in ligno, quo-
 dāmodo numerata sunt ossa eius. Considera-
 tus est aut atq; cōspectus qd̄ illi futurū esset
 & virū veniret Helias & liberaret eum. Iā il-
 lud qd̄ sequitur, nullius expositionis indiget.
 diuiserūt sibi vestimēta mea, & super veste-
 meā miserūt sortē. Verba deinde quæ subte-
 xūtur, orātis sunt, tā in persona capitis. i. ho-
 minis mediatoris, q̄ ex persona corporis, qd̄
 est ecclesia, quā dicit ēt vnica suā. Tu autem
 dñe, inquit, ne lōge facias auxiliū tuū: hoc ad
 eius carnē pertinet, cuius resurrectio nō in
 longū est missa vt aliorū. In defensionē meā
 aspice: ne quid nocent inimici, qui sibi vi-
 dentur aliquid potuisse, carnem perimendo
 mortalē. Non autē nocent, si defendente gra-
 tia Dei, non eis ad malum anima superata cō-

sentiat. Sic. n. & alibi prophetatū est: Terra tra-
 dita est in manus impij, hoc est caro terrena.
 Erue a framea animā meam. Framea gladius
 est. Nec vtiq; tali ferro Christus occisus est,
 sed cruce, nec latus eius gladio, sed lancea
 percusserunt. Translato ergo verbo, frameā
 linguā dixit persequentiū, sicut in alio psal-
 mo dicitur: Et lingua eorū gladius acutus. Vn-
 de quia in eius carne lingua p̄ualuit mali-
 gnorū, orat vt animę nihil noceat, cu dicit: F
 Erue a framea animā meā, vt hæc in prophe-
 tia oratio, si ad caput corporis referas nō vi-
 deatur velut indigentis petitio, sed potius rei
 futuræ figurata p̄dictio. Aut certe quia cor-
 pus eius, hoc est ecclesia, graues persecutio-
 nes fuerat perpessura. Frameā dixit, quæ ma-
 xime trucidati sunt martyres, vnde vult eorū
 animas erui, ne timeāt eos qui corpus occi-
 dūt, animā aut occidere nō possunt, & con-
 sentiāt ad illicita. Aut et in ipsorū passionib.
 inimicorū linguā frameā dicit, vnde animā
 suā, hoc est, animā corporis sui animā san-
 ctorū suorū vult erui. Qd̄ autē sequitur: Et d̄
 manu canis vnica meā: nihil aptius quā vni-
 ca ecclesia mihi videtur intelligi. Canē vero
 appellauit mundū, nō ratione sed consuetu-
 dine contra insolitā veritatem latrantē. Hęc
 est enim canū natura, vt cum quibus habent
 consuetudinē, siue illi boni siue mali sint, nō
 ad eos latent, insolitorū autem personis vi-
 sis, etiā innocentibus, irritentur. Manu aut ca-
 nis potestatem mundi significauit. Cuius et
 regnū infestum futurum corpori suo. i. eccle-
 sia suæ, leonis nomine figurauit in eo quod
 adiunxit. Saluum me fac de ore leonis. Vn-
 de est scriptū: Nihil interest iter minas regis
 & irā leonis: q̄q̄ & diabolū Apostolus Petr⁹
 leoni comparat rugiēti & quarētī circūeun-
 do quem deuoret. Superbosq; huius mūdi,
 Christianis humilibus aduersaturos ostēdēs,
 consequēter dicit, Et a cornibus vnicornū
 humilitatē meam. Ideo quippe in vnicorni-
 bus superbi intelligūtur, quia superbia odit
 cōfortium, & quātum in ipso est, solus cupit
 eminere oīs superbus. Iam nunc attende ubi
 sit fructus, uel qd̄ derelictus est, ne exaudi-
 retur pro terrena felicitate, nō ad insipientiam,
 sed ut saperemus quid noui gratia te-
 stamenti desiderare debeamus, uel quod nō
 est derelictus, sed exauditus in eo quod ait:
 Ne discedas a me: qui dixerat: Quare me de-
 Aug. Tomus Secundus. 2 3 reli-

Psalm. 56.

Matt. 10.

Prou. 19.

1. Pet. 5.

Cap. 17.

reliquisti: qđ vtiq; cōtrariū est, nisi illud ad aliud, hoc ad aliud referatur. Attēde & audi quantū sapias, hauri quantū capis, quantumq; ipse rem tantā eloqui valeo, immō quantum tribuit ille qui nos exaudit, & in Christo in quantū hō mediator est inter nos & Deū, & cū Christo inquātū Deus est æqualis Deo, & potēs est facere, vt ait Apostolus, supra qđ petimus aut intelligimus. Vide in hoc psalmo testamenti noui gřam, vide illius derelictio nis, tribulationis, deprecationis fructū, quid agatur, quid insinuetur, quid mūdetur, *quid illustretur. Inuere qđ legamus tanto ante pphetatū, quid iā cernamus impletū. Narrabo nomen tuū, inqt, fratribus meis, in medio ecclesię cantabo te, Fratres illius sunt de quibus in Euangelio ait: Vade & dic fratrib. meis. Ecclesia illa est qđ modo dixit vnica suā hęc est vnica catholica, quę toto orbe copiosa diffunditur, quę vsq; ad vltimas gentes crescendo porrigitur. Vnde in Euāgelio dicit. Et prędicabitur hoc Euāgelium in vniuerso orbe in testimoniu omnib. gētib. & tūc veniet filius hoīs. Quod aut ait. Cātabo, hoc est illud canticū nouū, de quo in alio psalmo dicitur: Cantate dño canticū nouū, cātate dño omnis terra. Hahes hic vtraq; ex quo canticō cantaturū se dixerit, & in cuius ecclesię medio, illud pertinet ad nouū canticū, hoc ad oēm terrā. Ipse quippe cantat in nobis cuius gratia cātamus, sicut dicit Apostolus: An vultus experimentū eius accipere, qui in me loquitur Christus? Medium vero ecclesię ad eminentiā licet referas & ad ipsā manifestatio nē, qđ oīa quāto clarius nota sunt, tanto magis in medio esse dicunt, vel certe ad interiora ecclesię, qđ interiora sunt media. Neq; n. oīs qui labijs personat, cātat canticū nouū, sed qui eo modo cantat, vt Apostolus admonet dicens: Cantātes & psallentes in cordibus vestris dño. Intus. n. est hoc gaudiū, vbi vox laudis canitur & auditur, quia voce laudatur qđ gratis amandus est toto corde, tota anima, tota mente, amato remq; suū accendit in se gratia spiritus sui sancti. Quid. n. aliud est canticum nouum, qđ laus Dei? Deniq; sequitur, & hoc euidentius demonstrat. Cum n. dixisset: Narrabo nomen tuum fratribus meis, quia Deum nemo vidit vnquam, sed vnigenitus filius, qui est in sinu patris ipse enarrauit, atq; adiunxisset: In medio ecclesię cātabo te: quo

modo cantauit, id est quia in nobis cantauit cū proficimus in nomine quod narrauit fratribus suis: & quia laudē Dei cantauit in nobis, continuo manifestauit diceas: Qui timetis dominū, laudate eum. Quis autem veraciter laudat, nisi qui sinceriter amat? Tantūde est ergo ac si diceret: Qui timetis dominum amate eū, Dixit. n. homini sicut scriptū est: Ecce pietas est sapiētia Porro pietas cultus Dei est, nec colitur ille nisi amando. Summa igitur & vera sapiētia est in pręcepto illo primo. Diliges dñm Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Ac per hoc sapiētia est charitas Dei, nec diffundit in cordib. nostris, nisi per spm̄ sanctū, qui datus est nobis. Initiū autē sapiētia timor dñi. Et timor nō est in charitate, sed pfecta charitas foras mittit timorē. Proinde pmissus timor in cor nostrū, pellit inde consuetudinē malorū operum & seruat charitati locū, quā tanquā domina veniente, vt illa infideat, abscedit. Ergo qui timetis dominum laudate eū, vt Deū non seruiliter, sed libere colatis, eum amare discite, quē timetis, & poteritis laudare quod amatis. Timentes. n. Deū homines veteris testamēti, p literā terrētē & occidentē, nondū habentes spm̄ viuificātē, cur rebāt cū sacrificijs ad templū. Et quamuis iam figurā futuri sanguinis quo redempti sumus, n̄ nescientes quid per eos pręfiguraretur, cruētas victimas immolabāt. Nunc vero in gratia noui testamēti, qui timetis dñm laudate eū. Ipse quippe in alio psalmo, illa mutanda pręnunciāns, quę tūc in vmbra futuri offerebātur, Nō accipiā, inquit, de manu tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Et paulo post, vt ostenderet sacrificiū noui testamēti, quādo illo illa fuerant cessatura. Immola, inquit, Deo sacrificiū laudis, & redde altissimo vota tua; Et in fine eius dē psalmi: Sacrificiū, inquit laudis glorificabit me, & illic via est qua ostēdā illi salutare meū. Salutare Dei Christus est, quē infantē Simeon senex cū agnouisset in spiritu, eumque sumpsisset in manus, Nunc dimittis, inquit, dñe seruu tuū secundū verbū tuū in pace, qm̄ viderunt oculi mei salutare tuū. Qui timetis ergo dominū laudate eū, vniuersum semē Iacob magnificare eū. Nō vacat, qđ ei nō sufficit dicere, semen Iacob, nisi adderet vniuersum, ne in solis eis intelligeretur, qui ex Israelitis fuerant credituri. Semen Iacob ipsum

ipsum est semen Abraham, omnibus autem in Christū credentib. nō solis qui ex Israel fuerant fideles Apostolus dicit: Ergo Abraham semen estis secundū promissionē heredes. Ibi nanq; cōmemorauit pręfigurationē noui testamenti, in eo qđ scriptū est: In Isaac vocabitur tibi semen, non vtiq; in Hismael ancillę filio. In quib. duob. filiis Abraham seruo & libero, & duab. mulieribus, ancilla & libera, scribens ad Galatas, duo testamenta dicit in allegoria pfigurata. Vnde dicit: Non qui filij carnis, ij sunt filij Dei, sed filij promissionis deputantur in semine. Promissionis. n. verbū hoc est: Ad hoc tps veniā, & erit Sarę filius. Multū est & nimis longum, diligenter enucleare cur filij promissionis pertinentes ad Isaac, noui testamenti gratia deputentur. Breuiter tñ attingam, vnde tanto fructuosius cogitabis, quanto magis pie cogitaueris. Non quia Deus qđ prędicit, promittit. Prędicit. n. et illa quę non ipse facit, quia est omnium pręscius futurorū. Prędicit ergo & peccata hominum, qđ potuit pręscire non facere. Promittit autē quę ipse facturū est, nec ea mala sed bona. Quis. n. promittit mala? Quamuis itaq; mala inferat, mala non peccata sed supplicia, minatur tñ ea potius qđ promittit. Omnia largitur & pręscit, sed peccata prędicit, supplicia minatur, beneficia pollicetur. Filij ergo promissionis, filij sunt beneficij. Hęc est gratia quę gratis datur, non meritis operantis, sed miseratione donātis. Hinc gratias agimus dño Deo nostro, qđ est magnū sacrm in sacrificio noui testamenti, quod vbi & qñ & quō offerat cū fueris baptizatus inuenies. Deinde sequitur & dicit: Timeat eū omne semē Israel, qđ Iacob ipse & Israel vnus homo erat habens duo nomina, non in paruo sacro: sed vno libro non possunt dici omnia, in quo iā multū progressi sumus & nondū de alijs tribus quōnibus aliquid diximus, hoc est, de tenebris exterioribus, & latitudine & longitudine, altitudine & profundo, & de quinq; & quinq; virginibus. Quod ergo dixit supra: Vniuersum semen Iacob: hic consequenter ait: Omne semen Israel. Sed quare superius, Magnificate eū: & postorius, Timeat eū. Magnificatio laudi cōgruit, de qua dixerat, Qui timetis dñm laudate eū. vnde iā multa differui. Ibi quippe amor vel charitas Dei perfecta foras mittit timorē. Cur ergo iterum ti-

meat eū omnis Israel? Non. n. accepistis, inquit Apostolus, spiritū seruitutis iterū in timorē. Sed idē Apostolus oleastro inserto in oliuā timorē pręcipit, hoc est, gentib. additis radici Abraham, Isaac, Iacob, vt & ipsi fierent Israel, i. pertinerent ad semen Abraham. Quā infertionē oleastri amputatis pp infidelitatis superbiā naturalibus ramis, et ipse dñs in Euangelio prędixit occasione illius Centurionis, qui in eū ex gentibus credidit. Tunc enim ait: Amen dico vobis, non inueni tantā fidem in Israel. Et adiunxit, Ideo dico vobis, quia multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno celorum: filij autē regni ibunt in tenebras exteriores, illic erit ploratio & stridor dentium: Ita significās inseri oleastrum pp humilitatem. Dixerat quippe ille Centurio: Non sum dignus vt sub tectum meū intres, sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. Confractio nē autē ramorū naturalium pp superbiam, seorum qui ignorantes Dei iustitiā, & suam volentes constituere, iustitię Dei non sunt subiecti. De ijs quippe vana elatione tumentib. dictum est, quod ibunt in tenebras exteriores, quia iactantes se de semine Abraham, semen Abraham fieri noluerunt, vt essent filij promissionis, quia fidē noui testamenti nō receperunt, vbi iustitiam Dei cōtēperunt, & suam constituere volentes, i. tanquā de suis meritis & operibus pręfidentes spreuerunt esse filij promissionis, hoc est, filij gratię, filij misericordię, vt qui gloriatur in dño gloriatur, credens in eū qui iustificat impiū, hoc est, qui ex impio facit pium, vt deputetur fides eius ad iustitiā, & impleatur in eo, non quod postulabat eius meritū, sed quod a dño promissum est beneficium. Cū ijs igitur agens Apostolus qui oliuā per gratiā inferebantur, Dicitis, inquit, Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene pp incredulitatē fracti sunt. Tu autē fide sta, noli altū sapere, sed time. Dei est enim beneficium non meritum tuum, quod & alibi dicit: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donū est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsi enim sumus figmentum creati in Iesu Christo, in operibus bonis, quę pręparauit Deus, vt in illis ambulemus. In hoc itaque intellectu gratię inest timor, de quo dicitur: Noli altum sapere, sed time. Ti-

Eph. 3.

Al. com mēderur.

Psal. 21.

Ioan. 20.

Mat. 24.

Psal. 95.

2. Co. 13.

Eph. 5.

Cap. 18.

Psal. 21.

Ioan. 1.

Mat. 22.

Rom. 5.

Eccle. 1.

1. Ioan. 4.

L.

Psal. 49.

Luc. 1.

Cap. 11.

Gala. 3.

M

Gala. 4.

Rom. 9.

Cap. 20.

A

1. Ioan. 4.

Rom. 8.

Rom. 11.

Mat. 8.

B.

C.

Rom. 11.

Eph. 2.

Rom. 11.

mor aut iste alius est, nō est ille seruilis, quē
a. l. incida tur. charitas foras mittit. Illo. n. timetur. ne iudi-
1. Ioan. Cap. 21. Rom. 8. cetur in tormentū supplicij: isto aut, ne amit-
 tatur gratia beneficij. Quapropter quāuis fi-
 delibus ad nouum testm̄ pertinentibus dicat
 Apostolus q̄ paulo ante cōmemorauit. Nō. n. ac-
 cepistis sp̄ritū seruitutis iterū in timorem,
 sed accepistis sp̄m̄ adoptionis filiorum in
 quo clamamus, Abba pater, i. vt fides in no-
 bis sit, q̄ per dilectionē operatur, non tam ti-
 mendo p̄nam, q̄ amando iustitiam: tñ quia
 non fit anima iusta, nisi participatione melio-
 ris, qui iustificat impiū, quid. n. habet q̄ non
 accepit, non debet sibi tribuendo q̄ Dei est,
 ita gloriari tanquā non acceperit. Ob hoc. n.
1. Cor. 4. Rom. 11. dictū est: Noli altū sapere, sed time. Et timor
 iste p̄cipitur ijs. et qui ex fide viuentes hāre-
 des sunt noui testamenti atq; in libertatē vo-
 cati. Altum. n. sapere, dictū est superbire. Qd̄
Rom. 12. alio loco econtrario satis ostendit, vbi ait:
 Non alta sapientes, sed humilibus consentiē-
 tes: Ex hoc quod ait humilib. consentientes,
 vtiq; aperuit nihil aliud se dixisse alta sapien-
 tes, q̄ superbientes. Timor ergo nō est in cha-
 ritate, q̄ perfecta charitas foras mittit timo-
 rē, sed illum seruile quo cum se quisque ab
 opere malo abstinere, p̄na terref. non iustitia
 delectatur. Hunc charitas foras mittit, q̄ non
 delectat iniquitas et si proponat impunitas.
 Non illum quo timet aīa, ne amittat ipsam
 gratiā, qua in illa factū est, vt eam non pecca-
 re delectet, quo timet ne Deus eā deserat, et
 si nullis dolorū, cruciatib. puniat. Hic timor
 castus est, non eū charitas eiicit, sed acciscit.
 De illo quoq; scriptū est: Timor dñi castus
 permanens in seculū seculi. nequaquā istum
 diceret permanentē, nisi sciret aliū qui non
 permaneret. Et bene istū castū dixit. Hoc. n.
 nō caret amore, quo aīa inheret Deo, q̄ dicit
 in alio psalmo. Perdidisti omnē qui fornicat
 abs te, mihi aut adhærere Deo bonū est. Nā
 & coniunx quæ adulterinū animū gerit, etiā
 si timore viri non adulteriū perpetrat, tñ q̄
 deest operi inest voluntati. Casta vero aliter
 timet. Nā & ipsa timet virum, sed caste. Deni-
 que timet illa ne vir infestus adueniat, ista ne
 offensus abscedat. Nō amanti. n. præsentiā vi-
 ri molesta est, amati aut absentia. Timore ita
 que casto permanēt in seculū seculi, timeat
 Deū omne semen Israel. Timeant quem dili-
 gunt, non alta sapiēdo, sed humilibus cōsen-

tiendo, cū timore & tremore suā ipforū sa-
 lutem operando. Deus est. n. qui operatur in
 eis & velle & operari pro bona voluntate.
 Hæc est iustitia Dei, hoc est, q̄ Deus donat
 homini, cū iustificat impium. Hanc Dei iusti-
 tiam ignorantes superbi Iudæi, & suam volē-
 tes constituere, iustitiæ Dei nō sunt subiecti,
 hac superbia deijsiūt, vt humilis inferatur
 oleaster. Et illi ibunt in tenebras exteriores,
 de quibus inter alia requisisti, venientibus ab
 Oriente & Occidente multis, qui recumbāt
 cū Abrahamā, Isaac, & Iacob in regno celorū.
 Sunt. n. modo in exteris tenebris, vnde corre-
 ctio desperanda non est, quā si contēpserint,
 ibūt in tenebras exteriores, vbi correctionis
 locus non erit, qm̄ Deus lux est, & tenebræ
 in eo non sunt vllæ. Sed lux cordis non isto
 rum qui in carne sunt oculorū, nec omnino
 talis qualis huius lucis visibilis phantasia co-
 gitatur, q̄ q̄ & ibi est videre, sed longe aliter,
 longe diuisimiliter. Qualis. n. lux est ipsa cha-
 ritas, quis verbis explicet? Quis earū rerū, q̄
 sensibus carnis subiacent, vlllo demonstrat
 exemplo? An forte lux nō est charitas? Audi
 Apostolū Ioānē. Ipse quippe dixit, q̄ modo
 commemorauit, qm̄ Deus lux est, & tenebræ
 non sunt in eo vllæ. Qui rursus dicit: Deus
 charitas est. Ac p̄ hoc si Deus lux est, & Deus
 charitas est, profecto charitas lux ipsa est q̄
 diffunditur in cordibus nostris per sp̄ritum
 sanctū, qui datus est nobis. Itē dicit: Qui odit
 fratrem suum, in tenebris est vsque adhuc. Istæ
 sunt tenebræ, in quas diabolus & angeli eius
 multū superbiendo p̄gressi sunt. Charitas. n.
 non æmulatur, non inflatur. Ideo non æmu-
 latur, quia non inflatur. Vbi. n. præcedit in-
 flatio, cōtinuo sequitur æmulatio, qm̄ super-
 bia mater est inuidentiæ. Diabolus igitur &
 angeli eius à luce atq; feruore charitatis auer-
 si, & nimis in superbiā inuidiamq; progres-
 si, velut glaciali duritia torpuerunt. Et ideo p̄
 figurā tanq̄ in Aquilone ponuntur. Vnde cū
 generi humano diabolus incubaret, ventura
 grā Saluatoris, dñi in Canticō canticorū: Exur-
 ge Aquilo & veni Auster, perfla ortū meum
 & fluēt aromata. Exurge qui irruisti, qui sub-
 ditis incumbis, qui possessos premis. Exurge
 vt à tuo pōdere releuati erigantur, quorum
 aīas premēdo curuasti. Et veni Auster, inqt,
 sp̄m̄ inuocans gratiæ flantē de Meridie, velut
 à parte feruida & luminosa, vt fluant aroma-
 ta.

Cap. 22.

Tenebra exteriores.

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 4.

1. Ioan. 5.

1. Ioan. 11.

Cam. H

ta. Vnde Apostolus dicit: Christi bonus odor
 sumus in omni loco. Hinc et dñs in quodam
 psalmo: Conuerte dñe captiuitatem nostrā,
 sicut torrens in Austro: Captiuitatem, s. qua
 sub diabolo, tanq̄ sub Aquilone tenebatur,
 vbi abundante iniquitate frigerant, & quo-
 dāmodo congelauerant. Hinc. n. euangelū
 dicit: Qm̄ abūdauit iniquitas refrigescet cha-
 ritas multorū. At vero flante Austro glacies
 resoluuntur & torrentes fluunt, i. peccatis re-
 missis populi ad Xpm̄ charitate concurrunt.
 Hinc & alibi scriptū est: Sicut glacies in se-
 re no, ita soluentur peccata tua. Proinde rōna-
 lis creatura, siue in angelico sp̄u, siue aīa hu-
 mana, ita facta est, vt sibi ipsa bonū, quo bea-
 ta fiat, esse non possit, sed mutabilitas eius si
 conuertatur ad incōmutabile bonū, fiat bea-
 ta: vnde si auertatur, misera est: auersio eius
 vitiū eius, & conuersio eius virtus eius est.
 Natura ergo nō est mala, quia creatura sp̄s
 vita est rōnalis, quæ etiā priuata bono, cuius
 participatione beatificatur, i. et vitiosa me-
 lior est corpore, q̄ summū est in corporib.
 idest hac luce quæ sentitur oculis carnis, q̄
 & ipsa est corpus: omni aut corpore q̄libet
 incorporea natura p̄stantior, nō mole, quia
 non nisi corporū est moles, sed vi quadam
 qua supergreditur omnē phantasiā, quam
 volutat animus haustam de sensib. corporis.
 Sed quemadmodū in ipsis corporib. ea quæ
 inferiora sunt, sicut terra & aqua & ipse aer,
 meliora fiunt participatione melioris, i. cum
 luce illuminantur & feruore vegetantur: sic
 incorporeæ creaturæ rōnales ipsius creato-
 ris fiunt participatione meliores, cū ei cohe-
 rent purissima & sanctissima charitate, qua
 omnimodo si caruerint, tenebescunt quodā
 modo. Proinde infideles homines tenebræ
 sunt, qui per fidē conuersi ad Deū quadam
 p̄missa illuminatione lux fiunt. In qua profi-
 ciendo si ex fide ad speciē peruenerint, vt id
 q̄ credunt et̄ conspiciere, sicut tñ bonū pōt
 conspici, mereantur, perfectā recipient ima-
 ginē Dei. Talibus. n. dicit Apostolus: Fuiſtis
 aliqñ tenebræ, nūc aut lux in dño. Porro dia-
 bolus & angeli eius, tenebræ sunt in fidelibus
 hominibus deteriores. Plus. n. ab illa charita-
 te auersi, in suū fastū obstinationemq; pro-
 gressi sunt. Et qm̄ extremo iudicio Christus
 dicturus est eis quos ad sinistrā discernet, Itē
 in ignē æternū, qui paratus est diabolo & an-

gelis eius, his malignis spiritib. cōiungendos
 simulq; damnandos, dicet ituros in tenebras
 exteriores, i. in societate p̄nalem diaboli &
 angelorū eius. Huic p̄næ cōtrariū est quod
 bono seruo dñs: Intra in gaudium dñi tui, vt
 quanto sunt istæ tenebræ exteriores, tanto sit
 lumen illud interius. Non hæc per locorum
 interualla inani phātaſmate cogitanda sunt,
 Localia spatia non occupant, nisi corporū
 moles. Non est hoc spiritus vitæ, nō est hoc
 aīa rōnalis, multominus Deus omnīu beni-
 gnissimus conditor, & iustissimus ordina-
 tor. Voluntatib. & affectibus ista vel propin-
 quare, vel longe fieri, uel intrare, uel exire di-
 cuntur: sed qui malo opere, i. tenebroso de-
 lectantur facientes, secutura est p̄na q̄ tor-
 queat, ideo dñs vbi dixit: Tenebras exte-
 riores, addidit et̄, Ibi erit fletus & stridor den-
 tiū, ne talibus oblectationib. qualibus hic ini-
 qui perfruitur, qm̄ infidelitate atq; iniustitia
 tenebescunt, et̄ in illo supplicio se vsuros
 clementer existiment. quia. n. uolentes in iu-
 ste utuntur bonis, iuste nolentes cruciabunt
 malis, vnde possunt et̄ tenebræ exteriores in-
 telligi p̄næ corporales. Corpus quippe est
 anima exterius, vt sint animæ mala quibus à
 charitatis luce auersa mens in peccatis oble-
 ctatur, exteræ tenebræ: corporis aut mala quibus
 æternis in finē torquebitur, exteriores te-
 nebræ, quas solas timent, qui seruili adhuc ti-
 more detinentur. Nam si eis liceret, in illis
 exteris q̄ sunt in peccatis impune semper vo-
 luit & inuoluit, profecto nunquā vellent acce-
 dere ad Deū & illuminari, & inhærere illi p̄
 charitatem, vbi est timor castus permanens
 in seculū seculi, qui timor nō cruciat, sed ten-
 naciore facit aīam boni illius: quod si dimi-
 serit, cadet. Timeat eum omne semen Israel.
 Et uide causam quā coniungit: Qm̄ non spre-
 uit, inquit, neq; despexit precem pauperis.
 Pauperē humilē dicit. Hinc est, noli altū sa-
 re, sed time. Timeat ergo eū omne semen Is-
 rael, qm̄ non despexit eius precē, qui nō altū
 sapuit, sed timuit. Potest hoc & capiti co-
 ptari, q̄ ipse Saluator corporis p̄ nos pau-
 per factus est cū diues esset, ut eius pauperta-
 te ditaremur. Ex forma. n. serui pauper factus
 est, ex qua & p̄cē fudit: in ea quippe humilia-
 uit semetipsū factus obediēs usq; ad mortē.
 Vide ergo quod dicat: Qm̄ non spreuit neq;
 despexit precē pauperis, neq; auertit faciem
 suam

L

M

Cap. 24.

nam à me. Vbi est illud, Quare me dereliquisti, si non auertit faciem suam ab eo, nisi quia & derelinquens non derelinquit, quoniam in bonis temporalibus non exaudit, & non ad insipientiam nobis, sed ut sapiamus quid auferat & quid offerat nobis? Non, inquit, spreuit neque despexit precem pauperis, neque auertit faciem suam à me. Et cum clamaret ad eum exaudiuit me. Fecit ergo quod paulo ante rogatus est, ubi eum deprecans dixit: Ne discedas à me. Si non exaudiuit, profecto fecit, non utique discessit, non ergo dereliquit hoc modo qui alio modo dereliquit, ut sciremus, quomodo magis non ab eo derelinqui velle debemus. Apud te laus mea. Quid ergo noscent qui tanquam victo insultant quod me in temporalibus dereliqueris? In ecclesia magna confitebor tibi, non quanta ista synagoga est, quae irridet mortem derelicti, sed in ecclesia magna diffusa per omnes gentes quae credit in resurrectione non derelicti. Haec est vnica illa quam petit de manu canis erui, de qua est paulo ante dixit: In medio ecclesiae cantabo tibi. Et nunc quod ait: Confitebor tibi. In eis utique qui confitebuntur, in quibus & loquitur. Confessio autem non tantum peccatorum est, sed & laudis Dei, sicut ipse in euangelio. Confiteor tibi, inquit, pater domine caeli & terrae, quia abscondisti haec à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ideo sequitur & dicit. Vota mea reddam coram timentibus eum, continuo subiunxit. Edent pauperes & saturabuntur. Ipsi enim saturabuntur pane qui de caelo descendit, qui ei coherentes & eius pacem dilectionemque seruantes imitantur eius humilitatem. Ideo pauperes in hac paupertate & saturitate praecipue apostoli claruerunt. Et laudabunt dominum, inquit, qui requirunt eum, intelligentes non meritorum suorum, sed illius esse gratiam quod saturati sunt. Requirit enim eum, quia non sunt ex eis qui sua querunt non quae Iesu Christi. Denique & si caro eorum qui eum laudant patitur temporalem tribulationem vel mortem, viuent corda eorum in seculum seculi. Haec vita

cordis non est in sensibus corporis, secreta est in luce quae intus est, non in tenebris quae foris sunt, in fine precepti, non in initio peccati. Finis autem precepti charitas est de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta. Charitas quae non aemulatur, non inflatur, quia non altum sapit, sed timet, & ideo cohaeret timore casto permanente in seculo seculi. Initium autem omnis peccati superbia, quae diabolus irreuocabiliter in exteriora progressus est, hominemque inuidendo & ei simile aliquid suadendo deiecit. Cui homini in quadam scriptura dicitur. Quid superbis terra & cinis? Quoniam in vita sua proiecit intima sua. In vita sua dictum est, tanquam in propria sua, & quasi priuata, quae delectatur omnis superbia. Unde charitas in corde magis quam in priuatum consulens, dicitur non querere quae sua sunt. Hac viuunt corda in seculo seculi, tanquam saturata pane caelesti. De qua saturitate ipse dicit: Nisi manducaueritis carnem meam, & sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam in vobis. Merito ergo istorum, qui saturantur, viuent corda eorum in seculo seculi. Vita enim Christus est qui habitat in cordibus eorum, interim per fidem, post est per speciem. Vident enim nunc aenigmate per speculum, tunc autem facie ad faciem. Unde ipsa charitas nunc in bonis operibus dilectionis exercetur, quae se ad subueniendum quaqua versus potest, porrigit & haec latitudo est: nunc longanimitate aduersa tolerat, & in eo quod veraciter tenuit, perseverat, & haec est longitudo: hoc autem totum propter adipiscendam vitam facit aeternam, quae illi promittitur in excelso, & haec altitudo est. Existit vero ex occulto ista charitas ubi fundati quodammodo & radicati sumus, ubi causae voluntatis Dei non inuestigatur, cuius gratia sumus salui facti, non ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum eius misericordiam. Voluntarie quippe genuit nos verbo veritatis, & haec voluntas eius in abdito est. Cuius secreti profunditatem quodammodo expauescens apostolus clamat. O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vias eius. Quis enim cognouit sensum domini? Et hoc est profundum. Altitudo quippe corde nomen est excelso & profundo. Sed cum in excelso dicitur, sublimitatis eminentia commendatur, cum autem in profundo, difficultas inuestigationis & cognitionis. Unde & illud de Deo dicitur:

Mat. 11.

B

1. Tim. 1. Co. 13

Ecl. 10.

Cap. 25.

Ioan. 6.

1. Co. 13.

Ephes. 2. Tim. 3.

Iac. 1.

Rom. 11. D

dicitur; Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profundae factae sunt cogitationes tuae. Et iterum: Iudicia tua velut abyssus multum inter cetera posuisti. Huius rei gratia, inquit, flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelis & in terra nominatur, ut det vobis secundum diuitias gloriae suae virtute corroborari per spiritum eius, in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris, ut in charitate radicati & fundati per fidem praeualeatis comprehendere cum omnibus sanctis quae sunt: longitudo & latitudo, altitudo, & profundum: Scire etiam supereminenter scientiam charitatis Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Attendite omnia diligenter. Huius rei, inquit, gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelis & in terra nominatur. Queris, cuius rei gratia: hoc supra dixerat, propter quod peto non infirmari in tribulationibus meis pro vobis. Hoc ergo eis operatur, ut non infirmantur in tribulationibus apostoli quas pro illis sustinebat, & propter hoc genua flectebat ad patrem. Proinde non infirmari unde illis sit, sequitur & dicit: Ut det vobis secundum diuitias gloriae suae virtute corroborari per spiritum eius. Haec sunt diuitiae de quibus dicit. O altitudo diuitiarum. Abditas enim habet causas, ubi nullis meritis praecedentibus quid habemus quod non accepimus, Deinde sequitur, & quod oportet adiungit, In interiori, inquit, homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Haec est vita cordium qua viuimus in seculo, seculi, ab initio fidei usque ad finem speciei: ut in charitate, inquit, radicati & fundati praeualeatis comprehendere cum omnibus sanctis. Ista est ratio cuiusdam diuinae celestisque reipublicae, hinc saturatur pauperes, non sua quaerentes, sed quae Iesu Christi. non commoda priuata sectantes, sed in corde ubi salus omnium est consulentes. Nam de ipso pane quo tales saturantur, quodam loco apostolus dicit: Vnus panis, unum corpus multi sumus. Quid ergo comprehendere? quae sit, inquit, latitudo, sicut iam dixi in bonis operibus, quibus beneuolentia porrigitur usque ad diligendos inimicos: & longitudo, ut longanimitate pro hac latitudine molestiae tollerentur: & altitudo, ut pro his aeternam quae in supernis est praemium, non vanum aliquid, aut temporale speretur: & profundum, unde

gratuita gratia Dei secundum secretum & abditum voluntatis eius existit. Ibi enim radicati, ibi sumus fundati. Radicati propter agriculturam: Fundati propter aedificationem, quae quoniam non est ab homine, dicit alio loco idem apostolus: Dei agricultura estis, Dei aedificatio estis. Hoc totum agitur cum in hac nostra peregrinatione fides per dilectionem operatur. In futuro autem seculo perfecta & plena charitas sine ulla malorum tolerantia, non fide credit quod non videt, nec spe desiderat quod non tenet, sed in aeternum veritatis incommutabile specie contemplantur, cuius sine fine quietum opus erit, laudare, quod amat, & amare quod laudat. De hac sequenter dicit: Scire etiam supereminenter scientiam charitatis Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. In hoc mysterio figura crucis ostenditur: qui enim quia voluit, mortuus est, quomodo voluit mortuus est. Non frustra igitur tale genus mortis elegit nisi in eo quoque latitudinis huius & longitudinis & altitudinis & profunditatis magister existeret. Nam latitudo est in eo ligno quod transversum desuper figitur. Hoc ad bona opera pertinet, quia in ibi extenduntur manus. Longitudo in eo quod ab ipso ligno versus ad terram conspicuum est. Ibi enim quodammodo statum. i. persistitur & perseveratur, quod longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte, quae ab illo, quod transversum figitur, sursum versus relinquitur, hoc est, ad caput crucifixi, quae bene sperantium superna expectatio est. Iam vero illud ex ligno quod non apparet quod fixum occultat, unde totum illud exurgit, profunditatem significat gratitatem gratiae: in quo multorum ingenia coteruntur ad vestigare conantia, ut ad extremum eis dicatur. O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Viuet ergo corda saturatorum pauperum in seculo seculi, hoc est, humilium charitate flagrantium, non sua quaerentium, sed sanctorum societate gaudentium. Hoc primitus in apostolis factum est: Sed laudando Deum. i. praedicando gratiam Dei, quoniam dictum est: Laudabunt dominum qui requirunt eum, quid populorum acquisierint in eo quod sequitur vide. Commemorabuntur, inquit, & conuertentur ad dominum in universis finibus terrae. Et adorabunt in conspectu eius uniuersae patriae gentium. Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium, ille irritus, ille crucifixus, ille derelictus hoc regnum acquirat, & tradet in fine Deo & patri, non ut ipse

1. Cor. 3.

Ephes. 3.

HI

Rom. 9.

Cap. 27.

tragedia

ipse amittat, sed quod in fide seminavit cum venit minor patre, hoc perducatur ad speciem, in qua equalis non recessit a patre. Manducauerunt & adorauerunt oēs diuites terræ. Diuites terræ superbos intelligere debemus, si recte superius pauperes humiles intelligebamus, de quibus in Euāgelio dñs dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Ipsi enim sunt mites, lugentes, esuriētes, & sitientes iustitiā misericordes, mundicorde, pacifici, & qui persecutionē patiuntur propter iustitiā, quibus prædicationibus singillatim beatitudinē adiunxit. Contra ergo diuites terræ hoc loco superbi intelligendi sunt. Neque enim frustra ita distincti sunt, ut de pauperibus supra diceretur: Edent pauperes & saturabuntur. Hic vero: Manducauerunt & adorauerunt oēs diuites terræ. Et ipsi quippe adducti sunt ad mensam Christi, & accipiunt de corpore & sanguine eius: sed adorant tantum non est saturantur, quoniam non imitantur. Manducantes enim pauperē dedignant esse pauperes, quia Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplū, ut sequamur vestigia eius. Verūtū quod humiliavit se metipsum factus est obediens usque ad mortē, mortē autē crucis, aspernant diuites, & similia perpetere paupunt, timore non magnitudine, infirmitate ergo non sanitate. Sed quia ergo Deus excitauit eū a mortuis, & donauit ei nomē quod est super omne nomē, ut in nomine Iesu flectatur omne genu, cælestiū, terrestriū & infernū, fama: celsitudinis eius, & gloria nominis eius in ecclesia usquequaque diffusa, permoti & ipsi veniunt ad mensam, manducant & adorant. non tamen saturantur, quia non esuriunt & sitiunt iustitiā. Tales enim saturabuntur quantum perfectā saturitas in illa vita æterna erit, cum ex ista peregrinatione venerimus ex fide ad speciem, ab speculo ad faciem, ab enigmate ad perspicuam veritatem. Non tamen inconuenienter saturatus dicitur paupertate Christi qui pro iustitia eius, hoc est, pro participatione verbi æterni quod inchoauit interim, fide omnia temporalia non solum temperanter continent bona, verūtū patienter sustinet mala. Tales fuerunt piscatores & publicani, quia abiecta huius mundi elegit, ut confunderet fortia. De his dictū est: Edent pauperes & saturabuntur. Sed quia istam saturitatem non apud seipsum tenuerunt, quodam modo eorum ructantes dominū laudauerunt,

ideest, prædicauerunt quærentes eū non sua quærentes, sed in eū charitate flagrantēs, eorū prædicatione commotus est multus, ut commemorarent & conuerterentur ad dñm vniuersi fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentiū. Quoniam dñs est regnū & ipse dominabitur gentium. Hac ecclesiæ dilatione etiam superbi ideest diuites terræ adducti sunt, & manducauerunt, & quantum non saturati, tamen adorant. Hunc quoque ordinē prophetia psalmi hoc loco tenuit, quæ videmus impleri. Adiungit autē, In conspectu eius procident oēs qui descendunt in terrā, ideest, oēs bona amando terrena, non in cælū ascendunt. Non enim faciunt quod ait Apostolus: Si resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrā: sed potius quanto sibi bonis terrenis feliciores videntur, tanto magis in terrā descendunt, hoc est, in terrena deprimuntur. Et ideo in conspectu eius procident, ideest, ubi ipse videt, non ubi homines vident, qui eos excelsos sublimesque arbitrantur. Et anima, inquit, mea ipsi viuere. Ipsi utique non sibi, sicut superbiorū priuato bono suo lætantur, & a comuni omnium bono, quod Deus est, inani elatione resiliunt. Hoc utique deuitemus, & communi potius vero omnium bonorum perfrui, quam priuato nostro gaudere queramus. Ut qui viuunt iam non sibi viuunt, sicut ait apostolus: sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Pro hoc enim mediator effectus est, ut nos reconciliet Deo per humilitatē, a quo per impiam superbiam longe recesseramus. Neque enim tantum illud scriptū est quod supra posui, Initium omnis superbiæ, homines apostare a Deo. Non ergo sibi viuunt quisque, sed Christo, faciens non suam sed ipsius voluntatē, & manēs in eius charitate, sicut & ipse fecit voluntatē patris, & manet in eius charitate, Hæc quippe nos admonens & exemplo suo exhortans, in Euāgelio suo locutus est. Si autem ipse cum in forma Dei æqualis esse patri, tamen per formam serui, quam propter nos accepit, non suam voluntatē, sed patris se facere commēdauit, quanto magis nos propria priuataque nostra voluntate contempta qua tenebrati sumus, ad illud commune lumen, ut illuminentur vultus nostri, & non erubescant, debemus accedere,

I
Matt. 5.

Psal. 21.

1. Pet. 2.

Phil. 2.

1. Cor. 1.

Psal. 21.

accedere, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, ut anima nostra ipsi uiuat. Hoc enim de nobis consequenter adiungit, cum dicit. Et semen meum seruiet illi, quoniam qui seminast bonum semen, filius est hominis. Hæc porro omnia quæ in psalmo isto dicta sunt, quia non ad presens tempus, sed ad futurorum prophetiam pertinent, sicut et ipsi rebus apparet, sic eum concludere voluit, ut ostenderet se non presentia demonstrare, vel narrare præterita, sed futura prophetare. Annunciabitur, inquit, domino generatio ventura & annunciabunt cæli iustitiā eius populo, qui nascetur quæ fecit dominus. Non autem ait: Annunciabitur dominus generationi venturae, sed annunciabitur domino generatio ventura. Quod non sic accipiendum est, tanquam nesciant aliqui annunciet ut sciat, sed sicut annunciat angeli, non solum nobis beneficia Dei, verū et illi preces nostras. Nam scriptum est ubi angelus hominibus dicit: Ego obtuli memoriā orationis vestræ: non ut tunc Deus nouerit quid velimus, vel quo indigeamus: Non enim pater vester, ait dominus, quid vobis necessariū sit, priusquam petatis ab eo: Sed quia necesse habet rationalis creatura obtēperans Deo, temporalia causas ad æternā ueritatē referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo, quod faciat, qui pius mentis affectus est, ut ipsa construat, non ut Deus instruat. Nam & hæc quædam contestatio rationalis creaturæ est, quod non sibi ipsa sit bonum quo beata fiat, sed illud incommutabile cuius participatione et sapiens efficitur. Siue ita dictum est: Annunciabitur domino generatio ventura: ac si diceretur, domino placebunt quia annunciabunt non sibi, ut ita sit domino annunciare, sicut est domino viuere. Sic dictum est: Qui manducat, domino manducat: & qui non manducat, domino non manducat. Ad hoc quippe addidit: Et gratias agit Deo, ut ostēderetur quid esset, domino facit, in eius laudem facit. Tunc enim recte, tunc iuste, tunc pie fit, cum opus bonum in eius laudē fit, cuius gratia donatur ut fiat. Ac per hoc et si eo modo quispiam hæc verba intelligere velit, ut eorū iste ordo sit: Annunciabitur domino generatio ventura, id est generatio annunciabitur, quæ domino ventura est, generatio, scilicet piorum atque sanctorum: quia impiorū & sceleratorum generatio non domino, sed sibi ventura est, ab eadem significatione non receditur, qua intelligatur animæ participatio in idipsum, id est rationalem creaturam cum sit mutabilis, non fieri beatam: nisi a proprio suo mutabili ad immutabile bonum, idemque cōe quod Deus est, a quo superba impietate abstinet, humili pietate conuersa subsistat. In quo affectu proficiens quicquid boni facit domino facit, hoc est, in eius laudem, cuius gratiam percepit ut faciat, unde est actio gratiarum, quæ intimo fidelium mysterio celebratur. Illud autem quod sequitur, Et annunciabunt iustitiam eius populo qui nascetur quæ fecit dominus: superioris sensus confirmatio est. Nam quod ibi dictum est: Annunciabitur domino generatio ventura: hic est dictum, hæc annunciabit iustitiam eius. Ipsa quippe generatio, quæ ventura prophetata est piorum atque sanctorum: iustitia Dei est non ipsorum. Ne sint ex illis qui ignorantes Dei iustitiam, & suam uolentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Illa nanque iustitia Dei commendatur in eo quod dicitur. Ignorantes Dei iustitiam, qua nos ex eius gratia iusti sumus, ut ipsa Dei iustitia nos firmus cum iuste uiuimus, credentes in eum qui iustificat impium non illa qua ipse iustus est æterna sua & incommutabili iustitia. Hæc itaque iustitia, qua nos Dei munere iusti sumus significatur in psalmo illo, ubi scriptum est: Iustitia tua sicut montes Dei. Montes quippe Dei, sancti eius sunt, de quibus alibi dicitur: Suscipiant montes pacem populo tuo. Et multa de his montibus scripta sunt figurata locutione quæ commemorare nunc longum est. Sed quia hoc ipsum quod Deus iustificat homines, nimis occulto iudicio facit, quoniam gratuita gratia: Si autem gratia, non ex operibus. alioquin gratia iam non esset gratia, ex hoc quippe incipiunt operibus bona, ex quo iustificamur, non quia præcesserunt iustificamur, & hoc est profundum, de quo superius iam multa diximus, continuo in eodem psalmo cum dixisset: Iustitia tua uelut montes Dei, subiunxit. Iudicia tua uelut abyssi multa. Inde uenit ad salutem hominibus iumentisque cōem, quia & ipsa ex misericordia Dei est, & dicit. Homines & iumenta saluos facies, domine, sicut multiplicata est misericordia tua Deus. Ut hinc intelligamus et illam salutem sempiternā & immortalem, de qua dicit Apostolus: Spe enim salui facti sumus, similiter ut ista, qua hominibus iumentisque cōis est, gratis nos accipere non ex operibus. ne forte quis extollatur, quia opera sua ex ipsius iustificatione operamur.

Ioan. 1.

cap. 29.

4. sen. di. 45. c. sed forte.

A

Tob. 12. Matt. 6.

cap. 28.

2. Cor. 1.

Ecol. 10.

Rom. 14.

B

cap. 30.

Rom. 1.

Psal. 35.

Psal. 71.

Rom. 11.

Psal. 35.

Rom. 8.

Eph. 2. ramur. Ipsius. n. sumus signum creati in Xpo Iesu in operibus bonis q̄ p̄parauit Deus, vt in illis ambulemus. Et illa salus ergo gratuita est de qua in alio psalmo d̄r: Dñi est salus & super populū tuū benedictio tua. Sicut ergo q̄ legitur: Dñi est salus, non ea salus intelligitur qua dñs saluus est, sed qua salui sunt, quos ipse saluos facit. Si cū legitur Dei iustitiam, in eo q̄ scriptum est: Ignorantes Dei iustitiam, & suā volentes constituere, non est illa intelligenda, qua Deus iustus est, sed qua iusti sunt hoīes, quos gratia sua iustificat. Inde. n. salui vnde iusti, qm̄ quod ait: Non est opus sanis medicus sed male habentib. exposuit in cōse quentib. dicens. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Non igitur secundū opera iustitię, q̄ nos fecimus, sed secundū suā misericordiā saluos nos fecit per lauacrū regenerationis. In qua gratia spe salui facti sumus. Vnde in illo psalmo subiungitur: Filij aut̄ hominū sub tegmine alarum tuarū sperabūt, Inebriabuntur ab vbertate domus tuę, & torrente voluptatis tuę potabis eos. Qm̄ apud te est fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumē. Pręterde misericordiā tuā scientib. te, & iustitiam tuā ijs qui recto sunt corde. Huic igitur iustitię Dei contraria superbia est, qua ficitur tanq̄ de operib. proprijs: ideo q̄; ibi sequitur: Non veniat mihi pes superbię. Hęc iustitia Dei, qua eius fide iusti sunt interim uiuentes ex fide, donec perfecta iustitia perducantur ad speciē, sicut salute perfecta, et ad ipsius corporis immortalitatem, gratia noui testamēti. Vnde alio loco dicit Apostolus: Pro Christo legatione fungimur, tanq̄ Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo reconciliari Deo. ac inde subiungit, Eū qui non nouerat peccatū, p̄ctm̄ pro nobis fecit. id est sacrificiū pro peccatis. Nā & ipsa in lege peccata appellabantur, q̄ pro peccatis offerebātur. Vt nos simus iustitia Dei in ipso, i. in eius corpore q̄ est Ecclesia, cui caput est.

Rom. 10. Nos sumus iustitia Dei, quā ignorātes illi & suā volentes cōstituere, i. tan quā de suis operibus gloriantes, iustitię Dei non sunt subiecti. Inde & in hoc psalmo cū dixisset, Annūciabunt iustitiam eius, sequitur & adiungit, populo qui nascetur quē fecit dñs. Quis est iste. n. populus quē non fecit dñs, secundum id q̄ hoīes sunt, qui et pecora creauit a quo est omnis vita, omnisq; facta & creata natu-

ra? Sed ita intelligendū est: Quem fecit dñs, vt non solum quod hoīes sunt, verum etiam q̄ iusti sunt ab illo facti intelligantur, secundum illud quod iā non semel cōmemorauimus ab Apostolo dictū. Ipsius. n. signum sumus creati in Christo Iesu in operib. bonis, q̄ p̄parauit Deus, vt in illis ambulemus. Animę igitur rationalis mutabilitas admonetur, quo nouerit nisi participatione incōmutabilis boni, iustam, saluam, sapientem, beatā se esse non posse, nec sibi eam bonum esse posse propria voluntate sed malum. Propria q̄ pe voluntate auertitur a bono incōmutabili, eaq; auersione vitatur, nec sanari per seipsā p̄t, sed gratuita misericordia sui creatoris, quę in hac vita eam ex fide uiuentem in spe constituit salutis æternę. Vnde non altum sapiat, sed timeat, eoq; timore casto, inhæreat Deo, qui eā a propria immunditia qua inordinate bona inferiora dilexit, velut a quadā fornicatione spiritali mūdauit: nec humanis laudib. extollatur, nec sit in virginibus stultis aliena laude lætantib. (hoc. n. de q̄nibus tuis restat extremum) & p̄ ipsam inanē laudē, non p̄ conscientiam suam, vbi illi testis est Deus, bona operantibus, sed sit in virginibus sapientibus, vbi dicat q̄ ait Apostolus. Nam gloria nostra hæc est testimonium conscientię nostrę. Hoc. n. est oleū ferre secum, non a vendentibus emere, hoc est ab adulatibus. Adulatores nanq; laudem suam tanquā oleū venditant stultis. De hoc oleo d̄r in psalmo: Emendabit me iustus in misericordia & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum. Elegit a iusto misericorditer reprehendi, & quedāmodo colaphizari, q̄ vt ei caput in superbiam crescat peccatoris adulatione laudari. Irridentium quippe responsio mihi videtur, cum eis a sapientibus virginibus dicitur, Ite potius ad vendentes & emite vobis, sicut in quodam libro Sapientię scriptum est, vbi contemptoribus dicit: Et ego perditioni vestrę superidebo. Illa aut̄ responsione, qua petentibus oleū dictū est: Ne forte non sufficiat nobis, non desperanter, sed humiliter dictum est. Quis. n. sic præsumat de cōsciētia sua, ut certus sit eam sibi in iudicio Dei posse sufficere, nisi misericors misericorditer iudicet? Iudicium. n. sine misericordia illi qui nō fecit misericordiā. Ipse aut̄ sunt lampades accen-

sa opera scilicet bona, de quibus dominus dicit: Luceant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrū, qui in cęlis est. Hucusq; pertēdit intētio virginū sapientū, vt ideo velint videri ab hoībus opera sua bona, nō quo ab eis laudentur ipsę, sed vt glorificentur Deo a quo illis est quod bene operantur. Ac per hoc interiori bono gaudent, quod est corā Deo, vbi elemosinā in occulto pater qui videt in occulto reddat. Et ideo non deficiūt lampades, quia interiori oleo vegetātur. i. intentione bonę cōsciētię, qua corā Deo sit in eius gloriā, quicquid corā hoībus in bonis operibus lucet. At vero stultarū virginū hoc oleū non secum portantium deficiūt lampades, id est, non perseueranter bona opera lucent, cum laus humana fuerit subtracta, propter quā illa faciabant, hucusq; intētionem suam perdūcentes, vt viderentur ab hominibus, non vt glorificaretur pater qui in cęlis est: quę intentio perennis est glorię, qua nouit aīę Deo se debere quod iustificata est ad faciēda bona opera, & ideo in illo non in se laudari amat. Vnde alibi homo Dei cantat: In dño laudabitur aīa mea, vt q̄ gloriatur in domino gloriatur. Sed quid est qd̄ in eadē Euangelij lectione scriptū est: Oēs sp̄so tardante dormisse? somnū istū si intellexerimus, quod velut tardante iudicio, ad quod faciendū venturus est Christus abundante iniquitate charitas refrigescit, quō ibi ponem⁹ virgines sapientes, cū potius in illis sint de quib. dicitur: Qui aut̄ perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit? Dictū est ergo, dormierunt oēs: quia non tm̄ stulti, qui propter humanā laudē bona operantur corā hoībus, verū etiam sapientes, qui hoc propterea faciūt, vt laudetur Deus experiuntur istam mortē. Ex utroq; enim genere moriuntur. Et ista mors sæpe in scripturis dormientiū dicitur, propter futurā resurrectionē velut euigilationē.

2. The. 4. Hinc Apostolus dicit: De dormientibus aut̄ nolo vos ignorare fratres. Et alio loco: Ex quibus plures manent vsq; adhuc, quidā aut̄ dormierūt. Et alia innumerabilia in hoc testimonia aperte p̄ scripturas vtriusq; testamēti reperiunt. Vnde & ille ait: Cōsanguineus lethi sopor. Et si aduertas, multa inuenies et̄ in secularib. literis ubi mors somno cōparat. Significauit ergo dñs futurū esse tēp⁹, quo inter tribulationes & tentationes sæculi

huius iā iamq; eius expectaretur aduentus, tanquā propinquus atq; imminens, ad quē se p̄parent qui in eius familia videntur: Hoc est enim quod ait, exisse obuiā sp̄so, & sp̄sa. Sponso quidē filio Dei, sponsę autē, siue qua in eo corpore venturus est quod sumpsit ex virgine, siue quia ipsa Ecclesia tunc clarior apparebit, vt ad vniuersi corporis congregationem membra concurrant quibus cōcurrētibus, eius magnitudo monstrabitur. Virgines propter cōtinētiā nuncupauit Decē uero. i. quinq; & quinq; propter numerū quo cęsentur corporis sensus, in quibus habitat cōtinētiā, cū a uoluptatibus turpibus & illicitis abstinetur. Lampades, sicut dictū est, bona sunt opera, maximeq; ad misericordiam pertinentia, & ipsa quę etiā corā hoībus lucet laudabilis cōuersatio. Sed magni interest, quā mētis intētio fiat. Ideo dicit alias sapientes, stultas alias. Sed hinc eas discernit qd̄ stultę non sumpserunt oleū secū, sapientes aut̄ acceperunt oleum secū in uasis suis hoc est, in cordib. suis, ubi sit ipsa participatio intimi ac superni boni. Vñ in psalmo quodā cū dictū esset: Sacrificate sacrificiū iustitię, & sperare in dño, multi, inquit, dicūt, quis ostendit nobis bona? Deinde ut manifestaret, cuius boni amore debeamus operari iustitiā, hoc est, sacrificare sacrificiū iustitię & sperare. Signatū est, inquit, in nobis lumē uultus tui dñi, dedisti lætitiā in corde meo. Cuius boni aliquantū participati, & plēnius p̄fectiusq; participādi intētio qui bene operatur, & laudabiliter etiā in conspectu hominū cōuersatur, habet oleū secū, quo bona opera eius et̄ in conspectu hominū lucentia non extinguantur, quia nō in eo charitas refrigescit abundante iniquitate, sed perseuerat usq; in finem. Hoc oleū stultę virgines nō habent secum, qm̄ sibi tribuendo siquid boni operis faciunt, necesse est inflentur superbia, & propter hoc uitiū sic laude delectētur humana, ut ei⁹ gaudio si quod boni agunt feruere & lucere videantur. Tardante aut̄ sponso dormierūt omnes. Non. n. tunc ueniet cū speratur, sed media nocte cū ualde obscurum. i. occultū erit, an ueniat. Vñ dicit, media nocte clamorē factū: Ecce sp̄sus uenit, exite obuiā ei. Nimirū clamor iste ipse ē tuba illa q̄ cōmemorās Apostol⁹ dicit: Canet. n. tuba & mortui resurgēt incorrupti: tubę noīe aliquod euidentissimum

Psalm. 3.
Rom. 10.
Mat. 9.
Ti. 3.
Psalm. 33.
1. Cor. 1.
Cap. 32.
Mat. 25.
Mat. 24.
2. The. 4.
Psalm. 31.

Eph. 1.
Cap. 31.
H.
Virgines.
fatua.
1. Cor. 1.
Pf. 140.
Mat. 11.
Pror. 1.
I.
146.

Cap. 33.
Psalm. 4.
Cap. 34.
Mat. 25.
1. Co. 15.
1. The. 4.
Ioan. 5.

simum & præclarissimū signum vult intelli-
gi. Quā vocē archāgeli & tubā Dei alio lo-
co dicit. Quæ ē vox ipsius dñi Iesu Xpi in
Euāgēlio dicit, quā audiēt ij qui in monumē-
tis sunt & procedent. Surgunt ergo oēs virgi-
nes illæ & sapiētēs & stultę, & aptāt lāpades
suas, id est, rationē preparant reddere de ope-
ribus suis. Sed tūc in illius clamoris euidentia
& resurrectione mortuorū, quia nulla erit
dubitatio iā instantis præsentisq; iudicij, sub-
trahetur omne solatiū laudis humanæ. Neq;
enim vacabit de alio disceptare, vel de alio
iudicare, aut gratificari atq; suffragari alteri

B qñ vnusquisq; propriū onus portabit, & de
suorū factorū reddēda ratione cogitabit: ac
per hoc feretur animus quidē virginū stulta-
rū cōsuetudine propria sed nō inuentis laudi-
dibus humanis deficiet. Neq; enim germani-
tus dixerūt: Apud te laus mea, vel, In dño lau-

Psal. 21.
Psal. 33.
Rom. 10.

dabitur aia mea, Aut in dño gloriata sunt,
cū ignorantes Dei iustitiā, suā iustitiā cōsti-
tuerent, ac per hoc petunt à sapiētibus oleū
hoc est, aliquā consolationē, nec inueniūt
nec accipiunt, illis rñdentibus se ne scire, v-
trū sibi sufficiat ipsa cōscientia, quæ expectāt
misericordiā sub illo iudice, qui cū in thro-
no sederit, quis gloriabitur castū se habere
cor, aut quis gloriabitur mūdā se esse à pctō
superexultet misericordiā iudicio? quæ sup
eos erit, qui misericordiæ opera illa intētio-
ne fecerūt, vt eorū misereretur, à quo se scie-
bant accepisse qđ habebāt: nec gloriabantur
quasi nō acceperint, sed per ipsos habuerint
qđ placebāt, sicut stulti & qui sibi placēt tāq;
de bono à se sibi parato, & ab adulantib. vel
errantibus, ita laudātur, ac si ipsi sint aliquid

Gala. 6.

Qui aut putat se esse aliquid, cū nihil sit, sicut
dicit Apostolus, seipsum seducit. Opus at suū
pbet vnusquisq; & tunc in seipso tm gloriā
habebit, & nō in altero: hoc est, portare oleū
secū, nō ex aliena laude dependere. Sed quā
gloriā in se habebit, nisi eā cui dñ: Gloria
mea & exaltās caput meū, vt qđ saepe dicēdū
est, qui gloriatur, in dño gloriatur? Proinde

Prou. 1.
Mat. 25.

sapiētia, quæ in sapientib. virginib. habitat,
scđm illud qđ ante pdixit cū ait cōtēptorib.
& sanā doctrinā accipere recusantib. Et ego
vestræ perditioni superridebo, dicit stultis
virginibus. Ite potius ad vendentes, & emite
vobis, tanq; diceret. Vbi sunt qui vos fallebāt
mendosissimis laudib. qñ & à vobis falleba-

mini quia in vobis nō in Deo gloriabamini
Qđ aut dicit: Et dñ eunt emere, venit spōsus,
& q paratæ erant, intrauerunt cū eo: hoc mi-
hi videtur intelligendū, qđ vitioso cordis af-
fectu inhabant inani glorię quā vana mētis
elatione sectatæ sunt. Et ipse appetitus signi-
ficatus est in eo qđ dictū est, dñ eunt emere
venit sponus, & in troierunt cū eo ad nu-
ptias quæ paratæ erant, hoc est, quæ verā fi-
dē, verāq; pietatē corde gestabāt, qua pos-
sēt cōtēpereris numero societatiq; sāctorū,
nō in seipsis, sed in dño gloriātū, vt intrarēt
cū eis in ilud gaudiū, de quo dicitur: Intra in
gaudiū dñi tui: vbi erit perfecta participatio
incomutabilis boni, cuius modo velut arra-
quādā per fidē tenetur, vt secūdū hāc gratiā
viuamus, inquantū Deo non nobis viuimus.

D

Proinde quod sequitur: Nouissime veniunt
& reliquę virgines dicentes: Dñe dñe aperi
nobis: nō dictū est eas emisse oleū, & sic ve-
nisse, neq; enim iā erat vnde, sed misericor-
diā sero quæsisse cū iā tps iudicandi eēt à p-
bis & reprobos separandi. Recte aut illis rñ-
det, Amen dico vobis, nescio vos. Ille quip-
pe hoc dicit, quē nō latet aliquid. Sed nescio
vos, nihil aliud ē, qđ nescitis me, qñ de vobis
potius eligitis considerari quā de me. Cū n.
dicit qđ nos cognoscit Deus, cognitionē sui
nobis pstat, vt per hoc intelligamus, ne hoc
quidē nobis esse tribuendū, qđ nos scimus
Deū, sed eam quoq; scientiā illius misericor-
diæ tribuamus. Vnde cū quodā loco Apolto-
lus diceret: Nunc aut cognoscētes Deū: cor-
rexit & ait: Immo cogniti à Deo, quid aliud
volēs intelligi, nisi qđ eos ipse fecerit cogni-
tores suos? Nemo at cognoscit Deū, nisi qui
intelligit illū esse summū atq; incomutabile
bonū, cuius participatione fit bonus. Quod

Cap. 31.
Mat. 25.

E

in huius psalmi conclusione positū est: An-
nunciabunt iustitiā eius populo qui nascetur
quē fecit dñs. Inde est illud: quod in alio psal-
mo: ipse fecit nos, & non ipsi nos. Hoc enim
non ad eā naturā qua homines sumus, cuius
naturā idē ipse creator est, qui celi & terrę
syderū omniumq; animantium, sed ad illud
potius referēdum est, quod Apostolus ait: Ip-
sius enim sumus figmentū creati in Iesu Chri-
sto in in operibus bonis quæ præparauit Deus
vt in illis ambulemus. Arbitror tibi satis
esse solutas tuas quinque quæstiones, dum
in ista mea veluti sexta immorarer, quam
mihi

Ioan. 1.

*a. l. immir-
tendo.*

Epilogus.

F

mihī proposui de gratia noui testamenti, pp
quā verbum caro factum est. i. qui filius Dei
erat, homo factus est naturam suscipiendo
nostrā, nō mutādo * suā, per qđ & nobis suā
recipientib. ea ptās dare, vt qđ eramus hoīes,
filij Dei fieremus participatione incomuta-
bilis boni in melius commutati, non ad tem-
poralē foelicitatē, sed ad vitæ æternæ, quæ so-
la beata est, adoptionem: Vnde placuit etiam
propheticum psalmū percurrere. Cuius pri-
mū velum in passione cōmemorauit, ostēn-
dens quō nos Deus derelinquat, & qđ alio
mō nō recedat à nobis, ad bona æterna nos
colligens, tpalia vero aliqñ vtiliter tribuens,
& aliqñ vtiliter sub trahens, vt eis non hēre-
dicamus, ne contempta lucē interiore, quæ
ad nouā pertinet vitā, vnde etiā psalmus iste
ipse pro susceptione matutina, tanq; p luce
noua nomē accepit, ne in exteris tenebris li-
benter habitemus, vñ in exteriores mittunt,
qui ex istis exteris, non se ad interiora cōuer-
tunt, ne diabolo & angelis eius sociati extre-
ma dñatione puniamur: Intelligentes igitur
peregrinationem nostrā in hac vita, mundo
crucifigamur, extēdētes manus in latitudinē
bonorū operū, & longanimitate vsq; in finē
pseuerate, atq; habētes cor sursum, vbi Chri-
stus est in dextera Dei sedens, totumq; hoc
nō nobis, sed illius misericordiæ tribuentes,
cuius profunda iudicia oēm scrutatorē fati-
gant. Hæc est enim non inaniter fabulosa, sed
vtiliter verax latitudo, lōgitudo, altitudo pro-
fundū, vnde perueniamus ad eam superemi-
nentem scientiā charitatis Christi & implea-
mur in omnem plenitudinem Dei. Scio aut
qđ non superuacua solitudine, per hanc oc-
casionem qđnum mihi à te propositarū, no-
ui testamēti gratiam tibi voluerim copiosius
commendare. Habet. n. aduersarios qui eius
profunditate turbati, nō Deo tribuere, sed po-
tius sibi volunt arrogare qđ boni sunt. Nec ta-
les sunt quos facile contēnas, sed continēter
viuentes, atq; in bonis operibus laudabiles,
nec falsum Christū sicut Manichæi, alijque
plurimi hēretici, sed eundē verū æqualemq;
patri & coætēnū, veraciterq; hoīem factū,
& venisse credentes, & venturū expectantes,
sed tñ ignorantes Dei iustitiā, & suā consti-
tuere volētes. Neque enim frustra dominus,
cū & illas commemoraret quæ secū intraue-
runt ad nuptias, & illas contra quas ianuas

Cap. 37.

G

Rom. 10.

Mat. 25.

clausit, & quib. rñdit: Nescio vos, vtrāq; vir-
gines dixit, pp cōtinetiā, & quinq; pp cōcu-
piscētiā carnis edomitam, quinario pditam
sensu, ornatas vtrāq; lāpadib. pp bonorum
operum bonæq; cōuersationis in conspectu
hoīm luculētissimā laudē, vtrūq; obuiā spō-
so euntes, propter expectationē qua Christi
speratur aduentus, sed tamen alias sapientes,
alias stultas, quod sapientes oleum accepe-
rūt in vasīs suis, stultę hoc nō ferebāt, secum:
in tam multis pares, hoc solo eas dispares de-
mōstrat, hoc solo diuersa eis, & cōtraria no-
mina. Quid. n. tam cōiunctū qđ virgines & vir-
gines, & qñq; & qñq; & lāpadib. ornata ob-
uiā sponso euntes, & ista & ille? Et qđ tā cōtra-
riū qđ sapiētēs & stultæ? videlicet qđ iste oleū
in vasīs, hoc est, intelligentiā gratiæ Dei por-
tant in cordib. suis, scientes qđ nemo possit
esse cōtinēs nisi Deus det, & hoc ipsū sapien-
tiæ deputātes, scire cuius hoc donum sit. Ille
aut largitori oīum bonorum gratias nō agē-
tes, euauerūt in cogitationib. suis & obscu-
ratū est insipiens cor earū, dicētes se esse sa-
piētēs stultę factæ sunt: De qb. sane nullo mō-
nūc desperādum est anteq; dormiamus. Sed
si ita dormierint: cū factus fuerit clamor ille:
quo adesse iā nunciabit sponus, & euigilan-
tes, hoc est, resurgentes remāserint foris, nō
de habeant qđ sunt stultæ virgines sunt, mē-
rito foris erunt, quia intranea nō secutæ fue-
runt. * Qñ tales ergo repereris non tibi p sua
deāt inanitatē vasorum suorū, sed tu eis po-
tius plenitudinē. Vnde ait Apostolus: Quisq;
se putat aliqd scire, nōdum scit quē admōdū
oportet scire. Et mox ostēdens qđ dixerit, qđ
qđ aut, inqt, diligit Deū, hic cognit⁹ est ab il-
lo. Nec sic dicere voluit, cognouit eū, sed di-
cēdo, cognitus est ab illo, expresius voluit
cōmendare, et hoc ab illo nobis esse vt eū di-
ligamus. Caritas. n. Dei diffundit in cordib.
nostris, nō per nos ipsos, sed p spm sanctum
qui datus est nobis. Neesse est autem vt pa-
rum diligit eū qui nō ab illo, sed à seipso bo-
num se arbitrat effectum: vnde aut fieri pōt
vt talis non in seipso, sed in dño gloriē. Qui
enim gloriatur quod sit bonus, in illo debet
gloriarī, à quo factus est bonus, ac per hoc
qui se à semetipso factum bonum arbitrat,
cōsequens est, vt in seipso nō in domino glo-
rietur. Omnis autem intentio gratiæ noui
Aug. Tomus secundus A a testa-

H

Sapient. 8.

Rom. 1.

*a. l. quia
interca
affectum
gratiæ nō
secum fe-
runt.*

1. Co. 8.

Rom. 5.

Sac. I.

testamenti, qua sursum cor habemus, Quia omne datum optimum, & omne donum p̄se et̄u desursum est, id agit ne simus ingrati: atq; in ipsa gratiarum actione nihil aliud agitur, nisi vt qui gloriatur, in dño gloriēf. Habes li- brum, etsi prolixum, tñ (quantum existimo) non superfluū. Sed ama etiam Ecclesiasticas legere literas, & non multa inuenies quæ requiras ex me, sed legendo, & ruminando, si etiam pure dñm largitorem bonorum oīum deprecis, omnia q̄ cognitione digna sunt, aut certe plurima, ipso magis inspirante, q̄ hominum aliquo cōmonente perdisces, quā quam eo ipso quo foris secus bene admonem tem iudicio non errante p̄probamus, quid aliud quā internum lumen: magistram nos habere testamur.

Augustinus Probæ viduæ diuiti præscribit quō sit orandus Deus. Epi. CXXI.

Cap. I.

Augustinus Episcopus seruus Christi ser- uorumq; Christi, religiosæ famulæ Dei Probæ in dño dominorum salutē. Et petisse te & promississe me recolens, vt de orando Deo, ad te aliqd scriberē, vbi tribuente ipso quē oramus, t̄ps facultasq; cōcessa est, oportuit, vt debitū meum iam iamq; persoluerē, & pio studio tuo in Christi charitate seruire. Quam me aut̄ l̄tificauerit ipsa petitio tua, in qua cognoui quantā rei tantē curā geras, ver- bis explicare nō possum. Quod enim maius oportuit esse negociū viduitatis tuæ, q̄ p̄siste- re in orōne nocte ac die s̄m Apostoli admo- nitionē? Ille q̄ppe ait. Quæ aut̄ vere vidua est & desolata, speret in dño, & persistat in orō- ne nocte ac die. Vnde mirū videri p̄t, cū sis s̄m hoc seculum, nobilis, dides, tantæq; fami- liæ mater, & iō licet vidua, non tñ desolata, quō occupauerit cor tuum p̄cipueq; sibi vendicauerit orandi cura nisi quia prudēter intelligis, quod in hoc mundo, & in hac vita nulla anima possit esse secura. Proinde qui ti- bi eam cogitationē dedit profecto facit qd̄ discipulis suis non pro seipsis, sed pro huma- no genere contristatis, & desperantibus quē- quam posse saluari, posteaquā ab illo audie- runt: Facilius esse camelum intrare per fora- men acus, quam diuitem in regnum cœlorū mirifica & misericordissima pollicitatione respondit: Deo esse facile quod hominib. im-

Mat. 19.

possibile est. Cui ergo facile est, vt etiam di- ues intret in regnum cœlorum, inspirauit ti- bi piam sollicitudinem, de qua me consulē- dum putasti, quonam modo tibi esset oran- dum. Ille nanq; cum etiam hic adhuc esset in carne, Zachēum diuitem in regnum cœlorū misit, & resurrectione atq; ascensione glori- ficatus multos postea diuites impartito spiri- tusancto fecit huius seculi contemptores, & finita diuitiarum cupiditate ditiores. Quō. n. tu sic studeres orare Deū, nisi sperares in eo? Quomodo aut̄ sperares in eo, si sperares in incerto diuitiarum, & contemneres p̄ceptū saluberrimum, quo Apostolus ait: Præcipe diuitib. huius mundi non superbe sapere, ne que sapere in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo qui præstat nobis omnia abundanter ad- fruendum, vt diuites sint in operib. bonis, fa- cile tribuant, communicent, thesaurizent si- bi fundamentum bonum in futurum, vt ap- prehendant veram vitam. Debes itaque p̄- amore huius verę vitę, etiam desolatā te pu- tare in hoc seculo, in quantalibet eius felici- tate verferis. Nam sicut est illa vera vita, in cuius comparatione vtrique ista quę multum amatur quamlibet iucunda atque producta sit, nec vita dicenda est, sic est etiam solatium verum, quod per Prophetam dominus promittit dicens. Dabo illis solatium verum, pacem super pacem, sine quo solatio quæ- cunque sunt terrena solatia, magis in eis deso- latio quam consolatio reperitur. Diuitiæ quippe atque fastigia dignitatum, ceteraque huiusmodi, quibus se foelices esse putant mortales veræ illius foelicitatis expertes, quid afferunt consolationis, cum sit eis non indigere quam eminere præstantius, quæ plus excruciant adeptæ timore amissionis, quam concupitæ adeptionis ardore? Talibus bonis non fiunt homines boni, sed aliunde boni facti bene vtendo faciunt, vt ista sint bo- na. Nō sunt ergo in ijs vera solatia, sed ibi po- tius vbi vera vita. Nam inde necesse est, vt fiat homo beatus, vnde fit bonus. Homines aut̄ boni videntur etiam in hac vita præstare non parua solatia. Nā si paupertas angit, si lu- ctus mētificat, si dolor corporis inquietat, si contristat exilium, si vlla calamitas alia ve- xat, asint boni homines, qui non solum gau- dere cum gaudentibus, verum etiā flere cum flentib. norūt, & salubriter alloqui & colloq- sciunt,

1. Ti. 6.

M

Cap. 2.

A

sciunt, plurimum illa aspera leniuntur, rele- uantur grauias, superant aduersa. Sed ille hoc in eis & per eos agit, qui spiritu suo bonos fecit. Ecōtra si diuitiæ circumfluant, nulla or- bites accidat asit sanitas carnis, icolumi ha- bitef in patria, & cohabitent mali hoīes, in q- bus nemo sit cui fides adhibeat, à quo nō do- lus, fraus, iræ, discordiæ, insidię timeant atq; sustineant. Nonne illa omnia fiunt amara & dura, nec aliqd lætum vel dulce est in eis? Ita in quibuslibet reb. humanis nihil est homini amicū sine hoīe amico. Sed quorūsq; ta- lis inuenit, de cuius aīo & moribus sit in hac vita certa securitas? Nā sicut sibi quisq; nemo alter alteri notus est, & tñ nec sibi quisque ita notus est vt sit de sua crastina conuersione securus. Proinde quāuis ex fructib. suis mul- ti cognoscat, & alij quidē bene viuendo p̄- ximos l̄tificēt, alij male viuendo cōtristent, tñ p̄ humanorum aīorum ignota & incerta rectissime Apostolus admonet, vt nō ante t̄ps q̄quam iudicemus donec veniat dñs, & illuminet abscondita tenebrarū, & manifestet cogitationes cordis, & tūc laus erit vniciq; à Deo. his In igi vitæ hui⁹ tenebris, in qb. pe- regrinamur à dño quandiu per fidem ambu- lamus, nō per sp̄m, desolatam debet se chri- stiana anima putare ne desistat orare, & scri- pturarum diuinarū sanctarūq; sermoni di- scat tanq̄ lucernę in obscuro loco positæ, fi- dei oculum intendere, donec dies luceat, & lucifer oriat in cordibus nostris. Huius. n. lucernæ quidam fons ineffabilis lumē illud est, quod sic lucet in tenebris, vt non cōpre- hendatur à tenebris, cui videndo, fide corda mundanda sunt. Beati. n. mūdo corde, qm̄ ip- si Deū videbunt. Et scimus qm̄ cum apparue- rit similes ei erimus, qm̄ videbimus eum si- cuti est. Tunc erit vera vita post mortem, ve- rumq; solatium post desolationem. Illa vita eximet animam nostram de morte, & illud solatium oculos nostros à lachrymis. Et qm̄ ibi iam nō erit vlla tentatio, ideo sequitur in eodem psalmo: Pedes meos à lapsu. Porrò si nulla tentatio, iam nulla oratio. Non enim ibi adhuc erit promissi boni expectatio, sed redditī contēplatio. Vnde, Placebo, inquit, dño in regione viuorum, vbi tunc erimus, non in deserto mortuorum, vbi nunc sumus. Mortui enim estis ait Apostolus, & vita ve- stra abscondita est cū Christo in Deo. Cum

1. Cor. 4.

3. Cor. 5.

2. Pet. 1.

Affo. 15

Mat. 5.

1. Ioan. 3.

Ps. 114.

Colo. 3.

Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Hæc est enim vera vita quam iubentur bonis operib. appre- hendere diuites: & ibi est verum solatiū, quo solatio nunc vidua desolata, etiam quæ filios & nepotes habet, & domū suam pie tractat, agens cū omnib. suis, vt ponat in Deo spem suam, dicit tñ in orōne: Sitiuit in te aīa mea quam multipliciter tibi caro mea in terra de- ferta & sine via & sine aqua, qd̄ ista moribū da vita, quibuslibet mortalib. solatiis frequē- tetur, quibuslibet itinerantib. comitēf, quan- talibet rerum copia cumuletur, nosti q̄ppe ista omnia quā incerta sint. Et in illius pro- missæ foelicitatis cōparatione quid essent, et si incerta non essent? Hæc dixi, qm̄ sermonē meum vidua diues & nobilis, & tantæ fami- liæ mater, de orōne quæsti, vt etiam tecū in hac vita permanentib. & obsequentib. tuis, in- sentias desolatam, nondum vtiq; apprehensā illa vita, vbi est verum certumq; solatiū, vbi implebitur quod in prophetia dictum est: Satiati sumus mane misericordia tua, & exul- tauimus & iocundati sumus in omnibus die- bus nostris. Iocundati sumus pro diebus qui- bus nos humiliasti, annis, quibus vidimus ma- la. Antequam ergo ista consolatio veniat, quā tacunq; temporalium bonorū foelicitate cir- cunfluas, vt persistas in orationibus, die ac nocte, desolatam te esse memineris. Non. n. Apostolus qualicūque viduæ hoc munus tri- buit, sed quæ vere, inquit, vidua est & desola- ta, speret in domino, & persistat in orōnib. die ac nocte. Quod vero sequitur, vigilantif- sime caue. Quæ autem in delitiis agit viuens mortua est. Agit enim homo in his quæ dili- git quæ pro magno appetit, quibus beatum se esse credit. Quapropter quod scriptura di- xit de diuitiis: Diuitiæ si affluant, ne apponas cor, hoc etiam de delitiis tibi dico: Delitiæ si affluant, ne apponas cor. Non ideo te magni- pedas, quod non desunt, quod affatim suppe- tunt, qd̄ velut ex fonte largissimo terrenæ foelicitatis fluunt. Omnino hæc in te despice atq; contemne, ne in iis quicquam requiras præter integrā corporis valetudinē. Hæc. n. contēnenda non est propter necessarios vsus huius vitæ, antequam mortale hoc indua- tur immortalitate, hoc est, vera & perfecta & perpetua sanitas, quæ non temporali deficiens infirmitate, corruptibili volunta-

1. Tim. 5

Psal. 41.

D

Psal. 89.

Cap. 3.

1. Ti. 5.

Psal. 61.

E

Bona ma-

lertuda.

1. Co. 15

te reficitur, sed coelesti firmitate persistens, eterna incorruptione vegetat. Nam & ipse apostolus. Carnis, inquit, prouidenciam ne feceris in concupiscentiis, quia gerimus curam carnis, sed ad necessitatem salutis. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit sicut item ipse dicit. Hinc est enim quod Timotheum, nimium, si cut apparet corporis castigatore admonet, ut modico vino utatur, propter stomachum & frequentes suas infirmitates. Has ergo delicias, in quibus vidua si agit, hoc est, si in delectatione carnis haeret atque habitat, viuens mortua est, multi sancti, & sancte omnimodo cauentes, ipsas velut matres deliciarum diuitias dispergendo pauperibus abiecerunt & tali modo in coelestibus thesauros tutius condiderunt. Quod si tu deuincta aliquo pietatis officio non facis, tu scis quomodo de istis rationem reddas Deo. Nemo enim scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Nos non debemus ante ipsos quicquam iudicare, donec veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique a Deo. Fertinet tamen ad vidualem curam tuam, deliciae si affluant ne apponas cor, ne in eis putrescendo moriatur quod sursum esse debet ut viuat. Te in illorum numero deputo, de quibus scriptum est. Viuent corda eorum in seculum seculi. Audisti qualem literas, nunc audi & quid ores, unde me maxime consulendum putasti, quoniam te promouet quod ait apostolus. Quid enim oremus sicut oportet nescimus, & timuisti ne magis tibi obstitit, non sicut oportet orare, quam non orare. Quod sic itaque dici breuiter potest. Ora beatam vitam. Hanc enim habere omnes homines volunt. Nam & qui pessime & perditte viuunt, nullo modo ita uiuerent, nisi eodem modo se esse vel posse fieri beatos putarent. Quid ergo aliud oportet te orare, nisi id quod cupiunt & mali & boni, sed ad quod perueniunt non nisi boni? Hic fortasse iam quaeras, quid sit ipsa beata vita. In qua quaestione multorum philosophorum ingenia etiam contrita sunt, qui tamen eam tanto minus inuenire potuerunt, quanto minus eius fontem honorauerunt, eique gratias egerunt. Prius itaque attende, utrum acquiescendum sit eis qui dicunt eum beatum esse, qui secundum suam uiuit uoluntatem. Sed absit ut hoc verum esse credamus. Quid si enim nequiter velit uiuere: Nonne tanto mi-

serior esse conuincitur, quanto facilius eius uoluntas impletur? Merito hanc sententiam etiam ipsi, qui sine cultu Dei philosophati sunt respulerunt. Nam quidam eorum uir eloquentissimus ait: Ecce autem alij non philosophi quidem, sed prompti tamen ad disputandum, omnes aiunt esse beatos qui uiuunt ut ipsi uelint, falsum id quidem. Velle enim quod non deceat, idem ipsum miserrimum, nec tam miserum est non adipisci quod uelis, quam adipisci uelle quod non oporteat. Quid tibi uidentur haec uerba? Nonne ab ipsa ueritate per quemlibet hominem dicta sunt? Possumus ergo hic dicere quod apostolus ait de quodam Poeta Cretensi, cum eius illi sententia placuisset, Testimonium hoc uerum est. Ille igitur beatus est, qui omnia quae uult habet, nec aliquid uult quod non decet. Quod si ita est, uide iam quare homines non indecenter uelint. Alius uult coniugari, alius coniugio uiduatus deinceps continenter eligit uiuere, alius nullum concubium nec in ipsis nuptiis experiri. Et si aliud hic alio melius reperitur, nullum tamen istorum possumus dicere indecenter aliquid uelle, sic & optare filios, nuptiarum scilicet fructum, & eis qui suscepti fuerint vitam ac salutem, quo uotoperunquē occupatur etiam continentia uidualis. Nam etsi spreto coniugio iam non optant etiam filios procreare, optant tamen quos procreauerunt in columes uiuere. Ab hac omni cura immunis est uirginalis integritas. Habent tamen omnes charos & charas, quibus non indecenter optant etiam temporalem salutem. Sed cum istam salutem in seipsis & in eis quos diligunt adepti homines fuerint, num poterimus eos dicere iam beatos? Habent enim aliquid quod non dedecet uelle. Sed si alia non habent maiora atque meliora & utilitatis deorisque pleniora, adhuc a beata uita longē absunt. Placetne igitur ut per salutem istam temporalem optent sibi ac suis honores & potestates? Sanē si ut per hoc conuolant eis qui uiuunt sub eis, non propter haec ipsa sed propter aliud quod inde sit bonum decet ea uelle: si autem propter inanem fastum elationis pompamque superfluam, uel etiam noxiam uanitatis, non decet. Quae circa si optant sibi ac suis etiam sufficientiam rerum necessariorum, de qua sic apostolus loquitur. Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre

13. de Trinit. Cap. 4. Cicero.

H. Tit. 1.

I. Cap. 6.

hinc

hinc aliquid possumus, uictum & tegumentum habentes his contenti sumus. Nam qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationem & laqueum, & desideria multa stulta & noxia, quae mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum auaritia, quam quidam appetentes a fide errauerunt, & insenserunt se doloribus multis: haec ergo sufficientiam non indecenter uult quis uult, nec amplius uult, alioquin non ipsam uult, & ideo nec decenter uult. Haec optabat & pro hac orabat qui dicebat: Diuitias & pauperatē ne dederis mihi. Constat autem mihi, quae necessaria sunt sufficienter, ut ne fatiatus mendax efficiar, & dicam quae me uidet, aut pauper factus furer & periurum nomen Dei mei. Vides certe & istam sufficientiam non appeti pro seipsa, sed pro salute corporis, & congruentem habitum personae hominis, quo habitu non sit inconueniens eis, cum quibus honeste officiosusque uiuendum est. In his itaque omnibus incolumitas hominis & amicitia pro seipsa appetunt, sufficientia uero rerum necessariorum non pro seipsa, sed propter quae superiora quaeri solent, cum deceter quaeritur. Incolumitas porro in ipsa uita ac salute atque integritate animi & corporis constituta est. Itemque amicitia non angustiis finibus terminanda est. Omnes enim quibus amor & dilectio debetur, amplectitur, quis in alios propensus, in alios suspensus inclinatur. Peruenit autem usque ad inimicos, pro quibus etiam orare praecipimur. Ita nemo est in genere humano cui non dilectio, etsi non pro mutua charitate, pro ipsa tamen communis naturae societate debeatur. Sed ipsi nos multum iustitiamque delectant, a quibus uicissim sancte castique diligimur. Ista cum habentur ut teneantur, cum autem non habentur ut habeantur, orandum. Hoc enim totum & haec sunt omnia, quibus beata summa uita colligitur, an aliquid aliud ueritas docet quod his omnibus praefera? Nam & illa sufficientia, & ipsa incolumitas, uel propria, uel amicorum, quando temporalis est, pro aeternae uitae ademptione abijcienda est, quanquam fortasse corpus, animus uero nullo modo sanus existimandus est, qui non temporalibus aeterna praeposit. Neque enim in tempore utiliter uiuitur, nisi ad comparandum meritum quo in aeternitate uiuatur. Ad illam ergo unam uitam, qua cum Deo & de Deo uiuitur, caetera quae utiliter & decenter optantur, sine dubio referenda sunt. In eo quoque

Pro. 30.

K

Cap. 7.

I

pe nosmetipsos diligimus, si Deum diligimus, & ex alio precepto proximos nostros sicut nosmetipsos ita uere diligimus, si eos ad Dei similem dilectionem (quantum in nobis est) producamus. Deum igitur diligimus pro seipsum, & nos ac proximos pro ipsum, nec cum ita uiuimus, iam nos in ipsa beata uita constitutos existimemus, quasi nihil sit amplius quam ore mus. Quomodo enim iam beate uiuimus, cum illud adhuc desit, propter quod unum bene uiuimus? Ut quid ergo per multa dispergimur, & quaerimus quid oremus, ac non potius cum psalmo dicimus. Vnam petij a domino, hanc requiram, ut habitem in domo domini omnibus diebus uiae meae: Ut contempler delectationem Dei, & uisitem templum sanctum eius? Ibi nanque omnes dies non ueniendo & transferendo sunt omnes, nec initium alterius est finis alterius, omnes sine fine sunt, ubi nec ipsa uita habet finem, cuius illi dies sunt. Propter hanc uita adipiscendam uita beatam ipsa uera uita beata nos orare docuit non in multiloquio, tanquam eodem fiat, ut exaudiamur, quo loquaciores sumus, cum eum oremus, qui nouit, sicut ipse dominus ait, quid nobis necessarium sit priusquam petamus ab eo. Unde mirum uideri potest, quanuis multiloquium prohibuerit, cur nos sic orare adhortatus sit, qui nouit, quod nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo, ut diceret, Oportet semper orare & non deficere, uideam cuiusdam proposito exemplo, quod de suo aduersario cupiens uindicari, iudicem iniquum saepe interpellando flexit ad audiendum, non iustitia nec misericordia permotus, sed tadio superatum, ut hinc admoneremur, quanto certius nos exaudiat misericors, & iustus dominus Deus sine intermissione orantes, quam illa nec ab iniquo & impio iudice potuit assidue interpellatione, contemni, & quae libens atque placatus bona desideria impleat eorum, a quibus aliena peccata nouit ignosci, si quo cupiebat ille, peruenit, quae uoluit uindicari. Ille quoque, cui amicus de uia uenerat, nec quod ei apponeret habebat, ab amico sibi tres panes cupiens commodari, quibus fortasse ipsa Trinitas unius substantiae figurata est, ideo cum finis seruis dormientem petitor instantissimus & molestissimus excitauit, ut daret ei quantos uolebat, magis, & ipse uitando tedium quam beneuolentiam cogitando, ut hinc intelligeremus si dare cogitur qui cum

Cap. 3.

Psal. 26.

M

Matt. 6. Luc. 18.

Luc. 11.

A

dormiat, a petente excitatur inuitus, quanto det benignius q nec dormire nouit, & dormiētes nos excitat vt petamus. Hinc est & illud: Petite & accipietis, quare & inuenietis, pulsate & aperiet vobis. Oīs. n. qui petit accipit, & qrens inuenit, & pulsanti aperiet. Aut q̄s est ex vobis hō, a quo filius suus panē petit, nunqd lapidē porrigit ei? Aut si piscem petit, nunqd serpentē porrigit illi? Aut si ouē petit, nunqd porgit ei scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali, nostis bona dare filiis vestris, quāto magis pater vester celestis dabit bona petētib. se? Cū ergo s̄m tria illa, quā cōmendat Apostolus, fides significet ī pisce, vel pp aquā baptisimi, vel qd in huius seculi fluctib. integra est, cui cōtrarius est ille serps, q vt nō crederet Deo venenosa fraude persuasit. Spes in ouo, quia vita pulli nondū est, sed futura est, nec iā v̄ sed adhuc sperat. Spes enim quā v̄ nō est spes, cui cōtrarius est scorpionus, qm̄ qui sperat aeternā vitā, quē retro sunt obliuiscit, & in anteriora se extendit, cui noxiū est retro respicere: scorpionus autē ex ea parte cauedus est, qua venenatā & aculeatā caudā retrorsum habet. Caritas, in pane. Maior. n. horum charitas, & in cibis vtiq; vincit cetera panis vtilitas, cōtrarius est lapis, quoniam dura corda respuunt charitatē, siue aliud aliud congruentius ista significant, tñ qui nouit bona dare filiis suis, petere nos & q̄rere & pulsare cōpellit. Quod quare faciat q nouit qd nobis necessariū sit priusquā petamus ab eo, mouere aīum p̄t, nisi intelligam⁹ qd dñs & Deus noster nō voluntatē nostram sibi velit innotescere, quā nō pōt ignorare, sed exerceri in orōnib. desiderium nostrum, quo possumus capere quod p̄parat dare. Il lud enim valde magnū est: sed nos ad accipiē dum parui, & angusti sumus. Ideo nobis d̄r: dilatatamini, ne sitis iugū ducētes cum infidelibus. Tāto quippe illud quod valde magnū est, quod nec oculus vidit, quia non est color, nec auris audiuit, quia non est sonus: nec in cor hoīs ascēdit, quia cor hominis illud debet ascendere, sumemus capacius, quanto id & fidelius credimus, & speramus firmiss, & desideramus ardentius. In ipsa ergo fide, & spe & eharitate continuato desiderio semper oramus. Sed ideo per certa interualla horarum & temporum etiam verbis rogamus Deum, vt illis rerū signis nos ipsos admonea-

mus quantumq; in hoc desiderio profecerimus nobis ipsos innotescamus, & ad agendū nos ipsos acrius excitemus. Dignior enim semiquis effectus, quem feruētior p̄cedit effectus. Ac p hoc & quod ait Apostolus. Sine intermissione orate, qd est aliud q̄ beatam vitā, q nulla nisi aeterna est, ab eo qui eā solus dare pōt, sine intermissione desiderate. Semper ergo hanc a dño Deo desideremus & oremus semper. Sed ideo ab aliis curis atque negociis, quib. ipsum desiderium quodāmodo tepescit, certis horis ad negocium orādī mentē reuocamus, verbis orōnis nos ipsos admonentes in id quod desideramus intēdere, ne qd tepescere ceperat, oīno frigescat, & penitus extinguat, nisi crebrius inflammet. Vñ & aliud qd idē Apostolus ait. Postulationes vestrae innotescāt apud Deū: non sic accipiendū est, tanq̄ Deo innotescāt, qui eas & anteq̄ essent vtiq; nouerat, sed nobis innotescant apud Deū per tolerantia, nō apud hoīs per iactātia. Aut forte et innotescant angelis qui sunt apud Deū, vt quodāmodo eas offerant Deo, & de his cōsulant, & qd eo iubente implendū esse cognouerint, sicut oportere ibi cognouerint hoc nobis vel euidenter vel latēter apportēt. Dixit enim angel⁹ homini. Et nūc qm̄ orabas tu & Sara, ego obtuli orōnē vestra in cōspectu claritatis Dei. Quā cum ita sint, et cū diu orare vacat, i. cum alia bonarū & necessariarū actionū nō impediunt officia, quanuis & in eis, vt dixi, desiderio illo semper orādum sit, nō est inprobum nec inutile. Neque n. (vt nonnulli putant) hoc est orare in multiloquio, si diutius orei. Aliud est sermo multus, aliud diuturn⁹ affectus. Nā & de ipso dño scriptum est, quod pernoctarit in orādo, & quod prolixius orauerit, vbi quid aliud q̄ nobis praebebat exemplum, in tēpore precator opportunus, cū patre exauditor aeternus? Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, sed eas tñ breuissimas & raptim quodāmodo oculatas, ne illa vigilanter erecta, quae oranti plurimū necessaria est, per p̄ductiores moras euanescat atq; hebetetur intentio. Ac per hoc etiā ipsi satis ostendunt, hanc intentionem, sicut non est obrundenda, si perdurare nō potest, ita si perdurauerit, non cito esse rumpendā. Absit enim ab oratione multa loquutio, sed non desit multa precatio, si feruēs perseuerat inten-

intentio. Nam multum loqui, est in orando rem necessariam superfluis agere verbis. Multū autē precari, est ad eū, quē precamur, diuurna & pia cordis excitatione pulsare. Nam plerūq; hoc negocium plus gemitibus q̄ sermonib. agitur, plus fletu q̄ affatu. Ponit autē lachrymas nostras in conspectu suo, & gemitus noster non est absconditus ab eo qui oīa per verbum condidit, & humana verba non quaerit. Nobis ergo verba necessaria sunt, quibus commoneamur, & inspiciamus quid petamus, non quibus dominum sēu docendum seu flectendum esse credamus. Cum ergo dicimus. Sanctificetur nomen tuum, nos ipsos admonemus desiderare, vt nomen eius quod semper sanctum est, etiam apud homines sanctum habeatur, hoc est, non cōtemnatur, qd non Deo sed hominibus prodest. Et in eo qd dicimus: Adueniat regnum tuum, quod seu velimus seu nolimus, vtiq; veniet, desiderium nostrū ad illud regnum excitamus, vt nobis veniat, atque nos in eo regnare mereamur. Cum dicimus: Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra, nobis ab illo precamur ipsam obedientiam vt sic in nobis fiat voluntas eius: quemadmodum fit in caelestibus ab angelis eius. Cum dicimus. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, per id quod d̄r, hodie, significatur hoc tempore, vbi vel illam sufficientiam petimus a patre quae excellit, i. nomine panis totam significantes, vel sacramentum fidelium, quod in hoc tempore necessarium est, non tñ ad huius temporis, sed ad illam aeternam felicitatem assequendam. Cum dicimus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & admonemus quid petamus, & quid faciamus, vt accipere mereamur. Cum dicimus: Ne nos inferas in tentationem, nos admonemus hoc petere, ne deserti eius adiutorio, ali cui tentationi vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti. Cum dicimus: Libera nos a malo, nos admonemus cogitare nōdum nos esse in eo bono, vbi nullum patiemur malū. Et hoc quidem vltimum, quod in dominica oratione positum est, tam late, tamq; euidenter & manifeste patet, vt homo Christianus in qualibet tribulatione constitutus, in hoc gemitus aadat, in hoc lachrymas fundat, hinc exordiat, in hoc immoretur, ad hoc terminet orationem. His enim verbis res ipsas

memoriae nostrae commendari oportebat. Nam quamlibet alia verba dicamus, quae affectus orantis vel praecedendo format vt clareat, vel consequendo attendit vt crescat, nihil aliud dicimus quam quod in ista dominica oratione positum est, si recte & congruenter oramus. Quisquis autem id dicit quod ad istam Euangelicam precem pertinere nō possit, etiam si non illicite orat, carnaliter orat, quod nescio quemadmodum non dicatur illicite, quando quidem spiritu renatos non nisi spiritualiter decet orare. Qui enim dicit verbi gratia: Clarificare in omnibus gentibus, si cut clarificatus es in nobis. Et propheta cui fideles inueniantur: quid aliud dicit, quam Sanctificetur nomen tuum? Qui dicit: Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus, quid aliud dicit, quam Veniat regnum tuum? Qui dicit: Itinera mea dirige secundum verbum tuum, & ne dominetur mei omnis iniquitas: quid aliud dicit, quam Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra? Qui dicit: Paupertatem & diuitias ne dederis mihi, quid aliud dicit, quam Panem nostrum quotidianum da nobis hodie? Qui dicit: Memento domine Dauit & omnis mansuetudinis eius: aut Domine si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuētibus mihi mala, quid aliud dicit, quā Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Qui dicit: Aufer a me concupiscentiā ventris, & desiderium concubitus ne apprehendat me, quid aliud dicit, quam Ne nos inferas in tentationē? Qui dicit: Erue me de inimicis meis Deus, & ab insurgentibus super me libera me, quid aliud dicit, quam Libera nos a malo? Et si per omnia precationum sanctarum verba discurras, quantum existimo, nihil inuenies quod non ista dominica contineat & concludat oratio. Vnde liberum est alijs atque alijs verbis, eadem tamen in orando dicere, sed non debet esse liberum alia dicere. Hae & pro nobis, & pro nostris, & p alienis, atque pro ipsis inimicis sine fluctu dubitationis oranda sunt, quanuis alius pro isto, alius pro illo, sicut se habet propinquitates vel longinquitates necessitudinum in corde orantis oriatur, aut extollat affectus. Qui autē dicit in oratione, verbi gratia: Domine multiplica diuitias meas, aut da mihi

1. The. 1.
E
E
Col. 4.
Tobias 11.
Cap. 10.
Luc. 6.
F
Brevi crebra
H
K

Cap. 12.
Ecclesi. 36
Psal. 17.
Psal. 118.
Pro. 30.
Psal. 131.
Psal. 7.
Ecclesi. 23.
Psal. 58.

Cap. 9

hi tantas quantas illi vel illi dedisti, aut honores meos auge, aut fac me in hoc seculo ppo- tentē atq; clarentē, vel si qd hmōi est, & hęc dicit, eorū habens concupiscentiā, non id at- tendens, vt ex his secundum Deū profit hoīb. puto eum non inuenire in orōne dñica quo possit hęc vota coaptare. Quamobrē pudeat saltē petere, quæ non pudet cupere, aut si & hoc pudet, sed cupiditate vincit, quāto me- lius hoc petitur, vt etiam ab isto cupiditatis malo liberet, cui dicim⁹, Libera nos à malo. **cap. 13.** Habes (quantum arbitror) non solum qualis ores, verum etiam quid ores, nō me docēte, sed illo qui omnes docere dignat⁹ est. Beata vita quærenda est, hęc à dño Deo petēda est. Quid sit beatū esse, à multis multa sunt dispu- tata, sed nos ad multos & ad multa vt quid di- cimus: Breuiter in scriptura Dei veraciterq; dictū est: Beatus populus cuius est dñs Deus ipsius. In ipso populo vt simus, atq; ad eū cō- templandū, & cū eo sine fine viuendū perue- nire possim⁹, finis præcepti est caritas de cor- de puro, & cōscientia bona, & fide non ficta. In eisdē trib. pro cōscientia bona spes posita est. Fides ergo & spes & caritas ad Deū per- ducunt orantem, hoc est, credentē, sperantē, desiderantē, & quæ petat à dño in dñica orō- ne cōsiderantē. Ieiunia & ab alijs voluptati- bus sine salutis neglectu carnalis cōcupiscē- tiæ refrenatio, maximeq; eleemosynæ multū adiuuant orōnem, vt possimus dicere, in die tribulationis meę Deum exquisiui manibus meis, nocte coram eo, & non sum deceptus. **Psal. 76.** Qūo. n. Deus incorporalis & impalpabilis manib. exquiri, nisi operib. exquirat. Adhuc est fortasse qđ quæras, cur Apostolus dixerit: Quid. n. oremus sicut oportet nescimus. Ne- que. n. vilo modo credendū est vel ipsum vel quib. ista dicebat dñicā nescisse orōnem. Cur ergo putamus hoc eū dixisse, qđ nec temere potuit, nec mēdaciter dicere, nisi quia mole- stia tribulationesq; temporales plerunq; profunt, vel ad sanandū tumorem superbię, vel ad probādā, exercendamue patientiā, cui pbata & exercitata clarior merces vberior- que seruatur, vel ad quæcunq; flagellanda & abolenda peccata, tñ nos nescientes quid ista profint, ab omni tribulatione optamus liberari. Ab hac ignorantia nec seipsum Aposto- lus ostendit alienum, nisi forte quid oraret si cut oportet sciebat, quando in reuelationum

magnitudine ne extollerē datus est illi stimu- lus carnis angelus Satanæ, qui eum colaphi- zaret: pp quod ter dñm rogauit vt eū aufer- ret ab eo, vtq; sicut oportet nesciens qđ ora- ret. Deniq; Dei rñsum cur non fieret quod vir tantus orabat, & quare fieri nō expediret: audiuit: Sufficit tibi grā mea. Nā. virtus in in- firmitate perficit. In his ergo tribulationibus qđ pñt & prodesse & nocere, quid oremus si- cut oportet nescimus, & tñ quia dura, quia molesta, quia cōtra sensum nostræ infirmita- tis sunt vniuersali humana voluntate vt à no- bis hęc auferantur oramus. Sed hoc deuotio- nis debemus dño Deo nostro, vt si ea non ab- stulerit, nō iō nos ab eo negligi existimem⁹, sed potius pia patientia malorum, bona spe- remus ampliora, sic. n. virtus in infirmitate p- ficit. Nonnullis quippe impatientib. dñs qđ petebant cōcessit iratus, sicut contra Aposto- lo negauit propius. Nam legimus. Israelitæ quid & quō rogauerint & acceperint, sed ex- pleta cōcupiscentia, impatientia est grauiter castigata. Dedit & regem petentib. scđm cor eorum, sicut scriptum est, non s̄m cor suum. Dedit etiam qđ diabolus postulauit, vt pro- bandus eius famulus tentaret. Exaudiuit ro- gantes & immūdos spūs, vt in multos siues le- gio dæmonum mitteret. Hęc scripta sunt, ne forte se quisq; magni pendat si fuerit exaudi- tus, cum aliqd impatienter petit, quod non impetrare plus proficit: aut se abijciat, & de di- uina erga se miseratione desperet, si non ex- audiatur cum forte aliqd petit, quo accipien- do affligatur atrocius, vel à prosperitate cor- ruptus penit⁹ euertatur. In talibus ergo quid oremus sicut oportet nescimus. Vnde si ali- qđ contra qđ oramus acciderit, patienter ferē- do & in oīb. gratias agēdo, hoc potius oportuisse quod Dei, non qđ nostra voluntas ha- buit, minime dubitare debemus. Nā & hmōi exemplū prębuit nobis ille mediator, qui cū dixisset: P̄ si fieri pōt, transeat à me calix iste, humanam in se volūtatem ex hominis susce- ptione transformans, continuo subiecit. Ver- rum non qđ ego volo, sed quod tu vis pater. Vnde non immerito per vnius obediētiā iu- sti cōstituunt multi: Quisquis aut illam vnam petit à domino, & hanc requirit, certus ac securus petit, nec timet ne forte obfit cum acceperit, sine qua nihil prodest quicquid aliud sicut oportet acceperit. Ipsa est. n. vna,

vera,

vera, & sola beata vita, vt contemplerur do- mini delectationē in aternū immortales atq; incorruptibiles corpore & spū. Propter hęc vnā cætera requirunt, & nō ideceter petunt. istā qsq; habuerit, oīa quæ vult habebit, nec aliqd ibi velle est, q nec hęc poterit qđ non decebit. Ibi qppe est fons vitæ, quē sitire nūc oportet in orōne quandiu in spe viuimus, & qđ speramus nōdum videmus in protectio- ne alarum eius, ante quem est omne deside- rium nostrum, vt inebriemur ab vbertate do- mus eius, & torrētē voluptatis ei⁹ potemur, quā apud eum est fons vitæ, & in lumine eius videbimus lumen: qñ satiabitur in bonis desi- derium nostrum, & nihil erit vltra quod ge- mendo quæramus, sed qđ gaudento teneam- mus. Veruntñ quia ipsa est pax quæ præcellit oēm intellectum, etiam ipsam in orōne pos- scendo, qđ oremus sicut oportet, nescimus. Quod. n. sicuti est cogitare non possumus, vtq; nescimus, sed qđ cogitanti occur- rerit, abijcimus, respuimus, improbamus, nō hoc esse quod quærimus nouimus, quauis illud nondum quale sit nouerimus. Est ergo in nobis quædam, vt ita dicā, docta ignorantia, sed docta spū Dei, qui adiuuat infirmita- tē nostrā. Nā cum dixisset Apostolus: Si autē quod non videmus speramus, per patientiā expectamus. Ibi subiecit, Similiter & spūs ad- iuuat infirmitatem nostram. Quid. n. oremus sicut oportet nescimus, sed ipsē spūs interpel- lat pro nobis gemitib. inenarrabilib. Qui autē scrutat corda, scit quid spūs sapiat, quia s̄m Deum interpellat pro sanctis. Quod non sic est intelligendū, vt existimemus sanctum spi- ritum Dei, qui in trinitate incommutabilis Deus est, & cū patre & filio vnus Deus tan- quam aliquem qui non sit quod Deus est in- terpellare pro sanctis. Dictum qppe est: In- terpellat pro sanctis, quia iterpellare sanctos facit, sicut dictum est: Tentat vos dñs Deus vester, vt sciat si diligatis eum, hoc est vt sci- re vos faciat. Interpellare vtq; sanctos facit gemitib. inenarrabilib. inspirans eis deside- rium etiam adhuc incognitā tāte rei, quam per patientiam expectamus. Quomodo, enim narratur, qñ desideratur quod ignorat. Nam vtq; si omnimodo ignoraretur, non deside- raretur, & rursus, si videretur, non desiderare- tur. nec gemitib. quæreretur. Hęc omnia cō- siderans, & siquid aliud de hacre tibi dñs infi-

nuauerit, quod vel mihi non occurrit, vel di- ci à me longum fuit, concerta in orōne vin- cere hoc seculum, ora in spe, ora fideliter & amanter, ora instanter atq; patienter, ora si- cut vidua Christi. Quāuis. n. omnia membra eius, hoc est ad omnes qui in eum credūt, & eius corpori sociantur, sicut docuit, orare p- tineat, specialiter tñ diligentior cura orōnū in scriptura eius viduis inuenitur iniuncta. Nam duæ fuerunt Annæ honorabiliter no- minatæ, vna coniugata, quæ sanctum Samue- lem peperit, alia vidua quæ sanctū sanctorū cum adhuc infans esset agnouit. Orauit & cō- iugata in dolore animi & afflictione cordis, quia filios non habebat, tūc ipsum Samuelē impetrauit, & acceptum Deo reddidit, qā cū posceret vouit. Sed orō eius quō ad orōnem illā dñicam p- tineat, non facile reperit, nisi quia in eo qđ ibi positū est: Libera nos à ma- lo, non paruū malū videbat, & nuptā esse, & fructu carere nuptiarū, cum sola excuset nu- ptias procreandorū cā filiorū. De illa vero Anna vidua vide quid scriptū sit: Quia nō di- scedebat de tēplo, ieiuniis & obsecrationib. feruēs nocte ac die. Nec aliunde Apostolus qđ & supra cōmemorauit. Quæ autē vere vi- dua est, inquit, & desolata, sperauit in dño & persistit in orōnib. nocte ac die. Et dñs cū sp- ad orandū & nō desiciendū nos hortaret, vi- duā cōmemorauit, q licet iniquū & impiū iudicē, ac Dei & hoīum cōtemptorē ad au- diendā cām suā assidue interpellādo cōuer- tit. Quā ergo p cæteris viduæ deant vacare orōnib. satis hinc intelligi potest, qđ oīb. ad suscipiendū orandi studiū de viduis proposi- tū ad exortationis exemplū. Quid aut in hoc operis genere in viduis electū est, nisi desti- tutio & desolatio? Quā p- si se oīs aīa intelli- gat in hoc seculo destituta atq; desolatā quā diu peregrinatur a dño, profecto quandam viduitatem suam Deo defensori assidue & impensissima precatione cōmendat. Ora er- go vt vidua Xpi, nondum habens eius con- spectū, cuius p- caris auxilium. Et licet sis di- tissima, sicut pauper ora. Nondum. n. veras futuri seculi diuitias habes, vbi nulla damna formides. Licet habeas filios & nepotes nu- merosamq; familiā, qđ & supra dictū est, si- cut desolata ora. incerta sunt enim omnia tpalia, etiam vsq; in finem vitæ huius in no- strā consolationem mansura. Tu autem si ea,

quæ

L

Psal. 143.

1. Ti. 1.

Psal. 76.

Cap. 14.
Rom. 8.

M

Psal. 35.
C

Rom. 8.

Cap. 15.

D
Deut. 13

Cap. 16.

Nu. 11.

1. Reg. 10.
Iob. 11. 2.

Luc. 8.

Mat. 11.
B
Rom. 1.

H

1. Re. 18.

Nat. 6.

1. Ti. 5.
Luc. 2.

1. Ti. 5.

Luc. 18.

quæ sursum sunt queris & sapis, æterna & certa desideras, quæ, quædiu nondum hæs, etiã saluis oib. atq; obsequiis tuis, tanquã desolatam deputare te debes. Et si tu, profecto et tuo exemplo religiosissima nurus tua, & aliæ sanctæ viduæ virginesq; sub vestra cura securius cõstitutæ, quãto. n. magis domũ vestrã pie tractatis, tãto impensius orõnib. instare debetis, rerũ p̄sentium nõ occupatæ negocijs nisi quæ flagitat cã pietatis. Sanè meminertis & pro nobis non negligẽter orare. Nolumus. n. sic nobis honorem, quem periculosum gerimus, deferatis, vt adiutoriũ, qđ necessariũ nouimus auferatis. A familia Christi oratum est pro Petro, oratum est pro Paulo, & nos in eius familia esse gaudemus, & in comparabiliter plus q̄ Petrus & Paulus orõnum fratrum auxilijs indigemus. Orate certatim concordia sanctoq; certamine, non enim aduersus alterutrum certatis, sed aduersus diabolũ sanctis omnib. inimicũ. In iunijs & vigilijs, & omni castigatione corporis q̄ plurimum adiuuatur orõ. Faciat quęque vestrum qđ poterit quod altera minus p̄t, ea quæ potest faciat, si in altera diligit, quod iõ quia non potest ipsa non facit: proinde quę minus valet, non impediatur plus valentem, & quæ plus valet nõ vrgeat minus valentem. Conscientiam quippe vestram Deo debetis. Nemini aut vestrum aliquid debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Exaudiat te dominus, qui potens est facere supra quã petimus aut intelligimus.

Rom. 13.
Eph. 3.

Augustinus Victoriano presbytero cõsolans eum ad toleranter accipienda mala quæ Barbari in Italiã & Hispaniã incursionem facientes, inferebant sanctis viris & sacris virginibus. Epist. CXXII.

Domino dilectissimo & desideratissimo fratri & cõpresbytero Victoriano, Augustinus in dño salutem. Literæ tuæ impleuerunt grandi dolore cor nostrum, quib. petisti, vt prolixo opere aliqua rñderem, cum talib. malis magis prolixus gemitus & fletus, q̄ prolixus libri debeantur. Totus quippe mundus tantis affligitur cladibus, vt penè pars nulla terrarum sit, vbi non talia qualia scripti committant atq; plangantur. Nam ante paruum tempus etiã in illis solitudinib. Aegypti, vbi monasteria separata ab omni strepitu, quasi secura delegerant, à barbaris interfecti sunt fratres. Iam vero quæ modo in regionib. Italiæ, quæ in Gallijs nepharia perpetrata sint, et vos latere non arbitror, de Hispanis quoque tot prouincijs, quæ ab his malis diu videbant intactæ, ceperunt iã talia nunciari. Sed quid longe inus? Ecce in regione nostra Hipponensi qm̄ eam Barbari nõ attingerunt, clericorum Donatistarum, & Circumcellionũ latrocinia sic vastat ecclesias, vt Barbarorum fortasse facta mitiora sint. Quis. n. Barbarus excogitare potuit quod isti, vt in oculos clericorum nostrorũ calcẽ & acetũ mitteret, quorũ mēbra et cætera plagis herendis vulneribusq; sauciarentur? Deprædantur etiam domos, aliquas & incēdunt, fructus arborum diripiunt, humidos fundunt, & talia ceteris cõminando, multos et rebaptizari cõpellunt. Pridie q̄ ista ad te dictarem, ex vno loco per huiusmodi terrores. xl. & octo aĩæ mihi rebaptizatæ nunciatæ sunt. Plangenda sũt hæc, non miranda, & exclamandum ad Deũ, vt non s̄m merita nostra, sed s̄m misericordiam suã à tantis malis liberet nos. Nam qđ vtiq; sperandum fuit generi humano, cũ hæc & in Prophetis & in Euangelio tanto ante prædicta sint? Non itaq; debemus tam nobis ipsi esse contrarij, vt credamus qm̄ leguntur, & queramur qm̄ complentur, sed potius & illi qui increduli fuerant, cum hæc in sanctis libris conscripta legerent vel audirent, nũc saltem credere debent cum cõpleri iam vident vt de his tam magnis pressuris tãquam in torculari dñi Dei nostri, sicut amurca infidelium murmurantium & blasphemantium fluit, ita oleum quoq; fidelium confitentium & orantium exprimi & liquari nõ cesset. Illis. n. qui contra Christianam fidem querelas impias iactare nõ quiescunt, dicentes, qđ anteq̄ ista doctrina per mundũ prædicaretur, tanta mala nõ patiebatur genus humanũ, facile est ex euangelio respondere. dñs. n. dicit: Seruus ne sciens voluntatem domini sui & faciens digna plagis, vapulabit paucis: Seruus autem sciens voluntatem domini sui, & faciens digna plagis, vapulabit multis. Quid ergo mirum si Christianis t̄pib. iste mundus tãquam seruus iam sciens voluntatem domini sui & faciens digna plagis, vapulat multis? Attendant quanta celeritate euangelium prædicatur, &

gypti, vbi monasteria separata ab omni strepitu, quasi secura delegerant, à barbaris interfecti sunt fratres. Iam vero quæ modo in regionib. Italiæ, quæ in Gallijs nepharia perpetrata sint, et vos latere non arbitror, de Hispanis quoque tot prouincijs, quæ ab his malis diu videbant intactæ, ceperunt iã talia nunciari. Sed quid longe inus? Ecce in regione nostra Hipponensi qm̄ eam Barbari nõ attingerunt, clericorum Donatistarum, & Circumcellionũ latrocinia sic vastat ecclesias, vt Barbarorum fortasse facta mitiora sint. Quis. n. Barbarus excogitare potuit quod isti, vt in oculos clericorum nostrorũ calcẽ & acetũ mitteret, quorũ mēbra et cætera plagis herendis vulneribusq; sauciarentur? Deprædantur etiam domos, aliquas & incēdunt, fructus arborum diripiunt, humidos fundunt, & talia ceteris cõminando, multos et rebaptizari cõpellunt. Pridie q̄ ista ad te dictarem, ex vno loco per huiusmodi terrores. xl. & octo aĩæ mihi rebaptizatæ nunciatæ sunt. Plangenda sũt hæc, non miranda, & exclamandum ad Deũ, vt non s̄m merita nostra, sed s̄m misericordiam suã à tantis malis liberet nos. Nam qđ vtiq; sperandum fuit generi humano, cũ hæc & in Prophetis & in Euangelio tanto ante prædicta sint? Non itaq; debemus tam nobis ipsi esse contrarij, vt credamus qm̄ leguntur, & queramur qm̄ complentur, sed potius & illi qui increduli fuerant, cum hæc in sanctis libris conscripta legerent vel audirent, nũc saltem credere debent cum cõpleri iam vident vt de his tam magnis pressuris tãquam in torculari dñi Dei nostri, sicut amurca infidelium murmurantium & blasphemantium fluit, ita oleum quoq; fidelium confitentium & orantium exprimi & liquari nõ cesset. Illis. n. qui contra Christianam fidem querelas impias iactare nõ quiescunt, dicentes, qđ anteq̄ ista doctrina per mundũ prædicaretur, tanta mala nõ patiebatur genus humanũ, facile est ex euangelio respondere. dñs. n. dicit: Seruus ne sciens voluntatem domini sui & faciens digna plagis, vapulabit paucis: Seruus autem sciens voluntatem domini sui, & faciens digna plagis, vapulabit multis. Quid ergo mirum si Christianis t̄pib. iste mundus tãquam seruus iam sciens voluntatem domini sui & faciens digna plagis, vapulat multis? Attendant quanta celeritate euangelium prædicatur, &

K
1. de ciuitate Dei
cap. 30.

Lug. 11.

tui, & non attendunt quãtã perueritate contemnitur. Serui aut Dei humiles & sancti dupluciter t̄palia patiunt, quia & ab ipsis ijs & cum ipsis patiunt, habent consolationes suas, & ipse futuri seculi. Vnde dicit Apostolus: Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Proinde charissime etiã illis quorũ verba dicis te perferre non posse, qm̄ dicunt, si nos peccatores ista meruimus, quare & serui Dei Barbarorum ferro perempti sunt, & ancillæ Dei captiuę ductæ sunt, humiliter & veraciter & pie rñde Quãtamlibet. n. iustitiã seruemus, quantamlibet dño obedientiã exhibeamus, nunquid meliores esse possumus illis trib. viris, qui in camino ignis ardentis p̄feruanda lege Dei proiecti sunt? Et tñ lege quid illic dicat Azarias vnus ex trib. qui aperiens os suum, in medio ignis dixit. Benedictus es dñe Deus patrum nostrorũ, & laudabile & gloriosum nomẽ tuum secula, qm̄ iustus es in omnib. quæ fecisti nobis, & oĩa opera tua vera, & rectæ viæ tuæ, & omnia iudicia tua veritas, & iudicia veritatis fecisti p̄ oĩa quæ intulisti nobis & ciuitati sanctę patrum nostrorum Hierusalem, qm̄ in veritate & iudicio intulisti nobis omnia hæc propter peccata nostra, qm̄ peccauimus & legi tuæ nõ paruimus, & mandatis tuis non obaudiimus, vt bene nobis esset, & omnia quæ intulisti nobis, iudicio vero intulisti, & tradidisti nos in manus iniquorũ inimicisimorũ transfugarũ, & regi iusto & pessimo vltra vniuersam terram. Et nunc nõ possumus aperire os. Vere cõfusio & opprobriũ facti sum⁹ seruis tuis, & eis qui te colunt. Ne tradideris nos in perpetuum p̄ nomen tuum dñe, & ne despexeris testm̄ tuum dñe, & ne abstuleris misericordiã tuã à nobis, p̄ Abraham qui à te dilectus est, & p̄ Isaac seruum tuum, & Israel sanctũ tuũ, quibus loquutus es, multiplicaturum te semen eorum vt astra cœli & arenam maris: qm̄ domine minimi facti sumus p̄ omnibus nationibus, & sumus humiles hodie in terra propter peccata nostra. Vides certe frater, quales viri, quã sancti quã fortes in medio tribulationis, vbi tñ eis parcebatur, & eos vrere ipsa flamma verebatur, peccata sua confitebantur, pro quibus se digne & iuste humiliari nouerant, nec tacebant. Nunquid et meliores esse possumus

Rom. 8.

Dan. 3.

M

ipso Daniele de quo per Ezechielem p̄phetam dicit Deus ad principem Tyri. Nunquid sapientior quam Daniel? Et qui ponit vnus in tribus iustis quos dicit Deus solos se esse liberaturũ, ostendens vtiq; in illis, tres quasdam formas iustorũ, quos ita se liberaturũ dicit, vt nec filios suos secum liberent, sed ipse soli liberentur, Noe, Daniel, & Iob? Legetiã etiã precẽ Danielis, & vide quemadmodũ in captiuitate positus peccata nõ tñ populi sui, verum etiã suã confiteat, & pro his dicat per iustitiã Dei se ad illã captiuitatis poenã & opprobria peruenisse. sic. n. scriptũ est: Et dedi faciẽ meam ad dñm Deũ vt quærerem preces & obsecrationes in ieiunationib. & sacco, & precatus sum dñm Deũ meum & confessus sum, & dixi: Dñe Deus magne & mirabilis & q̄ seruas testm̄ tuũ, & misericordiã diligentib. te, & seruantib. præcepta tua, peccauimus, aduersus legem fecimus, impiegemus, & recessimus & declinauimus a p̄ceptis tuis, & a iudicijs tuis, & non exaudiuimus seruos tuos prophetas, qui loquebãtur in noĩe tuo ad reges nostros, & ad omne populũ terrę. Tibi dñe iustitia, nobis aut cõfusio faciei, sicut dies hic viro Iuda & habitantib. Hierusalem, & omni Israel, qui proximi sunt & qui longẽ sunt in omni terra, in qua eos disseminasti p̄ contumaciam eorum, quia improbauerunt te dñe. Nobis aut cõfusio faciei, regib. nostris, principib. nostris, & patrib. nostris, quia peccauimus tibi dñe Deo nostro miserationis & propitiationis, qm̄ recessimus & non audiuimus vocem domini Dei nostri, vt effemus in p̄ceptis legis huius, quã dedit in cõspectu nostro per manus seruorũ eius prophetarũ oĩum Israel. Peccauerunt. n. aduersus legem tuam, & declinauerunt ne audirẽt vocem tuã, & superuenit nobis maledictio & iusurandum, qđ scriptum est in lege Moyfi serui Dei, qm̄ peccauimus, & statuit sermones suos, quod loquutus est ad nos, & ad iudices nostros, qui iudicabãt in nos, superducere mala magna, quæ nunquam facta sunt sub omni cœlo, secundũ ea quæ facta sunt in Hierusalẽ, sicut scriptum est in lege Moyfi: Oĩa mala hæc venerunt ad nos, & non rogauimus dñm Deum nostrum vt auerteret à nobis delicta nostra, & vt intelligeremus oẽm veritatem tuã; Et uigilauit dñs Deus ad oẽm sanctum suum, & perduxit

Exec. 28.

Exec. 14.

A
Daniel.
dñm -
siquis.

B

perduxit ea quæ fecit ad nos, quoniam iustus dominus Deus noster in omni mundo suo quem fecit & non audiimus vocem eius. Et nunc dominus Deus noster, qui eduxit te populum tuum de terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen sicut dies hic, delicta aduersus legem tuam fecimus, dominus in omnibus misericordia tua. Anerta itaque impetus tuus, & ira tua a ciuitate tua Hierusalém, & monte sancto tuo. Propter peccata nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Hierusalém & populus tuus in confusionem venit omnibus qui circum nos sunt. Et nunc exaudi Deus noster preces serui tui, & orationem eius, & ostende nobis faciem tuam ad sanctificationem tuam, quod deserta est. Propter te inclina dominus Deus meam aurem & exaudi, aperi oculos tuos, & vide interitum nostrum, & ciuitatis tue Hierusalém super quam inuocatum est nomen tuum: quoniam non in nostra iustitia iactauimus preces nostras in conspectu tuo, sed ad misericordiam tuam quæ magna est. Exaudi dominus, propitiare dominus, intende dominus, & ne tradideris propter te Deus meus, quoniam nomen tuum inuocatum est in ciuitate tua super populum tuum. Et adhuc me loquente & orante & enumerante peccata mea & peccata populi mei audiui vocem dicentem mihi: Daniel intellige verba verba loquor tibi, quia ego inissus sum ad te &c. vide quemadmodum suum peccatum prius dixit, & postea populi sui. Et hanc Dei commendat iustitiam, & hanc Dei laudem dicit, quia non iniuste, sed pro peccatis eorum flagellat etiam ipsos sanctos suos. Si ergo ista dicunt qui excellentissima sanctitate ignes & leones circa se innoxios habuerunt, quod nos oportet dicere in humilitate nostra, quæ tam longè illis impares sumus, quam tamquam iustitiam seruare videamur? Sed ne aliquis existimet illos Dei seruos, quos dicit à Barbaris interfectos, sic illam mortem euadere debuisse, quoniam tres illi viri ab ignibus, & Daniel a leonibus liberatus est, sciant illa propterea facta miracula, ut eos verum Deum colere crederent reges, à quibus in illa supplicia tradebantur. Hoc enim erat in occulto iudicio & misericordia Dei, ut illis regibus eo modo consuleret ad salutem. Antiocho autem regi, qui Machabæos penis crudelibus interemit, noluit ita consulere, sed eorum gloriosissimis passionibus cor duri regis acriori seueritate puniuit. Lege tamè etiam vnus illorum qui sexto loco patiebatur quod dicat. Ita enim scriptum est: Et post hunc sextum ap-

Sic distim-
gunt
græci.

pliquerunt. Cuius hic tormētis ex cruciatus mortem, dixit: Noli te seducere propter nos hæc patimur peccata in Deum nostrum, & facta sunt hæc digna nobis. Tu autem noli te putare impunitum futurum, quod aduersus Deum & legem eius legibus pugnavisti. Vides etiam isti quod humiliter & veraciter sapiat, qui pro peccatis suis se flagellari à domino confitentur. De quo scriptum est: Quoniam enim diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Unde & Apostolus: Si non nosmetipsos iudicauerimus, à domino non utique iudicauerimus. Cui iudicauerimus autem, à domino corripimur, ne cum hoc mundo danemur. Hæc fideliter lege, fideliter prædica, & quantum potes cauendum doce, ne aduersus Deum in his tentationibus & tribulationibus murmures. Bonos dicis Dei seruos & fideles & sanctos, gladio barbarorum peremptos. Quid autem interest, utrum eos febris an ferrum de corpore soluerit? Non qua occasione exeant, sed quales ad se exeant dominus attendit in seruis suis, nisi quod maiorem habet poenam languor diuturnus quam citissimus exitus, & tamen etiam ipsum languorem diuturnum & horrendum legimus quale passus est Iob ille cuius certe iustitiam Deus ipse qui falli non potest, tale perhibet testimonium. Grauisissima sane & multum dolenda est illa captiuitas feminarum, castarum atque sanctarum, sed non est captiuus earum Deus, nec captiuas deserit suas, si nouit suas. Nam & illi sancti quorum passiones & confessiones de scripturis sanctis commemorauimus, ab hostibus ducti atque in captiuitate positi, illa dixerunt quæ conscripta leguntur à nobis, ut dicamus captiuos Dei seruos non deserit à domino suo. Vnde scimus quod et per istas oportet & misericors Deus in ipsa terra Barbarica fieri velit mirabilium suorum. Tamen ne cessetis pro illis ingemiscere ad Deum, & querere quantum potestis, & quantum ipse permittit, cum tempus & facultate dederit quod de illis factum sit, vel quod vestra possint habere solatia. Nam Sitisensis ante paucos annos Seueri episcopi neptis sanctimonialis à Barbaris ducta est, & per mirabilem Dei misericordiam, cum honore magno suis parentibus restituta est. Domus enim illa Barbarorum ubi captiua ingressa est, subita coepit dominorum infirmitate iactari, ita ut omnes ipsi Barbari, tres, nisi fallor vel amplius fratres periculosisima infirmitate laborarent. Quorum mater animaduertit puellam Deo deditam, & credidit quod eius orationibus sui filij possent ab im-

1. Mac. 7

Prou. 3.
Hebr. 12
1. Co. 11.

1. de ciui-
tate Dei.
Cap. 14.

23. q. 5.
ad Deum.

1. de ciui-
tate Dei.
c. 16. 18.
c. 29.

ab imminentis iam mortis periculo liberari, petiuit ut oraret pro eis, pollicens quod si salui facti essent, eam suis parentibus redderet. Ieiunauit illa & orauit, & exaudita continuo est. Ad hoc enim factum erat, quantum exitus docuit. Ita illa tam repentina Dei beneficio salute percepta, mirantes eam & honorantes, quod eorum mater promiserat impleuerunt. Ora ergo Deum pro eis, & roga ut et ipsas doceat talia dicere, qualia supra memoratus sanctus Azarias inter cetera in oratione & confessione sua fudit ad Deum. Sic enim sunt illa in terra captiuitatis iuxta, quoniam erant illi in ea terra ubi nec sacrificare more suo poterant domino sicut nec ista prece, vel ferre oblationem ad altare Dei, vel inuenire ibi sacerdotem per quem offerant Deo. Donet ergo eis dominus ut ei dicant quod Azarias dixit in consequentibus precibus suarum. Non est in hoc tempore princeps & propheta & dux, non holo causa neque oblatio, neque supplicationes nec locus ad sacrificandum in conspectu tuo & inuenire misericordiam, sed in anima contrita & spiritu humilitatis accipiamur. Sicut in holocaustis arictum & taurorum, & in multitudine agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie perficere subsequentes te, quoniam non erit confusio ijs qui in te confidunt. Et nunc sequimur toto corde, & timemus te, & querimus faciem tuam dominus, ne confundas nos, sed fac nobiscum secundum mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiarum tuarum, & libera nos secundum mirabilia tua, & da gloriam nomini tuo dominus, & reuereantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala, & confundantur ab omnipotentia tua, & virtus eorum conteras, & sciant quoniam tu es dominus Deus solus, & gloriosus in vniuerso orbe terrarum. Hæc illis dicentibus, & ad Deum ingemiscerentibus omnino suis aderit, quod suis adesse consuevit. Et aut nihil in earum castissimis membris libidine hostili perpetrari permittet, aut si permittet, cum earum animus nulla confessionis turpitudine maculatur, etiam carnem suam defendet à crimine. Et quicquid in ea nec commisit, nec permittit libido patientis, solius erit culpa facientis, omnisque illa violentia non pro corruptionis turpitudine, sed pro passionis vulnere deputabitur. Tantum enim in mente valet integritas castitatis, ut illa inuiolata, nec in corpore possit pudicitia violari, cuius membra poterint superari. Hæc epistola pro tuo desi-

derio breuis, pro meis tamen occupationibus multum prolata, & propter perlatoris festinationem nimis eccelerata sufficiat charitati tuæ. Multo verius vos dominus consolabitur, si scripturas eius intentissime legeritis.

Augustinus Orontio resalutans illum.
Epistola. CXXIII.

Domino eximio meritoque honorabili et suscipiendo filio Orontio, Augustino. Ago gratias quod aduentum eximietatis tuæ literis et puenire dignatus es, & ante contumtum mihi colloquium, ut tuo prius affatu quam aspectu frueremur, & diu desideratam notitiam epistolarum solatio quodammodo gustantes, expectaremus auidius & ardentius, quod iocundius gratiusque caperemus, dominus eximie meritoque honorabilis & suscipiende filii. Redditoque meritis tuis & precibus officiis debitum resalutionis obsequium, incolumitatem tuam gaudes nuntiatam, optansque continuam. Et quod rescripta exiguitatis meæ iure progata beneuolentia reperisce do addidisti dicens: Si in id de tanta sanctitate possum promereri: nullo modo audeo desperare, sanctitatis eiusdem, cuius huiusmodi pro nro modulo aliquid sumus, ipsum fontem non solum laudandum, verum etiam nobiscum participandum, & tuæ prudentiam placitum, ut Deus incomparabiliter bonus, qui per suam potentiam tam bonæ tuæ mentis est institutor, sit etiam per gratiam restitutor. Incolumen te Deus omnipotens feliciterque tueatur dominus eximie meritoque honorabilis ac suscipiende filii.

Augustinus Olympio ad dignitatem prouecto: ut ea recte utatur, commendans ei causam Bonifacij. Epistola. CXXIII.

Domino dilectissimo & in membris honorabiliter amplectendo filio Olympio, Augustino. Quicquid sis secundum seculi huius cursum, nos tamen charissimo sincerissimo consuetu Olympio christiano fidelissime scribimus. Hoc enim tibi esse scimus omni gloria gloriosus, & omni sublimitate sublimius. Fama quippe ad nos pertulit honorem te adeptum esse celsiore, quæ utrum vera esset, nondum apud nos fuerat confirmatum, cum hæc scribendi prouenit occasio. Sed quoniam nouimus te à domino didicisse, non alta sapere, sed humilibus.

Rom. 12.

milibus consentire, quilibet culmine prou-
 ctus esses, non aliter q̄ soles literas nostras te
 accepturū eē præsūmimus, dñe dilecti sine,
 & in Christi mēbris honorabiliter amplectē
 de fili. T̄pali vero felicitate ad æterna lucra
 te prudēter vsurū minime dubitamus, vt quā
 to plus potes in hac terrena republica, tanta
 plus impendas coelesti illi quæ te in Christo
 peperit ciuitati, quod tibi vberius rependat̄
 in regione viuentium, & in vera pace securo
 rum, ac sine sine gaudiorum. Sancti fratris &
 coepiscopi mei Bonifacij petitionē tuę rur-
 sus charitati cōmendo, ne forte nūc fieri pos-
 sit quod ante nō potuit. Cum .n. posset sine
 vlla forsitā qōne p̄cessor eius quamuis sub
 alieno nomine cōparauerat, & sub ecclesiæ
 nomine possidere iam cōperat, consequen-
 ter etiam ipse retinere, nolumus tñ qm̄ fisci
 debitor fuit, hunc scrupulum h̄re in cōscien-
 tia. Neque enim fraus ista quia fisco fiebat,
 iō non fiebat, quia ille quidem Paulus, postq̄
 Episcopus factus est, renūciaturus suis oibus
 rebus pp̄ immensum cumulum fiscalium de-
 bitorum, exacta quadā cautione, in qua cer-
 tum ei pondus debebat argenti, hoc exiguo
 facello vnde victum sustentaret tanquam ec-
 clesiæ cōparauit, sub nomine tunc potentissi-
 mæ domus vt ēt ex ipsis morem suū sequens
 cum fisco nō solueret, nullas exactorum mo-
 lestias pateret. Iste autem, qui eidem ecclesię
 illo defuncto est ordinat̄, timuit hos agros
 suscipere, & cū posset pro solis fiscalib. dehi-
 tis, quæ de memoratis possessiunculis ille cō-
 traxerat imperiale beneficiū postulare, totū
 maluit cōfiteri, quod eas Paulus de argen-
 to proprio, cum esset fisco obnoxius, de aca-
 rio emerat, vt eas ecclesia si fieri pōt, non oc-
 culta episcopi iniquitate, sed manifestata chri-
 stiani imperatoris liberalitate possideat. Qd̄
 si fieri non potest, melius inopiæ laborē ser-
 uui Dei tolerant, q̄ vt necessariorū facultatem
 cū conscientia fraudis obtineant. Ad hoc tuū
 suffragium petimus impartiri digneris, quia
 id quod primo impetratum est, noluit alle-
 gare, ne iterum supplicādi sibi intercluderet
 facultatem. non enim erat ad desiderata rñsū.
 Nunc vero cum sis eadem benignitate qua
 soles, sed amplior potestate, nō desperamus
 adiuuante domino, meritis tuis hoc facile
 posse concedi. Cū etiam si tuo nomine eadē
 loca peteres, & meracitatē ecclesiæ ipse do-

nares, quis reprehenderet, aut quis non maxi-
 me prædicaret petitionem tuam, nō terrenæ
 cupiditati sed Christianę pietati seruientem?
 Domini Dei nostri misericordia te in Chri-
 sto foeliciorem tueatur domine fili.

Augustinus Cornelio scortis dedito, admo-
 nens illum, vt vxoris defunctæ pudicitiam
 imitetur, si velit illius impetrare laudes.
 Epistola. CXXV.

Domino dilectissimo & honorabili fra-
 tri Cornelio, Augustinus. Scripsisti mi-
 hi vt ad te aliquam prolixam epistolam cōso-
 latoriam darem, quod grauitur optimæ vxor-
 is morte moueris, sicut sanctum Paulinum
 ad Macarium fecisse meministi. Et illa quidē
 aīa in societate recepta fidelium atque castarū,
 laudes nec curat, nec quærit humanas, sed quæ
 pp̄ eos sunt isti qui viuunt, prius est, vt tu q̄
 cōsolari eius laude desideras, ita viuas, vt il-
 lic vbi ipsa est, esse merearis. Neque .n. dubi-
 to quod eā non credas ibi esse, vbi illæ sunt
 quæ vel adulteriis lectulum cōiugalē pollue-
 runt, vel nullo coniugio delicatæ fornicatio-
 ni fluxerunt. Quare de illius laudæ viro lō-
 gē dissimili quasi fugare velle mœstitiā, adu-
 latio est, non cōsolatio. Nā si eā diligeres, si-
 cut ipsa te dilexit, seruasses ei qd̄ tibi ipsa ser-
 uauit. Et cū illa si prior obiisses, nullo modo
 credēda sit cuiquā fuisse nuptura, nō ne si ve-
 re obitū eius laudibus eius cōsolandus dolo-
 res, ne vnā quidē ac licitam post illam cō-
 iugē q̄reres? Hic tu dicturus es: Quid mecū
 alperere agis? Quid dure obiurgas? Nōne inter
 hęc verba, ecce senimus, dum vita ducitur
 prius finiēda q̄ corrigēda est? Vis vt ignoscā
 fatiabili securitati tuæ? Q̄to fatius tu ignoscis
 si non amabili, certe miserabili sollicitudini
 meę. Inimico quidē aīo Tullius inuehebat,
 & longē aliter erat terrenā rempublicā gu-
 bernantis intentio, & tñ ait: Cupio (patres cō-
 scripti) me esse clementē, cupio in tantis rei-
 publicę periculis nō dissolutū videri. Quāto
 iustius ego dico, cū ipse noueris q̄ tibi ami-
 cum aīum gerā, in æternæ ciuitatis seruitio
 constitutus minister verbi sacramentiq; di-
 uini, cupio frater Corneli, me esse clementē,
 cupio in tantis tuis meisque periculis non
 dissolutū videri? Plebs mulierū excubat la-
 teribus tuis, crescit indes pellicum nume-
 rus,

rus, eiusdem numeri dñm, immō ve-
 ro seruū infatigabilem per tot scorta libidinis
 diffluentē, & laudes defunctę castę cōiugis
 a nobis velut ad mitigandam mœstitiam suā
 iure amicitia flagitantem Episcopi patiēter
 audimus? Quod cum esses nō dico catechu-
 men⁹, sed in errore nobiscū perniciosissimo
 constitutus iuuenis, iuniorib. nobis ad hoc te
 vitio t̄patisima voluntate correxeris, quo
 non post longum t̄ps sordidius es reuolutus.
 Deinde in extremo vitæ periculo baptizat⁹,
 non dicam de fide, etiam nobis ecce iam sen-
 sibus insup̄ Episcopis nondū emēdaris. Vis
 de bonæ vxoris morte per nos cōsolari, nos
 de hac tua veriore morte quis consolat̄? An
 quia non possumus obliuisci tanta erga nos
 merita tua, iō cruciādi adhuc sumus morib.
 tuis, ideo cōtēnendi, & pro nihilo habēdi qñ
 geminus ad te de te? Sed fatemur nos nō esse
 aliquid ad te corrigendū ac sanandū, Deus at-
 tendat, Christus cogitet. A postolus audia ur
 dicens: Tollens ergo mēbra Christi, faciā mē
 bra meretricis? Si qualiscūque Episcopi ami-
 ci tui verba spernis in corde tuo, corpus dñi
 tui cogita in corpore tuo. Postremo quō de
 die in diem differēdo peccas, cum extremū
 diem tuū nescias? Nunc probabo quas tu ab
 ore nostro laudes Corneli desideres. Certe si
 adhuc in scola rethorū verba discipulis ven-
 derē, prius ab eis mercedē sumerē. Vendere
 tibi volo laudē, pudicissimę cōiugis tuę pri-
 mi mercedē da, pudicitia tuā. Da, in quā,
 & accipe. Humanum dico pp̄ infirmitatem
 tuam, puto q̄ non sit apud te digna Cypria-
 na, cuius laudib. anteponis amorem cōcubi-
 narū tuarū qd̄ vtiq; faciēs permanere in illo
 amore, q̄ ad istas laudes peruenire malueris.
 quid mihi vis extorquere poscēdo cū pro te
 videas esse qd̄ posco? Quid p̄caris subiectus,
 qd̄ potes iubere correctus? Mittamus mune-
 ra spiritalia cōiugi tuæ, tu imitationem, ego
 laudē, quāquam, sicut supra dixi laudem ab
 hominib. iam illa non quærat, imationem ve-
 ro tuam tñ quærit etiā defuncta, quantum
 te dilexit, etiā dissimilē viua. Faciam de illa
 quod vis, cū tu feceris quod & ego volo &
 illa. Si enim diues ille superb. atque impius,
 sicut in Euāgelio dñs loquitur, qui indueba-
 tur purpura & bysso, & epulabatur quotidie
 splendide, cum malorum meritorum pēnas
 apud inferos lueret neque de digito cōtēpti

ante ianuā suam pauperis aquæ stillā impe-
 trare valuisset, recordatus est quinq; fratres
 suos, & rogauit ad eos eundē pauperē mitti,
 cuius requiē in sinu Abrahæ lōgē prospicie-
 bat, ne & ipsi venirēt in illū locū tormento-
 rū, q̄tomagis tua cōiunx te recordat̄? q̄to ma-
 gis te casta nō vult ad pōenas venire mœcho-
 rū? i fratres suos nec superb. ad pōenas veni-
 re voluit sup̄borū, & cū frater nollet fratrib.
 in malis se esse cōiūctū, q̄tominus vult in bo-
 nis cōstituta cōiunx virū in malis h̄re separa-
 tū? Lege ipsū locū i Euāgelio: Christi est vox
 pia, Crede Deo. Doles videlicet cōiugē mor-
 tuā, & putas si eā laudauero, qd̄ meis affatib.
 cōsolaberis, disce qd̄ doleas, si cū illa nō eris. E
 An magis tibi dolēdū est, quod a me nondū
 laudat̄, q̄ mihi, quod a te non amat̄? Nā vtiq;
 si amares, cū illa esse post mortē desiderares,
 quod profecto non eris. si qualis es talis eris.
 Ama ergo cuius exigit laudem, ne quod mē-
 daciter exigit, iuste denegē. Et alia manu. Do-
 minus nobis p̄xiter de tua salute gaudere
 domine dilectissime & honorabilis frater.

Augustinus Antonio gratias agit pro laudi-
 bus, collaudans quod ingenue profes-
 sus sit dogma catholicum.
 Epistola. CXXVI.

Augustinus Antonio. Cum à duobus tibi
 scripta deberentur, cumulatissime ma-
 ior pars reddita est, qd̄ vnum nostrum præ-
 sentē vides, cuius ex ore cum me quoq; aspi-
 cis, poterā non rescribere, nisi ipso iubente
 fecissem, quo proficiscente superuacaneum
 videbat̄ esse quod feci. Quapropter fertilius
 fortasse tecū colloquor, quam si coram adef-
 sem, cū & epistolam meā legis, & eū audis,
 in cuius pectore me habitara optime nosti. F
 Cū magno gaudio literas sanctitatis tuæ cōsi-
 derau atq; digessi, qd̄ & Christianum aīum
 tuū sine vllō fūco iniqui t̄pis & in nos ami-
 cissimum præ se gerūt. Gratular tibi, & gra-
 tias ago Deo & dño nostro de spe & fide &
 charitate tua, tibiq; apud eum, quod de no-
 bis tam bene existimas, vt fideles Dei seruis
 esse credas, idq; ipsum i nobis corde purissi-
 mo diligas, quanquā hinc etiam gratulandū
 benevolentia tuæ potius, quam gratia tibi
 agendę sunt. Tibi .n. prodest ipsam diligere
 bonitatē, quā profecto diligit qui eū diligit,
 quem

L

A

C

1. Cor. 6.

Verb. uendere.

D

Luc. 16.

B
 Casilina
 via prima
 circa prin-
 cipium.

quem credit bonum, siue ille se ita, siue aliter
 q̄ creditur habeat. Vnus tñ in hac recauedus
 est error, ne quisq; non de hoie, sed de ipso
 hois bono aliter, sentiat, q̄ veritas postulat.
 Tu vero frater dilectissime, qui nullo modo
 erras credendo vel sciēdo, magnum bonum
 esse libenter Deo casteq; seruire, cum quem
 libet hoium p̄pterea diligis, quod huius bo-
 ni participem credis, tecum est fructus tuus,
 et si ille non ita sit. Quapropter tibi de hac
 re gratulandū est, illi aut̄ non, si propterea di-
 ligis, sed si talis est qualem esse existimat, a
 quo p̄pterea diligis. Quales itaq; nos simus,
 quantumq; in Deum promouerimus, ipse vi-
 derit, cuius non solum de de hois bono, sed
 G homine ipso nō pōt errare iudicium. Tibi ad
 mercedē beatitudinis, quod ad hanc rem atti-
 net, satis est, qđ nos tales credēs quales oportet
 esse seruos Dei, toto sinu cordis ample-
 cteris. Gratas vero tibi vberes agimus, qđ
 nos cum laudas, tanquam tales simus, mirabi-
 liter hortaris, vt tales esse cupiamus, vberio-
 res et, si non solum recommends orōnibus
 nostris sed etiam non pratermittas orare p̄
 nobis. Gratius est. n. Deo pro fratre depreca-
 tio, vbi sacrificium charitatis offertur. Paruum
 tuum plurimum saluto, & sm̄ p̄cepta
 dñi salutaria opto grādescere. Domui quo-
 que tuæ vnā fidē & deuotionē veram, quæ
 sola catholica est, prouenire desidero & pre-
 cor. in q̄ rem, si quam fortē aliā nostrā ope-
 ram necessariam existimas, nec tibi vedicare
 dubites & communi dño fretus & iure chari-
 tatis. Illud sanē admonuerim, religiosissimā
 prudentiam tuam, vt amorē Dei non irratio-
 nabile vel inferas infirmiori vasi tuo, vel nu-
 H trias, diuina lectioe grauiq; colloquio. Ne
 mo. n. sollicitus de statu animæ suæ atque ob
 hoc sine pertinacia inquirendę voluntati do-
 mini intentus est, qui bono demonstratore
 vsus non dignoscatur, quid inter Ichisima quod
 libet atque vnam catholicam interfit.

Augustinus Donato Proconsuli Aphricæ, vt
 Donatistas coerceat non occidat.
 Epistola. CXXVII.

Domino eximio meritoq; honorabili in-
 signiterq; laudabili filio Donato Augu-
 stinus in domino salutem. Nollem quidem
 in his afflictionibus esse, Aphricanam eccle-

fiam constitutam vt terrenæ vilius potestatis
 indigeret auxilio. Sed q̄a sicut Apostolus di-
 Rom. 13.
 cit. Non est p̄tās nisi a Deo, proculdubio cū
 p̄ vos syncerissimos catholicæ matris filios
 eidē subuenis, Auxilium nostrum in nomine
 P̄f. 133.
 dñi est qui fecit celum & terram. Quis. n. nō
 sentiat in tātis malis non paruam nobis cōso-
 lationem diuinitus missam cū tu vir talis &
 Christi nominis amantissimus, Proconsulari
 bus es sublimatus insignib. vt ab sceleratis &
 sacrilegis ausib. inimicos ecclesiæ bonæ tuæ
 voluntati potestas sociata cohiberet, dñe exi-
 13. qđ. 5.
 mie meritoq; honorabilis insigniterq; lauda-
 m̄m̄.
 bilis filii? Deniq; vnum solum est qđ in tua iu-
 stitia pertimescimus, ne fortē qm̄ quicquid
 mali contra Christianam societate ab homi-
 nib. impiis ingratisq; committitur, profecto
 grauius est & atrocius, quam si in alios talia
 cōmittant, tu quoq; pro immanitate facino-
 rum, ac non potius pro lenitatis christianæ
 consideratione censeas coercendū, quod te
 per Iesum Christum ne facias obsecramus.
 Neque. n. vindictam de inimicis in hac terra
 requirimus, aut vero ad eas angustias animi
 nos debent coarctare quæ patimur, vt obliui-
 scamur qđ nobis p̄ceperit, pro cuius veri-
 tate ac nomine patimur, qui diligimus inimi-
 cos nostros & oramus pro eis. Vnde ex occa-
 sione terribilium iudicium ac legum ne æter-
 ni iudicij p̄nas incidat, corrigi eos cupim⁹,
 nō necari, nec disciplinam circa eos negligi
 volumus, nec supplicii quib. digni sunt exer-
 ceri. Sic igit̄ eorum peccata cōpelce, vt sint
 quos p̄niteat peccasse. Quæsumus igit̄ cum
 ecclesiæ causas audis, quamlibet nefariis iniu-
 riis appetitam vel afflictam esse cognoueris,
 ptatem occidendi te h̄re obliuiscaris, & peti-
 K tionem nostrā non obliuiscaris. Nō tibi vile
 fit neq; contemptibile fili honorabiliter dile-
 ctissime, qđ nos rogamus ne occidant, pro
 quib. dominum rogamus vt corrigant, exce-
 pto et qđ a perpetuo proposito cedere non
 debemus vincēdi in bono malum. Illud quo-
 que prudentia tua cogiter, quod causas eccle-
 siasticas insinuare vobis nemo prater eccle-
 siasticos curat. Proinde si occidendos in his
 sceleribus homines putaueris, deterrebis
 nos ne per operam nostram ad vestrum iudi-
 cium aliquid tale perueniat, quo comperto
 illi in nostram perniciem licentiore audacia
 grassabūtur, necessitate nobis impacta & in-
 dicta,

dicta, vt etiā occidi ab eis eligamus q̄ eos oc-
 cidendos vestris iudicijs ingeramus. Hęc ad
 monitionē, petitionē, obseruationē ne eā, ne
 (quæso) aspernauer accipias. Neq; n. te ar-
 bitror non recolere, magnā me ad te & mul-
 to q̄ nunc es altius sublimatū, etiā si Episco-
 pus nō essem fiducia tñ habere potuisse. Ci-
 to interim p̄ edictū excellentiæ tuę nouerint
 hæretici Donatiste manere leges contra er-
 rore suū latas, quas iā nihil valere arbitran-
 L tur & iactant, ne vel sic nobis parcere aliqua
 ten⁹ possint. Plurimū at labores & pericula
 nra quo fructuosa sint adiuuabis, si eorū va-
 nissimā & impiæ superbiz plenissimā sectā
 nō ita cures imperialib. legibus cōprimi, vt
 sibi vel suis videatur qualescunq; molestias
 pro veritate atq; iustitia sustinere, sed eos et̄
 hoc abs te petitur, rerū certarū manifestissi-
 mis documentis apud acta vel pstantię tuæ
 vel minorū iudiciū conuinci atq; instrui pa-
 tiaris, vt & ipsi qui te iubente attinentur, du-
 rā, si fieri pōt, slectant in melius uolūtatem,
 & ea ceteris salubriter legant. Onerosior est
 quippe q̄ vtilior diligentia, vt quauis mā-
 gnum deseratur malū, & magnum teneatur
 bonum, cogi tantum homines non doceri.

Augustin⁹ eidē Donato, blāde exstimulās ad
 vitā uere Christianam. Epist. CXXVIII.

Domino eximio, & syncerissima dile-
 ctione honorabili fratri Donato, Augu-
 stinus in dño salutē. Quod te administrantē
 multū desiderans, et cū Tibilim uenisses, ui-
 dere non potui, credo propterea factū esse,
 ut aīo tuo curis publicis expedito potius frue-
 M rer, q̄ ut illa salutatio, me apud te ocioso, &
 te negotioso, neuter nostrū, quātū satis esset,
 defyderiū tēperaret. Recolēs qppe honesta-
 tem ab ineunte etate indolis tuæ abundanter
 idoneū tuum pectus existimo, cui se Christ⁹
 largissime infundat, fructus ei afferas in æter-
 na & cęlesti gloria, q̄ tēporali & terreno p̄-
 conio digniores. A multis. n. immo prorsus
 ab oib. quos uel p̄conctari uel utro et̄ p̄-
 dicantes audire potui, castitatē uirtutemque
 administrationis tuæ cōstāter oīno laudatib.
 atq; p̄ferētibus, & sine ullo scrupulo dif-
 fonsæ uarietatis accepi, & eo certius, qđ igno-
 rabant necessitudinē nostrā, & utrū te uel te-
 nuiter nollem penitus & nesciebant p̄dica-

tores tui, ne magis eos auribus meis se dedif-
 se q̄ uera de te spargere crederē. Ibi. n. est a
 uanitate remota laudatio, ubi etiā uitupera-
 tio ab offensione secura est. Veruntū d̄ frater
 eximie & syncerissima dilectione honorabi-
 lis, nō nūc docendus es, sed fortasse admo-
 nendus, oēm istam gloriam famamq; popu-
 larē non in ore uulgi esse letabile, sed in re-
 bus ipsis, q̄ et̄ si uulgo displiceat, proprio tñ
 fulgore ac pondere non imperiorū cōmēn-
 tatione præciose sunt, magisq; miserandus
 est qui talia improbat, q̄ ille qui de talib. im-
 probatur iudicandus miser. Cū uero placēt,
 & sibi debita laude populariter quoq; p̄-
 dicantur, nec sic quidē ipse maiores melio-
 resq; sunt alieno iudicio, quoniā integratū
 intima ueritate, & solius cōscientiæ robore
 solidantur. Vnde magis hominib. rectē existi-
 mantib. q̄ ei de quo uulgu bñ existimat, ali-
 quid ex eo felicità accidit. Quę cū optime
 noueris, uir bone, intuere (ut cępisti) fortif-
 sima cordis acie dñm nostrū Iesum Christū,
 & ab omni inani fastu oīno detumescens, af-
 surge in illū, qui nō uentose alleuat conuer-
 sos ad se, sed certis fidei passib. innitētes atq;
 ascēdētes collocat in sempiterno fastigio cę-
 lestis atq; angelicæ dignitatis. Per quē te ob-
 secro ut rescribas mihi, tuosq; oēs, quos in
 Sinitensū uel Hipponēsī hēs, ad catholicæ ec-
 clesiæ cōmunionē communiter benigne ad-
 horteris. In cuius gremio et̄ patrē tuū lauda-
 bile & egregiū uirum abs te genitū esse co-
 gnoui, quē ut debito meritis eius a me offi-
 cio salutē peto, & nos uisere non graueris.
 Quod etiā propter rē tuam, quam hic habes
 meliorē apud Deū faciendā, non impruden-
 ter exposco. Dei misericordia te circumple-
 ctatur, & ab omni iniquitate conseruet.

Augustinus Olympio Comiti, ut leges Cę-
 saris aduersus Donatistas euulget.
 Epistola CXXIX.

Domino eximio & merito p̄stātissimo
 niultumq; in Christi charitate honorā-
 do filio Olympio, Augustinus in domino sa-
 lutem. Quauis mox ut audiimus te meri-
 to sublimatum, cum ipsa famā nondū nobis
 certissima esset, nihil aliud de animo tuo cre-
 didimus erga ecclesiam Dei, cuius ueraciter
 filiū esse gaudemus, quam qđ tuis literis mox
 Aug. Tomus secundus B b ape-

aperuisti: tamen etiā illis lectis, quibus vltro dignatus es etiā si pigri & cunctantes effemus, exhortationē benevolentissimā mittere vt instruente humilitate nostra per religiosā obedientiā tuam, dominus cuius munere talis es, ecclesie sue iamiamq; subueniat, maiore fiducia tibi scribimus dñe eximie & merito præstantissime multūq; in Christi charitate honorande fili. Et fratres quidē multi sancti collegæ mei, grauer ecclesie perturbata profecti sunt penē fugiētes ad gloriosissimū comitatū, quos siue iam videris, siue literas eorū ab vrbe Roma oportunitate cuiusquā occasionis acceperis, ego tñ licet nullū consiliū cum eis cōmunicare potuerim, nō potui prætermittere per hūc fratrem & cōpresbiterū meum, qui vrgēti necessitate pro salute cuius sui, etiā media heyme quomodocunque ad illas partes venire cōpulsus est, & salutare & admonere charitatē tuā, q̄ habes in Christo domino nostro, vt opus tuū bonum diligentissima acceleretur instātia, quo uerint inimici ecclesie leges illas, quę de idolis confringendis & hæreticis corrigēdis vltro Stilichone in Aphricā missæ sunt, ex voluntate Imperatoris pijsissimi & fidelissimi cōstitutas, quo nesciēte vel nolēte factū siue dolese iactāt, siue libenter putant, atq; hinc animos imperitorū turbulētissimos reddunt nobisq; pericalose ac vehemēter infestos. Hoc aut quod petēdo vel suggerendo admono præstantiā tuam, nō dubito oīum per Aphricā collegarū meorum fieri voluntate Arbitrorque quacunq; primitus exorta occasione facillime posse ac debere maturari, vt uerint (sicuti dixi) homines vani, quorū & aduersantiū salutē requirimus, & leges quæ p̄ Christi ecclesie missæ sunt, magis Theodosij filiū q̄ Stilichonē curasse mittēda. Propterea quippe memoratus psbyter harū plator, eū d̄ regione sit Mileuitana ab Episcopo suo venerabili fratre meo Seuero, q̄ tuā mecū sincerissimā dilectionē multū salutat, p̄ Hippone regiū, vbi ego sum, transire iussus est: quia eū forte simul effemus in magnis ecclesie tribulationib; & perturbationibus, quærebam⁹ occasio nem scribendi ad eximietatē tuā & non inueniebamus. Iam quidē vnā epistolā miserā in nogocio sancti fratris & collegæ mei Bonifacij Ep̄i Cataquēsis: sed nōdum ad nos peruenerāt grauiora, quę nos vehemen-

tius agitant, quibus cōprimēdis vel corrigēdis quēadmodū meliore secundū Christi misericordiā consilio cōsularur, cōmodius Ep̄i qui propterea nauigauerunt, cū tanta benignitate tui cordis acturi sunt, qui potuerunt cōi cōsilio diligentius deliberatū aliqd ferre, quātū tēporis permittebat angustia. Illud tñ quo animū clementissimi & religiosissimi Principis erga ecclesiam prouincia no uerit, nullo mō esse differendū, sed etiā ante quā ep̄os q̄ profecti sunt videas, q̄ primum tua præstantissima p̄ Christi mēbrum tribulatione maxima cōstitutis vigilātia potuerit ac celerādū suggero, peto, obsecro, flagito. Ne que enim parū in his malis solatiū dñs obtulit, q̄ te uoluit multo amplius posse q̄ poterat, quando iā de tuis multis ac magnis operibus bonis gaudebamus. Multū ianē de quorundā neq; paucorū fide firma & stabili gratulamur, qui ex occasione legū ipsarum ad Christianā religionē vel catholicā pacē conuersi sunt, pro quorū salute sempiterna nos in ea tali et periclitati delectat. Propterea enim maxime ab hominib; nimīū dureq; peruersis, nunc inimicissimū grauiore impetus sustinemus, quos nonnulli eorū nobiscū patiētissime sustinent: sed plurimū infimitatē metuimus donec discant & valeant adiuuante misericordissima gratia dñi, seculū præses & hominū diem cum robore cordis ualentiore cōtemnere. Cōmonitoriū q̄ nisi fratribus Ep̄is, quia (sicut puto) nondū ibi sunt, ab eximietate tua illis tradatur cū uenerint: Tantā quippe tui sincerissimi pectoris habemus fiduciam, vt adiuuante domino Deo nostro, non solū impertitorem auxiliij te uelimus, uerum etiam consilij participem.

Augustinus Circensibus à factione Donatarum conuersis ad ecclesie catholicæ societatem gratulatur, admonens vt ex animo faciant quod faciunt, & in eo persistent. Epistola 130.

Domini honorabilibus & merito suscipiendis, charissimis ac desideratissimis fratribus in omni honorū gradu, Circensibus, Augustinus Ep̄s. Si id quod in uestra ciuitate nos grauer contristabat absumptum est, si duritia cordis humani resistēs manifestissimę & quodāmodo publicę ueritati eiusdem

dem ueritatis uicta est, si sapit dulcedo pacis unitatisq; charitas, & non iā reuerberat oculos faucios, sed sanos illustrat ac vegetat nō sunt hæc opera nostra, sed Dei, nō hæc humanis operib; oīno tribuere, nec si cū apud uos effemustata cōuersio multitudinis nobis loquentib; & hortantib; proueniret. Hoc agit ille & efficit, q̄ per ministros suos rerū signis extrinsecus admonet, reb; aut ipsi p̄ seipsū intrinsecus docet. Nec ideo pigrius moueri nos oportet ad uisendos uos, qm̄ quicquid in uobis laudabile est sanctū, nō à nobis, sed ab illo factū est qui facit mirabilia solus. Multo n. alacrius debemus accurrere ad spectanda opera diuina q̄ nostra, quia & nos siquid boni sumus, opus illius non hominū sumus.

Vnde Apostolus dixit, Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementū dat Deus. Xenocrates Polemonē, vt scribitis, & nos ex illius literis recordamur, de fruge tēperantia disputādo, nō solū ebriosū, uerū et tunc ebriū ad mores alios repēte cōuertit. Quancūq; ergo ille, sicut prudēter & ueraciter intellexistis, non Deo fuerit acquisitus, sed tñ à dñatu luxuriæ liberatus, tñ ne idipsū quidē q̄ melius in eo factū est humano operi tribuerim, sed diuino. Ipsius nanq; corporis q̄ est infimū nostrū, si qua bona sunt, sicut forma & vires & salus, & siquid eiusmodi est, nō sunt nisi ex Deo creatore ac perfectore naturæ, quantomagis animi bona donare nullus alius potest. Quid n. superbis vel ingratis cogitare potest humana uerordia, si putauerit cū carne pulchrū faciat Deus hominem, aīo castū ab homine fieri? Hoc in libro christiane sapientie sic scriptū est, Cū scire, inquit, quia nemo esse potest cōtinēs, nisi Deus det, & hoc ipsū erat sapiētia scire cui⁹ esset hoc donū. Polemo ergo si ex luxurioso continēs factus ita sciret, cuius esset hoc donū, & cū ab iectis superstitionib; gentiū pie coleret, nō solū cōtinēs, sed et ueraciter sapiēs & salubriter religiosus existeret, q̄ ei non tñ ad pntis uitæ honestatē, uerū & ad futuræ immortalitatis ualeret. Quantominus igit mihi arrogare debeo cōuersionē istā uestrā vel populi uestri, quā modo nobis nunciastis, q̄ me nec loquēte, nec saltē pntē proculdubio diuinitus facta est, in quib; ueraciter facta est. Hoc itaq; præcipue cognoscite, hoc pie humiliterq; cogitate, Deo fratres, Deo gratias agi-

te, Deū timete ne deficiatis, amate vt proficiatis. Si autē adhuc quoidā amor hoīs occulte segregat, & timor hominis fallaciter congregat, obseruent qui tales sunt, qm̄ Deū, cui nuda est humana cōscientia, nec testē fallūt, nec iudicē fugiunt. Si quid autē illos de quōne ipsius unitatis, pro sua salutis sollicitudine permouet, hoc sibi (quantū existimo) iustissimū extorqueant, vt de catholica ecclesia, i toto orbe diffusa potius id credant, q̄ diuinæ scripturæ dicunt, non q̄ linguæ humanę maledicunt. De ipsa uero diffensione q̄ inter homines orta est, qui qualeslibet fuerint nō utique præiudicant promissis Dei, qui dixit ad Abrahamā, In semine tuo benedicentur oēs gentes, q̄ creditum est dū audiretur prædictū, & negatur cum vr̄ impletum, hoc tñ interim breuissimum, & (nisi fallor) inuictissimum cogitent, aut actā esse istā causam in ecclesia stico transmarino iudicio, aut non esse actā. Si acta ibi non est, innocens est Christi focietas per omnes transmarinas gentes, cuius societatis nos cōione gaudemus, & ideo ab eis innocentibus utique sacrilega direptione separantur. Si uero acta est ibi ista causa, quis non intelligat, quis non sentiat, quis non uideat eos in ea uictos quorū inde cōio separata est? Eligat ergo, utrū malint credere quod pronunciauerūt ecclesiastici cognitores, aut quod murmurant uicti litigatores. Aduersus istam complexionē dictu breuissimam, intellectu facillimā, attendite pro uestra prudētia diligēter, q̄ nihil sobriū rāderi possit, & tñ malus Polemo magis ebrietate inueterati erroris uertit. Date ueniam prolixiori fortassis epistolæ q̄ iucundiori: uerum tñ (vt arbitror) utiliori q̄ blandiori, domini honorabiles & merito suscipiendi, charissimi, ac desideratissimi fratres. De aduentu autem nostro ad uos utrorumq; desiderium Deus impleat. Quanto n. charitatis ardore accendamus ad uisendos uos, uerbis explicare non possumus, sed uos benigne credere minime dubitamus.

Aug. Memorio Ep̄o cōmendat Possidium, damnas disciplinas liberales, nisi addit studij pietatis. Multa d̄ libris quos scripsit de Musica. Itē de uersib; Dauidicis. Epi. 131.

Domino beatissimo & uenerabiliter charissimo, & synceriter desideratissimo.

fratri & coepto Memorio, Augustinus i dno salutem. Nullas iam reddere debui literas san- cte charitati tuae sine his libris, quos a me sa- cti amoris iure violētissimo flagitasti, ut hac salte obedientia rñderē epistolis tuis, quibus me magis onerare q̄ honorare dignatus es. Quāquā ubi succūbo quia oneror, ibi et qa diligor, subleuor. Neq; n. a quolibet diligor, subleuor, & erigor, sed ab eo viro & dñi sa- cerdote, quē sic acceptū Deo sentio, ut cum animā tuā tam bonam leuas ad dñm, qm̄ in illa me habes, leues & me. Debui ergo nunc libros mittere, quos emēdaturū me esse pro- miseram. Et ideo non misi, quia non emen- daui: non quia nolui, sed quia non potui, cu- ris videlicet multis & multū praevalentibus occupatus. Nimis autē ingrātū ac ferreū fuit ut te, qui nos sic amas, hic sanctus frater & collega noster Possidius in quo nostram non parū praeſentiam reperies, vel non disceret, vel sine literis nostris disceret. Est. n. per no- strū ministeriū, nō literis illis, quas variarum serui libidinū, liberales vocant, sed dñico pa- ne nutritus quantus ei potuit per nostras an- gustias dispensari. Quid. n. aliud dicendū est eis, qui cū sint iniqui & impij liberaliter sibi videntur eruditi, nisi q̄ in literis vere libera- lib. legimus, Si vos filius liberauerit, tūc vere liberi eritis? Per eū nanq; p̄stat, ut ipsa et q̄ liberales disciplinae ab eis, qui in libertatē vo- cati non sunt appellatur, quid in se habeāt liberale noscatur. Neq; n. habent congruum liberati, nisi q̄ habent congruū veritati. Vn- de ille ipse filius, Et veritas inquit, liberabit vos. Nō ergo illae innumerabiles & impię fa- bulę, quib. vanorum plena sunt carmina poe- tarum, vlllo modo nostrae consonant liberta- ti: Non oratorū inflata & expolita mēdacia: Non deniq; ipsorum philosophorū garrulę argutię, qui vel Deū prorsus non cognoue- runt, vel cū cognouissent Deū non sicut Deū glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed eua- nuerunt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipientis cor eorū, & dicentes se esse sa- pientes, stulti facti sunt. Et immutauerunt glo- riā incorrupti Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs & volucrū atq; quadrupe- dū & serpentū vel qui istis simulacris non dediti, aut non nimis dediti, coluerunt tñ & seruiuerunt creaturę potius q̄ creatori. Absit oīno ut istorū vanitates & insanīe mēdaces,

Ioan. 8.

Contra liberales discipli- nas.

ventosa nugę ac superbus error, rectē libe- rales literę nominentur, hominū, s. infelicū, qui Dei gratiā per Iesum Christū dñm no- strum qua sola liberamur de corpore mortis huius, non cognouerunt, nec in eis ipsis quę vera sunt senserunt. Historia sanē, cuius scri- ptores fidē se praeſcipue narrationib. suis de- bere profitentur, fortassis habeat aliquid co- gnitione dignū liberis, cū siue bona siue ma- la hominū, tñ vera narrantur. Quamuis in eis cognoscendis qui spiritus sancto non adiuti sunt, rumoresq; colligere i p̄sa humanę infir- mitatis conditione cōpulsī sunt, quēadmodū non fallerentur in plurimis omnino non vi- deo. Est tñ in eis aliqua propinquitas liberta- tis, si voluntatem mentiendi non habent, nec hoīes fallunt, nisi cum ab hominibus huma- na infirmitate falluntur. Verum quia in oīb. rerum motibus qui numeri valeant, facilius consideratur in vo cibus, eaque consideratio quibusdā quasi gradatis itinerib. nititur ad su- perna intima veritatis, in quibus vijs ostēdit se sapientia hilariter, & in omni prouidētia occurrit amātib. initio nostri otij, cum a cu- ris maiorib. magisq; necessarijs vacabat ani- mus, volui per ista q̄ a nobis desiderasti scri- pta proludere, qm̄ cōscripsi de solo rhythmo sex libros, & de melo scribere alios forsitan sex, fateor, disponebā, cum mihi otium futu- rum sperabā. Sed postea quam mihi curarū ecclesiasticarum sarcina imposita est, omnes illę delitię fugere de manibus, ita ut vix nūc ipsum codicem inueniam, qm̄ tuam volunta- tem, nec petitionē, nec iussionem contēnere nequeo. Quod sanē opusculū si potuero mit- tere, non quidē me tibi obtēperasse, verum- tñ te hoc a me tantopere flagitasse penitebit. Difficillime quippe intelliguntur in eo quin- que libri si non alsit qui non solum disputan- tium possit separare personas, verum etiam pronuntiando ita sonare morulas syllaba- rum, ut eis exprimantur sensumque aurium feriant genera numerorum: maxime quibus- dam etiam silentiorum dimensa interualla miscentur, quę omnino sentiri nequeunt, nisi auditorem pronunciator informet. Sex- tum sanē librum quem emendatum reperi, ubi est omnis fructus ceterorum, non distu- li mittere charitati tuę, fortassis ipse tuā nō multum refugiet grauitatē. Nam superiores quinq; vix filio nostro & condiacono Iulia- no,

Historia.

I. Repra. Et. 10.

B.

no, qm̄ & ipse iam nobiscū cōmilitat, lectio- ne & cognitione digni videbuntur. Quē qui- dē non audeo dicere plus amo quā te, quia nec veraciter dico, sed tñ audeo dicere, plus desidero q̄ te. Mirū videri potest, quēadmo- dū quē pariter amo, amplius desiderem, sed hoc mihi facit spes amplior videndi eū. Pu- to. n. q̄ si ad nos te iubente uel mittente ue- nerit, & hoc faciet q̄ adolescentē decet, ma- xime quia nondū curis maiorib. detinetur, & te ipsum mihi expeditus apportabit. Qui- bus numeris consistant uersus Dauidici non scripsi, quia nescio. Neq; n. ex Hebręa lin- gua, q̄ ignoro, potuit et numeros interpre- sari, ne metri necessitate ab interpre- tandi ueritate amplius q̄ ratio sniarum sine- bat digredi cogeretur: certis tñ eos constare numeris, credo illis qui eam linguam probe callent. Amauit. n. uir ille sanctus Musicam piam, & in ea studia nos magis ipse q̄ ullus alius author accendit. Habitetis oēs in eter- num in adiutorio altissimi, qui habitatis una nimes in domo, pater materq; fratres filiorū & cuncti unius patris filij, memores nostri.

Augustinus Florentinæ puellę studiosę offe-rens suā docendi operam si proferat quid velit exponi. Epistola 132.

Dominę eximie meritoq; honorabili in Christo ac suscipiendę filię Floren- tinę, Augustinus eps in dno salutem. Sanctū propositū tuum & inuisceratus cordi tuo ti- mor dñi castus permanens in seculū seculi, curā pro te nostrā non solū in precib. apud Deū, uerum et in admonitionib. ad te ipsam non mediocriter suscitāt. Quod quidē in epi- stolis meis, quas ad matrē reuerentię tuę, de- bito mihi cū honore nominandā, dedi, non semel feci. Sed quia hoc mihi rescribere di- gnata est, prius te uelle accipere literas meas tunc demū si quid fortē opusculū si potuero mit- tere, non quidē me tibi obtēperasse, verum- tñ te hoc a me tantopere flagitasse penitebit. Difficillime quippe intelliguntur in eo quin- que libri si non alsit qui non solum disputan- tium possit separare personas, verum etiam pronuntiando ita sonare morulas syllaba- rum, ut eis exprimantur sensumque aurium feriant genera numerorum: maxime quibus- dam etiam silentiorum dimensa interualla miscentur, quę omnino sentiri nequeunt, nisi auditorem pronunciator informet. Sex- tum sanē librum quem emendatum reperi, ubi est omnis fructus ceterorum, non distu- li mittere charitati tuę, fortassis ipse tuā nō multum refugiet grauitatē. Nam superiores quinq; vix filio nostro & condiacono Iulia- no,

sciā, & de hoc et te ipsam (si potuero) faciā reddita ratione securā. Aut certe si & nescio & tñ sciendū est, uel impetrabo a dño ne ti- bi desim. Nā sape officiū impertiendi meri- tū est accipiendi: uel ita tibi n̄debo, ut noue- ris pro hac ipsa re quā pariter nescimus ad quē pulsare debeamus. Hęc ideo p̄lo cutus sū, ne te pro certo speres quicquid a me q̄- siueris auditurā, & cū hoc non prouenerit, audacter potius q̄ prudenter me fecisse arbi- treris, q̄ tibi q̄rendi (si quid uoles) facilita- tē dedi. Hoc. n. feci nō doctor perfectus, sed cū docendis perficiendus, dñā eximia merito quę honorabilis in Christo ac suscipienda filia. Et quidē et in ijs reb. quas utcumq; scio, magis te cupio esse scientem, q̄ scientię no- strę indigentē. Neque. n. ut q̄ scimus doceamus, aliorū ignorantia optare debemus. Mul- to quippe melius oēs sumus dociles Deo q̄ utiq; in illa superna patria, cū in nobis com- pletū fuerit q̄ promissum est, perficietur, ut non dicat hō proximo suo, Cognosce dñm. Omnes. n. cognoscent eum, sicut scriptū est, a minore usq; ad maiore eorum. Et sollicitis- sime cauendū est in docendo superbię ui- tium, q̄ in discendo non ita est. Vnde & san- cta scriptura nos admonet dicens: Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus autē ad lo- quendū. Et ille in psalmo ait: Auditui meo dabis gaudiū & exultationē & letitiam: conti- nuoq; subiecit, Et exultabunt ossa humiliata. Vidit. n. in audiendo facillime seruari humi- litatē, q̄ difficilis est in docendo, qm̄ necesse ut doctor habeat superiorem locum, ubi la- boriosum est obtinere ne subrepat elatio. Vi- des ne quemadmodū periclitemur a quibus hoc expectatur, ut non solū doctores simus, uerum etiam cum simus hoīes diuina doceamus? Sed laborū periculorumq; nostrorū singu- lare est solatiū, cum ita proficitis, ut illō per- ueniat, ubi nullius hominis doctoris egeatis. Isto autē periculo non tantum nos, nam ad illum de quo dicturus sum, quid sumus nos? Nō ergo nos tantum periculo isto, sed etiam ille doctor gentium periclitatū se esse testatur cū dicit: Ne in magnitudine reuelationum mearum extollar, datus est mihi sti- mulus carnis, &c. Vnde & ipse dñs tuus huius admirabilis medicus, Nolite, inquit, ab hominibus uocari rabbi, unus est. n. mag- ister uester Christus. Quod retinens idem Aug. Tomus Secundus. B b 3 ipse

Hier. 41.

Iacobi. 1. Psal. 50.

1. Co. 12.

Mat. 23.

1. Cor. 3. ipse doctor gentium dicit: Neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hoc & ille meminit, qui in nativitate mulierum, quanto magnus erat, tanto se in omnibus humiliabat, indignum se affirmans qui Christi calciameta portaret. Quid enim aliud ostendit ubi ait: Qui habet spousam spousus est, amicus aut sponsi stat & audit eum, & gaudet pro voce sponsi? Hic est ille auditus de quo paulo ante commemoravi in psalmo positum, Auditui meo dabis exultationem & letitiam, & exultabunt ossa humiliata. Proinde tanto me certius, tanto solidius, tanto sanius gaudere scias de fide & spe & dilectione tua, quanto minus indigneris, non tantum a me quicquam discere, sed ab vilo prorsus hominum. Verum tamen quia cum illic essem, te quidem per aetatem verecundante, boni parentes & amantissimi bonorum studiorum tuorum, quanto pietatis veracis sapientiae ardore flagrantes mihi intimare dignati sunt, & benevolentissime petierunt, ne tibi instruenda in quo opus est, mea operulam denegarem: admonendam te his literis credidi, secundum supradictas optiones, ut gratias quae vis, ne sim superflua si conatus fuero docere quae scis, dum tamen firmissime teneas, quae si aliquid salubriter per me scire potueris, ille te docebit qui est interioris hominis magister interior, qui in corde tuo tibi ostendit verum esse quod dicitur, Quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

Augustinus Italicae cuidam de clade Romanorum a Barbaris illata, de perpetuandis malis spe vitae caelestis. Epistola 133.

Religiosissima atque in Christi membris merito sancteque laudabili famula Italicae, Augustinus in domino salutem. Tres epistolas tuae benignitatis acceperam cum ista rescripta. Vnam, quae adhuc meas literas exigebat: alteram, quae ad te iam pervenisse indicabat: tertiam, quae benevolentissimam pro nobis curam tuam etiam de domo clarissimi & egregij iuuenis Iuliani, quae nostris adheret parietibus, continebat. Qua accepta continuo respondere non distuli, quia procurator eximietatis tuae cito se Romam posse mittere rescriptum, cuius literis graviter contristati sumus, quae ea quae illic in urbe vel circa urbem geruntur,

non nobis insinuare curavit, ut certum apud nos fieret quod incertae fama credere volebamus. Fratrum quippe literis ante transmissis, quavis molesta & dura, multo tamen leviora nunciata sunt. Plus sane quam dici potest miratus sum, quod nec tanta occasione hominum tuorum fratres sancti Episcopi rescripserint, nec epistola tua quicquam nobis de tantis tribulationibus vestris insinuaverit, quae utique per viscera charitatis nostrae sunt, nisi forte faciendum non putasti quod nihil prodesse duxisti, aut nos tuis literis iustificari noluisse. Prodest aliquid, quantum ego arbitror, et ista cognoscere. Primo, quia iniustum est gaudere velle cum gaudentibus, & flere non velle cum flentibus. Deinde quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Absit itaque ut recusemus audire etiam quae amara & tristitia sunt erga charissimos nostros. Nescio quo modo minus sit, quod patitur vnum membrum si compatiuntur alia membra. Nec ipsa mali relatio fit per communionem cladis, sed per solatium charitatis, ut quavis alij ferendo patiuntur, alij cognoscendo compatiuntur, communis fit tamen tribulatio, quia probatio, spes, dilectio spiritusque communis est. Omnes autem nos dominus consolatur, qui & haec temporalia mala praedixit, & post haec bona aeterna promissit. Nec debet cum praeliatur infringi, qui vult post praelium coronari, vires illo subministrante certantibus qui praeparat ineffabilia dona victoribus. Rescripta illa nostra non tibi ad nos auferant scribendi fiduciam, praesertim quia timorem nostrum non improbabili defensione lenisti. parvulos tuos resalutamus, & in Christo tibi grandescere optamus, qui iam in hac aetate cernunt quam sit amor huius seculi periculosus & noxius, atque utinam cum magna & dura patiuntur, parva & flexibilia corrigantur. De domo illa quid dicam, nisi benignissime tuae curae gratias agam? Nam eam quam dare possumus nolunt, quam volunt autem dare non possumus. Neque enim ficut falso audierunt, a decessore meo relicta est ecclesiae, sed inter antiqua eius praedia possidetur, & antiquae alteri Ecclesiae sic cohaeret, quemadmodum illa de qua agitur alteri.

Augu-

Augustinus Pammachio viro senatori, gratulatur quod eam Numidiae partem cui praerat adhoratus sit literis, ut Donatistis conferreret sese ad ad Ecclesiam communionem. Epist. 134.

Domino eximio & merito suscipiendo, atque in Christi visceribus dilectissimo filio Pammachio, Augustinus in domino salutem. Bona opera tua Christi gratia germinantia, te nobis in membris eius honorandum, & plane notissimum dilectissimumque fecerunt. Neque enim si quotidie faciem tuam viderem, notior mihi esset. quae cum interiori tui pacis decori, pulchritudine ac veritatis luce radiantem, in vniuisti facti candore conspexi & agnoui, agnoui & amavi. Huic nunc loquor, huic scribo, dilecto amico meo, qui mihi corpore absenti absens innotuit. Veruntamen iam simul eramus, & coniuncti sub vno capite vivebamus, in cuius charitate nisi radicans essem, non tibi tanta dilecta catholica unitas foret, nec colonos tuos Aphros eorum terrarum, unde Donatistarum furor exortus est, hoc est, in media consulari Numidia constitutos tali admoneres alloquio, tanto seruore spiritus animares, ut deuotione promptissima ad sequendum eligerent, quod te tale ac tantum virum, non nisi agnita veritate sequi cogitarent, & tam longe a te locorum interuallis remoti irerent sub idem caput atque in eius membris in aeternum tecum deputarentur, cuius praecipio tibi temporaliter seruiunt. In hoc ergo tuo facto te cognitum amplectens, exultavi ut gratularer tibi in Christo Iesu domino nostro, tibi que has gratulatorias literas mittere, qualecunque specimen cordis & amoris erga te mei. Neque enim amplius potui, sed quod non tu haecenus quicquid te diligo metiaris, perlectam transi hanc epistolam transitu inuisibili qui intus sit, & perge cogitando in peccatus meum & cerne quid illic de te agatur. Patet enim oculo charitatis cubiculum charitatis, quod claudimus aduersus nugas tumultuosas seculi, cum illic Deum adoramus, & videbis ibi delicias letitiae meae de tuo bono opere tuo, quas nec lingua effari, nec stylo exprimere valeo, calentes atque flagrantes in sacrificio laudis eius, quo inspirate hoc voluisti, & quo adiuuante potuisti. Gratias Deo super inenarrabili dono eius. O quam multorum tecum pariter senatorum, pariterque sanctae Ecclesiae filiorum, tale opus desideramus in Africa, de quali

tuo laetamur. Sed illos periculosum est exhortari tibi securum est gratulari. Illi enim forte non faciemus & tanquam nos in animo eorum vicerint, inimici Ecclesiae decipiendis insidiabunt infirmis. Tu vero iam fecisti, unde inimici Ecclesiae, liberatis confundantur infirmis. Proinde sufficere visum est ut ipse quod Christiano iure potueris, animae fiducia ista epistolam legas. Sic enim ex tuo facto fieri posse in Africa credunt, quod forte dum putant fieri non posse, pigrescunt. Insidias autem quas ipsi haeretici distorto corde molunt, quam nisi eos arbitratos valere aliquid in possessione Christi, animo tuo, nec rescribere volui. Audies tamen haec a fratribus meis, quos plurimum commendo eximietati tuae, ne in tanta magna tamque inopinata salute hominum, de quibus per te catholica mater exultat, asperneris etiam superflua metuentes.

Augustinus Severo abbati, blandissime monens, ne mutuis laudibus certet, sed potius ea tractet, quae proprius pertinent ad pietatem. Epistola 135.

Domino beatissimo atque dulcissimo, venerabili nimiumque desiderabili fratri & confacerdote Severo, & qui tecum sunt fratribus, Augustinus & qui tecum sunt fratres in domino salutem. Epistola mea quam peruenit charissimus filius & coadiaconus noster Timotheus, iam parata erat profecturo, quando filij nostri Quoduultus & Gaudentius ad nos venerunt cum literis tuis. Inde factum est ut continuo proficiscens, non afferret responsum meum, quam post illorum aduentum quantulumcumque apud nos immoratus est, & profecturus per horas singulas videbatur. Sed etsi per eum ruidissem, adhuc debitor forem. Nam & tunc quod videor respondi debitor sum, non dico charitatis, quam tanto magis debemus, quanto amplius impenderimus, cuius nos perpetuos debitores ostendit Apostolus, dicens, Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis, sed ipsius epistolae tuae, quando non sufficiam tuae suauitati tantaeque auiditati animi tui, quam mihi lecta nunciauit? Rem quidem mihi in te notissimam insinuauit, veruntamen etsi non mihi rei nouae insinuatrici, noua tamen rescriptorum exactrix fuit. Miraris fortasse, cur me huius debiti persoluto rem imparem dicam, cum tu de me tam multum

Bb 4 sentias,

sentias, qui me tanquā anima mea noueris. Sed hoc ipsū est q̄ mihi magnā difficultatē facit r̄ndendi literis tuis, quia & quantus mihi videaris parco dicere propter verecūdiā tuā, & utiq; minus dicendo cum tu in me tā tā laudē contuleris, quid nisi debitor remanebo? Quod non curarē si ea quae de me locutus es, nō ex charitate sincerissima dicta feirē, sed adulacione inimica amicitia. Hoc quippe modo ne debitor fierē, quia talia reprehēdere non deberē: sed quanto magis non ui q̄ fideli animo loqueris, tāto magis video quanto debito grauer. Vide autē quid mihi cōtigit, vt me quodā modo ipsē laudauerim, q̄ me a te fideliter laudatum dixerim. Sed quid aliud dicerē, q̄ id quod te admonui quē nō fti. Ecce mihi nouā feci quāstionem, quā tu non proposuisti, & eā fortassis expectas vt soluā, ita mihi parum erat q̄ debitor erā, nisi etiā me ampliore debito ipse cumularē. quā quā hoc facillē sit ostendere, & si non ostendā facillē tibi videre, & vera infideliter dici posse, & non vera fideliter. Qui n. sic credit vt loquitur, etsi nō vera loquitur, fideliter loquitur, q̄ aut nō credit q̄ loquitur, & si vera vera loquitur, infideliter loquitur. Nunquid ergo dubito q̄ ea de me credas q̄ scripsisti? Quae cū in me nō agnosco, potuisti fideliter de me non vera dicere: sed nolo te vel beneuolentia sic falli cui beneuolentiā debitor sum, quia & tā fideliter & tā beneuole ea q̄ vera sunt possem de te dicere, nisi (vt supra dixi) verecūdiā tuā parcerem. Ego autē q̄ laudor a germanissimo & familiarissimo animā meā, velut a me ipso lauder, sic habeo.

D Quod cernis quā molestū sit, etiā vera si dicantur. Quanto potius, quia etiā cū sis altera anima mea, immo vna sit anima tua & mea sic in me falleris putando mihi adesse quae de sunt, quomodo & de se ipse vnus homo falli potest? Quod nō tā ideo nolo ne quē diligo tu fallaris, verū etiā ne minus orēs vt sim quod iā me esse credis: nec in eo sum tibi debitor, vt eodē progressu beneuolentiā credā & loquar de te bona, quae adhuc & tu tibi de esse cognoscens, sed vt animo tam quidem beneuolo ea tātū dicam bona tua dona Dei, de quibus in te certus sum. Quod nō ideo nō facio ne fallar in eis, sed ne tu a me laudatus, ipse te laudasse videaris: & propter illam iustitiā regulam, quia mihi fieri nolo. Quod si

fieri debet, eligo esse debitor quaddiu putā nō esse faciendū. Si autem fieri non debet nec debitor sum. Sed noui quid mihi ad hęc respondere possis. Ita ista loqueris quasi prolixam epistolam tuā de laudibus meis desiderauerim. Absit vt hoc de te credā: sed epistola tua, nolo dicere quā veris vel quā non veris, plena tamē laudibus meis, hoc de me vt reprehēderē etiā te nolētē flagitauit. Nā si quid aliud volebas vt scriberē largitorē me desiderabas, non redditorem. Porro iustitię ordo sic se habet, vt debitum prius reddamus, tū deinde cui reddimus si hoc placet aliquid & donemus: quanquā etiā talia quaelia desiderasti vt scriberē, si diligentius praecepta dominica cogitamus, reddimus potius quā donamus, si nemini quicquam debendū est nisi vt iniucē diligamus. Ipsa quippe dilectio exigit debitū, vt fraternę charitati seruientes, eū qui se adiuuari recte velit, in quo possumus adiuuemus. Sed mi frater & tu credo quod noueris, quanta sint in manibus meis, quibus ob diuersas curas quas nostrae seruitutis necessitas habet, vix mihi paucissimę guttę tēporis stillantur, quas alijs rebus si impendero, contra officii meū mihi facere videor. Quod enim vis vt ad te prolixam epistolā scribā, & hoc quidē debeo (fateor) de beo prorsus hoc tam dulci, tā syncerę, tam merę volūtati tuę. Sed quia bonus es amator iustitię, inde te admoneo, vt de illa quam diligis hoc a me libentius audias. Cernis prius esse quod tibi & alijs quam quod tibi tantūmodo debeo, & tēpus ad omnia mihi nō sufficit, quando nec ad illa quae priora sunt. Vnde omnes charissimi & familiarissimi mei, quorū in nomine Christi iuter primos mihi es, rem faciēt officij sui: si non solū alia mihi scribenda ipsi non imponant, verum etiam ceteros quanta possunt autoritate & sancta benignitate prohibeant, ne videar ergo durus cum a singulis petita non dederō, dum ea volo magis reddere quae omnibus debeo. Denique cum sicut speramus & promissum tenemus, ad nos venerit venerabilitas tua, scies quibus operibus literarum & quantum occupatus sim, & instantius facies quod rogavi, vt & aliōs quos potueris mihi aliquid aliud scibendū volentes iniungere a me demoliaris. Dominus Deus noster impleat cordis tui tam grandem, & tam sanctum sinum, quem

quem ipse fecit domine beatissime.

G Augustinus Felici & Hilarino Episcopis, ad hortans, ut afflictiones patienter ferant, Bonifacio presbyterū liberans inuidia, quod diceretur ab ipso submotus ex ordine presbyteri. Epistola 136.

Dominis dilectissimis meritoq; honorandis fratrib. Felici & Hilarino, Augustinus in dño salutē. Non miror satanam fidelium animos perturbantē, cui resistite, per manentes in spē promissorum Dei, qui fallere non pōt, qui nō solū nobis in se credētib. & in eius charitate vsq; in finē perseuerātib. polliceri prēmia aeterna dignatus est, verum etiā tēporalia scandala non defutura prae-dixit, quibus fidē nostram exerceri & probari oporteret. Ait. n. Quonia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorū: sed continuo subiecit, Qui at perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Quid ergo mirū si homines seruis Dei detrahūt, & qui eorū vitā peruertere non possunt, famam decolorare conant, cū ipsum Deum & dñm eorū quotidie blasphemare non cessent, cum eis displicet quicquid cōtra eorū voluntatem iusto & oculto iudicio facit? Vnde exhortor prudētia vestra, domini dilectissimi meritoq; honorandi fratres, vt scripturarū Dei qui nobis hęc omnia futura prae-nunciauit, & aduersus ea nos firmos esse debere prae-mouit, cōtra hominū maledica vaniloquia suspicionesq; temerarias corde Christianissimo cogitetis. Breuiter utiq; dico charitati vestrae, Bonifaciū psbyterū in nullo crimine apud me fuisse detectū, nequaquā me de illo tale aliquid credidisse vel credere. Quomodo ergo iube rem de numero presbyterorum nomen eius auferri, vehementer terrente Euangelio vbi dominus ait: In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini? Cū enim causa q̄ inter illum & Spem exorta est, sub diuino examine pēdeat secundum placitū eorum, quod vobis si volueritis poterit recitati, quis ego sum, vt audeam Dei praeuenire sententiā, in delēdo vel supprimendo eius nomine, de quo nec suscipari temere mali aliquid Episcopus debui, nec dilucide iudicare homo de occultis hominum potui, cum in ipsis causis secularib. quando ad maiorem potestatem refertur ar-

bitriū iudicandi, manentibus) sicut erant) oibus rebus, expectetur illa sententia vnde iam nō liceat prouocari, ne superiori cognitori fiat iniuria, si eius pendente iudicio aliquid fuerit commutatum? Et utiq; multum interest inter diuinam & humanā quamlibet excellentissimā potestatem. Domini Dei nostri misericordia nunquam vos deserat, domini dilectissimi & honorandi fratres.

Apparet quēdā ē sodalitiō Augustini parum secundae famae iuuenem intendisse crimē Bonifacio presbytero Augustini quod ab eo fuerit de stupro interpellatus. Quū res euidentib. argumētis nec refelli nec coargui posset, iussus est vterq; adire sepulchrū martyris, vt miraculo transigeretur iudiciū. Id vt clā fieret, curarat Augustin⁹. Verū quū res eruperat in notitiam hoīm, hortatur omnes, ne temere iudicēt, neue ob paucorū delicta, vel ipsi deficiāt a pietate, vel de oīb. male suspicentur, declarās nullā fuisse tam felicem sodalitatē, in qua nō aliquod flagitium extiterit. Epist. 137.

Dilectissimis fratrib. Clero, senioribus, & vniuersae plebi ecclesie Hipponēsis, cui seruo in dilectione Christi, Augustinus in domino salutē. Vtinā scripturae Dei sollicita mente intendentes, in quibusq; scandalis adiutorio nostri sermonis non egeretis, & ille vos potius consolaretur qui consolatur & nos: qui non solū bona, quae sanctis & fidelibus suis est redditurus, verum etiā mala quibus erat hic mūdus abundaturus antē prae-dixit, antē cōscribenda curauit, vt bona post seculi finem secutura certiores expectaremus, quā mala similiter prae-nunciata ante seculi finem prae-cedentia sentiremus. Vnde & Apostolus dicit: Quaecunque enim antē scripta sunt, vt nos doceremur scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus ad Deum. Quid autem opus erat vt ipse dominus Iesus non solum diceret: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui, quod post seculi finem futurum est, verum etiam exclamaret. Vae mundo ab scandalis: nisi vt nobis non blandiremur venire nos posse ad sedes felicitatis aeternę, nisi temporalibus malis exerciti non defecerimus? Quid opus fuit vt diceret: Quoniam abundabit

*Matt. 7.
Videtur
esse nomē
propriū.*

Rom. 5.

Matt. 13.

Matt. 18.

Mat. 24. dabit iniquitas refrigescet charitas multorum, nisi ut illi de quibus continuo locutus adiunxit: Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit: cum hac iniquitatis abundantia refrigescet charitatem viderent, non perturbarentur, non expauescerent, non quasi rebus insperatis & inopinatis contristati deficeret, sed potius, videntes accidere, quae futura praedicta sunt ante finem, patienter perseverarent usque in finem, ut securi mererentur regnare post finem, in ea vita quae non habet finem. Proinde charissimi in isto scandalo quod de Bonifacio presbytero nonnulli perturbantur, non vobis dico ut non doleatis. Qui enim ista non dolent, non est in eis charitas Christi: quae autem etiam de talibus gaudent, abundat in eis malignitas diaboli. Non quia in memoria presbytero apparuit aliquid quod dignum damnatione iudicaretur, sed quia duo de domino nostra habent causam, ut unus eorum sine dubio perditus habeatur, & sit alterius fama apud quosdam mala, apud quosdam dubia, etiam si non sit maculata conscientia. Dolete ista, quoniam dolenda sunt. Non tamen sic ut eo dolore vestra charitas a bene vivendo refrigescat, sed potius ad dominum deprecandum inardescat, ut si innocens est presbyter noster quod magis credo: quia cum sensisset alterius motum impudicum & immundum, nec consentire voluit nec tacere, cito eum sua divina sententia manifestatum ministerio proprio repraesentet. Si autem male sibi conicius, quod suspicari non audeo, voluit alterius existimationem ledere, cum eius pudicitiam contaminare non posset, sicut dicit ipse cum quo habet causam, non eum permittat suam occultare nequitiam, ut quod homines inuenire non possunt, de quolibet eorum diuino iudicio paleatur. Cum enim ista me causa diu cruciasset, nec inuenirem quomodo unus e duobus conuinceretur, quamuis magis presbytero credidissem, cogitaueram primo sic ambos Deo relinquere, donec in uno eorum qui mihi suspectus erat aliquid existeret, unde non sine iusta manifesta causa de nostro habitaculo proijceretur. Sed cum promoueri in clericatum, siue illic per me, siue alibi per literas meas vehementissime conaretur, ego autem nullo modo adducerem ei homini, de quo tantum mali existimarem, manus ordinationis imponere, aut per commendationem mea

alicui fratri meo eum subintroducere, turbulentius agere cepit, ut si ipse in clericatum non promoueretur, nec presbyter Bonifacius in suo gradu esse permetteretur. In qua eius prouocatione cum viderem Bonifacium nolle quibuslibet infirmis & ad suspicionem propensis de sua vita dubitatione scandalum fieri, paratumque esse honoris sui apud homines damnum perpeti potius, quam in contentione, in qua non posset ignorantibus & dubitantibus, vel ad male suspicandum procliuioribus suam demonstrare conscientiam usque ad Ecclesiam perturbationem inaniter progredi, elegi aliquid me diu, ut certo placito se ambo constringeret ad locum sanctum se peregrinuros, ubi terribiora opera Dei non sanam cuiusque conscientiam multo facilius aperiret, & ad confessionem vel penam vel timore compelleret. Vbi quid est? & nullo contineat vel includit loco, qui condidit omnia, & cum a veris adoratoribus in spiritu & veritate oportet adorare, ut in occulto exaudiens, in occulto & iustificet & coronet. Veruntamen ad ista, quae hominibus visibiliter nota sunt, quis potest eius consilium perscrutari, quare in alijs locis haec miracula fiunt, in alijs non fiunt? Multis enim notissima est sanctitas loci, ubi beati Felicis Nolensis corpus conditum est, quo voluit ut pergeret, quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest, quicquid in eorum aliquo diuinitus fuerit pro palatum. Nam & nos nouimus Mediolani apud memoriam sanctorum, ubi mirabiliter & terribiliter demones confitentur, furem quendam quia ad eum locum venerat ut falsum iurando deciperet, compulsum fuisse confiteri furtum, & quod abstulerat reddere: Nunquid non & Africa sanctorum martyrum corporibus plena est? Et tamen nusquam hic sci mustalia fieri. Sicut enim quod Apostolus dicit: Non omnes habent dona curationum, nec omnes habent diuinationem spirituum, ita nec in omnibus memorijs sanctorum ista fieri voluit ille, qui diuidit propria unicuique pro ut vult. Quapropter cum ego noluissem hunc grauissimum dolorem cordis mei vobis perferri in notitiam, ne vos atrociter, & inaniter contristando turbarem, fortassis ideo Deus noluit vos latere, ut nobiscum orationibus incumbatis, ut quod ipse in hac causa nouit, nos autem nosse non possemus, etiam nobis manifestare dignetur. Nomen autem presbyteri propterea non ausus sum de numero

mero collegarum eius vel suppressere vel delere, ne diuina praeterea sub cuius examine causa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, si illius iudicium meo vel iudicio prouenire, quod nec in negocijs secularibus iudicibus faciunt, quoniam causa dubitatio ad maiorem potestatem refertur ut pendente relatione aliquid audeat commutare. Et in Episcoporum concilio constitutum est, nullum clericum, qui nondum conuictus sit, suspensum a coeione debere, nisi ad causam suam examinationem se non praesentauerit. Bonifacius tamen hanc humilitatem suscepit, ut nec literas acciperet quibus in peregrinatione honorem suum quaereret ut in eo loco ubi ambo ignoti sunt, circa ambos aequalitas seruaretur. Et nunc si vobis placet ut nomen eius non recitet, ne ipsi qui ad ecclesiam accedere nolunt, sicut ait Apostolus, demus occasione querentibus occasione, non erit nostrum hoc factum, sed eorum quorum causa fuerit factum. Quid enim obest homini, quod ex illa tabula non vult eum recitari humana ignorantia, si de libro viuorum non eum delet iniqua conscientia? Proinde fratres mei qui timetis Deum, mentote quod ait Apostolus Petrus: quoniam aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit, querens quem deuoret. Quem non potest uolare seductum ad nequitiam, famam ipsius inquinare conatur, ut (si fieri potest) opprobrijs hominum, & malarum linguarum detractione deficiat, & sic in eius fauces ruat. Si autem nec famam innocentis maculare potuerit, hoc ei persuadere tentat, ut per maleuolas suspirationes de fratre suo iudicet, & sic ab illo implicatus absorbeat. Et quis omnes eius captiones & circuentiones vel comprehendere vel enumerare sufficit? Aduersus tamen haec tria quae ad causam praesentem pertinent propius, ne mala exemplum imitando ad nequitiam seducamini, ita vos per Apostolum alloquitur Deus: Ne sitis iugum ducentes cum infidelibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? Aut quae societas luci ad tenebras? Item alio loco, Nolite, inquit, seduci: corrumpunt mores bonos colloquia mala. Sobrii estote iusti, & nolite peccare. Ut autem linguis detraherentium non deficiatis, sic per Prophetam dominus dicit: Audite me qui scitis iudicium, populus meus in quorum corde lex mea est. Opprobria hominum nolite metere, & detractione eorum ne superemini, nec quod vos spernant magni duxeritis. Sicut enim vestimentum, ita per tempora absument, & sicut lana a ti

nea comedentur, iustitia autem mea in aeternum manet. Iam vero ne maleuolus animo de seruis Dei falsa suspicando pereatis, illud Apostoli cum recordamini ubi ait: Nolite ante tempora iudicare quicquam, donec veniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique a Deo. Et item illud quod scriptum est, Quae manifesta sunt, vobis, quae autem occulta sunt, domino Deo vestro. Manifestum est quidem, quia ista in ecclesia non accidunt sine graui tristitia sanctorum atque fidelium, verum tamen consoletur nos qui cuncta praedixit, atque ut abundantia iniquitatis non refrigescamus, sed usque in finem perseveremus, ut salui esse possimus admonuit. Nam quantum ad me attinet, & si est in me quatuordecimque charitas Christi, quis vestrum infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Nolite itaque augere cruciatus meos deficiendo vel in suspicionibus falsis, vel in peccatis alienis. Nolite obsecro vos, ne dicam de vobis: Et super dolores vulnerum meorum addiderunt. Nam illi qui gaudent de istis doloribus nostris, de quibus in persona corporis Christi tanto ante praedictum est, Aduersus me insultabant qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum, multo tolerabilius sustinentur, quibus tamen est ipsi orare & bonum eis velle dicimus. Ad quid enim aliud sedent isti, & quid aliud captant, nisi ut quisquis Episcopus vel clericus vel monachus vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, sed non omnes posse manifestari? Et tamen est ipsi cum aliqua maritata inueniunt adultera, nec proiciunt uxores suas, nec accusant matres suas. Cum autem de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falsitatis sonuerit vel veri patuerit, instant, tagunt, ambiunt, ut de omnibus hoc credatur. Hos ergo de nostris doloribus suauitate sua mala lingua captantes, facile est ut illis canibus comparemus, si forte in malo intelligendi sunt, qui lingebant vulnera pauperis illius, qui ante ianuam diuitis iacebat, & quousque veniret ad requiem sinus Abraham, laboriosa & indigna omnia tolerabat. Vos me nolite amplius cruciare, quae aliqua spe habetis ad Deum. Vos nolite illa vulnera quae illi lingebant multiplicare. Vos pro quibus periclitamur, omni hora habentes foris pugnas intus timores, periculum in ciuitate, periculum in deserto, periculum ex gentibus, periculum ex falsis fratribus. Scio quia doletis, sed nunquid

Mat. 24.

L

M

A

Nomen iudicium

B

1. Co. 13

3. q. 1. m. men.

1. Cor. 4.

E

1. Co. 11.

Psalm. 68.

Luc. 16.

F

2. Cor. 7. 11.

quid acrius q̄ ego? Scio quia cōturbati estis, & timeo ne inter linguas maledicōrū deficiatis, & pereat infirmus, p̄ quem Christus mortuus est. Nō ex vobis increſcat dolor noſter, quia non culpa noſtra factus est veſter. Nā hoc eſt q̄ p̄cauere conatus ſum, vt (ſi fieri poſſet) hoc malū, nec vitandū negligeret, nec in veſtrā notitiā perferret, vbi infructuoſe cruciantur firmi & periculoſe turbarentur infirmi. Sed qui hoc cognito p̄miſit vos tentari, det vobis vires ſuſtinendi, & erudiat

G vos ex lege ſua, Doceat vos & mitiget à diabus malignis, donec fodiat peccatori fouea.

Pſal. 93. Audio nōnullos veſtrū hoc amplius cōtriftari, q̄ de lapſu duorū illorū diaconorū, q̄ ex parte Donati venerant, tanq̄ diſciplinæ Proculiani inſultauerint, velut gloriantes de nobis, q̄ ex noſtra diſciplina nihil tale in cleribus extiſſet. Quod quicumq; feciſtis, fateor vobis, nō bene feciſtis. Ecce docuit nos De⁹, vt q̄ gloriat̄ in dño gloriē. Nec obijciatis hereticis, niſi quia nō ſunt catholici, ſimiles eiſiſtis, qui nō habendo q̄ in cauſa ſua diuiſionis defendant, non niſi hominū crimina colligere affectant, & ea ipſa plura falſiſſime iactant: vt quia ipſam diuinā ſcripturā veritatē, qua vbiq; diſfuſa Chriſti eccleſia cōmendat̄, criminari & obſcurare nō poſſūt, hoſes per quos p̄dicatur adducāt in odiū, de quib. & fingere quicquid in mentē venerit poſſūt. Vos aut̄ nō ita didicisti Chriſtū, ſi tñ illū audisti, & in illo docti eſtis. Ipſe quippe fidelis ſuos ſecuros fecit et̄ de diſpenſatorib. malis, mala ſua facientibus, & bona eius loquentibus, vbi ait. Quæ dicunt facite, q̄ aut̄ faciūt, facere nolite: dicunt. n. & non faciunt. Orate quidē pro me, ne forte alijs p̄dicans ipſe reprobus inueniar. Verumtñ cū gloriāmini, nō in me, ſed in dño gloriāmini. *Quantūlibet n. libet.*

Hier. 3. Quod quicumq; feciſtis, fateor vobis, nō bene feciſtis. Ecce docuit nos De⁹, vt q̄ gloriat̄ in dño gloriē. Nec obijciatis hereticis, niſi quia nō ſunt catholici, ſimiles eiſiſtis, qui nō habendo q̄ in cauſa ſua diuiſionis defendant, non niſi hominū crimina colligere affectant, & ea ipſa plura falſiſſime iactant: vt quia ipſam diuinā ſcripturā veritatē, qua vbiq; diſfuſa Chriſti eccleſia cōmendat̄, criminari & obſcurare nō poſſūt, hoſes per quos p̄dicatur adducāt in odiū, de quib. & fingere quicquid in mentē venerit poſſūt. Vos aut̄ nō ita didicisti Chriſtū, ſi tñ illū audisti, & in illo docti eſtis. Ipſe quippe fidelis ſuos ſecuros fecit et̄ de diſpenſatorib. malis, mala ſua facientibus, & bona eius loquentibus, vbi ait. Quæ dicunt facite, q̄ aut̄ faciūt, facere nolite: dicunt. n. & non faciunt. Orate quidē pro me, ne forte alijs p̄dicans ipſe reprobus inueniar. Verumtñ cū gloriāmini, nō in me, ſed in dño gloriāmini. *Quantūlibet n. libet.*

Mat. 23. Quæ dicunt facite, q̄ aut̄ faciūt, facere nolite: dicunt. n. & non faciunt. Orate quidē pro me, ne forte alijs p̄dicans ipſe reprobus inueniar. Verumtñ cū gloriāmini, nō in me, ſed in dño gloriāmini. *Quantūlibet n. libet.*

1. Cor. 9. Quæ dicunt facite, q̄ aut̄ faciūt, facere nolite: dicunt. n. & non faciunt. Orate quidē pro me, ne forte alijs p̄dicans ipſe reprobus inueniar. Verumtñ cū gloriāmini, nō in me, ſed in dño gloriāmini. *Quantūlibet n. libet.*

47. diſt. Quæ dicunt facite, q̄ aut̄ faciūt, facere nolite: dicunt. n. & non faciunt. Orate quidē pro me, ne forte alijs p̄dicans ipſe reprobus inueniar. Verumtñ cū gloriāmini, nō in me, ſed in dño gloriāmini. *Quantūlibet n. libet.*

Gene. 9. Quæ dicunt facite, q̄ aut̄ faciūt, facere nolite: dicunt. n. & non faciunt. Orate quidē pro me, ne forte alijs p̄dicans ipſe reprobus inueniar. Verumtñ cū gloriāmini, nō in me, ſed in dño gloriāmini. *Quantūlibet n. libet.*

Gene. 21. Quæ dicunt facite, q̄ aut̄ faciūt, facere nolite: dicunt. n. & non faciunt. Orate quidē pro me, ne forte alijs p̄dicans ipſe reprobus inueniar. Verumtñ cū gloriāmini, nō in me, ſed in dño gloriāmini. *Quantūlibet n. libet.*

Malac. 1. Quæ dicunt facite, q̄ aut̄ faciūt, facere nolite: dicunt. n. & non faciunt. Orate quidē pro me, ne forte alijs p̄dicans ipſe reprobus inueniar. Verumtñ cū gloriāmini, nō in me, ſed in dño gloriāmini. *Quantūlibet n. libet.*

Hier. 3. Quæ dicunt facite, q̄ aut̄ faciūt, facere nolite: dicunt. n. & non faciunt. Orate quidē pro me, ne forte alijs p̄dicans ipſe reprobus inueniar. Verumtñ cū gloriāmini, nō in me, ſed in dño gloriāmini. *Quantūlibet n. libet.*

Gen. 49. Quæ dicunt facite, q̄ aut̄ faciūt, facere nolite: dicunt. n. & non faciunt. Orate quidē pro me, ne forte alijs p̄dicans ipſe reprobus inueniar. Verumtñ cū gloriāmini, nō in me, ſed in dño gloriāmini. *Quantūlibet n. libet.*

2. Re. 2. Quæ dicunt facite, q̄ aut̄ faciūt, facere nolite: dicunt. n. & non faciunt. Orate quidē pro me, ne forte alijs p̄dicans ipſe reprobus inueniar. Verumtñ cū gloriāmini, nō in me, ſed in dño gloriāmini. *Quantūlibet n. libet.*

ſuetudinē rebellauit. Aut melior q̄ cohabitatio Pauli Apoſtoli, qui tñ ſi inter oēs bonos habitaret, non diceret quod ſuperius cōmemorauit, Foris pugna, intus timores: nec diceret cū de ſac̄titate & fide Timothei loqueretur, Neminē habeo qui germane de vobis ſolicitus ſit. Oēs. n. ſua querunt, non quæ ſūt Ieſu Chriſti, aut melior q̄ cohabitatio ipſius dñi Chriſti, in qua vndecim boni perfidum & furem Iudā tolerauerunt. Aut melior ſit poſtremo q̄ cælum, vnde angeli ceciderunt. Simplicit̄ aut̄ fateor charitati veſtræ corā dño Deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meā, ex quo Deo ſeruire cepi, quō difficile ſum expertus meliores q̄ qui in monaſterijs profecerunt, ita non ſum expertus peiores q̄ qui in monaſterijs ceciderunt, ita vt hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptum, Iuſtus iuſtior fiat, & ſordidus ſordescat adhuc. Quapropter & ſi contriſtamur de aliquibus purgamentis, conſolamur tñ etiam de pluribus ornamentis. Nolite ergo propter amurcā, qua oculi veſtri offenduntur, torcularia detestari, vnde apothecā dñicæ fructu olei luminofioris implentur. Dñi Dei noſtri miſericordia vos aduerſus omnes inſidias inimici in ſua pace cuſtodiat dilectiſſimi fratres.

Aug. Clero & populo Hipponenſi excuſat abſentiā ſuā, adhortans vt in ſubleuandis pauperibus ſolito ſint alacriores, ob afflictiones temporarias. Epiftola 138.

Dilectiſſimis fratribus cōclericis & vniuerſæ plebi, Auguſtinus in dño ſalutē. In primis peto charitatē veſtrā, & per Chriſtum obſecro, ne vos mea cōtriftet abſentia corporalis. Nā ſpiritu & cordis affectu putō vos non dubitare vllō modo me à vobis poſſe diſcedere, quāuis me amplius contriſtet q̄ forte voſ ipſos, q̄ infirmitas mea ſufficere nō poteſt omnib. curis, quas de me exigunt mēbra Chriſti, quib. me & timor eius & charitas ſeruire cōpellit. Illud. n. nouerit dilectio veſtra, nunquā me abſentē fuiſſe licentioſa libertate, ſed neceſſaria ſeruitute, q̄ ſæpe ſanctos fratres & collegas meos, et̄ labores marinos & tranſmarinos cōpulit ſuſtinere, à quibus me ſemper nō indeuotio mentis, ſed minus idonea valetudo corporis excuſauit. Pro inde dilectiſſimi fratres ſic agite, vt q̄ ait Apo-

Apoſtolus, ſiue adueniens & videns vos, ſiue abſens audiā de vobis, quia ſtatis in vno ſpū vno aīo collaborantes fidei Euangelicæ. Si vos aliqua moleſtia temporalis exagitat, ipſa vos magis admonere debet, quē admodū de illa vita cogitare debeatis, vbi ſine aliquo labore viuatis, euadentes non moleſtas anguſtias t̄pis parui, ſed horrēdas p̄nasignis eterni. Nam ſi modo tanta cura, tanta intēſione, tanto labore agitis nē in aliquos cruciatus tranſitorios incidatis, quantū vos oportet eſſe ſolicitos, vt ſempiternas miſerias fugiatis?

It̄ ſi mors ſic timetur, q̄ ſinit tēporalem laborē, quō timendā eſt quæ mittit in æternū dolorē? Eſt̄ delitiæ ſeculi huius breues & ſordidæ ſic amantur, quanto vehementius futuri ſeculi gaudia pura & infinita querenda ſunt? Iſta cogitantes nolite eſſe pigri in operib. bonis, vt ad veſtri ſemipis meſſem ſuo t̄pe veniat. Nunciatum. n. eſt mihi, q̄ morē veſtrum de veſtiendis pauperib. fueritis oblitus, ad quā miſericordiam cū præſens eſſem vos exhortatus ſum, & nunc exhortor, ne vos vincat & pigros faciat contritio huius mundi, cui talia videtis accidere, qualia dñs & redēptor noſter, qui mentiri non poteſt, ventura prædixit. Non ſolū ergo non debetis minus face re opera miſericordiæ, ſed et̄ debetis amplius q̄ ſoletis. Sicut. n. ad loca munitiora feſtinatius migrant, qui ruinā domus vident contritis parietibus imminere: ſic corda chriſtiana quanto magis ſentiunt mundi huius ruinam crebreſcentib. tribulationibus propinquare, tantomagis debent bona q̄ in terra recōdere diſponebant, in theſaurū cęleſtē impigra celeritate trāſferre: vt ſi aliquis humanus caſus accideret, gaudeat qui de loco ruinoſo emigravit: ſi aut̄ nihil tale fuerit ſubſecutum, nō contriſtetur qui quicquid moriturus, immortalidño ad quē venturus eſt bona propria cōmendauit. Itaq; fratres mei dilectiſſimi, ex eo quicuiſq; habet, ſecundū ſuas vires quas ipſe nouit, facite quod ſoletis, alacriore aīo quam ſoletis, & inter omnes ſeculi huius moleſtias Adoſtolicam exhortationē corde retinete, vbi ait: Dñs in proximo eſt, nihil ſoliciti fueritis. Talia mihi de vobis nunciantur, quibus nouerim, non propter meam præſentiā, ſed propter Dei præceptum qui nunquam eſt abſens, vos ſolere facere, quod multis annis me præſente, & aliquando etiam me abſente fe-

ciſtis. Dominus vos in pace conſeruet, & dilectiſſimi fratres orate pro nonis.

Audax Auguſtino, flagitans illius ſcripta. Epiftola 139.

Domino vere prædicabili ac nimium ſuſcipiendo, omniq; laudū genere proſequendo patri Auguſtino, Audax in dño ſalutē. Habeo gratiā beatitudini tuæ q̄ libenter mei ſumpſeris tentamenta ſermonis. Tūc. n. bonæ fidei filijs dat̄ audacia, cū paterni fontis hymbrib. fuerit irrorata. Prouocauit itaq; te dulcis antiſtes, non vt plangi pectoris puſillū libamen acciperē, ſed vt ingēs diuitis vberi flumen haurirē. Theſaurū ſapientiæ deſideraui, ſed minus accepi q̄ volui, licet minus non debet dici, ſed munus, q̄ oraculū legis contulerit Auguſtinus, ſacrator iuſtitie, inſtaurator ſpiritualis glorię, diſpenſator ſalutis æternæ. Tā tibi mundanus orbis notus eſt, q̄ notatus: tam tu ei cognitus, q̄ probatus. Opto itaq; ſapientiæ floribus palci, & viui fontis hauſtibus irrigari. Præſta cupienti q̄ utiq; proſit. Pōt. n. ſeminudi roboris velamen genitale viridari, ſi meruerit, tuis ſenſim fluentis augeri. Itaq; humilitatis meæ præſentiam ſpondeo non tam ſtylo quā voto, ſi venerabilitatis tuæ ſcripta pro viſu relegero. Diuina te clementia tueat̄ annis innumeris dñe venerabilis. Cur mihi fons orbis paruo ſermone meauit? An minus apta ſuis ſperauit corda fluentis: Cum pateat mens oīs aquis, ſpectetq; loquacem. Religionis opem, gratos da ſenſibus hymbres, Expectat quos plena fides Chriſti de ſtipite pendens.

Auguſtinus Audaci, excuſat occupationes ſuas, admonens vt vel intendat euoluēdis ipſius libris, vel præſens audiat ipſum loquentem. Epiftola 140.

Domino dilectiſſimo & in Chriſto p̄dicando nimiumq; deſiderabili fratri Audaci, Auguſtinus in dño ſalutē. Breuē epiftolā tuā, ſed planē vehementer flagitricē, pilix epiftolę meę, nō inuitus, imo et̄ letus accepi. Non q̄ facile ſufficerē auiditati, ſed q̄ gratularer charitati tuæ, quia etſi non de idoneo expetis, bonū eſt tñ q̄ expetis. Et ad longā quidē epiftolā conſcribendā magis mihi otium

Phil. 2.

Phil. 2.

47. diſt. quantum libet.

I Apo. 21

Simile elegans.

M

Phil. 4.

Apo-

Versus heptameter.

otium q̄ facultas deest, occupatissimo, s. ecclesiasticis curis, a quibus paucula tēporum stilla vix recreant, vel cogitantē aliquid, vel ea quae magis vrgent, & mihi videntur pluribus profutura dictantē, vel reficientē corporis vires nostrae necessarias seruituti. Nā verba non desunt, quib. possit multa charta compleri, sed q̄ a nobis in eadē sermonis prolixitate desideras, ad hoc me idoneū non esse respondeo. Thesaurum. n. sapientiae te desiderasse dixisti, sed minus accepisse quam voluisti, cū ego ex illo thesauro mendicabunda p̄ce quotidianā stipem rogem, vixq; impetrē. Oraculum autē legis quō sum, de cuius locis atque abditis penetralib. nescio longe plurā quā scio, eiusq; multiplices sinus opacosq; secessus adire ac penetrare non valeo, sicut volo, & me non aliud q̄ minus dignum esse cognosco? Porro sacrator iustitiae quis ego, cui me sacratū esse permagnum est? Iā vero q̄ instauratorem spiritalis gloriae me appellas, da veniam, cui multū cui loquaris ignoras. Ipse quippe adhuc in hac gloria sic instauror, vt de die in diem non solū quantum accedam, sed vtrum omnino aliquid accedā latere me fatear. Dispensator planē salutis eternae, cum ceteris innumerabilibus cōseruis meis sum. Quod si volens facio, mercedem habeo. Si autē inuitus, tñ dispēratio mihi credita est: neq; n. esse salutis illius dispensatorē per verbum ac factm, iam hoc est et esse participem. Nā si per bonos non dispensaretur, non rectē Apostolus diceret: Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Rursus si per malos non dispensaretur, non de quibusdā dñs diceret: Quae dicunt facite, q̄ aut faciunt, face re nolite. Dicunt. n. & non faciūt. Multi ergo dispensatores sunt, per quorū ministeriū peruenitur ad aeternā salutē. Sed quæratur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, & inter ipsos fideles, in quorū me numero ille q̄ nō fallitur cōputet, alius est sic, alius autē sic, sicut vniciq; Deus partitus est mēsuram fidei. Itaq; frater charissime atq; dulcissime, pascat te dñs potius sapientiae floribus, & vini fontis haustib. irriget. Siquid autē per operulam meā religiosissimo studio tuo cōferri posse arbitraris, quia & capacē esse intelligo, & auidū sētio magis in alia nostra opuscula, quae multis voluminib. cōprehendūtur, tibi animus intendendus est, q̄ per epistolas

2. Cor. 9.

Matt. 23

2. Cor. 4.

1. Cor. 7.

Rom. 12.

D

aliquid sperandū, q̄ tuum desiderium possit explere. Aut certe in p̄sentia fume q̄ potero, q̄ te puto tuā nobis ideo non exhibere, quia non vis. Quid. n. magnū adiuuāte dño, vt homo liber a cuiusquā loci munere venias ad nos, siue nobiscum diu futurus, siue peracto saltē pauxillo t̄pis rediturus? Ecce pene factū est, quod in quinq; versuum tuorum tertio posuisti, vt magis loquacem q̄ eloquentem haberes epistolam meam. Quod autē in quinto atq; vltimo versu septem pedes sunt, nescio vtrum numerus tuum fefellit auditum, an experiri voluisti, vtrū ego adhuc ista diiudicare meminerim, q̄ forte iam obliui sunt qui talium aliquando studiosi postea plurimū in ecclesiasticis literis profecerunt. Psalterium a sancto Hieronymo translatum ex Hebr̄o non habeo. Nos autē nō interpretati sumus, sed codicum Latinorum nonnullas mendositates ex Gr̄cis exemplaribus emendauimus. Vnde fortassis fecerimus aliqd̄ cōmodius quam erat, non tñ tale quale esse debebat. Nam etiam nunc, quae forte nos tūc praefererunt, si legentes mouerint, collatis codicibus emendamus. Ita illud quod profectum est, tecum nos quoque requirimus.

Augustinus Maximae studiosae feminae, consolans illam super afflictione Barbarorum & Donatistarum. Epistola 141.

Honorabili & eximiae atq; in membris Christi laudabili famulae Dei Maximae, Augustinus in dño salutem. Quantū nos studium sanctum latificat, tantum rursus cōtristat quod per errores noxios & perniciosissimos prouinciam vestram nimium periclitari significas. Sed quia ista futura praedicta sunt, mirandum non est q̄ exurgant, sed vigilandū est ne noceant. Hae autem Deus liberator noster exurgere non permetteret, nisi sanctis eius etiam per huiusmodi tentationes erudiri expediret. Cōparant sibi quidem illa sua voluntate peruersa, & praesentis meritum cecitatis & futuri aeterni supplicij, si per contumaciam indociles fuerint, seque cum in hac vita sunt, corrigere atque emendare neglexerint. Verum tamen sicut ipsi male vtuntur bonis Dei, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, qui eos per patientiam suam ad peni-

penitentia vocat, cum thesaurizant sibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei. Si cut ergo ipsi benignitate & patientia. i. bonis Dei male vtuntur dū non corriguntur: sic cōtra Deus etiā malis eorū bene vtitur, non solū ad iustitiā suā, qua his digna in fine retribuet, sed et ad exercitationē & profectū sanctorū suorū, vt ex ipsa et malorū peruersitate boni pficiāt, & probētur, & manifestent, sicut Apostolus ait: Oportet hereses esse, vt probati manifesti fiant inter vos. Nam si nullus etiam malorū bonus vsus esset Deo ad utilitatē electorū suorū, qui et de malo Iudae tñ bonū nobis praestitit, vt Christi sanguine redimeremur, poterat eos aut nasci non permittere, quos malos futuros esse praesciebat, aut i ipso eorū initio malignitatis extingueret. Sed tantū eos permittit esse quantum nouit expedire atq; sufficere admonēda atq; exercēda sanctae domui suae. Ideo nostrā de illis tristitiā consolatur: quia & ipsa tristitia, quā pro illis, habemus, nos releuat, illos autē i sua peruersitate perseverantes grauat. Gaudiū vero quod percipimus, qñ aliqui ex eis correcti in melius cōmutantur, & sanctorū societati copulant, nulli gaudio in hac vita cōparari pōt. Propterea scriptū est, Fili, si sapiens fueris, tibi sapiēs eris & proximis tuis: Si autē malus euaseris, solus hauries mala. Quia cū gaudemus de fidelib. & iustis, & illis & nobis prodest bonū eorū. Cū autē contristamur de infidelib. & iniquis, illis solis nocet & eorū malitia, & nostra tristitia. Nos autē et hoc plurimū adiuuat apud Deū, quod pro eis misericorditer contristamur, & pro ipsa tristitia cōgemiscimus & oramus. Vnde honorabilis & in Christo laudabilis famula Dei, & mēstia tuā de talibus, & vigilantia atq; cautelam cōtra tales quā tuis literis expressisti, multū approbo & laudo, atq; vt in hac via p̄seuerāter ambules, pro meis viribus quia hoc exigis, & hortor & moneo, vt miserearis eorū tanquā simplex vt colūba, caueas autē illos tanquā astuta sicut serpens, desq; operā, quantū potes. vt qui tibi adhaerent tecū, in recta fide permaneant, aut ad fidē rectā, si forte in aliquo aliqui deprauati sunt, corrigantur. De homine autē, quē suscepit verbū Dei, cū caro factū est & habitauit in nobis, emendare aliquid, si in eo quod credis falsum aut peruerium inuenire. Hoc ergo crede quod cre-

1. Co. 11.

H

Pro. 9.

dis, quia in illo homine totā naturā nostrā suscepit filius Dei: i. & animā rationalem & carnē mortālē sine peccato. Infirmittatis. n. nostrae participes factus est nō iniquitatis, vt per infirmitatē cōmunē, solueret iniquitatē nostrā, & adduceret nos ad iustitiā suā, bibēs mortem de nostro, & propinans vitā de suo. Sed si habes aliquā scripturā eorū, in qua asserunt quod huic fidei sit contrariū, dignare eā mittere, vt non solū fidē nostrā dicamus, sed eorum quoq; perfidiam, quantum possimus, refellamus. Sine dubio. n. hoc ipsum q̄ peruersē & impie sentiunt, aliquibus testimonijs diuinarū scripturarū conatur astruere. In quibus eis ostendendū est q̄ non rectē intelligant literas sacras conscriptas ad fidelium salutem: tanquam si quisquam se medicinalibus ferramentis grauitate vexet, quē utiq; nō ad vulnerandū, sed ad sanandū sunt instituta. Multū autē laborauimus & laboramus, quantū dñs donat contra diuersos errores arguendos. Sed laborū nostrorum opuscula si forte habere desideras, mitte qui tibi describant. Voluit enim Deus vt hoc facillime possis, qui tibi dedit vnde possis.

Augustinus & Alipius Iulianae viduae matri Demetriadis virginis, ne fallatur epistola quam eloquens quidam ad illam scripsit. Quidam suspicantur esse Iuliani, sed non alienam ab errore Pelagianorum. Epistola 162.

Domine debitis in Christo officijs honorandae & merito illustri filiae Iulianae Alipius & Augustinus in domino salutē. Grate admodū nobis iocundeque accidit, vt simul nos constitutos apud Hipponē tuae reuerentiae literae reperirent, quib. haec rescripta pariter redderemus, cognita vestra incolumitate gaudentes, vicissimq; nostram quam vobis charam esse confidimus mutua dilectione nunciantes, domina debitis in Christo officijs honoranda & merito illustris filia. Scire autē vos optime scimus, quantū vobis debeamus religionis affectum, quantaq; nobis & apud Deū & inter homines sit cura de vobis. Licet enim vos p̄ literas, primū deinde etiam praesentia corporali pia & catholica, hoc est, vera membra Christi exiguitas nra cognouerit, tñ etiā p̄ ministeriū nostrū, cū acce-

2. Th. 2.

accepissetis verbum auditus Dei, sicut dicit Ap[osto]lus, Accepistis non ut verbu[m] homin[u]m, sed sicut est vere verbu[m] Dei. Cuius ministerij no[n] stri adiuante gratia & misericordia saluatoris in domo vestra tatus fructus exortus est, humanis nuptijs i[n] paratis Demetrias spirital[e] sp[irit]u illius p[re]ferret amplexu[m], cui specioso p[re] filijs homin[u]m ad habendam sp[irit]u vberior[e] fecunditate, nec ad amittenda[m] carnis integritate[m] virgines nubunt. Nesciremus aut[em] quemadmodu[m] nostra illa tunc exhortatio a fide[m] & nobili virgine fuisset accepta, nobis profectis, cum post paululu[m] professa fuisset sanctimonia[m] virginal[e] hoc ingens Dei donu[m] q[uo]d per seruos quide[m] suos plantat & rigat, sed p[er] seipsu[m] dat incrementu[m], nobis operarijs, p[er]uenisse, vestraru[m] latissimo nuncio & veraci testimonio disceremus. Quae cu[m] ita sint, nemo nos improbos dixerit, si in vobis admonendis ut contraria gratia Dei dogmata deuictis, necessitudine sumus propensiore solliciti. Na[m] licet nos Ap[osto]lus non solum oportune, verumetia[m] importune p[re]dicando verbo instare p[re]cipiat, no[n] t[ame]n in eoru[m] ho[m]inu[m] numero vos habemus quibus sermo vel pagina nostra importuna videatur, quando ad sanam doctrina[m] non p[er]tinet, vos ut vigilanter euitetis alloquimur. Hinc ergo est quod admonitione[m] nostra[m] tam grato animo suscepistis, ut in epistola tua ad quam nunc rescribimus diceres, San[e] q[uo]d me hortatur reuerentia vestra, ne aures indulgeat his hominib[us] qui prauis tractatibus veneranda[m] fide[m] sepe corrumpunt gratias vberes ago tam p[re] admonitioni. Quod itaq[ue] adiungis & dicis, Sed nouerit sacerdotiu[m] vestrum longe me ac domunculam meam ab huiusmodi personis esse discretam omninoq[ue] familia nostra adeo catholicam sequitur fide[m], ut in nulla heresi aliquam deuiaverit, nec unquam lapsa sit, no[n] dico in eas sectas q[uae] vix expiantur, sed nec in eas q[uae] paruos h[er]e videtur errores, hoc est q[uo]d nos magisq[ue] compellit non tacere apud vos de ijs qui etia[m] ista quae sana sunt, vitare conantur. Domu[m] n[ost]ra[m] vestra[m] no[n] parua[m] Xpi ecclesia[m] deputamus. Nec sane paruus est error illorum, qui putant ex nobis ipsis nos habere, siquid iustitiae, continentiae, pietatis, castitatis in nobis est, eo q[uo]d ita nos conderit Deus, ut vltra p[re]ter q[uo]d nobis reuelat sciam, nihil nos adiuuet, ut ea quae facienda discendo nouimus, et diligen-

do faciamus natura. s. atq[ue] doctrina[m] definiens t[ame]n modo esse gloria[m] Dei & adiutori[u]m, ut recte iusteq[ue] viuamus. Ad habenda[m] vero bona[m] voluntate[m], vbi est hoc ipsum q[uo]d iusti viuimus, & ipsa charitas quae in omnib[us] Deo nis ita excellit, ut etia[m] Deus dicta sit, qua vna adimplet in nobis si q[uo]d diuinae legis et admonitionis implemus, nolunt nos diuinitus adiuuari, sed nos ipsos dicunt arbitrio proprio nobis ad ista sufficere. Non nobis videatur error iste mediocris, profiteri velle Christianos, nec velle audire Ap[osto]lum Christi: q[uo]d cu[m] dixisset, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, ne quisqua[m] ea se habere no[n] nisi per propriu[m] putaret arbitriu[m], continuo subiunxit, Per sp[irit]u[m] sanctu[m] qui datus est nobis. Hanc esse magna[m] gratiam saluatoris, qui ascendens in altu[m], captiuauit captiuitate[m] & dedit dona hominib[us] qui quis no[n] dum confiteat, quatu[m] & q[uo]d exitialiter erret, intelligis. Quo ergo a vobis, quibus tanta dilectione[m] debemus, admonendis ut talia caueatis, dissimulare possem[us], cu[m] legissemus libru[m], que ad sancta[m] Demetria de qua[m] scripserit, vel vtru[m] ad vos peruenerit, vestras potius rescriptis nosse volumus. In quo libro, si fas est, legat virgo Xpi v[er]u[m] creat virginalis sua[m] sanctitate[m], omnesq[ue] spirituales diuitias no[n] nisi ex seipsa sibi esse, atq[ue] ipsa priusquam sit plenissime beata, discat Deo esse quod absit, ingrata. Verba enim ad illa[m] scripta in eode[m] libro sunt ista. Habes ergo & hic inquit, p[er] que[m] merito p[re]ponaris alijs, immo hinc magis. Na[m] corporalis nobilitas atq[ue] opulenta, tuoru[m] intelliguntur esse no[n] tua. Spirituales vero diuitias nullus tibi p[re]ter te conferre poterit. In his ergo iure laudanda, in his merito ceteris p[re]ferenda es, quae nisi ex te esse no[n] possunt. Cernis nempe quanta in his verbis sit caueda pernicies: Nam utiq[ue] quod dictum est, Non p[oss]unt esse ista bona nisi in te, optime & verissime dictu[m] est: Iste plane cibus est. Q[uo]d vero ait, Non nisi ex te, hoc o[mn]ino virus e[st]. Absit ut haec libenter audiat virgo Xpi, quae pie intelligit propria[m] paupertate[m] cordis humani, & ideo illic nisi spon[s]i sui donis nescit ornari. Audiat ergo potius Ap[osto]lu[m] dicentem, Desponsaui vos vni viro, virginem casta[m] exhibere Christo. Timeo aut[em] ne sicut serpens Euam seduxit in versutia sua, sic & vestrae me[m]tes corrumpant a castitate quae est in Xpo. Et p[ro]p[ter]ea de his quoque spiritualibus diuitijs,

non

2. Cor. 4.

non istu[m] qui dicit, Nullus tibi eas p[re]ter te conferre pot[est], & nisi ex te & in te esse no[n] p[oss]unt, sed illum audiat q[uo]d dicit, H[ab]emus thesauru[m] istu[m] in vasis fictilib[us]. ut eminentia virtutis sit Dei & no[n] ex vobis. De ipsa quoq[ue] sacra continentia virginali, q[uo]d non sibi sit ex seipsa, sed sit Dei donu[m], quis credenti volentiq[ue] collatu[m], eunde[m] audiat veracem piumq[ue] doctorem, q[uo]d cum hinc ageret ait. Vellem o[mn]es esse sicut me ipsum, sed vnusquisq[ue] propriu[m] donu[m] habet a Deo, alius sic, alius aut[em] sic. Audiat et[er] ipsu[m], no[n] t[ame]n suu[m], sed vniuersae ecclesiae vnicu[m] sponsum de tali castitate atque integritate dicente[m], Non o[mn]es capiunt verbu[m] hoc, sed quib[us] datum est, ut intelligat ex eo q[uo]d h[ab]et tam magnu[m] bonu[m] atq[ue] p[er]latu[m], se potius Deo & d[omi]no nostro gratias agere debere, q[uam] cuiusqua[m] verba, q[uo]d velut ex seipsa id h[ab]eat, ut no[n] dicamus assentatis adulatoris, ne de occultis ho[m]iu[m] temere iudicare videamur, certe errantis laudatoris audire. O[mn]e q[uo]d p[ro]p[ter] datu[m] optimu[m] & o[mn]e donum perfectu[m], sicut dicit et[er] Ap[osto]lus Iacob. descendens a patre luminu[m]. Hinc ergo & sancta virginitas, qua te filia volente[m] gaudente[m]q[ue] vicit, natu posterior, actu prior, g[ra]t[ia] ex te, honore ante te, etate subsequens, scititate p[re]cedens, in qua et tuu[m] esse coepit q[uo]d in te esse no[n] potuit. Illa q[uo]d carnaliter no[n] nup sit, at no[n] t[ame]n sibi, sed et tibi vltra te spiritaliter augeret, q[uo]d tu ea co[m]pensatione minor illa es, q[uo]d ita nup sisti ut nasceret. H[ec] Dei dona sunt, & vestra quide[m] sunt, sed no[n] ex vobis. Habetis. n. thesauru[m] istu[m] in terrenis corporib[us]. & adhuc fragilib[us]. tanq[ua]m in vasis fictilib[us]. ut eminentia virtutis sit Dei & no[n] ex vobis. Nec miremini q[uo]d dicimus & vestra e[st], & ex vobis no[n] esse. Na[m] & pane[m] quotidianu[m] dicimus nostru[m], sed t[ame]n addimus, da nobis, ne pute[m] esse ex nobis. Proinde sicut scriptu[m] est: Sine intermissione orate, in o[mn]ib[us] gratias agite, Oratis ut perseueranter & p[ro]ficenter h[ab]eatis, gratias agitis, q[uo]d no[n] ex vobis habetis. Quis. n. vos ab illa ex Ad[am] massa mortis p[er]ditionisq[ue] discernit? No[n]ne ille q[ui] venit q[ue]rere & saluare q[uo]d perierat, An vero q[ua]n[do] Ap[osto]lo dicente[m] audierit homo. Quis. n. te discernit, r[ati]on[is] surus est, Bona voluntas mea, fides mea, iustitia mea, & non continuo q[uo]d sequi audieturus: Quid. n. habes q[uo]d non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Nolumus ergo ut virgo sacra, cum audit vel legit, Spiritu

les diuitias nullus tibi p[re]ter te conferre poterit, In iis iure laudanda, in iis merito ceteris p[re]ferenda es, q[uam] nisi ex te & in te esse no[n] p[oss]unt. Nolumus p[ro]fus ita gloriari quasi no[n] acceperit. Dicit q[uo]d d[e]i: In me sunt Deus vota tua quae reddat laudes tibi? Sed q[uo]d in illa no[n] et ex illa, meminerit et dicere, D[omi]ne in voluntate tua p[er]stitisti decori meo virtute[m], quia et si et ex illa p[ro]p[ter] arbitriu[m] propriu[m], sine quo no[n] operamur bonu[m], non t[ame]n sicut iste dixit, non nisi ex illa. Propriu[m] q[uo]d p[ro]p[ter] arbitriu[m] nisi Dei gratia iuuet, nec ipsa bona voluntas esse in ho[m]i[n]e pot[est]. Deus est. n. (inquit) Ap[osto]lus, qui operat[us] in nobis & velle & operari p[ro] bona voluntate. Non (sicut isti sentiunt) t[ame]n modo scientiam reuelado ut nouerimus q[uo]d facere debeamus, sed et spirando charitate[m], ut ea quae discendo nouimus, et diligendo faciamus. Na[m] utiq[ue] nouerat ille q[uo]d magnu[m] bonu[m] esset continentia, q[uo]d dicebat: Et cu[m] l[ic]et q[uo]d nemo pot[est] esse continens nisi Deus det. Non solum ergo sciabat quatu[m] esset hoc bonu[m], & q[uo]d desiderabiliter esset concupiscendu[m], verumetia[m] q[uo]d nisi date Deo esse no[n] posset. Docuerat. n. eu[m] sapientia. Na[m] hoc dicit, Et hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donu[m]. Nec t[ame]n ei scientia sufficit, sed ait, Adij d[omi]n[u]m & deprecatus sum illum. Non igit[ur] t[ame]n modo in hoc nos adiuuat Deus ut sciam[us] q[uo]d agendu[m] sit, verumetia[m] ut amando agamus q[uo]d discendo ia[m] scimus. Nemo itaque pot[est] esse non solum sciens, verumetiam continens, nisi Deus det. Vn[de] cum ia[m] ille haberet scientia[m], precabatur ut haberet, & continentia[m], ut esset in illo q[uo]d sciebat quia non esset ex illo, aut si p[ro]p[ter] liberu[m] arbitriu[m] propriu[m] aliquantu[m] & ex illo, non t[ame]n nisi ex illo, quia nemo pot[est] esse continens nisi Deus det. Iste autem de spiritualibus diuitijs, in quibus est utiq[ue] etia[m] ipsa luminosa & speciosa continentia, no[n] ait, In te & ex te esse p[oss]unt, sed ait, nisi ex te & in te esse no[n] p[oss]unt: ut quemadmodu[m] no[n] ei sunt alibi nisi in illa, sic ei no[n] aliunde nisi ex illa esse posse credantur, & ob hoc (q[uo]d miserator dominus a corde eius auertat) sic gloriatur quasi non acceperit. Et nos q[uo]d d[e]i de sanctae virginis disciplina & humilitate Christiana, in qua nutrita & educata est, hoc existimamus, q[uo]d illa verba cu[m] legeret, si t[ame]n legit, ingemuit & pectus humiliter tudit, ac fortassis & fleuit, dominum cui dicata & a quo sanctificata est fide[m] ter orauit, ut quo illa non sunt verba ipsius, Aug. Tomus secundus C c sed

Psal. 55.

Psal. 29.

Philip. 2.

Sap. 8.

G

Galat. 6.

Psal. 3.

H

Psal. 3.

sed alterius, ita non sit talis & fides eius qua se aliquid hñe credat, de quo in se nō in dño gloriat. Nā gloria qdem eius in ipsa est, non in verbis alienis, sicut Apostolus dicit: Opus aut suum pbet vnusquisq; & tūc in semetipso gloriā habebit, & nō in altero. Sed absit vt gloria sua ipsa sit, & non ille cui dñs, Gloria mea, & exaltās caput meū. Ita qppe est in ea salubriter gloria eius, cū Deus q in illa est, ipse est gloria eius, à quo hēt oīa bona qb. est bona, & habebit oīa qb. melior erit, in quātū in hac vita melior esse poterit, & quib. perfecta erit, qñ fuerit diuina gratia non humana laude pfecta. In dño. n. laudabit aīa eius, qui fatiavit in bonis desiderū eius, qa & hoc de siderū ipse inspirauit, ne virgo eius sic in aliquo bono gloriatur quasi non acceperit. De hoc ergo eius affectu vtrum nā fallamur, inde nos fac potius rescribendo certiores. Nā illud optime nouimus, cum oībus vris cultores vos esse & fuisse indiuiduā Trinitatis. Sed nō hinc solum error humanus obrepit, vt aliqd fecus sentiat de indiuidua Trinitate. Sunt. n. & alia in quib. perniciosissime errat, sicuti hoc est, vnde diuinitas fortasse q̄ satis est se vre fideli castēq; prudentiā in hac epistola locuti sumus, q̄ q̄ qui bonū qd̄ ex Deo est negat esse ex Deo, nescim⁹ cui faciat iniuriā nisi Deo, ac p hoc illi vtiq; Trinitati, qd̄ malū absit à vobis sicuti abesse credimus. Absit oīno vt tale aliqd in aīo nō dicimus tuo, vel sacræ virginis filiæ tuæ, sed in cuiusq; extremi meriti famuli vel famule vřa liber iste fecerit, ex quo nōnulla verba, q̄ facilius intelligi possent, ponenda credidimus. Si aut diligētius intendatis, ēt illa quę vbi videntur velut pro gratia siue adiutorio Dei dicere, sic inuenietis ambigua, vt possint referri vel ad naturam vel ad doctrinā, vel ad remissionē peccatorum. Nam & q̄ cogunt confiteri, orare nos debere ne intremus in tentationē, pnt ad hoc referre, vt hactenus nos ad id rñdeat ad iuuari, quatenus orantib. atq; pulsantib. nobis aperiat intelligētia veritatis, vbi discam⁹ qd̄ facere debeamus, nō vt vires accipiat voluntas nostra qb. id quod discimus faciamus. Et quod nobis in gratia vel adiutorio Dei dicunt dominum Christum bene viuendi propositum exemplum, ad eādem doctrinam reuocant, quia. s. in eius exemplo discimus quē admodum viuere debeamus. Non autem vo-

lunt ad hoc nos iuuari, vt qd̄ discēdo cognoscimus, ēt diligendo faciamus. Aut certe in eodem libro inuenite aliqd, si potestis, vbi excepta natura, excepto qd̄ ad eandē naturam p̄tinet arbitrio voluntatis, excepta remissione peccatorū & reuelatione doctrinę tale Dei adiutoriū confiteat, quale confiteat ille q̄ dixit, Cū scirem qa nemo pōt esse continens nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientię, sci re cuius esset hoc donum, adij dñm & deprecatus sum illū. Neq; n. iste aut naturā precando volebat accipere in qua cōditus erat, aut de naturali voluntatis arbitrio fatagebat cum quo cōditus erat, aut remissionē p̄torū desiderabat, qñ potius cōtinentiam ne peccaret optabat, vel qd̄ faciendū esset scire cupiebat, cū iā se scire fateret cuius esset hoc donum. Sed vtiq; tātas voluntatis vires, trñ dilectionis ardorem volebat accipere spūs sapientię, q̄ sufficeret ad implendam magnitudinem cōtinentię. Si ergo tale aliquid illic inuenire potueritis, vberimas gratias agimus, si rescribēdo insinuare dignemini. Satis. n. dici nō pōt q̄tum cupiamus in eorum hoīum scriptis, q̄ pp acrimoniā atq; faciendā legunt à plurimis apertā cōfessionē illius gratię reperiri, q̄ vehementer cōmendat Apostolus, qui ēt ipse mensuram fidei, sine qua impossibile est Deo placere, ex qua iustus viuit, q̄ per dilectionē operat, ante q̄ & sine qua oīno nulla cuiusquā bona opera existimanda sunt, quoniam omne quod nō est ex fide, peccatū est, Deum dicit vniciuique partitū. Nec sola reuelatione sciētia nos diuinitus adiuari, vt pie iusteq; viuamus, quæ sine charitate inflat, ve ruetiā inspiratione charitatis ipsius quę plenitudo legis est, & quæ cor nostrum vt scientia nō inflat, edificat. Sed adhuc nusquam tale aliqd in eorū literis potuim⁹ inuenire. Maxime autē hoc in isto libro esse vellemus, ex quo descripta illa verba posuimus, vbi virginē Xpi ita laudās tanq̄ spirituales diuitias nullus ei prāter ipsam conferre possit, & tanq̄ nisi ex ipsa esse non possit, non vult eam in domino gloriari, sed sic gloriari quasi non acceperit. In quo libro quis nec ipsius nec tuæ reuerētia nō expresserit, trñ à matre virginis vt ad eā scriberet, à se postulatū esse cōmemorat. In quadam verò epistola sua idē Pelagius, vbi & nomen suum apertissime ponit, nec nomen sacræ virginis tacet, dicit ad eam

Sap. 8.

K

Hebra.

Abac.

Galat.

Rom. 14.

L

ea se scripsisse, & eiusdem sui operis testimonio probare nitē se gratia Dei quā vel tacere vel negare asserit, apertissime confiteri. Sed vtrum ipse sit liber, in quo de spiritualib. diuitiis illa verba posuit, vel vtrum ad vestram puenierit sactitatem, rescriptis vestris petimus nos dignemini facere certiores.

Augustinus Anastasio, exhortans ad amorem charitatis quę nobis non contingit nisi ex dono Dei. Epi. CXLIII.

M

Domino fratri scto & desiderabili Anastasio, Augustinus in dño salutem. Salutandi sinceritatem tuā fidissima occurrit occasio honorabilium seruorū Dei, fratrum nostrorū Lupicini & Cōcordialis, per quos ēt si non scriberem, posset charitas tua omnia quę apud nos agunt addiscere. Scio. n. quātū nos Xpo diligas, quia & tu scis quātum in illo vicissim diligaris à nobis. Et iō non dubitauit te cōristari potuisse, si eos vidisses sine literis meis, quos à nobis profectos & tanta nobis familiaritate coniunctos ignorare nō possis. Simul ēt qa rescriptorū debitor sui. Nam ex quo sumpsi epistolā tuam, nisi nunc primum rescripsisse me nescio. Tantis. n. curis obstricti & distēsi sumus, vt ēt hoc nesciā: Vobis autē quemadmodum sit & vtrum vobis aliquam requiē, quantū in hac terra pōt, dñs prastiterit, valde nosse cupimus, qñ si glorificat vnum membrum, congaudent oīa membra, atq; ita plerunq; contingit, vt dum aliquos fratres nostros ī quātulacūq; requiē constitutos in medijs nostris anxietatib. cogitamus, nō parua ex parte recreemur, tanq̄ & nos in ipsis quietius tranquilliusque viuamus, quanuis ēt cū molestiā in huius vitę fragilitate crebescūt, æternā requiē nos desiderare cōpellunt. Mundus qppe iste periculosior est blandus q̄ molestus, & magis cauendus cum se illicit diligi, q̄ cum admonet cogitq; contemni. Nā cum oīa quæ in illo sūt, concupiscentia sint carnis & concupiscentia oculorum & ambitio seculi, sæpe etiam iis qui talib. spiritualia, inuisibilia, æterna præponunt, inserit se terrenæ suauitatis affectus, & delectationib. suis, nostra comitatur officia. Quanto enim sunt charitati futura meliora, tanto sunt infirmitati violentiora præsentia. Et vtiā ij qui ea videre & gemere noue-

I. Co. 12.

I. Ia. 2.

2. sen. di. 26. ca. nā vt.

runt, vincere & euadere mereantur. Quod sine Dei gratia nullo modo voluntas implet humana, qa nec libera dicenda est, quādiu est vincitib. & vincientib. cupiditatib. subdita. A quo. n. quis deuictus est, huic & seruus ad dictus est. Et si vos filius liberauerit, ait ipse Dei filius, tūc vere liberi eritis. Lex itaq; dōdendo & iubendo qd̄ sine gratia impleri nō pōt, homini demonstrat suam infirmitatē vt quærat demonstrata infirmitas saluatorem, à quo sanata voluntas possit qd̄ infirma nō possit. Lex igit adducit ad fidem, fides impetrat spiritum largiorem diffundit spūs charitatē, implet charitas legem. Ideo lex pædagogus vocatur, sub cuius minacissima leuerrate quæ inuocauerit nomen dñi saluus erit. Quō aut inuocabunt in quem non crediderunt? Proinde ne litera sine spiritu occidat, spūs viuificans credentib. & inuocantib. dat, charitas vero Dei diffundit in cordib. nostris per spm̄ sanctum qui datus est nobis, vt fiat, qd̄ qdem Apostolus dicit: Plenitudo legis charitas. Itā bona est lex itli q̄ ea legitime vtitur. vti aut legitime q̄ intelligens quare sit data, per eius comminationem confugit ad gratiam liberātem. Huic gratiæ qua iustificat impius quisquis ingratus velut ad legem implendam de suis virib. fidit, ignorans Dei iustitiā & suam volens constituere, iustitiæ Dei nō est subiectus. Ac per hoc fit ei lex non absolutionis adiutoriū, sed vinculum criminis. Non quia lex malum est, sed quia p̄tū sicut scriptum est per bonum talibus operatur mortem. Per mandatū. n. grauius deliquit, qui per mādātū scit quā malum sit quod admittit. Inaniter aut putat victorem se esse peccati, qui p̄nē timore non peccat, quia et si nō impletur foris negocium male cupiditatis, ipsa tñ mala cupiditas intus est hostis. Et quis coram Deo innocens inuenitur, qui vult fieri quod ventur, si subtrahas quod timetur? Ac per hoc in ipsa voluntate reus est qui vult facere qd̄ non licet fieri, sed ideo non facit quia impune non potest fieri. Nam quantum in ipso est, mallet non esse iustitiam peccata prohibentem atque punientem. Et vtiq; si mallet non esse iustitiam, quis dubitauerit quod eā si posset auferre? Ac per hoc quomodo iustus est, iustitiæ talis inimicus, vt eam si potestas detur præcipientem auferat, ne comminantem vel iudicantem fera Inimicus er-

2. Pet. 2. Ioan. 8.

Galat. 3.

Rom. 10.

Rom. 5. Rom. 13.

Rom. 10.

C

go iustitiæ est, qui poenæ timore non peccat: amicus aut erit, si eius amore non peccet. Tunc enim vere timebit peccare. Nam qui gehennas metuit, non peccare metuit, sed ardere. Ille aut peccare metuit, qui peccatum ipsum sicut gehennas odit. Ipse est timor domini castus permanens in seculo seculi. Nam ille timor poenæ tormentum habet & non est in charitate: eumque peccata charitas foras mittit. Tamen porro quoscumque peccatum odit, quantum iustitiam diligit, quod non poterit lege terrente per litteram, sed spiritu sonante per gratiam. Tunc fit quod Apostolus admonet, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae, sicut non exhibuistis membra vestra deservire immunditiae, & iniquitati ad iniustitiam, sic nunc exhibete membra vestra deservire iustitiae in sanctificatione. Quid non est, sicut illud, ita & hoc, nisi, quemadmodum ad peccatum nullus vos cogebat timor, sed ipsius libido voluptasque peccati, sic ad iuste vivendum non vos supplicij metus urgeat, sed ducat delectatio charitasque iustitiæ? Et hæc quidem (quæ tamen mihi vix) nondum est perfecta, sed quodammodo adulta iustitia. Neque non frustra præmitteret, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae, nisi quia plus aliquid dicendum fuit, si iam illi ferre potuissent. Plus quippe servitutis debet iustitiæ, quam peccato solent homines exhibere. Nam poena corporis etsi non a voluntate, tamen reuocat ab opere peccati. Nec facile quoscumque est qui palam committat quod per illicitam & & immundam percipiat voluptatem, si cruciatus vindictæ certum est continuo secuturos. Iustitia vero sic amanda est, ut ab eius operibus etiam poenæ corporis nos cohibere non debeant, atque inter manus crudelium inimicorum luceat opera nostra coram hominibus. ut quibus placere possunt, glorificent patrem nostrum qui in caelis est. Hinc est quod ille fortissimus iustitiæ dilector exclamat, Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum: an gladius? Scriptum est, Quonia propter te mortificamur tota die, deputati sumus ut oves occisionis. Sed in his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Certus sum non quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque presentia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Vide quæ ad-

Psal. 18.
1. Io. 4.

D

Mat. 5.

Rom. 8.

Psal. 44.

modum non vtrunque ait, Quid nos separabit a Christo, sed ostendens unde cohareamus Christo, quis nos, inquit, separabit a charitate Christi? Charitate igitur Christo, non poenæ timore cohareamus. Deinde commemorationis eis quæ videntur heri violentiam, nec tamen habent valentiam superadi, ita conclusit, ut eadem diceret charitatem Dei quam dixerat Christi: Et quid est a charitate Christi, nisi a charitate iustitiæ? De illo quippe dictum est, Qui factus est nobis sapientia a Deo & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, ut quæ admodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino gloriatur. Sicut ergo ille est iniquissimus, quæ nec poenæ corporales deterrent ab immundis operibus sordide voluptatis: Ita ille iustissimus quæ nec poenarum corporaliu terrore reuocatur a sanctis operibus luminosissimæ charitatis. Quæ charitas Dei quod perpetua cogitatione tenendum est, diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, ut qui gloriatur, in domino gloriatur. Cum ergo nos huius charitatis qua lex verissime impletur, pauperes egenesque sentimus, non de inopia nostra diuitias eius exigere, sed oratio petere, quære & pulsare debemus, ut ille apud quem est fons vitæ, det nobis inebriari ab vbertate domus suæ, & voluptatis suæ potare torrenti, quo mundati atque vegetati, non solum tristitia non absorbeamur, verum etiam gloriemur in tribulationibus. scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spes, spes vero non confundit, non quia per nos ipsos hoc possumus, sed quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Delectauit me ista saltem per litteras loqui tecum, quæ cum presentem non potui, & hoc non propter te, qui non alta sapiens consentis humilibus. sed propter quosdam qui nimium arrogat humanæ voluntati, quæ lege data putant ad eam implendam sibi posse sufficere, nulla super doctrinam legis gratia sanctæ inspirationis adiutâ. Per quorum disputationem infirmitati hominum miseræ atque indignæ suadetur, ut nec orare debeamus ne intremus in tentatione. Non quia hoc audent aperte dicere, sed eorum sententiam velint nolint hoc utique sequitur. Nam ut quid nobis dicitur? Vigilate & orate ne intretis in tentationem? Ut quid etiam secundum hanc exhortationem cum doceret orare, præcepit ut dicamus, Ne nos inferas in tentationem, si hoc non impletur ex adiutorio

F

I. co. 1.
Hiere. 9.

Rom. 5.

Psal. 35.

Rom. 5.

G

Mat. 26.

utorio gratiæ diuinæ, sed id totum est in arbitrio voluntatis humanæ? Quid plura? Saluta fratres qui tecum sunt, & orate pro nobis ut salui simus secundum illam salutem de qua dicitur, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Orate ergo pro nobis ut iusti simus, quod quidem homo non potest nisi noverit & velit, & erit continuo qui plene voluerit, sed hoc ipsum in eo non erit nisi gratia spiritus sanetur & adiuuetur ut possit.

Mat. 9.

Augustinus Sebastiano, de pia tristitia, quam boni ferunt ex imperate malorum. Huic epistolæ subscripsit Alipius.

CXLIII.

H

Domino sancto desiderabili & in Christi honore suavissimo fratri Sebastiano: Augustinus in domino salutem. Quauis ab aeterno nostro nullo modo te separatam esse permittat dulce vinculum charitatis, & in desinenter tuos sanctos mores atque colloquia recolamus, tamen bene fecisti & gratias agimus quod nobis est corporalis salutis tue nuncios apices mittendo, nos plurimum exhilarasti. Senti autem in epistola tua, quod tædium te detinuerit a peccatoribus relinquentibus legem Dei. Illo non spiritu viuis quo dictum est: Vidi insensatos & tabescebam. Pia est ista tristitia, & si dici potest, beata miseria vitis alienis tribulari non implicari, moerere non hærere, dolore contrahi non amore attrahi. Hæc est persecutio quam patiuntur omnes qui volunt in Christo pie vivere secundum Apostolicam mordacem veramque sententiam. Quid non hic magis persequitur vitam bonorum, quam vita iniquorum, non cum cogit imitari quod displicet, sed cum cogit dolere quod videt? Quoniam coram pio viuens impie, etsi non obligat consentientem, cruciat sentientem. Nam sepe & diu improbitatem corporibus a secularibus potestatibus & quorumlibet vexationibus paritur, piorum autem cordibus a malis hominum moribus nunquam usque ad huius seculi finem. Sic ergo potius impletur quod commemoravi dixisse Apostolum: Quia omnes qui volunt in Christo Iesu pie vivere persecutionem patientur, & tanto amarius quanto interius, donec diluuium transeat, ubi arca continet coruum & columbam. Sed inhære frater illi a quo audisti, Qui perseuerauerit usque in finem, hic sal-

Psa. 118.

2. Ti. 3.

Mat. 24.

uus erit. Coniungere domino, ut crescat in uouissimis vita tua. Scio enim non deesse recreationem cordis de fratribus bonis. Huic adiunge promissiones Dei fideles, magnas, certas, sempiternas ipsiusque tolerantiam imperturbabile ineffabileque mercedem. Et vide quod verum domino cantantes, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ iocundauerunt animam meam. Mitte fratri Firmo litteras nostras. Sanctitatem tuam & familiam Dei, quæ tuo ministerio gubernatur, fratres & sorores, quæ apud nos sunt nobiscum in domino resalutant. Et alia manu. Incolumes pro nobis oretis dilectissimi & sancti fratres. Ego Alipius impensissime saluto sinceritatem tuam, omnesque tibi in domino coniunctos. Atque ut hanc tanquam meam epistolam depones. peto. Etsi enim aliam propriam mittere potuissem tamen malui huic subscribere, ut vani mitatem nostram vna etiam pagina testaretur.

Psal. 93.

K

Augustinus Consentio respondens illius quæstionibus, de corpore Christi & nostris corporibus, qualia futura sint, in resurrectione.

Epi. CXLV.

Dilectissimo fratri Consentio, Augustinus. Quantum ad oculos attinet corporales quosdam videmus nec nouimus quorum a nobis studia vitæque nesciuntur, quosdam nouimus nec videmus quorum nobis charitas & affectus innotuit, in quibus & te enumeramus, & ideo te magis videre desideramus, ut in iis sis quos & videmus & nouimus. Nam illi qui ignoti nostris oculis ingeruntur, non solum desiderabiles non sunt, sed vix tolerabiles sunt, nisi aliquibus signis pulchritudo in his hominis interioris appareat. Quorum autem sicut tuus nobis prius animus intelligendo quam videndo corpus apparuit, iam quidam nouimus eos, sed ideo etiam videre desideramus, ut per illud quod concupiscitur oculis, multo iucundius & familiarius eo, quem iam nouimus amico interiore perfruamur. Verum & hoc de te nobis Deus fortasse donabit, quietioribus & tranquillioribus (sicut optamus) rebus humanis, ut id honestæ charitatis sit potius quam molestæ necessitatis. Nunc ad ea respondeam sicut domino adiuuante potero, quæ præter epistolam in alia chartula a me querenda mihi Aug. Tomus secundus C c 3 sisti.

L

fisti. Quæris. vtrum nunc corpus dñi ossa & sanguinem habeat, aut reliqua carnis lineamēta. Quid si adderes, vtrum etiam vestimenta, nonne augeres q̄o, qua causa, nisi quia ea quæ in vsu vitæ huius nostræ corruptibilia houimus, siue corruptione cogitare vix possumus, cū diuinorū miraculorū q̄dam documenta iam data sint, ex quib. liceat coniectare maiora? Nam si vestis Israelitarum per tot annos in eremo sine tritura eē potuit, si morticina pellis calciamētorum tā diu sine labe durauit, p̄t vtiq; Deus quorūlibet corporū, per q̄tum voluerit t̄ps incorruptā p̄tendere qualitātē: Ego proinde dñi corpus ita in cœlo esse credo, vt erat in terra q̄n ascendit in cœlum. Dixerat aut̄ discipulis, vt in Euangelio legimus, de sua resurrectione dubitantib. & illud quod videbant, non corpus sed sp̄m esse putātib. Videte man̄ meas & pedes, palpate & videte, quia sp̄s ossa & carnē nō habet, sicut me videtis h̄re. Sic eorū cū ēt in terra contrectatus est manib. sic eorū est cum iret in cœlum deductus aspectibus. Illi vox angelica sonuit, Sic veniet quemadmodū eū videtis eūtem in cœlum. Fides asfit, & nulla q̄o remanebit. Nisi forte de sanguine requirēdum est, q̄a cum dixisset, Palpate & videte, q̄a sp̄s carnē & ossa non hēt, nō addidit, sanguinē. Nō ergo & nos addamus iquirere, q̄d ille eū addidit dicere. Et de cōpendio (si placeat) finita sit q̄o. Fortassis. n. accepta occasio ne sanguinis, vrgebit nos molestior perscrutator, & dicet, Si sanguis, cur non & pituita, cur nō & fel flauum, & fel nigrū, quib. quatuor humorib. naturam carnis temperari ēt medicinæ disciplina testatur. Sed quodlibet consuetudine rerum expertarum, in experta opera diuina, infirmitas metitur humana, & argutule se garrire arbitrat̄ cum dicit, Si caro est, & sanguis est, si sanguis, & ceteri humores, si ceteri humores, ergo & corruptio. Eo modo diceret, Si flamma est, & ardet, si ardet, & vrit, si vrit ergo virorū trium in fornacem ignis ab impio rege missorum corpora incendit. Si autem hoc in trib. viris miraculum factum esse non dubitat, quisquis de diuinis operibus rectē sapit, cur non creditur qui fecit illa corpora non posse igni corrupti, fecisse illud copus nec igne nec fa-

me nec morbo nec senio nec vlla vi alia, quā solet humana corpora labefactare corruptio? Quod si q̄sq̄am dicit non carni trium illorū virorū additam contra ignē incruptionē, sed ipsi igni detractam corrupendi facultatē, q̄d veremur ne carnē facere nequi uerit non posse corrumpi, qui fecit ignē nō posse corrumpere? Nā si illud nō de carnis, sed de ignis mutatione intelligit, multo est mirabilius. Simul. n. & hominū corpora non vrebat, ne posset nocere: & ligna fornacis vrebat vt posset ardere. Sed qui ēt ista nō credit, nimirū de diuina ptate diffidunt, nec cum eis vel ad eos nūc sermo nobis est. Qui aut̄ ista credunt, ex his ēt illa vtiq; que coniciat quæ fideliter querunt. Valet igitur diuina potentia de ista visibili atq; tractabili natura corporū quibusdam manentibus auferre, quas voluerit qualitates, ac per hoc valet ēt membra mortalia formæ lineamētis manentibus; corruptione verò mortalis emortua, stabili vigore firmare, vt absit labes, asit effigies, asit motio, absit fatigatio, asit vescendi ptas, absit esuriēdi necessitas. Q̄d ergo legit apud Apostolū, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, soluiſ quidam q̄o et isto modo quem tu commemorasti, vt carnis & sanguinis nomine, opera carnis & sanguinis intelligant, verū q̄a non de operibus, sed de modo resurrectionis loquebat̄ Apostolus, & eā q̄o nem disputādo versabat, melius eo loco intelligitur caro & sanguis pro corruptione carnis & sanguinis posita. Si. n. nomē carnis significat operationē, cur non significet etiā corruptionē sicut dictū est, Ois caro scōnū? Nā & hic ipsa corruptibilitas significata est. Sequit̄ enim, Et ois honor carnis vt flos scōni scōnū aruit, flos decidit. Nunqd̄ nam hoc etiā illi carni comperit, de qua dictū est, Palpate & videte, quia sp̄s ossa & carnē nō hēt sicut me videtis h̄re? Nam quō arefeat aut decidat, cum scriptū sit quod Christus surgēs a mortuis, iam non morit̄, & mors ei vltra nō dominabit̄? Proinde ipsam Apostolicam sententiam de super inspicite, totamq; considera cum resurrectionem mortuorum persuadere veller eis qui dicebant, quod resurrectio mortuorū non est, Christi resurrectione p̄missa in exēplum, inter cetera que ibi differuit, intulit sibi quēstionē & ait: Sed dicet aliquis, quō resurgēt mortui, quo autē corpore

Deus verus in celo.
Luc. 24.

Acto. 1.

A

B

I. Co. 15

Esa. 40.

Kuc. 24

Rom. 6

I. Co. 15

re

re venient, i. quali corpore? Deinde adhibens documenta feminū, Stulte, inqt, tu q̄d feminas non viuificas, nisi prius moriatur, & q̄d feminas nō corpus q̄d futurum est feminas, sed nudum granū ferē tritici, aut alicuius ceterorum. Deus aut̄ illi dat corpus quō voluerit & vnicuiq; feminum proprium corpus. Secundum hoc ergo dixerat: Nō corpus q̄d futurum est feminas. Neque. n. nō triticū erit ex tritico, sed quia nemo seminat herbā vel stipulam, & multiplicia in palea tegumenta granorū, cum quib. t̄n semina exurgūt, ideo ait, Sed nudū granū, hinc volēs ostendere, q̄a si Deus p̄t addere q̄d non erat in nudo semine, multo magis p̄t reparare q̄d erat in hominis corpore. Iam verò q̄d adiungit, ad differentiam pertinet resurgentiū, p̄p diuerſas glorias fideliiū atq; sanctorum. Nō omnis, inquit, caro eadem caro, alia q̄ppe hominum, alia aut̄ caro pecorum, alia volucrum, alia piscium, & corpora cœlestia, & corpora terrestria, sed alia est cœlestiū gloria, & alia terrestriū, & alia gloria solis, alia gloria lune, & alia gloria stellarum. Stella enim a stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum. In his omnib. iste sensus est. Si genera carnis cum sint cūcta mortalia, differunt t̄n inter se pro diuerſitatib. aiantium, & si corpora cum sint oīa visibilia, differūt t̄n pro diuerſitatib. locorum, vñ alia est cœlestium gloria, alia terrestriū, & si in locis sublimib. cum sint cūcta cœlestia, differunt ēt ipsa claritatib. Iunum, nō mirum est q̄d in resurrectione mortuorum distabit gloria meritorum. Hinc iā venit ad illud, q̄d communiter habet omnis caro, quæ ad vitā resurgit æternam, & dicit: F Seminā in corruptione, surgēt in corruptione, seminā in cōtumelia, surgēt in gloria, seminā in infirmitate, surgēt in virtute, seminatur corpus aiale, surgēt corpus spiritale. In his verbis Apostoli, nunqd̄ fas est putare melius corpora nostra resurrectura q̄ Christi, cum de illo sit propositum exemplū q̄d fideliter intendere & per eius gratiam sperare debeamus? Ac per hoc nullo modo potuit corpus Christi cū corruptione resurgere, si nostrū in corruptione resurrecturum p̄mittitur, nec potuit illud sine gloria, si nostrum resurget in gloria. Quæ autem ibi gloria, vbi adhuc corruptio? Nimis itaque absurdū est, vt credamus illud corpus & in infirmitate es-

I. Co. 15.

I. Co. 15.

se seminatum, i. mortificatum, & in infirmitate resurrexisse, cum corpus nostrū seminetur in infirmitate, resurgat in virtute, & dicat idē Apostolus in Christo: Et si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit in virtute Dei. Qui verò tā ablude sapiat: vt credat illud corpus aiale te minatum, aiale resuscitatū, si nostrū seminā aiale resurget spiritale? Constat itaque, neq; villo mō dubitandū est, corpus Christi, q̄d licet corruptionē putredinis in sepulchro nō viderit, vnde scriptū est, Nec dabis sanctum tuū videre corruptionē, clavis t̄n & lancea p̄rumpi potuit, nūc oīno in incorruptione cōsistere, & q̄d in cōtumelia passionis mortisq; seminātū est, nūc esse in gloria vitæ æternæ, & q̄d ex infirmitate potuit crucifigi, nūc in virtute regnare, & q̄d erat corpus aiale, q̄n ex Adā sumptū est, nūc esse spiritale, q̄n sp̄m iam inseparabiliter copulatū est. Cum. n. vellet Apostolus de corpore aiali adhibere testimoniū scripturarū, illud posuit q̄d in Genesi legitur: Si est, inquit, corpus aiale, est & spiritale, sicut scriptum est. Factus est primus Adā in aiam vinētē, vel in aiam viuā. Recolis certe quemadmodum scriptū sit: Et insufflauit Deus in faciē eius statū vitæ, & factus est hō in aiam viuā. Dictū est aut̄ etiā de aialib. Pro ducat terra aiam viuam. Intelligit̄ ergo corpus animale dici simile ceteris animalib. p̄p mortis dissolutionem & corruptionem quæ quotidie cibo reficit̄, & postea superata animantis compago dissoluit̄. Spiritale autem corpus, quod iam cū spiritu immortale est, quamuis nonnulli arbitrentur tunc fieri corpus spiritale, cum iam & ipsum corpus mutāt in spiritū, & quod hō erat ex corpore & sp̄, vtrunque ac totum sp̄s erit, quasi dixerit Apostolus: Seminatur corpus surgēt sp̄s. Dixit autem, Seminatur corpus animale, surgēt corpus spiritale. Proinde sicut animale corpus nō est anima, sed corpus, ita & spiritale corpus nō sp̄m debemus putare, sed corpus. Quis porro audeat opinari, vel Christi corpus non spiritale resurrexisse, vel si spiritale surrexit, iam non corpus fuisse, sed spiritum? cum hanc opinionem discipulorum refellat, vbi cum eum videntes existimarent se spiritum videre, ait: Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere? Iam igitur illa caro spiritale erat corpus, nec t̄n spiritus erat, sed corpus

I. Co. 13.

Psal. 15.

I. Co. 15.

Gene. 2.

Origeni cum.

H

Luc. 24.

nulla ulterius morte ab anima resoluendum atq; separandum, sicut corpus aial quale aia tum est Dei flatu, cum factus est ho in aiam viam etiam ipsum ex aiali spiritu sine mortis interuentu futurum, nisi transgressio precepti prius commisso peccato infligeret poenam, q; seruata iustitiae daret coronam. Vn dñs Christus per nos ad nos venit, cum peccatores iustus inuenit, per stratam quodammodo humilitatis nostrae, sed non cum morbo iniquitatis nostrae. Na per aiale nobis, hoc est, per mortale corpus apparuit, qui utiq; si voluisset, cum corpore immortali primitus aduenisset. Sed quia nos humilitate filij Dei sanari oportebat, vsq; ad nostram infirmitate descendit, & fidei nostrae meritum ac praemiu, virtute suae resurrectionis ostendit. Io sequit

2. Co. 15. Apostolus & dicit. Nouissimus Adam in spiritum viuificantem, siue intelligatur primus Adam, qui de puluere ante formatus est. nouissimus autem Adam qui de virgine pcreatus est: siue in vnoquoq; homine vtrunq; compleatur, vt primus Adam sit in corpore mortali, nouissimus Adam idem ipse in corpore immortali, tn inter animam viuentem & spiritum viuificantem hoc interesse voluit, vt illic sit corpus aiale, hic spiritale. Aia quippe in corpore aiali viuunt quidem, sed non viuificat vsque ad auferendam corruptionem. In corpore vero spiritali quoniam perfecte adhaerens dño, vnus spiritus est, sic viuificat vt spiritale corpus efficiat absumens omnem corruptionem, nullam metuens separationem.

1. Co. 15. Proinde sequit: Sed non prius quod spiritale est, sed quod aiale, postea quod spiritale. Primus homo de terra terrenus, secundus ho de celo celestis, qualis terrenus, tales & terreni, & qualis celestis, tales & celestes. Sicut portauimus imaginem terreni portemus & imaginem eius qui de celo est. Sed qd est, Qualis terrenus, tales & terreni, nisi mortales ex mortali? Et quid est, Qualis coelestis, tales & coelestes, nisi immortales per immortalem? Illud per Adam, hoc per Christu. Dñs enim ad hoc terrenus factus est, cum esset celestis, vt eos qui terreni erant, faceret celestes, hoc est, ideo ex immortali mortalis factus est, assumendo serui formam, non domini mutandonaturam, vt eos qui mortales erant, faceret immortales. impertiendo dominicam gratiam, non seruilem iniuriam retinendo. Cu

igitur de resurrectione corporis Apostolus disputas, doceret nostra corpora futura ex corruptibilibus incorruptibilia, ex cotemptibilibus gloriosa, ex infirmis fortia, ex aialibus spiritalia, hoc est, ex mortalibus immortalia, subiecit vnde agitur, atq; ait. Hoc aut dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non pnt. Et ne ququam putaret sm substantiam carnis hoc Apostolum definisse, aperuit qd diceret subiungendo, Neq; corruptio incorruptionem possidebit. Tunqua diceret quod dixi, Caro, & sanguis regnum Dei no possidebunt, io dixi, qa corruptio incorruptionem non possidebit. Hoc ergo loco noie carnis & sanguinis corruptionem mortalitatis intelligi voluit. Deniq; tanquam ei diceret, Quo caro erit, & caro no erit? Caro quippe erit, qm dñs post resurrectionem ait, Palpate & videte, quia spūs ossa & carnem non het, sicut me videtis hñe, Caro aut non erit, qm caro, & sanguis regnu Dei non possidebunt. Exponit qd dixerit, adiciens. Ecce mysteriu vobis dico, Oes qdem resurgemus, vel sicut Graeci codices habet, Oes qdē dormiemus, non tn omnes immutabimur. Hanc immutationem vtrum in deterius an in melius intelligi voluerit, inferiora demonstrant. In atomo, inquit, hoc est in puncto tps, quod diuidi non potest. In ictu oculi, hoc est in summa celeritate. In nouissima tuba, hoc est, in nouissimo signo, quod dabitur, vt ista compleatur. Canet enim tuba, inquit, & mortui resurgent incorrupti, & nos comutabimur. Ergo istam commutationem in melius sine dubitatione oportet intelligi, quia omnes & iusti & iniusti resurrecturi sunt. Sed sicut dominus in Euangelio loquitur, qui bene fecerunt, in resurrectionem vitae, qui male egerunt, in resurrectionem iudicij. Iudicium appellans poenam sempiternam, sicut alio loco, Qui non credit, inquit, iam iudicatus est. Proinde illi qui ad iudicium resurrecturi sunt, non commutabuntur in illam incorruptelam, quae nec doloris corruptionem pati potest. Illa nanque fidelium est atque sanctorum isti vero perpetua corruptione cruciabantur, quia ignis eorum non extinguetur. & vermis eorum non morietur. Quid sibi ergo vult ista distinctio, Et mortui resurgent incorrupti, & nos commutabimur, nisi quia omnes incorrupti resurgent? Sed ex his

his etiā iusti immutabuntur in illam incorruptelam, cui oīno nulla possit nocere corruptio, ac per hoc qui in ea non comutabunt, incorrupti quidē resurgent integritate membrorum, sed tn corrumpendi dolore poenarū, cū audierint: Ite malecti in ignem eternū, qui paratus est diabolo & angelis ei. A quo auditu malo iustus non timebit. De illa verū comutatione iustorū cū dixisset, Nos comutabimur, tanq; quærerem, quo istud fiat, vel qualis illa commutatio futura sit, adiūgit & dicit: Oportet. n. corruptibile hoc induere in corruptelam, & mortale hoc induere immortalitatem. Non, vt opinor, dubitandum est secundum hoc dictum, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, qa non ibi erit corruptio & mortalitas carnis sanguinis. Secundum has enim qualitates hoc loco carnē & sanguinem nuncupauit. Quocirca, vt aliqd exenpli gratia ponam, quod interim occurrit, sicut scriptum est. Ne forte tentauerit vos qui tentat, & inanis sit labor vester, atque hic intelligitur diabolus, tanquam Deus oīno non tentet, de quo alio loco scriptura dicit. Ipse aut neminem tentat, nec contraria est ista snia ei qua dñ. Tētat vos dñs Deus vester, sed soluitur qd, cum vocabulum tētatio nis diuersas intelligentias habeat, eo qd alia sit tentatio deceptionis alia tētatio probationis, secundum illam non intelligitur qui tentat, nisi diabolus, secundum hanc vero tentat, Deus: Ita cum dñ, Caro possidebit regnum Dei, & caro non possidebit regnu Dei, et hu ius nois intelligentia discernat, & nulla erit qd, qm caro secundum substantiam, secundū qd dictum est, Spūs ossa & carnē no het sicut me videtis hñe, possidebit regnum Dei: Caro aut, cum sm corruptionem intelligit, no possidebit. Hoc enim expositū est, cū diceretur, Caro & sanguis regnu Dei non possidebūt, in eo qd continuo additum est, Neque corruptio incorruptionem possidebit, sicut satis (quantum arbitror) differimus. Quod aut qris, vtrum sigillatim a creatore Deo eorum lineamenta formens, non te mouebit, si quantum potest humana mens potentiam diuinæ operationis intelligas. Quomodo. n. negare poterimus Deum et nunc operari cuncta quae creantur, cum dominus dicat: Pater meus vsq; nunc operatur? Vnde illa cessatio septimi diei ab ipsis naturis condendis intel-

ligenda est facta, non ab earum administratione, qua conditae referuntur. Cum ergo natura rerū a creatore administraretur, & per ordines praefinitis locis & temporibus suis cuncta nascant, Deus vsq; nunc operat. Nam si Deus nunc ista no format, quo legif: Priusquam te formare in vtero, noui te? Quo et accipi potest: Quod si scenum agri, quod hodie est & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: nisi forte credendū est scenum a Deo vestiri, & a Deo corpora non formari? Cum enim dixit, vestit, non de praeterita ordinatione, sed de praesenti operatione satis indicat, Vn est etiā aliud Apostoli de feminib. quod supra commemorauit. Nō, inqt, corpus qd futurū est feminas, sed nudū granū, ferē tritici, aut alicuius ceterorū: Deus aut illi dat corpus quo voluerit. Non dixit, dedit aut disposuit, sed dat, vt creatorē intelligas efficaciam sapientiae reb. qd quotidie suis tpsib. oriunt, condendis adhibere. De qua sapientia dictū est: Per tendit a fine vsq; in finem fortiter, & non dixit, disposuit, sed disponit omnia suauiter. Mulum est aut vel tenuiter sapere quomodo commutabilia & temporalia non commutabilibus & temporalibus creatoris motib. sed aeterna & stabili virtute condantur. De illo sane quod percontandū putasti, vtrum baptizati omnes, si absque penitentia diuersis criminibus irretiti, de corpore exierint, veniā quo libet tempore consecuturi sint, librum non paruae quantitatis iā scripsi, quem si describere curaueris, fortasse nihil ulterius hinc requires. Vis autem per me scire, vtrum Dei flatus ille in Adam idem ipse sit anima breuiter respondeo: Aut ipse est, aut ipso anima facta est. Sed & si ipse est, factus est. De anima quippe loquitur per Esaiam prophetā Deus, vbi dicit: Omnem flatum ego feci, quod sequentia statim indicant. Sequitur enim: Propter peccatum modicum quid contristem illum? Id est, ipsum flatum, & cetera, quae nisi de anima humana intelligi nequeunt. In hac enim quaestione maxime cauendum est, ne anima non a Deo facta natura, sed ipsius de substantia tanquam vnigenitus filius, quod est verbum eius, aut aliqua eius particula esse credatur, tanquam illa natura atque substantia, qua Deus est quicquid est, commutabilis esse possit. Quod esse anima nemo no sentit, qui se animam habere sentit. Cum ista dictare,

2. Co. 15.

1. Co. 15.

K

L

Ioan. 5.

Ioan. 5.

M

Mat. 25.

Pf. 112.

A

1. The. 3.

Iacob. 1.

Gen. 13.

B

Luc. 24.

Cor. 15

Qd. scda

an subit

corpora

reformen

tur.

Ioan. 5.

Hiere. 1.

Qd. 3. 10

de Gene.

ad litera

capite.

23. Qd. 4

7. de Ge-

ne. ad lire

ra. c. 2. 3.

4. 5.

Isa. 41.

57.

dictarem, perlator iam ventum expectans, me vehementer vt nauigare vrgebat. Itaque siquid hic incondite atque inculte dictum legeris, vel si totum ita esse perspexeris, doctrinæ da operam, linguæ veniam.

Augustinus Proculiano Episcopo, vt apparet partis Donatianæ, inuitans illum, vt mutua collatione Schisma componatur. Epistola. CXLVI.

Domino honorabili & dilectissimo Proculiano, Augustinus. Propter imperitorum hominū vanitates diutius apud te de titulo epistolæ meæ disputare nō debeo. Cum enim nos reuocare inuicem ab errore conamur, quāuis ante plenissimam discussionem causæ quibusdam videri possit quis nostrū erret incertum, seruimus tñ inuicem nobis, si bono animo nobiscum agimus, vt à peruersitate discordiæ liberemur. Quod me synccero corde agere & cum tremore Christianæ humilitatis, etiam si plerisq; hominib. apertum non est, videt tamen ille cui nulla corda clauduntur. Quid autem in te honorare non dubitem, facile intelligis. Nō enim errorem schismatis, vnde omnes homines, quantum ad me attinet, cupio sanari, dignum honore aliquo existimo. Sed te ante omnia, quod ipsi nobis humanæ societatis vinculo astringeris, & quod nonnulla in te præminent placidioris mentis indicia, quibus nullo modo desperandum est, facile te posse veritatem, cum fuerit demonstrata, complecti, sine vilo æstu dubitationis honorandum puto. Dilectionis autem tantum tibi debeo, quantum nobis imperat ipse qui nos dilexit vsque ad crucis opprobrium. Sed ne meritis quod apud benevolentiam tuam diu tacui, non putabam in hac te esse sententia, quam mihi frater Euodius, cui fidem non habere non possum, gaudens indicauit. Nam cum forte contigisset, vt in vnam domum conueniretis, & sermo inter vos de spe nostra, hoc est, de Christi hæreditate ortus esset, ait dixisse benignitatem tuam, velle te & bonis viris sedentibus conferre nobiscum. Quod te multum gaudeo, nostræ humilitati offerre dignatum. Neque vilo modo possum tantam occasionem benigni animi tui deserere, vt quantum vires dominus præbere dignabitur, quæram

tecum atque discutiam, quæ causa, quæ origo, quæ ratio in ecclesia Christi, cui dixit ^{Ioan. 14.} Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, tam legendæ atque plangendæ discussionis exciterit. Audiui quidem de memorato fratre te fuisse conquestum, quod nescio quid tibi contumeliose responderit: quæ (quæso te,) ne illam contumeliam deputes, quam certum mihi est non de superbo animo processe, noui enim fratrem meū, sed siquid in disputando pro fide sua, & pro ecclesiæ charitate dixit fortasse feruentius, quā tua grauitas nollet audire, non illa contumacia, sed fiducia nominanda est. Collatorem enim & disputatorem, non assentatorem & adulatorem se esse cupiebat. Nam hoc est oleum peccatoris, quo Propheta non vult impinguari caput. Ita enim dicit: Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me, oleū autem peccatoris nō impinguet caput meū. Mauult enim seuera misericordia iusti emendari, quam leni adulationis vnctioe laudari. Vnde etiam illud propheticum est: ^{Esai. 3.} Qui vos foelices dicunt, in errorem vos mittunt. Ideoque de homine, quem falsæ blanditiæ faciunt arrogantem, recte etiam vulgo dicitur: Creuit caput. Impugnatum est enim oleo peccatoris, hoc est, non aspera veritate corrigentis, sed leni falsitate laudantis. Neque hoc in eam partem peto accipias, quasi ego te à fratre Euodio tanquam iustum emendatum intelligi velim. Vereor enim ne me quoque aliquid contumeliose in te dicere existimes, quod vehementer caueo quantum possum. Sed iustus est ille qui dixit: Ego sum veritas. Itaque de cuiuslibet hominis ore nobis verum cum aliqua asperitate sonuerit, non ab illo homine qui forte peccator est, sed ab ipsa veritate, hoc est, a Christo qui iustus est, emendamur, ne nostrum caput blandæ, sed perniciosæ adulationis vnctio, hoc est, oleum peccatoris impinguet. Quanquam etiam si frater Euodius aliquantum pro suæ communio nis defensione turbator, aliquid elatius animo commotiore dixisset, etati hominis & necessitatis causa te oporteret ignoscere. Istud tamen quod permittere dignatus es, peto memineris, vt sedentibus quod ipse delegeris, dummodo verba nostra non inaniter ventilentur, sed stylo excipiantur, vt &

tranquillius & ordinatius differamus, & si quid forte à nobis dictum de memoria lapsū fuerit, recitatione reuocet, & rem tam magnam & ad salutem oīum pertinentem cum concordia requiramus. Aut si placet, nullo medio interposito, prius nobiscum siue per epistolas, siue per colloctionem atq; lectio nem (vbi placuerit) conferamus, ne forte in teperantes nonnulli auditores malint quasi nostrum expectare certamen, q̄ de nostra salute in nostra colloctione cogitare, vt quod fuerit inter nos terminatum, postea per nos plus nouerit, aut si per epistolas agi placet, ipsa plebibus recitentur, vt aliquando non plebes, sed plebs vna dicatur. Prorsus sicut iussuris, sicut tibi placuerit libenter amplector. Et de animo beatissimi & venerabilis mihi patris Valerij nunc absentis tota securitate polliceor, hoc cum magna læticia cogniturum. Noui enim quantum diligit pacem, & nulla vani fastus inanitate iactetur. Rogo te quid nobis est cum veterib. diffensionibus, vt hucusq; vulnera illa durauerint, quæ animofitas hominum superborum nostris mēbris infixit? quorum vulnerum putrefactione et dolorem perdimus, quo solet medicus implorari. Vides quam & quam mirabili foeditate Christianæ domus familiarisq; turbata sint. Mariti & vxores de suo lecto sibi cōfentiunt, & de Christi altari dissentiant. Per illum sibi iurant, vt inter se pacem habeant, & in illo habere non possunt. Filij cum parentibus vnam domum habent suam, & domum Dei non habent vnam. Succedere in eorum hæreditatem cupiunt, cum quibus de Christi hæreditate rixantur, serui & domini communem Deum diuidunt, qui formam serui accepit, vt omnes seruendo liberaret. Honorant nos vestri, honorant vos nostri. Per coronam vestram vos adiurant vestri, per coronam vestram vos admirant nostri. Omnium verba suscipimus, neminem offendere velimus. Quid nos solus Christus offendit, cuius membra laniamus? Et homines quidē causas suas seculares apud nos finire cupientes, quando eis necessarij fuerimus, sic nos sanctos & Dei seruos appellāt, vt negocia terræ suæ peragant, aliquando agamus & negocium salutis nostræ, & salutis ipforum, non de auro, non de argento, non de fundis & pecoribus, pro quibus rebus quo-

tidie submissio capite salutamur vt diffensionum hominum terminemus, sed de ipso capite nostro tam turpis inter nos & perniciofa diffensio est. Quantumlibet capita submittant, qui nos salutant, vt eos concordēs in terra faciamus, de coelo vsque ad crucem submissum est caput nostrum, in quo concordēs non sumus. Rogo te atque obsecro, si est in te aliqua humanitas, quam multi prædicant, hic appareat bonitas tua, si non propter honores transitorios simulatur, vt contremiscant in te viscera misericordiae, & velis aliquando rem discuti instando nobiscum orationibus, & omnia pacifice conferendo: ne miseræ plebes, quæ nostris honoribus obsequuntur, præmant nos obsequiis suis in iudicio Dei sed potius nostræ non ficta charitate nobiscum reuocata ab erroribus & diffensionibus, in veritatis & pacis itinera dirigantur. Opto te coram oculis Dei heatum esse, domine honorabilis & dilectissime.

Augustinus Valerio Episcopo suo, cui erat collega, præsertim in dispensando verbo Dei, demonstrat quam difficile sit sacerdotem pium agere, obsecrans vt patiat ipsum in secessu precibus & studio hoc egere, vt sit idoneus imposito muneri. Epistola. CXLVII.

Domino beatissimo & venerabili, in conspectu domini sincera charitate charissimo patri Valerio, Augustinus presbyter in domino salutem. Ante omnia peto, vt cogitet religiosa prudentia tua nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore facilius & lætius, & hominib. acceptabilius Episcopi aut presbyteri aut diaconi officio, si perfunctoriè atque adulatoriè res agatur, sed nihil apud Deum miserius & tritius & damnabilius. Item nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi aut presbyteri aut diaconi officio, sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur quo noster imperator iubet. Quis autem iste sit modus, nec à pueritia nec ab adolescentia me didici, & eo tempore quod discere cœperā, vis mihi facta est, merito peccatorum meorum

Phil. 2.

40. di. an re omnia.

rum. Nā quid aliud existimem nescio, ut secundus locus gubernaculorū mihi redderetur, qui remū tenere nō nouerā, Sed arbitror dñm meū propterea me sic emēdare voluisse, quod multorū peccata nauarū, antequā expertus essem qd illic agit, quasi doctior & melior reprehēdere audebā. Itaq; postq̄ misus sum in mediū, tunc sentire coepi temeritates reprehensionū mearum, q̄ quam & antea periculosissimum iudicāre hoc ministeriū. & hinc erant lachrymā illā, quas me fundere in ciuitate ordinationis meae tpe nonnulli fratres aduenterunt, & nescientes cās doloris mei, quib. potuerunt sermonib. qui oīno ad vulnus meum non pertinerent, tñ bono aīo cōsolati sunt. Sed multo valde multo amplius expertus sum q̄ putabam, nō q̄a nouos aliquos fluctus aut tempestatē vidi, quas ante non nouerā, vel non audieram, vel non legerā vel non cogitaueram, sed ad eas euitandas aut perferēdas solertiā & vires meas omnino nō nouerā, & alicuius momenti arbitrabar. Dñs aut irrisit me, & reb. ipsīs ostendere voluit merpsum mihi. Qd si non damnando sed miserando fecit, hoc. n. spero, certe vel nunc cognita aegritudine mea, debeo scripturarum eius medicamēta omnia perscrutari, & orando ac legendo agere, vt idonea valetudo aīe meq̄ ad tam periculosa negocia tribuatur, quod ante non feci, quia & tempus non habui. Tunc enim ordinatus sum, cū de ipso actionis tpe ad cognoscēdas diuinas scripturas cogitarem, & sic nos' disponere vel lēmus, vt nobis ocium ad hoc negociū posset esse. Et qd verum est, nōdum sciebam qd mihi deesset ad tale opus, quale me nunc torquet & cōterit. Quod si propterea in re ipsa didici qd sit homini necessarium, qui populo ministrat sacramentū & verbum Dei, vt iā non mihi liceat assequi, qd me non hñe cognoui: iubes ergo vt pereā pater Valeri? Vbi est charitas tua? Certe diligis me certe diligis ipsam ecclesiā, cui me sic ministrare voluisti, & tñ certus sum qd & me, & ipsam diligis. Sed putas me idoneum, cum ego melius me nouerim, qui tñ nec ipse me nossem, nisi experiendo didicissem. Sed dicit fortasse sanctitas tua. Vellem scire quid desit instructioni tuae. Tam multa autem sunt, vt facilius possum enumerare quae habeo, quā quae habere desidero. Audeo enim dicere, scire me & ple-

na fide retinere quid pertineat ad salutē nostram. Sed hoc ipsum quō ministrem ad salutem aliorū, non quærēs quod mihi vile est, sed quod multis, vt salui fiāt. Et sunt fortasse aliqua, immo non est dubitādū esse in sanctis libris conscripta consilia, quib. cognitis & apprehensis possit homo Dei reb. ecclesiasticis ordinationib. ministrare, aut certe inter manus iniquorum vel viuere conscientia saniore vel mori, vt illa vita non amittatur, cui vni christiana corda humilia & mansueta spirant. Quō aut hoc fieri pōt, nisi quemadmodum ipse dñs dicit, petendo, quarendo, pulsando. i. orando, legendo, plangendo? Ad quod negocium mihi paruum tps vel vsque ad Pascha impetrari volui p fratres à tua sincerissima & venerabili charitate, & nunc p has preces volo. Quid enim rursus sum dño iudici? Non poteram ista iam quærere, cū ecclesiasticis negociis impedire? Si ergo mihi dieat, Serue nequā, si villa ecclesie calūnio sum aliquem pateretur, cuius fructib. colligēdis magna opera impenditur, neglecto agro quem rigauī sanguine meo, si qd agere p ea posses apud iudicē terrae, nonne oib. cōsentientib. nonnullis ēt iubentib. & cogentibus pergeres, & si cōtra te iudicaret, ēt trāsmare proficisceris, atq; hoc modo vel annum vel amplius absentiam tuā nulla quærela reuocaret, ne alius possideret terram, non aīa sed corpori pauperum necessariam, quorū tñ famem viuae arbores meae multo facilius mihi que gratius si diligenter colerent explerent? Cur ergo ad discēdā agriculturā meā, vocationē tps tibi defuisse caris? Dic mihi qd rñ deam rogo te? An forte vis dicam, Senex Valerius dum me oībus reb. instructū esse credidisset, quanto amplius me dilexit, tanto minus ista discere permisit? Attende omnia ista senex Valeri, obsecro te per bonitatem & seueritatem Christi, per misericordiam & iudicium eius, per eum qui tantam tibi inspirauit erga nos charitatē: vt te nec pro lucro animae nostrae audeamus offendere. Sic autem mihi Deum & Christū testem facis innocentiae & charitatis, & sinceri affectus quem circa nos habes quasi ego nō de his iurare omnibus possim. Ipsam ergo charitatem & affectum imploro, vt miserearis mei, & concedas mihi ad hoc quod rogauī tempus quantum rogauī, atq; adiuues me orōnibus tuis, vt non

vt non sit inane desiderium meum, nec infructuosa ecclesiae Christi atque vtilitati fratrum conferuorum meorum absentia mea. Scio qd illa charitate pro me orante, maxime tali cā non aberit dominus, & cā sicut sacrificiū suauitatis accipiens, fortassis breuiore tempore quam postulauī, me saluberrimis cōsiliis de scripturis suis reddet instructum.

Augustinus Profuturo, de toleranda aduersa valetudine & cohibenda ira.
Epist. CXLVIII.

FRatri Profuturo Augustinus. Secundum spiritum quantum dño placet, atq; vires ipse praeberē dignatur, recte sumus, Corpore aut ego in lecto sum. Nec ambulare. n. nec stare nec sedere possum, rhagadis vel ex-

chadis dolore & tumore. Sed etiā sic, qm̄ id dño placet, quid aliud dicendum est, nisi quare recte sumus? Potius. n. si id nolumus qd ille vult, nos culpandi sumus, q̄ ille non recte aliquid vel facere existimandus est. Nosti haec omnia, sed quia mihi es alter ego quod libentius tecū loquerer, nisi quod tecū loquor? Commendamus ergo sanctis orōnib. tuis & dies & noctes nostras, vt oretis p nobis, ne dieb. intemperanter vtamur, vt noctes aequo aīo toleremus, vt et si ambulemus in medio vmbrae mortis, nobiscum sit dñs ne timeam' mala. Quod senex Megalio defunctus sit, iā vos audisse quis dubitet? Erant aut a dispositione corporis eius cum haec scriberem, dies ferme viginti quatuor. Vtrum iam videris, disponebas enim successorem primatus eius, si fieri pōt, nosse volumus. Non desunt scandala, sed neq; refugium. Non desunt marores, sed neq; consolationes. Atq; inter haec quam vigilandum sit, ne cuiusquam odium cordis intima teneat, neq; sinat vt oremus Deum in cubili nostro clauso ostio, sed aduersus ipsū Deum claudat ostium, nosti optime frater. Subrepat autem dum nulli irascenti ira sua vī iniusta. Ita enim inueterascens ira fit odiū, dū quasi iusti doloris admixta dulcedo, diutius eam in vase detinet, donec totum acescat vasq; corrumpat. Quapropter multo melius nec iuste cuiquam irascimur, q̄ velut iuste irascendo in alicuius odium irae occulta facillitate delabimur. In recipiendis enim hostiis. ignotis ista solemus dicere multo esse

melius malum hominem perpeti, q̄ forsitan per ignorantiam excludi bonum, dum caueamus ne recipiatur malus. Sed in affectib. animi p̄ est. Nam incōparabiliter salubrius est et irae iusti pulsanti non aperire penetrale cordis, q̄ admittere non facile recessuram & peruenturam de surculo ad trabem. Audet q̄ppe impudenter etiam crescere citius q̄ putatur. Non enim erubescit in tenebris, cum super eam sol occiderit. Recolis certe qua cura & quāta sollicitudine ista scripserim, si recolis quid tecū nuper in itinere quodam loquutus sis. Fratrem Seuerum, & qui cū eo sunt salutamus. Etiā fortasse ipsis scriberemus si per festinationē perlatoris liceret. Peto autem vt apud eundem fratrem nostrū Victorem cui ago etiam apud tuam sanctitatem gratias qd Constantiam dum purgeret indicauit, petendo adiuues propter negocium quod ipse nouit, de quo grauisimum pondus pro ea re multum deprecāti Nestarij maioris patior, per Calamam remeare ne grauetur, sic enim promisit mihi. Vale.

Augustinus Elpidio, qui videbatur cum Arrianis non nihil sentire, declarans de rebus ineffabilibus parcissime loquendum. Epistola. CXLIX.

Domino eximio meritoq; honorabili & desiderabili Elpidio, Augustinus. Quis nostrum erret in fide vel in cognitione Trinitatis, alia qō est. Gratū sane habeo quod me quamuis incognitum facie, tñ quia errare credidisti, reuocare ab errore conatus es. Huius tibi beneuolentiae mercedem retribuatur Deus, & nosse te faciat quod nosse te putas. Res. n. ardua est, vt existimo, & quæso te ne in vllam contumeliae partem acceperis, quod tibi tantae cognitionis munus optaui. Vereor, enim ne opinatae scientiae praedudicium, si nō praepcepta vera, quae nequaquam ad te mihi arrogauerim, at certae bona vota nostra, q̄ mihi etiā indocto hñe de te licet, non. n. perite, sed amice exhibenda sunt, repellat ab auribus tuis, potiusq; mihi succenseas quod non tibi iam sim sapienti gratulatus, q̄ gratias agas quod tibi sapientiam deprecatus sim. Veruntamē si ego portans Episcopalis nominis sarcinam libentissime amplector beneuolentiam tuam, quod me Bonoso & Iasoni, vt scribis, doctif-

Rhagades, Celisus, Plinius, & Dioscorides, alijsq; medici referunt in ter uiria sedis, quoniam aut scissuram comitāt tumor, ad didit & aliter uocabulum exochadis

Wolm. E

doctissimis viris et tras mare mittere dignatus es, ad reportandos ex eorum disputationibus. vberes fructus, quod denique ad detegendas totius erroris caligines, libellum cuiusdam Episcopi vestri ingenio & viribus elaboratum, ad me perferendum solita benignitate curasti, quanto est æquius te bono animo accipere, quod ea quæ nullo humano ingenio & viribus dari possunt, à domino Deo tibi ut concedantur optavi. Apostolus enim inquit: Non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed docti spiritu, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit quæ sunt spiritus Dei stultitia est enim illi. Magis ergo tecum, si fieri posset, mallem quære re quousque appellandus sit animalis homo, ut si eum iam transcendimus recte fortasse illa quæ supra humanam mentem atque intelligentiam incommutabiliter manent, aliqua ex parte nos attingisse gaudeamus. Cavendum est enim ne propterea videatur stultum, cum filium patri adimus æqualem, quia hominem animalis adhuc agimus, de quo dictum est, quod stultitia sunt illi quæ sunt spiritus Dei: quanquam sanè maiestas illa supra cuncta sublimis à spiritualibus cogitari possit, à nullo autem possit affari, videre tamen quantum arbitror, facile est, non esse factum per quæ facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Si enim per seipsum factus est, erat antequam fieret, ut fieri per se posset. Quod certe tanto absurdius dicitur, quanto varius cogitatur. Si autem non per se factus est, non est per quem facta sunt omnia, quoniam quicquid factum est, per ipsum factum est. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Miror parum attendi quæ tam expresse Evangelista voluit intimare ut neminem dissimulare permitteret. Non enim satis fuit dicere, Omnia per ipsum facta sunt, nisi adderet, Et sine ipso factum est nihil. At ego quis tardus, & nondum defensa caligine, faucium mentis oculum gerens ad intuendam patris & filii incomparabile ineffabilemque præstantiam, tamen hoc tota facilitate complector, quod nobis in Evangelio propterea præfeminatum est, non ut hinc comprehenderemus illam diuinitatem, sed ut hinc admoneremur non oportere nos de temeraria comprehensione iactare. Si enim omnia per ipsum facta sunt, qui quid non per ipsum

2. Cor. 2.

H

Ioan. I.

factum est, non est factum, ipse autem per se factus non est. Non est igitur factus, & omnia per ipsum facta esse ab Evangelista credere cogimur. Ab eodem ergo cogimur eum factum esse non credere. Item si sine ipso factum est nihil, ipse ergo nihil est, aut factum non esse, non autem sine se factum esse. Restat ut fateamur, aut non sine se factum esse, aut quia sine se factus est. Quod si opinari sacrilegum est, non possumus dicere. Si enim ipse se fecit, iam erat antequam fieret. Si autem ad se faciendum alteri, a quo factus est, adiutorium præbuit, nihilominus ut se adiuvante ipse fieret, iam erat antequam fieret. Relinquit itaque ut sine se factus sit. Quicquid autem si ne illo factum est, nihil est. Aut nihil est igitur, aut factus non est, sed non est nihil, factus igitur non est. At si factus non est, & tamen filius est, sine dubio natus est. Quo, inquit, potuit de solo patre nasci filius æqualis ei de quo natus est? Iam hoc enarrare non possum & cedo Prophetia dicenti: Generationem eius quis enarrabit? Quod si tu de humana generatione qua per virginem natus est accipiendum putas, ipse te discute, & interroga animam tuam, utrum si in humana generatione defecit, audeat enarrare diuinam. Non li ergo, inquit, dicere æquale. Cur non dicam quod dixit Apostolus: Non rapinam, inquit, arbitratus est esse se æquale Deo. Et si enim æqualitatem illam non explicavit humanæ menti nondum purgatæ, posuit tamen in verbo quod in re posuit inueniri purgatæ. Demus itaque operam dando cordi nostro ut inde exurgat acies, qua ista videre valeamus. Beati enim, inquit, mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Ita excedentes animalis hominis caliginosas imagines, ad serenitatem illam synceritatem que veniamus, qua videre possumus quod dici non posse videamus. Nam libello quem dignatus es mittere, si mihi sit ocium, facultaque tribuatur ad singula respondere, arbitror te cogniturum, tanto minus quemque vestiri lumine veritatis quanto magis sibi videtur nudam depromere veritatem. Quis enim ferat: ut alia omittat, & hoc solum interim comorem quod maxime ingemui, cum Apostolus Paulus dicat: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, istum iam dicere omni integumento reiecto nudam se depromere veritatem, qui si diceret nudam videmus veritatem, nihil esset cæcius ista arrogatia visionis. Non autem dixit videmus, sed depromimus,

Eph. 53.

Philipp.

Matth. 5

1. Co. 13

minimus, ut non solum iam veritas intentioni mentis parere, sed etiam præteriti linguæ subiacere videatur. Multa sunt quæ de Trinitatis ineffabilitate dicantur, non ut ipsa dicatur, alioquin non est ineffabilis, sed ut illis dictis, illa dici non posse intelligatur. Verum iam (ut arbitror) modum excessit Epistola mea, cum per tuam me admonueris breuiter scribere. Sed quia institutione veterum te excusare dignatus es, non tibi absurdus videbor, si modum quarundam Epistolarum Ciceronis, quia eius quoque in literis tuis mentionem fecisti, non te pigeat recordari.

M Augustinus Nebridio, quibus in rebus sita sit vera beatitudo. Epi. CL.

Nebridio Augustinus. Vtrum nescio quo, ut ita dicam, blandiloquio tuo factum, putem, an verè ita se res habeat, incertum apud me est. Nam repente accidit, nec satis deliberatum est, quatenus debeat committi fidei. Expectas quod istud sit: Quid censes? Prope persuasisti mihi, non quidem beatum esse me: nam id solius sapientis prædium est, sed certe quasi beatum (ut dicimus) hominem, quasi hominem in comparatione illius quem Plato nouerat, aut quasi rotunda, & quasi quadra ea, quæ videmus, cum longe ab eis abfit, quæ paucorum animus videt. Legi enim literas tuas ad lucernam iam cernatus, proxima erat cubitio, sed non ita etiam dormitio. Quippe diu tecum in lecto situs cogitavi, atque has loquelas habui, Augustinus ipse cum Augustino. Nonne verum est, quod Nebridio placeat beatos nos esse? Non utique. Nam stultos adhuc esse nec ipse audet negare. Quid si etiam stultis beata vita contingit durum, quasi veroparua, vel alia vlla miseria sit quam ipsa stultitia. Vnde ergo illi visum est, an lectis illis libellis et sapientem me ausus est credere? Non usque adeo temeraria est letitia gestiens, præsertim hominis cuius quanti ponderis consideratio sit bene nouimus. Illud igitur scripsit quod nobis putauit dulcissimum fore, quia & illi dulce factum est, quicquid posuimus in iis literis, & scripsit gaudes, nec curauit, quod committendum gaudenti calamo esset. Quid si Soliloqua legisset lætaretur multo exundantius, nec tamen reperiretur plus aliquid quod me appellaret quam beatum. Cito ergo summum nomen effudit in me, nec sibi aliquid referuauit, quod de me letior asseueret. Vide lætitia quid faciat. Sed ubi est ista bea-

1. Ret. 4.

ta vita? ubi nam? O si ipsa esset, repelleret atomos Epicuri. O si ipsa esset, sciret nihil deorsum esse præter mundum. O si ipsa esset nosset extrema spheræ tardius rotari quam mediū, & alia similia quæ similiter nouimus. Nunc verò quomodo vel qualicumque beatus sum, quod nescio cur tantus mundus sit, cum rationes figurarum per quas est, nihil prohibeant esse quanto quis uoluerit amplior? An non mihi diceretur, immo non cogeremur cõfiteri corpora in infinitum secari, ut à certa velut vas in quantitate certa certus corpusculorum numerus surgeret? Quare cum corpus nullum esse minimum finit, quo pacto finitum esse amplissimum, quo amplius esse non possit, nisi forte illud quod Alipio aliquando dixi occultissime, habet magnam vim, ut quomodo numerus ille intelligibilis infinite crescit, non tamen infinite minuit, nam non eum licet ultra monadem resolueret, Contra sensibilis, nam quod est aliud sensibilis numerus, nisi corporeorum vel corporum quantitas, minui quidem infinite, sed infinite crescere nequeat? Et ideo fortasse merito philosophi in rebus intelligibilibus diuitias ponunt, in sensibilibus egestatem. Quid enim erumnosius quam minus atque minus semper posse fieri? Quid ditius quam crescere quantum velis, ire quod velis, redire cum velis, quousque velis, & hoc multum amare quod minui non potest. Quisquis namque intelligit istos numeros, nihil sic amat ut monadem, nec mirum cum per eam fiat ut cæteri amant. Sed tamen cur tantus est mundus? Poterat enim esse vel maior vel breuior, nescio. Tale est enim. Et cur hoc loco potius quam illo? Nec in ea re debet esse quod, ubi quicquid esset, quæstio esset. vnum illud multum mouebat, quod infinite corpora searent. Cui fortasse rursus est, de vi contraria intelligibilis numeri. Sed expecta videamus quod sit hoc nescio quod, quod suggeritur menti. Certe sensibilis mundus, nescio cuius intelligibilis imago esse dicitur. Mirum autem est quod in imaginibus videmus, quæ specula referunt: nam quauis ingentia specula sint, non reddunt maiores imagines quam sunt corpora etiam breuissima obiecta. In paruis autem speculis sicut in pupillis oculorum, etsi magna facies sese opponat, breuissima imago per modo speculi formatur. Ergo & imagines corporum minui licet, si specula minuatur, augeri si augeantur non licet. Hic profecto aliquid latet, sed nunc dormiendum est. Neque enim Nebridio-

B

C

Nebridio beatus querendo videor, sed fortasse aliqd inueniendo. Id aut aliquid qd est an illa rōcinatio, cui tanq̄ vnicae meae blādiri soleo, & ea me nimis oblectare. Vñ p̄tam? ex aīo & corpore? Quid horū melius? videlicet aīus. Quid laudat in corpore? nihil aliud video quā pulchritudinē. Quid est corporis pulchritudo? congruentia partium cū quadā coloris suauitate: Hęc forma vbi vera melior, an vbi falsa? Quis dubiter vbi vera est eē meliorē? Vbi ergo vera est? in aīo. f. Aīus igif magis amādus q̄ corpus. Sed in qua parte animi est ista veritas? in mente atq; intelligētia. Quid huic aduersat? sensus. Resistendū ergo sensib. totis animi viribus libet. Quid si sensibilia nimium delectant? Fiat vt nō delectent. Vnde sic? consuetudine iis carendi appetendiq; meliora. Quid si moritur aīus? ergo moritur veritas, aut non est intelligentia veritas, aut intelligentia non est in aīo, aut pōt mori aliqd in quo aliquid immortale est? Nihil autem horū fieri posse. Soliloquia nostra iam continent, satisque persuasum est, sed nescio qua cōsuetudine malorum territamur atque titubamus. Postremō etiā si moritur animus, quod nullo modo posse fieri video, non esse tñ beatam vitam in læticia sensibilibus, hoc ocio satis exploratum est. His reb. fortasse atque talib. Nebridio meo si non beatus, at certe quasi beatus videor. Videar & mihi quid inde pdo, aut cur parca bonæ opinionis? Hęc mihi dixi. Deinde orauī vt solebam atq; dormiui. Hęc placuit scribere tibi delectat enim me quod mihi gratias agis, si nihil te quod in buccam venerit celem, & gaudeo, quia sic tibi placeo. Apud quem ergo libentius me aperiam, q̄ cui displicere non possum? At si in potestate fortunæ est vt hominē amet hō, vide q̄ beatus sim, qui de fortuitis tam multū gaudeo, & talia bona fateor desidero mihi **E** vbertim accrescere. Fortunæ aut bona verissimi sapientes, quos solos beatos fas est vocari, nec timeri voluerunt, nec cupi an cupiri, tu videris. Et belle accidit. Nam volo me declinationis huius gnarum facias. Cum. n. ad iūgo verba similia, incertior fio. Nā ita est cupio, vt fugio, vt sapio, vt iacio, vt capio, sed vtrum fugiri an fugi, vtrum sapiri an sapi, sit modus infinitus, ignoro. Possē attendere iaci & capi, ni vereretur ne me caperet & pro ludibrio iaceret quōd vellet; qui aliud iactum &

captum, aliud fugitum, cupitum, sapitum, esse se conuinceret. Quē item tria, vtrum penultima longa, an inflexa, an graui breuiq; pronuntianda sint similiter nescio. Prouocauerim te ad Epistolam longiorem, peto vt paulo diutius te legam. Nam nequeo tantum distulere, quantum voluptati est legere te.

Augustinus ad populum factionis Donatianę, quomodo illorum Episcopi in concilio conuicti sunt, hortans vt nunc saltem redeant ad Ecclesię communionem ne post non fecisse sero pēniteat. Epi. CLI.

Siluanus senex, Valentinus, Aurelius, Innocentius, Maximus, Optimus, Augustinus, Donatus, & ceteri Episcopi de concilio Zertensi ad Donatistas. Cū in auribus nostris fama crebesceret, hoc vobis vestros Episcopos dicere, cognitorē, p̄mio fuisse corruptum, vt contra eos snia p̄ferret, vos autem ista facile credere, ac propterea multos vestrum adhuc nolle acquiescere veritati, placuit nobis cogente dñi charitate ex concilio nostro hęc ad vos scripta dirigere, quibus primus admoneremini illos vobis victos atque conuictos hęc mēdacia iactare, qui et in suo mandato qđ pro illa collatione fecerūt, & suis nominibus atque subscriptionibus firmauerunt, non illic traditores & persecutores suos esse dicētes, in falsitate atq; mendacio manifestissimo detecti atq; conuicti sunt, ita vt volentes gloriari de multitudine coepiscoporum suorum, inter aliquorum absentium nomina et mortui nomen infererent. Et cum quæreret vbi esset, subita perturbatione cæcati ipsi eum confiterentur in itinere defecisse. Et cum interrogarentur, quomodo potuerit apud Cartaginē subscribere qui in itinere iam defecerat, vehementius perturbati, alio mēdacio se obligauerunt, rñdentes eum a Cartagine redeuntem fuisse defunctū. De quo mendacio exire omnino minime potuerunt. Ecce quibus creditis, vel de antiqua traditione, vel de cognitio corruptione, q̄ mandatum suum vbi nobis obiecerunt crimen traditionis, nō potuerunt conscribere sine crimine falsitatis. Proinde quæ maxima necessaria credidim⁹, his literis tanquam breuiario collecta inferuimus, ne forte ad magna gestorum volumina vel peruenire nō facile possitis, vel ea legere

gere laboriosum putatis. Cartaginē venim⁹ & nos Episcopi vestri, & quod prius nobis bāt & indignū esse dicebāt, in vnū cōuenimus. Electi sunt ex nobis & ex ipsis, septem hinc, & septē inde, qui pro causa oīum loquerētur. Electi sunt alij septē hinc, & septē inde, cū quibus vbi opus erat cōsiliū p̄tractaret. Electi sunt quatuor hinc, & quatuor inde, qui gestis cōscribēdis custodes essent, ne infallatū aliqd ab aliquo diceretur. Dati sunt et a nobis & ab ipsis, notarij quatuor hinc, & quatuor inde, vt bini cū exceptoribus iudicis alternarent, ne aliquis nostrū se dixisse aliqd causaret quod nō fuisset exceptū. Huic tantę diligentię etiā illud est additū, vt & nos & ipsi quemadmodū ipse iudex verbis nostris subscriberemus, ne quisquā diceret in illis gestis aliqd vel postea fuisse corruptū. Cū enim adhuc viuētibus eis qui subscripserūt, innotuerint eadē gesta omnibus locis in quibus oportet vt innotescāt, sic et ad pastores cōfirmata veritas perdurabit. Nolite ergo esse ingrati tantę misericordię Dei quę per istā diligentiam vobis ministrata est. Nulla excusatio iam remāsit, nimirū dura, nimirū diaboli ea sunt hominum corda, quę adhuc tantę manifestationi veritatis obstitunt. Ecce Epi partis vestrę, quos oēs elegerūt vt pro omnibus loquerent, conati sunt quātū potuerūt, vt oīno ipsa causa non ageretur, p̄p̄ quā tātus numerus Episcoporum vtriusq; partis de vniuersa Africā, & de tā loquinquis locis Cartaginē venerat. Et cū oīs anima suspēsa expectaret in tantā collectione quā ageretur, illi vehemēter instabant vt nihil ageretur. Quare hoc, nisi quia causam suam malā sciebant & facillime se posse cōuinci, si ageretur, dubitare nō poterāt? Ipse ergo animus eorū quo timebāt ne causa ageretur, iā victos eos esse monstrabat. Si. n. extorqueret quod volebant, vt iā collatio ipsa nō fieret, nec disputationibus nostris veritas appareret, redeuntes a Cartagine, quid vobis erant rñsuri, qđ demonstraturi? Credo prolaturi erāt gesta & dicturi vobis, nos instabamus vt cā nō ageretur, illi instabāt vt ageretur. vos expectatis viderē, qđ egerim⁹. Ecce legite vbi eos vicimus, vt nihil ageremus. Forte & vos rñderetis si cor haberetis. Nihil ergo acturi, vt qđ istis? vel poti⁹ qui nihil egistis vt qđ redistis? Deniq; postea nō potuerūt efficere quod conati sunt, id est, vt

cā nō ageretur, ipsa actio demonstrauit quid timuerint, qñ in omnibus victi sunt. Confessi sunt enim contra ecclesiā catholicā, quę toto terrarū orbe diffunditur, nihil se habere quod dicerent, quia diuinis sanctorū scripturarū testimonijs oppressi sunt, quibus ecclesiā designatur, incipiens ab Hierusalē creuifese per loca, in quibus. Apostoli p̄dicauerūt, & nomina eorundē locorū in suis epistolis & actis cōscripserūt, & inde diffundi per ceteras gētes cōtra istam ecclesiā se nō habere causā manifesta voce p̄fessi sunt vbi est euidentissima in noīe Dei nostri victoria. Cū. n. cōfirmat ecclesiā, cui nos cōmunicare, ipsos aut non cōmunicare manifestū est, olim victos esse testantur, & vobis, si sapitis, aperitissime indicant, quid dimittere & quid tenere debeatis, nō in ea falsitate, qua vobis non cessant adhuc vsq; mentiri, sed in illa veritate q̄ victi coacti sunt cōfiteri. Quisquis ergo ab hac catholica ecclesia fuerit separatus, quantūlibet laudabiliter se viuere existimet, hoc solo scelere quod a Christi vnitate distans est, nō habebit vitam, sed ira Dei manet sup̄ eū. Quisquis in hac ecclesia bene vixerit, nihil ei p̄iudicat aliena peccata, quia vnusquisq; in ea p̄priū onus portabit, sicut Apostolus dicit: Et qui cunque in ea corpus Christi māducauerit indigne iudiciū sibi māducet & bibit. Nā et hoc ipse Apostolus scripsit: Cū aut dicit, iudiciū sibi māducet, satis ostēdit, qui a nō alteri iudiciū māducet, sed sibi. Hoc nos egim⁹ & ostēdimus & obtinui mus, quia cōiō malorū nō maculat aliquem participatione sacramentorū, sed cōfessione factorū. Nā si in factis malis nō eis quisq; cōsentiat, portat malus causam suā & perionā suā, nec p̄iudicat alteri, quē i cōfessione mali opis, sociū nō habet criminis. Hoc. n. ipsi voce ap̄tissima coacti sunt cōfiteri, nō tunc qñ ista dicebamus, sed postea cū aliud ageretur. Nā cū ventū fuisset ad causam et Cęciliani, quā nos ab ecclesiā causa distinguēbamus, vt si forte malus esset inuentus, ipsum anathematizarem⁹, nō tñ p̄p̄ ipsum ecclesiā Christi relinqueremus, cui per malā causam p̄iudicare nō posset. Cū ergo etiā ad ipsam Cęciliani causam ventum fuisset, & legissent illi conciliū Cartaginense, vbi recitabant septuaginta plus minus Episcoporum sententias contra Cęcilianum absentē pro Aug. Tomus secundus D d latas

23. q. 4. si quis a catholica Galat. 6. 1. Co. 11.

M eoporu conciliu absenti Cęciliano, quemadmodu nō obfuit pluriu. Eporu partis Donati cōcilium. absenti Primiano, qñ. n. in Maximiani causa plus minus centu Episcopi dānauerunt. Tūc illi nominata causa Maximiani, vnde sciunt se etiā. quos damnauerunt, in honore integro. suscepisse, & baptismu in sacrilego Maximiani schismate datum se confirmasse, & non destruxisse, & in sua Vagaitana sententia, qua eos damnauerunt, quibusdam qui in ipso schismate fuerunt dilationem dedisse & dixisse, quod eos non poluerint sacrilegi furculi Maximiani plantaria. Ista ergo causa. posteaquā eorū aures percussit, expauescentes & perturbati & oblitū vnde superius contra nos contendebant, cōtinuo dixerūt: Nec causa causę, nec persona psonę pręiudicat. & confirmauerunt verbis suis quod nos antea de ecclesiā dicebamus: quia nō solū catholicę transmarinę, contra quā se confessi sunt non habere, quod dixerēt, verum etiā catholicę Aphricanę, quę illi vnitatis cōmunionē coniungitur, causa & persona Cęciliani, qualiscūq; fuisset, pręiudicare non possent: si Maximianus, qui cū cęteris socijs suis Primianū damnauit, si etiā Felicianus, qui simul Primianū dānauit, & postea in causa Primiani a Donati parte damnatus est, non pręiudicat parti Donati, cui mō Eps sicut antea fuerat recepturus, adiungit: sic et ipsi socijs suis Maximianus nō pręiudicat, quibus isti dilationē dederunt, dicentes eos ab illo eū quo fuerūt nō fuisse pollutos, quia nec causa causę pręiudicat, nec persona personę. Quid ergo queritis amplius? Multis quidē verbis superfluis gesta onerauerunt, & quia non potuerunt efficere vt causa nō ageretur, hoc fecerunt multū loquēdo, vt quod actū est difficile legeretur. Sed debēt vobis et ista eorū pauca verba sufficere, ne propter nescio quę, nescio quorū hominū crimina, oderitis vnitatē catholicę ecclesię, quia sicut dixerūt, relegerūt, subscripserūt, nec causa causę pręiudicat, nec psona personę. Nā & in ipsa causa Cęciliani, quā licet ad ecclesię causam non pertinentē, tñ diffendendā suscipimus, vt etiā ibi calūnię manifestarentur ipsorū, apertissime victi sunt, nihil que eorū quę in Cęcilianum intendebāt probare potuerunt. Insuper etiā de criminibus traditio-

Cęcilianus.

nis, nos episcopalia gesta, prulimus, vnde recitauimus aliquos eorū Eporū, qui sententias in absētē dixerāt Cęcilianū, manifestissimos fuisse traditores. Cōtra ipsa gesta illi quia nō habebāt qđ dicerēt, falsa esse dixerūt, sed nullo modo probare potuerunt. Insuper et cōfessi sunt, vel potius p magna gloria professi sunt. Cęcilianū apud Constantinū Imperatorē a suis pręcessorib. accusatū. Et addiderūt mendaciū, quod illi accusantibus fuerit ap Imperatore dānatus. Ecce & hinc victi sunt, vnde vobis solēt nebulas erroris offendere, cōcitate nobis inuidiā, & in odiū vestrū nos adducetes, quia ecclesię cām apud Imperatores agimus. Ecce maiores eorū de quorū omnibus gloriatur, ecclesię cām egerūt apud Imperatorē, persequuti sunt. accusando Cęcilianū, apud Imperatorē dānatū dixerūt. Iā nō vos inducāt vanissimis, & mēdacissimis verbis, redite ad cor vestrū, timete dñm, cogitate veritatē, relinquitē falsitatē. Quicquid. n. iā passi fueritis imperialibus legib. qđ nō pro iustitia, sed pro iniquitate patimini, nō poteritis dicere ideo nos eē iniustos, quia sic vobiscū agi nō debuit, vt Imperator vos ab ista iniquitate cōpesceret. Epi. n. vestri cōfessi sūt maiores suos sic egisse cū Cęciliano quō vobiscū agi nō vultis, & tñ quod Cęcilianū apud Imperatorē persecuti fuerint, et ipsi cōfitentib. & profitentibus satis cōstitit. Quod aut Cęcilianus fuerit ab Imperatore damnatus, omnino non cōstitit: immo etiam cōstitit eū accusantibus & persequentibus maiorib. eorū, & bis numero prius ab Epi, & ab ipso postea Imperatore fuisse purgatum. Hoc et ipsi confirmauerūt talia postea quasi p eā sua proferendo, vt magis contra ipsos esse inuenirētur, & pro causa Cęciliani etiā illa, quę protulerūt recitarentur. Quoscuq; ergo accusare voluerunt, nullis certis documentis probare potuerunt. Quicquid aut nos & pro ecclesię causa & pro Cęciliani causa diximus, & verbis suis & lectionibus a se prolatis etiā ipsi cōfirmauerunt. Nā protulerunt primo codicē Oprati, vñ quasi pbarēt Cęcilianum ab Imperatore damnatum. Qui codex cū cōtra illos legeretur, & magis ostēderet Cęcilianū fuisse purgatum, ab omnibus risi sunt. Sed quia ipse risus nō potuit ab exceptoribus excipi, verbis suis apud acta. risos se eē testati sunt. Iterū recitauerūt, & protulerunt

Constan-
tinus.
Verinus.
E
H
Protulerunt libellum, Imperatori Cōstantino a suis maiorib. datū, vbi qđ sunt qđ eos memoratus Imperator grauius persequeret, ac sic eodē libello manifestarunt se apud Imperatorē a Cęciliano fuisse superatos, falsūq; esse qđ dixerant eū ab Imperatore damnatū. Tertio protulerunt literas eiusdē Constantinī ad vicariū Verinū datas, vbi eos grauius detestatur, & propterea dicit de exilio relaxandos & furori suo dimittendos, quia iā Deus cęperat illos vindicare. Ac sic et istis Imperatoris literis confirmauerunt se falsū dixisse, qđ Cęcilianus ab Imperatore dānatus sit, cum potius Imperator ipsos a Cęciliano vietos esse mōstrauerit, qñ eos vehemēter excratus, ideo iussit ut de exilio dimitterentur, ut Deo iudice sicut et cęperant punirentur. Postea Felicis Abtungenis ordinatoris Cęciliani in mediū causam miserunt, dicentes eū dē Felicē fuisse traditorē, a quo Cęcilianus fuerat ordinatus. Et eiusdē Constantinī Imperatoris pro Cęciliano contra seiplos lras protulerunt, vbi ad Procōsulē scripsit, vt ad comitatū suū mitteret Vigentium. Iste aut Vigentius confessus fuerat in cognitione Heliani Proconsulis, falsū se fecisse aduersus Felicē Cęciliani ordinatorē. Dicebant ergo isti nō sine causa voluisse Imperatorē, vt ad se mitteretur Vigentius, nisi quia Cęciliani adhuc causa pendeat: & conabantur immittere suspicionē vanissimā, qđ postea qđ Vigentius ad comitatū directus est, tūc Imperator cōtra Cęcilianū protulerit iudicare, & illud iudiciū suū qđ nos recitaueramus, ubi inter partes cognouerat Cęcilianūq; purgauerat, snā posteriore rescindere. Sed dicebat eis, ut hoc potius legerent, & nihil omnino proferebant. Ille aut literę Imperatoris, qb. ad se mitti iussit Vigentiū, quas contra seipos pro Cęciliano recitauerunt, hoc continent, qđ Helianus Proconsul in causa Felicis audientiā prębuerit cōpetentem, eundemq; Felicē a crimine traditionis innocentē fuisse cōstitit. Sed Vigentiū ad comitatū propter ea iubere transmitti, ut illis qui ibi erant, & diuturnis dieb. eū interpellare nō desinēbāt, apparere & intimari posset, & frustra eos Cęciliano inuidiā cōparare, & aduersus eū violenter insurgere voluisse. Quis eos crederet ista cōtra se recitasse pro nobis, nisi Dei omnipotentis nutu factū esset, vt non solū uerba

eorū gestis tenerētur, sed et manus subscribētū legerentur? Nā & ordinē consulū & dierū qui gestis expressus est, si quis nunc diligēter aduertat, inueniet primo Cęcilianū Epaliani iudicio fuisse purgatum. Deinde nō multo post Felicis Abtungenis causa ab Heliano proconsule examinata est, ubi eum cōstitit innocentē. In qua causa ad comitatū mitti iussus est Vigentius, & longe postea ipse Imperator causam inter partes cognouit atque finiuit. In qua cognitione Cęcilianū innocentē, illos aut calūniosissimos indicauit. In quō ordine consulū & dierū satis ostendit fallaciter eos & calumniose dixisse, qđ Imperator misso ad comitatū Vigentio, iudiciū suū mutauit, & Cęcilianū quē prius purgauerat, postea condēnauit. Nō solū aut nihil de hac re legere potuerunt, & cōtra seipos tanta legerunt, sed et per ordinē consulū euidentius conuincuntur, post causam Felicis proconsulari iudicio terminatā, in qua iussus est, vt ad comitatū Vigentius mitteretur, nec paruo interuallo, sed lōge postea memorati Imperatoris iudicio inter partes habito, Cęcilianū fuisse purgatū. Non ergo vobis dicant, quia pręmio corrupimus iudicem. Quid. n. aliud solent victi hoīes dicere? Aut si aliquid dedimus iudici, vt cōtra illos pro nobis pronuntiaret, ipsi quid dedimus, ut contra se p nobis tanta non solum dicerent, uerum et recitarent? An forte uolunt ut eis apud uos gratias agamus, quia dum dicant iudicem pręmie a nobis esse corruptū, ipsi tñ multa quę pro nobis contra seipos dixerunt & recitauerunt, gratis nobis omnia pręstiterunt? Aut certē si propterea dicunt qđ nos uicerint, quā melius egerūt causam Cęciliani quam nos, hoc planē credatis illis. Nos. n. duas lectiōes pro illo sufficere putaueramus: illi aut quatuor protulerunt. Sed quid uos plurib. literis oneremus? Si uultis nobis credere, credite, & teneamus pariter unitatē quā iubet & diligit Deus. Si aut nobis non uultis credere, gesta ipsa legite, aut uobis ut legantur admittite, & an uera sint quę scripsimus uobis ipsi probate. Si autem nihil horum facere uultis, & manifestissima ueritate cōiectam partis Donati falsitatem adhuc sequi desideratis, mundi erimus a poena uestra quando uos sero postea penitebit. Si uero id quod uobis pręstitit Deus non contempseritis, & post causam

fam tam diligenter actam, & tam diligenter manifestaram, peruersam consuetudinē relinquentes, paci Christi & unitati consenseritis, de vestra correctione gaudebimus: & sacra Christi, quæ in sacrilegio schismatis ad iudicium habetis, vtilia & salubria vobis erunt, cum in catholica pace habueritis caput Christum, vbi charitas cooperit multitudinē peccatorū. Hæc ad vos scripsimus octauodecimo Calen. Iulias, pijsimo Honorio Augusto imperante, vt quando possunt ad quosq; vestrum istæ literæ peruenirent.

Publicola Augustino proponit multas questiones. Epistola CLII.

Dilecto, & venerabili patri Augustino Ep̄o, Publicola. Scriptum est. Interrogatrem tuū & indicabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. Vnde & mihi exquirendam legē de ore sacerdotis iudicavi in causa tali. Quæ qualis sit, per literas expono, simul et vt ego instruar in diuersis causis. Singulas aut̄ questiones & diuersas per capitula signari feci, ad quas singillatim dignare respondere. In Arzugibus, vt audiui, decurioni qui limiti præest, vel tribuno solent iurare Barbari, iurantes per demones suos qui ad deducendas bastagas pacti fuerint, vel aliqui ad seruandas fruges ipsas: singuli possessores vel conductores solent ad custodiendas fruges suscipere, quasi iam fideles epistolam decurione mittēte, vel singuli transeuntes per eos transire. Mihi disceptatio in corde nata est, si ille possessor, qui susceperit Barbarum, cuius fides per demonum iurationem firma visa est, non coquinatur, vel ipse, vel illa, quæ custodit, vel ille qui deducitur à deductore Barbaro. Sed hoc debes scire, quia qui iurat Barbarus à possessore pro seruandis frugibus accipiat aurū vel à viatore deductor, sed tñ cum hac veluti mercede, quæ solet dari à possessore vel à viatore, iur̄m etiam illud in medio est mortale datū decurioni vel tribuno. Quod perturbat me ne polluat illum qui suscipit Barbari iur̄m, vel illa quæ custodit Barbarus. Quacunque. n. conditione etiam auro dato & obfidibus datis, vt audiui, tñ iur̄m iniquum medium intercessit. Dignare autem mihi definitē rescribere, & non suspensē. Quod si ipse scribas dubitanter, ego maiores dubitationes

incidere possum quæ antequam interrogassem. Hoc etiam audiui, quia ipsi homines conductores qui præsum rei meæ, iur̄m per demones suos iurantibus Barbaris accipiunt pro seruandis frugibus. Si ergo cum illi iurant per demones suos vt custodiant fruges, non polluunt ipsas fruges, vt si inde manducauerit Christianus sciens, vel depredatio ipsarū rerū fuerit, coquinatur, significare dignare. Item ab alio audiui quod conductori non iuratur à Barbaro, & alter dixit, quia iuratur conductori. Si etiam falsum mihi dixit ille, qui dixit iurari conductori, si et pro hoc quod solum audiui non debeo vt de ipsis frugibus, vel de precio ipsarum propter auditum solū, quia dictum est, Si aut̄ quis dixerit hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, si tñ etiam hæc causa similis est causæ de immolatio? Quod si ita est, quid debeo de ipsis frugibus, vel de pretio ipsarū facere? Si debeo requirere de vtroque, qui mihi dixit, quia non iuratur conductori, aut qui dixit quia iuratur conductori, & dictum vnius cuiusq; probare per testes, qui verum dixit de illis duobus, & tandiu non contingere de ipsis frugibus, vel de pretio quando mihi probatum fuerit si verum dixit ille qui dixit, quia non iuratur conductori? Si Barbarus qui per iur̄m suum iurat marum, fecerit illum Christianum conductorem vel Tribunal qui limiti præest iurare sibi pro fide illi seruanda pro custodiendis frugibus, per ipsum iuramentum mortale per quod ipse iurat, si solus ille Christianus coquinatus sit, an non illa quorum causa iurat? Aut si Paganus qui limiti præest iurauerit Barbaro pro fide illi seruanda per mortale iur̄m, si non coquinatur pro quibus iurat? Si quem misero ad Arzuges, si licet ei iur̄m accipere à Barbaro, illud mortale, & si non coquinatur, si susceperit tale iuramentū Christianus? Si de area trituratoria tritici vel cuiuscunque leguminis, aut torculari, de qua demoni oblatum est, si licet inde manducare Christianum scientem, De luco si licet ad aliquem usum suum Christianorum scientē ligna tollere? Si quis vadens ad macellum vt emat carnem quæ non sit immolata, & cogitationes duas habuerit in corde, quod immolata sit, & non sit immolata, & illam tenuerit cogitationem qua non immolata, si manduca-

ducauerit an peccat? Siquis bonam re de qua dubitat an bona aut mala sit faciat, & putat bonam, cum tñ putasset & malam, si peccatum ascribatur ei? Siquis dixerit quod immolatum est mentiens, & postea dixerit iterum quia mentitus est, & ad fidem verè mentitus est, si licet Christianum inde manducare, aut vendere, & de pretio vt ex eo quod audiuit? Si Christianus aliquis ambulans passus necessitatē, victus fame vnius diei vel bidui, vel multorū dierum, vt iā durare non possit, ita occurrerit vt in ipsa necessitate famis in qua sibi videt iam mortem proximare, inuenerit cibū in idolio positū, vbi nullus sit hominum, & non possit inuenire alium cibum, debet mori aut exinde cibari? Si Christianus videat se a Barbaro vel a Romano velle interfici, debet eos ipse Christianus interficere ne ab illis interficiat? Vel si licet sine interfectione eos repellere vel impugnare, quia dictū est, Non resistere malo? Si murum possessioni debet Christianus facere propter hostem, & si ille Christianus, qui fecerit murum causa non existit homicidij, cū inde aliqui ceperint pugnare, & interficere hostes? Si licet de fonte bibere, vel de puteo, vbi de sacrificio aliquid missum est? Si de puteo qui in templo est, & desertum factum est, debet Christianus bibere? Si in templo quod colitur idoli puteus ibi sit, vel fons, & nihil ibi factum sit in eodem puteo, vel fonte, si debet haurire aquas inde Christianus & bibere? Si Christianus debet in balneis lauare, vel in thermis in quibus sacrificatur simulachris? Si Christianus debet in balneis, quibus in die festo suo pagani loti sunt lauare, siue cū ipsis siue sine ipsis? Si in folio vbi descenderunt Pagani ab idolis venientes in die festo suo, & aliquid illic in folio sacrilegij sui fecerint, & scierit Christianus, si debet in eodem folio descendere? Si Christianus inuitatus ab aliquo appositam habuerit carnē in escam, de qua dictum fuerit illi quod immolatum est, & non manducauerit eam: postea aut̄ ab aliquo translata ipsam carnē aliquo casu inuenerit venalem & emerit eā, aut appositam habuerit ab aliquo alio inuitatus & non cognouerit eam & manducauerit, si peccat? Si de horto vel de possessione idolorum, vel sacerdotum eorū debet Christianus sciens, holus emere vel aliquem fru-

ctum, & inde edere? Sanè de iuramento vel de idolis vt laborem non patiaris in requirendo, quæ vt dñs donauit, inuenimus; ante oculos tuos volui proponere: siquid autem aliud apertius aut melius in scripturis inuenieris, dignare mihi significare. Vnde, quæ inuenimus, hæc sunt, vbi Laban dixit ad Jacob, Deus Abraham, & Deus Nachor: quem autem Deum, non significauit scriptura. Et iterum ad Abimelech quando venit ab Isaac vbi iurauit, vel qui cum illo erant, sed quale iuramentum, non significauit scriptura. Iterum de idolis, vbi ad Gedeon dictum est domino in libro Iudicum, vt de vitulo quem occiderat holocaustum faceret. Et in Iesu Naue de Hiericho, vt omnē aurum, argentum & aramentum inferretur in thesauris domini, & sanctum vocatum est de ciuitate, quæ anathema est. Et quid est illud, quod in Deuteronomio positum est: Non inferas abominationem in domum tuam, & anathema eris sicut hoc ipsum est? Dominus te seruet, saluto te, ora pro me.

August. Publicolæ dissoluit aliquot ex propositis questionibus. Epistola CLIII.

Honrabili, & dilectissimo filio Publicolæ, Augustinus in domino salutem. Aertus animi tui posteaquam didici literis tuis, etiam mei continuo facti sunt, non quomē omnia talia permouerent, qualibus indicasti te esse permotum, sed quomodo tibi auferrentur hi æstus, fateor, æstuaui, maxime quia petis vt definite tibi rescriberē, ne in maiores dubitationes incideres, quam antequam interrogasses. Hoc enim uideo non esse in mea potestate. Nam quomodolibet scripsero, quæ mihi videntur esse certissima, si tibi non persuasero, proculdubio eris incertior. Non autem sicut mihi adiacet suadere, eo modo adiacet etiam persuadere cui libet. Verumtamen ne tuæ dilectioni negare operulam meam, post aliquantam deliberationem rescribendum putauit. Mouet te certe, utrum eius fide vtendum sit, qui vt eam seruet per demonia iurauerit. Vbi te uolo prius considerare, utrum si quispiam per Deos falsos iurauerit se fidem seruaturum, & eam non seruauerit, non tibi uideatur bis peccasse? Si enim tali iuratione promissam custodierit Aug. Tomus Secundus. Dd 3 fidē,

1. Pet. 1.

I

Deu. 23.

Gen. 31.

Gen. 36.

Iudic. 6.

Io. 6.

Mat. 5.

A

B

Gen. 31.

Gen. 36.

Iudic. 6.

Io. 6.

Deut. 7.

22. q. 1.

mouet.

3. sen. di.

39. c. post

hæc.

Prima qd de iurando.

fidem, ideo tantū peccasse iudicaretur, quia per tales deos iuravit. Illud autem nemo recte reprehenderet, quia fidem servavit. Nunc vero, quia & iuravit per quos non debuit, & contra pollicitam fidem fecit, quod non debuit, bis utique peccavit. Ac per hoc qui utitur fide illius quem constat iurasse per deos falsos, & vitur non ad malam rem, sed ad licitam & bonam, non peccato eius se sociat quo per demonia iuravit, sed bono pacto eius quod fidem servavit. Neque hic eandem fidem dico servari qua fideles vocantur qui baptizantur in Christo. Illa. n. longe alia est longeque discreta à fide humanorum placitorum atque pactorum. Verumtamen sine vlla dubitatione minus malum est per Deum falsum iurare veraciter, quam per Deum verū fallaciter. Quanto. n. per quod iuratur magis est sanctum, tantomagis est penale periuriū. Alia ergo quaestio est, vtrum non peccet qui per falsos deos sibi iuravit quam ille qui ei iurat per deos falsos, quos colit. Cui quaestioni possunt illa testimonia suffragari, quae ipse commemorasti de Laban, & Abimelech, si tñ Abimelech per deos suos iuravit, sicut Laban per Deum Iacob. Hæc, vt dixi, alia quaestio est, quæ me merito fortassis moveret, nisi illa exempla occurrissent de Isaac, & Iacob, & si qua alia possunt inveniri: Si tamen illud non adhuc movet quod in nouo testamento dictum est: Ne omnino iuremus. Quod quidem mihi propterea dictum videtur, non quia verum iurare peccatum est, sed quia peierare immane peccatum est. A quo nos longe esse voluit, qui omnino ne iuremus admonuit. Sed tibi aliud videri scio, vnde nunc disputandum non est, vt illud potius agamus vnde me consulendum putasti. Proinde sicut non iuras, ita nec alium, si hoc placet iurare compellas, quamuis dictum sit ne iuremus: nusquam autem in scripturis sanctis legi meminerim, ne ab alio iurationem accipiamus. Alia vero quaestio est, vtrum ea pace debeamus vti, quæ inter alios inimicem iurantes facta est. Quod si noluerimus, vbi uiuamus in terris, nescio vtrum inuenire possimus. Neque enim tantummodo limiti, sed vniuersis prouincijs pax conciliatur iuratione Barbarica: Vnde & illud sequetur, vt non fruges tantum, quæ ab eis custodiuntur, qui per deos falsos iurauerunt, sed vbi que in qui-

22. q. 1. sed quaeritur. 3. sen. di. 39. c. post huc.

22. q. 1. in nouo. Mat. 5.

22. q. 1. quamuis.

nata sint omnia, quæ ipsa pace munitur quam iuratio illa confirmat. Quod si absurdissimum est dicere, nec illa te moueat, quæ mouebant. Item si de area vel torculari tollatur aliquid ad sacrificia demoniorum sciente Christiano, ideo peccat si fieri permittit vbi prohibendi potestas est. Quod si factum non habuit, vitur mundis reliquis fructibus, vnde illa sublata sunt, sicut fontibus vitur de quibus hauriri aquam ad vsum sacrificiorum certissime scimus. Eadem est etiam ratio lauatorum. Neque enim spiritum deducere de aere dubitamus in quem scimus ire fumum ex aris omnibus & incensis demoniorum. Vnde apparet illud esse prohibitū, ne in honorem alienorum deorum aliqua vtamur, aut vti existimemur, sic eam accipiēdo, vt quamuis animo contemnamus, eos tamen qui nostrum animum ignorat ad hæc honoranda ædificemus. Et cum templa, idola, luci, & siquid huiusmodi data potestate euertuntur, quamuis manifestum est, cum id agimus, non ea nos honorare, sed potius detestari: ideo tamen in vsus nostros priuatos duntaxat & proprios non debemus inde aliquid vsurpare, vt appareat nos pietate ista destruere non auaritia. Cum vero in vsus communes non proprios ac priuatos, vel in honorem Dei veri conuertuntur, hoc de illis fit quod de ipsis hominibus, cum ex sacrilegis & impijs in veram religionem mutantur. Hoc Deus intelligitur docuisse illis. testimonij quæ ipse posuisti, cum de loco alienorum deorum iussit ligna ad holocausta adhiberi. Et de Hiericho vt omne aurum, argentum & aramentum inferretur in thesauros domini. Quapropter etiam illud quod in Deuteronomio scriptum est. Non concupisces argentum vel aurum illorum, nec accipies inde tibi, ne excedas ppter illud, quoniam abominatio est domino Deo tuo: & non conferes execrumentum in domum tuam & eris anathema, sicut & illud est, & offerisione offendes, & coinquatione inquinaberis abominatione illa, quia anathema est: Satis apparet aut ipsos priuatos vsus in talibus esse prohibitos, aut ne sic inde aliquid inferatur in domum vt honoretur. Tunc enim est abominatio & execratio, non cū talibus sacrilegis honor apertissima destructio-

26. q. 2. fide arca.

F

Indicib.

Ioseph.

Dem. 7.

G

ne

ne subuertitur. De escis autem idolorū nihil amplius nos debere obseruare quod præcepit Apostolus, certus esto. Et ideo de hac re verba eius recole, quæ si obscura essent promodulo nostro exponemus. Nō autem peccat, qui cibū postea nesciens manducauerit, quæ prius tanquam idolo thitū respuit. Olus vel quilibet fructus in quolibet agro natus, eius est qui creauit: Quia dñi est terra & plenitudo eius, Et omnis creatura Dei bona est. Sed si illud quod in agris nascitur cōsecratur idolo vel sacrificatur, tunc inter idolothya deputandū est. Cauendū est enim, ne si putauerimus nō vescendū olere quod nascitur in orto tēpli idoli, cōsequens sit, vt existimemus nō debuisse Apostolos apud Athenas cibū sumere, quia ciuitas erat Mineræ eiusque numini cōsecrata. Hoc de puteo responderim, vel fonte qui in tēplo est. Plus autem mouet re vera si aliqd sacrificiorū in fontē vel puteū proijciatur. Sed eadē ratio est aeris, qui oēm eorū fumū recipit, de quo supra diximus. Aut si hoc id putat distare, quia illud sacrificiū, de quo fumus aeri cōfunditur, nō fit ipsi aeri, sed idolo alicui vel demonio, aliqui autem sic mittuntur sacrificia in aquas vt ipsis aquis sacrificetur, non ideo vtiq; solis huius luce non vitur, quia ei sacrilegi vbi possunt, sacrificare non cessant. Sacrificatur et ventis, quibus tñ vitur ad tātās nostras comoditates cū eorundē sacrificiorū suorū fumū ipsi quodāmodo haurire & votare videatur. Siquis dubitat de aliqua carne vtrū immolatiua sit & non est immolatiua si eam cogitationem tenuerit quod immolatiua non sit, & ea vescat, nō vtiq; peccat: quia nec est, nec iā putatur immolatiua, et si antea putabat. Neque enim nō licet corrigere cogitationes à falsitate in veritate. Siquis autē bonū putauerit esse quod malū est, & fecerit hoc putando, vtiq; peccat. Et ea sunt oīa peccata ignorantiae, quando quisque bene fieri putat quod male fit. De occidendis hominibus ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet consiliū, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, nō pro se hoc faciat, sed pro alijs, vel pro ciuitate vbi et ipse est, accepta legitima potestate si eius cōgruit persona. Qui vero repelluntur aliquo terrore, ne male faciant, et ipsis aliqd fortasse pstat. Hinc at dictū est. Nō resistamus malo, ne nos vindicta delectet, quæ

Psal. 23. 1. 7. 4.

23. q. 5. de occide dis. Vm virepelle re.

alieno malo animū pascit, non vt cōrectio nem hominum negligamus. Vnde nec reus est mortis alienæ, qui cū suæ possessioni murū circumdixerit, aliquis ex ipsorū vsu percussus itereat. Neque. n. reus est Christianus, si bos eius aliquē feriēdo, vel equus calcem iaciendo aliquē occidat, aut ideo non debent Christiani boues habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes canis, aut vero quā Apostolus Paulus satis egit, vt in Tribuni. notitiā perferretur, insidias sibi à quibusdā perditis preparari, & ob hoc deductores accepit armatos, si in illa arma scelerari homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorum suū crimen agnosceret. Absit vt ea quæ propter bonū ac licitū facimus aut habemus, si quid per hoc præter nostrā voluntatē cuiquā mali acciderit, nobis imputetur. Alioquin nec ferramēta domestica & agrestia sunt habēda neque eis vel se vel alterū iterimat. Nec arbor aut restis, nequis se inde suspēdat. Nec fenestra faciēda est, ne per hanc se quisque precipitet. Quid plura cōmemorē, cū ea cōmemorāda finire non possim? Quid. n. est in vsu hominum bono ac licito, vnde nō possit et peruicies irrogari? Restat (ni fallor) vt dicamus aliquid de illo viatore Christiano, quē cōmemorasti victū famis necessitate, si nihil vspici inuenit, nisi cibū in idolo positū, vbi nullius alijs est hominum, vtrū ei fatius sit fame emori quod illud in alimentū sumere. In qua quaestione, quā non est cōsequēs, vt cibus ille idolo thitū sit, potuit enim vel ab eis quibus ab itinere diuertentes corpus refecerat, obliuione seu voluntate dimitti, vel illic ob aliā causā quilibet poni. Breuiter respondeo: Aut certū est esse idolo thitū, aut certū est non esse, aut ignoratur. Si ergo certum est esse, melius Christiana virtute respuitur. Si autē vel non esse scitur vel ignoratur, sine vilo conscientiae scrupulo in vsum necessitatis assumitur.

Act. 21.

L

Augustinus Martiano veteri amico gratulatur, quod cathecumenus sit factus, hortans illum vt baptismum accipiat & Eucharistiam. Epistola 154.

Domino merito suscipiēdo & in Christo dilectissimo ac desideratissimo fratris Martiano, Augustinus in dño salutem. Aripui vel potius obripui, & quodammodo

modo furatus sum memetipsum multis occu-
 pationib. meis, ut tibi scriberem antiquissimo
 amico, quem non habebam quandiu in Chri-
 sto non tenebam. Nosti quippe ut definerit
 amicitiam, Romani ut ait quidam, maximus au-
 thor Tullius eloquij. Dixit. n. & verissime di-
 xit: Amicitia est rerum humanarum & diuina-
 rum cum benevolentia & charitate consen-
 sio. Tu autem mi charissime aliquando mihi con-
 sentiebas in rebus humanis cum eis more vul-
 gi frui cupere, & mihi ad ea capeffenda quo-
 rum me penitet fauendo velificabas, imo vero
 vela cupiditatum mearum cum ceteris tunc dile-
 ctioribus meis inter precipuos aura laudis infla-
 bas. Porro in rebus diuinis, quarum mihi il-
 lo tempore nulla luxerat veritas, utique in maio-
 re illius definitionis parte nostra amicitia
 claudicabat. Erat enim rerum tantummodo hu-
 manarum, non etiam diuinarum, quantum cum be-
 neuolentia & charitate consensus. Et postea
 quam illa cupere desisti, perseverante quidem
 benevolentia, saluum me esse cupiebas salu-
 te mortali, & ea rerum prosperitate felicem quam
 mundus optare consuevit. Etiam sic itaque ali-
 quantum tibi erat mecum rerum humanarum
 beneuola & chara consensus. Nunc vero quam
 tu de te gaudeo, quibus explicem verbis, quam
 eum quem quoquo modo habui diu amicum
 habeo iam verum amicum. Accersit. n. etiam ve-
 rum consensus diuinarum, quoniam qui mecum
 temporalem vitam quondam iucundissima be-
 nignitate dixisti, nunc spe vitæ æternæ mecum
 esse cepisti. Modo vero etiam de rebus hu-
 manis inter nos nulla dissensio est, qui eas re-
 rum diuinarum cognitione pensamus: ne plus
 eis tribuamus, quam modus earum iustissimus
 postulat: nec eas in aliquo contemptu abijcien-
 do, creatori earum domino rerum celestium atque
 terrestrium faciamus iniuriam. Ita fit ut inter
 quos amicos non est rerum consensus diuina-
 rum, nec humanarum plena esse possit ac vera.
 Necessè est. n. ut aliter quam oportet humana
 æstimet, qui diuina contemnit, nec hominem
 recte diligere nouerit, quisquis eum non di-
 ligit qui hominem facit. Proinde non dico,
 nunc mihi plenius amicus es: qui eras ex par-
 te, sed quantum ratio indicat, nec ex parte eras
 quam nec in rebus humanis mecum amicitiam
 veram tenebas. Rerum quippe diuinarum ex qui-
 bus recte humana pensantur, socius mihi non
 dum eras, siue quam nec ipse in eis eras, siue possi-

Al. lib. de amicitia.

ea quam ego eas utcumque sapere cepi, à quibus
 tu longe abhorrebas. Nolo autem succenseas,
 nec tibi videatur absurdum, quod illo tempore
 cum in vana huius mundi estuare, quamuis me
 multum amare videreris, nondum eras amicus
 meus, quando nec ipse mihi amicus eras, sed
 potius inimicus. Diligebam quippe iniquita-
 tem, & reuera quia diuina sententia est, qua
 scriptum est in sanctis libris. Qui diligit iniqui-
 tatem odit animam suam. Cum ergo odissem ani-
 mam meam, verum amicum quomodo habe-
 re poteram, ea mihi optantem in quibus ipse
 meipsum patiebar inimicum? Cum vero be-
 nignitas & gratia saluatoris nostri illuxit mi-
 hi, non secundum merita mea, sed secundum ip-
 sius misericordiam, tu ab hac alienus quo-
 modo esse posses amicus meus, qui vnus bea-
 tus esse possem penitus ignorabas, & non in
 hoc me amabas in quo mihi ipse iam fueram ut-
 cumque; amicus effectus? Gratias itaque Deo, quod
 te mihi amicum facere tandem aliquando di-
 gnatur. Nunc. n. nobis est rerum humanarum &
 diuinarum cum benevolentia & charitate con-
 sensio in Christo Iesu domino nostro veris-
 sima pace nostra. Qui duobus preceptis cuncta
 preconià diuina conclusit dicens. Diliges do-
 minum Deum ex toto corde tuo, & ex tota ani-
 ma tua, & diliges proximum tuum tanquam teip-
 sum. In istis duobus preceptis tota lex pendet
 & prophetæ. In illo primo rerum diuinarum, in
 hoc secundo rerum humanarum est cum bene-
 uolentia & charitate consensus. Hæc duo si
 mecum firmissime teneas, amicitia nostra vera ac
 sempiterna erit, & non solum nos inuicem, sed
 et ipsi domino sociabit. Quod ut fiat, exhortor
 grauitate & prudentia tua, ut iam etiam fide-
 lium sacramenta percipias. Decet. n. ætate, &
 congruit (quantum credo) moribus tuis. Me-
 mento, quid mihi dixeris profecto, comitem
 quidem de Terentio recolens verbum, sed ta-
 men aptissimum & vtilissimum. Nunc hic dies
 vitam aliam affert, alios mores postulat. Quod
 si veraciter dixisti, sicut de te dubitare non de-
 beo, iam profecto sic viuas, ut sis dignus bap-
 tismo salutari remissionem preteritorum accipe-
 re peccatorum. Iam omnino non est cui alteri pre-
 ter dominum Christum dicat genus humanum. Te-
 duce si qua manent sceleris vestigia nostri,
 Irrita perpetua solent formidine terras. Quod
 ex Cumeo, id est, ex sibyllino carmine se factus
 est transfuisse Virgilius, quoniam fortas-
 sis

Psal. 10.

Terentius in d. dia.

Virgilius egl. 4.

sis etiam vates aliquid de vniculo saluatore
 in spiritu audierat quod necesse habuit con-
 fiteri. Hæc tibi domine merito suscipiende
 & in Christo dilectissime ac desideratissime
 me frater siue pauca, siue forsitan multa sint
 utcumque occupatissimus scripsi, tua mereri
 scripta desidero, & te nomen dedisse inter co-
 petentes, vel daturum esse, iam iamque cogno-
 scere. Dominus Deus noster in quem credi-
 disti, & hic & in futuro seculo te conferuet
 domine merito suscipiende & in Christo di-
 lectissime ac desideratissime frater.

Augustinus Probam resalutat, & gratias agit
 quod de salute ipsius fuerit sollicita.
 Epistola CLV.

Sap. 9.

Luc. 13.

Rom. 8.

Psal. 33.

Pf. 118.

Domino insigni & merito illustri & pre-
 stantissime filij Probæ, Augustinus. Est
 quidem ita ut dicis, quod in corpore corrupti-
 bili anima constituta terrena quadam cogita-
 tione constringitur, & tali onere quodam-
 modo depressa curuatur, ut in imo multa que
 in summo vnus facilius concupiscat & cogitet.
 Nam hoc etiam sancta scriptura ita dicit: Cor-
 pus enim quod corrumpitur aggrauat animam,
 & deprimit terrena inhabitatio sensum mul-
 ta cogitatem. Sed deo venit saluator noster,
 qui mulierem illam in Euangelio per decem &
 octo annos curuam, quem fortasse hoc significa-
 bat, verbo salutis erexit, ut anima christiana
 non frustra audiat, sursum cor: Nec frustra re-
 deat, se habere ad dominum. Quod intuens recte
 facis, mala huius mundi tolerabilia ducere
 spe futuri. Sic. n. vtu quodam bono conuertun-
 tur in bonum dum non augent nostram con-
 cupiscentiam, sed exercent patientiam, de qua
 re Apostolus ait. Scimus quoniam diligentibus Deum
 omnia cooperantur in bonum. Omnia, in-
 quit, non solum ergo illa que appetuntur ut lu-
 dia, verum etiam illa que ut molesta vitantur,
 quam alia sic sumimus ne capiamur, alia sic fe-
 rimus ne frangamur. Et secundum precepta di-
 uina in omnibus gratias agimus et de quo dici-
 mus. Benedicam dominum in omni tempore,
 semper laus eius in ore meo. Et bonum est mihi
 quoniam humiliasti me, ut discam iustificati-
 ones tuas. Neque enim reuera si fallacis pro-
 speritatis sepe hic tranquillitas arrideret, ani-
 ma humana portum illum veræ certæque se-
 curitatis appeteret, domina insignis & meri-

to illustris & prestantissima ima filia. Reddes ita
 que debitum prestantiæ tuæ salutationis obse-
 quiu, agensque gratias, quod salutis nostræ re-
 ligiosam curam geris, posco tibi à domino
 futura vitæ premia, presentisque solatia, om-
 niumque vestrum in quorum cordibus per fi-
 dem habitat Christus, me dilectioni orationi-
 que commendo. Et alia manu. Deus verus &
 verax veraciter consoletur cor tuum, & prote-
 gat salutem tuam, domina insignis & merito
 illustris ac prestantissima filia.

Augustinus Optato demonstrat, quid de a-
 nimarum origine certum sit, quid adhuc
 salua fidei rectitudine queri nescirive pos-
 sit. Epistola CLVI.

Domino beatissimo & sincera dilectio-
 ne desiderabili fratri & coepo Optato
 Aug. in domino salutem. Quamuis tuæ sanctitatis nul-
 las ad meipsum datas acceperim literas, tan-
 quam illas quas ad Mauritaniam Cæsariensem missi
 isti, me apud Cæsaream presente venerunt, quo
 nos iniuncta nobis à venerabili Papa Zozi-
 mo apostolicæ sedis episcopo ecclesiastica
 necessitas traxerat, factum est ut ea que scripsi
 isti et ipse per legerem tradente mihi eandem epi-
 stolam tuam famulo Deo sancto Renatone in Chri-
 sto nobis fratre charissimo. Quo perente &
 mihi licet alijs occupato vehementer instan-
 te, ad ea sum respondere compellus. Accessit
 huic etiam alterius sancti & cum debito honore
 nominandi fratris nostri, & quantum ab illo
 cooperari, necessarii tui Murelsis cum in supra-
 dicto oppido remoraremur aduentus. Qui mi-
 hi retulit et sibi missas de hac re literas vene-
 rationis tuæ. Et me de hac ipsa questione con-
 sultuit, ut quid inde scire, vel meis vel suis re-
 scriptis ad te faceret peruenire, vtrum scili-
 cet animæ ut corpora propagatione nascun-
 tur, sintque ex illa vna que primo homini crea-
 ta est. An creator omnipotens, qui vniue-
 que nunc operatur, sine vlla propagatione
 nouas faciat singulis proprias. De qua re an-
 tequam aliquid ad meoneam sinceritate tuam
 scire volo, in tam multis opusculis meis nun-
 quam me fuisse ausum de hac questione de-
 finitam proferre sententiam, & impudenter
 referretur in literas ad alios informandes,
 quod apud me non fuerit explicatum. Qua-
 rum autem rerum atque causarum conside-
 ratione

2. ret. 96

ratione promoueat, vt in neutrá assertioné
meus inclinetur assensus, sed adhuc inter v-
Htranq; disceptem, nimis longú est hac episto-
la exprimere. Nec tá necessariú, vt hoc omif-
so nó possit de hac quæstione quod satis est
deputari, & si non ad auferendam cunctatio-
né, certe ad cauendá temeritaté. Illud enim
vbi vel maxime fides christiana consistit, qđ
per hominé mors & per hominé resurrectio
mortuorú. Sicut enim in Adá omnes moriú-
tur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.
Quod per vnú hominem peccatum in hunc
múndum intrauit, & per peccatú mors, & ita
in omnes homines pertransijt in quo omnes
peccauerunt. Et quod iudiciú quidé ex vno
in cómendationem. Et quod per vnus deli-
ctum in oés hoies ad condemnationé, & per
vnus iustificationé in homines in iustifica-
tionem vitæ. Et si qua alia testimonia de cla-
rant nemién nasci ex Adá, nisi vículo delicti
& damnationis strictum, neminemq; inde li-
berari nisi renascendo per Christum, tá incó-
gusse tenere debemus, vt sciamus eú qui hoc
negauerit, nullo modo ad Christi fidem &
ad eá, quæ per Christum datur pusillis & ma-
gnis Dei gratiam pertinere. Vnde si origo ani-
mæ lateat, dú tñ redéptio clareat, periculum
non est. Neq; n. in Christum credimus vt na-
scamur, sed vt renascamur quocúq; nati fue-
rimus. Hactenus aut dicimus sine periculo
latere aia originé, vt non tñ eam partem Dei
eé credamus: ied creaturá. Nec de Deo natá,
sed ab illo factá atq; in eius genus adoptan-
dam mirabili dignatione gratiæ, nó parili di-
gnitate naturæ. Nec eá corpus esse sed spm,
non creatoré vtiq; sed creatum. Nec ideo ve-
nisse in hoc corpus corruptibile quo grauatur,
quod illuc etiá vitę in celestibus vel qui-
buslibet alijs partibus mundi antea malæ ge-
stæ merita compulerunt. Nódú. n. natos Apo-
stolus, cum de Rebecca geminis loqueretur
nihil egisse dicit boni vel mali, vt nen ex o-
peribus quibus nullis alter distinguebatur
ab altero, sed ex vocáte diceretur minori ser-
uiturum esse maiorem. His igitur firmissime
constitutis, si tá reconditú atq; abditú est in
occultis operibus Dei, vt nec scripturarum
diuinarú manifesto eloquio declaretur, vtrú
propterea nihil boni vel mali nondum nati
egisse credendi sint, quia non ex alijs propa-
gatas, sed mox ex nihilo creatas animas sin-

guli accipiūt: an quia cú essent originaliter
in parentib. adhuc ipsi nulli erant, qui suas &
pprias vitas agerét, illa tñ sit fides salua qua
credimus nullú hominum, siue maioris siue
paruulæ quamlibet & recentis etatis liberari
a contagione mortis antiquæ & obligatione
peccati quod prima natiuitate cótraxit, nisi
per vnum mediatorem Dei & hominum ho-
miné Christum Iesum. Cuius hominis eius-
demq; Dei saluberrima fide, etiá illi iusti sal-
ui facti sunt, qui priusquá veniret in carne,
crediderút in carne venturú. Eadem náq; fi-
des est & nostra & illorú, qm hoc illi credi-
derunt futurum, quod nos credimus factum.
Vnde dicit Apostolus Paulus. Habentes aut
eundé spm fidei, secundú qđ scriptú est: Cre-
didi pp qđ locutus sum: & nos credim^o pp
qđ & loquitur. Si ergo eundé spm fidei & il-
li habebát qui venturú in carne Christú pñú
ciarunt, qué etiá illi qui eú venisse núciarút,
facta esse potuerunt pro téporú diuersitate
diuersa ad vnitatem tñ eiusdem fidei cócor-
dissime recurrétia. Scriptú est in Actib. Apo-
stolorú loquente apostolo Petro: Nunc ergo
qd tétatis Deú imponere iugú supra collú di-
scipulorú, q neq; patres nostri neq; nos por-
tare potuimus, sed per gratiá dñi Iesu credi-
mus nos saluos fieri quémadmodú & illi? Si er-
go & illi. i. patres portare iugú. legis veteris
có valétes, per gratiá dñi Iesu saluos se fieri
crediderút, manifestú est quod hæc gratia eé
anti quos iustos viuere facit ex fide. Iustus. n.
ex fide viuít. Lex aut subintrauit vt abúderet
delictú, vt superabúderet grá p qđ sanaretur
delicti abúdentia. Si. n. data esset lex quæ viu-
ficare posset, oíno ex lege esset iustitia. Cui tñ
bono lex data sit, cósequéter adiúxit dicens:
Sed. có clusit scriptura oía sub peccato, vt p-
missio ex fide Iesu Christi dareé credéctibus.
Dáda itaq; fuerat lex q manifestus sibi ipsú
ostenderet hominé, ne superbus animus hu-
manus à seipso se posse esse iustú putaret, &
& suá volés cóstituere. i. quasi suis virib. par-
tá, iustitiæ Dei subiectus nó fieret. Oportebat
itaq; vt addito mādato cuius vox est: Nódú
concupisces, superbo peccatori eé prauarica-
tionis crimé accederet, atq; ita græ medi-
ciná non sanata per legem sed cóuicta infir-
mitas quæreret. Proinde cum oés iusti, hoc
est, veraces Dei cultores, siue añ incarnatio-

nem, siue post incarnationé Christi, nec vi-
xerint, nec viuant, nisi ex fide incarnationis
Christi, in quo est gratiæ plenitudo, pfecto
qđ scriptú est: Non esse aliud nomen sub celo,
in quo oporteat saluos fieri nos, ex illo
tpe valet ad saluandú genus humanú, ex quo
in Adá vitiatú est genus humanú. Sicut. n. in
Adá oés moriunt, ita & in Christo oés viuifi-
cabunt. Quia sicut in regno mortis nemo si-
ne Adá, ita in regno vitæ nemo sine Christo.
Sicut per Adá oés iniusti, ita per Christú oés
iusti: Sicut per Adá oés mortales in pena fa-
cti sunt filij seculi, ita & per Christú oés im-
mortales in gratia fiunt filij Dei. Cur aut cre-
tur eé illi quos creator præsciuit ad dánatio-
né non ad gratiá pertinere, beatus Apostolus
tanto succinctio re breuitate, quanto maiore
authoritate cómemorat. Deum. n. dicit volé-
tē ostendere irá, & demonstrare potentiá suá
attulisse in multa patientia vasá iræ quæ per-
fecta sunt in perditioné, & vt notas faceret di-
uitias gloriæ suæ in vasá misericordiæ, quem
superius dixerat tanquá figulú luti ex eadem
massa facere, aliud vas in honoré, aliud in có-
tumeliá. Merito aut videreé iniustú, qđ fiunt
vasá iræ ad perditioné, si nó esset ipsa vniuer-
sa ex Adá massa dánata. Quod ergo fiunt in-
de nascendo vasá iræ, pertinet ad debitá pe-
nam. Quod aut fiunt renascendo vasá miseri-
cordiæ, pertinet ad indebitá gratiam. Osten-
dit ergo Deus iram suá, non utiq; animi per-
turbationé, sicut est, qđ ira hominis núcupat,
sed iustá fixamq; vindictam, quæ de stirpe
inobedienciæ ducitur propago peccati atq;
supplicij. Et homo natus ex muliere, sicut in
libro Iob scriptum est, breuis est vitæ & ple-
nus iracundiæ. Eius. n. rei vas est qua plenus
est, vnde iræ vasá dñr. Ostendit & potentiam
suá, qua bene eé utif malis, multa illis natura-
lia & tpalia bona largiens, eorumq; malitiá
ad exercendos & cóparatione admonendos
bonos accómodans, ut in eis discant agere
gratias Deo, qđ ab eis, non suis meritis qui in
eadé massa* paria fuerút, sed illius miseratio-
ne discreti sunt. Qđ maxime apparet in par-
uulis, de quib. cú per Christi gratiá nascunt,
& istá vitá in illa tenera ætate finiente, in eter-
nam transeunt & beatá, dici non pót, qđ libe-
ro discernuntur arbitrio ab alijs infantibus,
qui sine hac gratia in ipsius massa dánatione
moriuntur. Si aut hi soli crearentur ex Adá,

qui essent per gratiam recreandi, & præter il-
los qui in Dei filios adoptantur, nulli alij ho-
mines nascerentur, lateret beneficium quod
donaretur indignis, quia nullis ex eadem dá-
nabili stirpe uenientib. debitum supplicium
redderetur. Cum vero attulit in multa pati-
ta uasá iræ, quæ perfecta sunt in perditioné,
non solum ostendit iram & demonstrauit po-
tentiá suam redhibendo uindictam, & bene-
utendo non bonis, sed eé notas fecit diuitias
gloriæ suæ in uasá misericordiæ. Ita. n. quid
præstetur sibi discit gratis iustificatus, dum
nó suo merito, sed gloria largissimé Dei mi-
sericordiæ discernitur à dánato, cum quo ea-
dem iustitia fuerat & ipse damnandus. Tam
multos aut creando nasci uoluit, quos ad suá
gratiá non pertinere præsciuit, ut multitudi-
ne incóparabili plures sint illis, quos in sui
regni gloriá promissionis prædestinare di-
gnatus est, ut eé ipsa reiectorum multitudine
ostenderet, qđ nullius momenti sit apud Deú
iustú quantalibet numerositas iustissimé dá-
natorum. Atque ut hinc quoque intelligant
qui ex ipsa dánatione redimuntur, hoc fuisse
debitú massæ illi vniuersæ, quod tam magnæ
parti eius redditú cernerent, non solú in eis,
qui originali peccato multa addút malæ uo-
luntatis arbitrio, verú etiá in tam multis par-
uulis, qui tantúmodo vinculo peccati origi-
nalis obstricti, sine gratia mediatoris ex hac
luce rapiuntur. Tota quippe ista massa iustæ
dánationis reciperet debitum nisi ex ea face-
ret nó solú iustus, sed eé misericors figulus,
alia uasá in honoré secundú gratiá, nó secú-
dum debitú, dum & paruulis subuenit, quo-
rum nulla merita dici possunt, & maiores p-
uenit, ut habere aliqua merita possint. Quæ
cum ita sint: si assertio tua non eo tendit, ut
nouas animas dicas propter innocentia no-
uitatis suæ, antequam ad peccandum libero
uantur arbitrio dánationi originali obno-
xias esse non posse, sed eas fide catholica có-
fiteris, etiam si in illa tenera ætate de corpo-
re exierint in damnationé perditionis ituras,
nisi sacro mediatoris, qui uenit quærere &
saluú facere qđ perierat liberentur, qre ubi
uel unde, uel qñ ceperint damnationis meri-
tú habere, si nouæ sunt, ita sané ut Deum nó
facias, nec aliquam naturam quam nó con-
didit Deus, uel peccati earum, uel innocen-
tium damnationis authorem; Et si inuene-
ris

2. Co. 15.
Rom. 8.

Rom. 9.

3. sen. di.
2. 5. cap. 1

2. 7. 1.

2. Cor. 4.
Ps. 115.

Act. 15.

L

Abach.
Rom. 5.
Galat. 5.

Rom. 10.

Rom. 7.

3. sen. di.
2. 7. cap. 1

Act. 4.

1. Co. 15.

Rom. 9.

Iob. 14.

A

Al. l. pa-
ret.

B

C

Lyc. 19.

ris quod te querere admonui, q̄ ipse adhuc (fateor) non inueni, defende quantum potes, atq; asserere animarū infantium eiusmodi esse nouitate, vt nulla propagatione ducantur, & nobiscū q̄ inueneris fraterna dilectione cōica Si autē non inueneris, quare vel quō fiunt aīa infantū peccatrices, & nihil in seipsis habentes malitiæ, à quo cogantur ex Adā trahere vnde dāentur, cū eas credas non ex illa prima peccatrice propagatas, sed nouas atq; insontes includi carne peccati: nec sic iā temere in aliā sniam tua deflectatur assensio, vt eas ex illo vna credas propagando traduci, ne forte alius inuenire possit, q̄ ipse non possis, aut aliq̄ inuenias q̄ nunc non potes. Nā & illi qui animas ex vna propagari asserunt, quā Deus primo homini dedit, atque ita eas ex parentib. trahi dicūt, si Tertulliani opinionē sequūtur, profecto eas nō spiritus, sed corpora esse contēdunt, & corpulentis feminibus exoriri. Quo peruersius quid dici potest? Neq; hoc Tertullianū somniasse mirandum est, qui et ipsum creatorē Deū non esse nisi corpus opinatur. Qua demētia repulsa a corde atq; ore christiano, quisquis animā sicū est, nō esse corpus sed sp̄m constitetur, & tm̄ in filios ex parentib. duci, in eo quidē nullis coarctat angustijs, q̄ oēs animas et paruulorū quos ecclesia non vtiq; in falsa, sed in vera peccatorū remissione baptizat, vera fides p̄dicat trahere originale peccatū p̄pria primi hominis voluntate commissum, & in oēs posteros generatione transmissum, ac sola re generatione purgandū. Sed cū considerari & pertractari ceperit quid dicatur, mirū si vllus sensus cōprehendit humanus, quonā modo tanquā lucerna de lucerna accendatur, & sine detrimēto alterius alter inde ignis existat, sic aīa de aīa parentis fiat in prole, vel traducatur in prolē: vtrū in corporeū semen aīa, sua quadā occulta & inuisibili via seorsū ex patre currat in matrē, cū sit conceptus in femina: an (quod est incredibilius) in femine corporis lateat. Cū autē fluunt irrita sine vllis cōceptib. femina, vtrū semē animæ nō simul exeat, an summa celeritate, atq; atomo tēporis vnde exierat recurrat, an pereat? Et si perit, quō ipsa cuius mortale semen est, immortalis est aīa? An immortalitē tūc accipit, q̄ formatur vt viuat, sicut iustitia q̄ formatur vt sapiat: & quo pacto eā Deus fingat in ho-

mine, et si anima seminaliter trahatur ex aīa, sicut fingit in homine corporis mēbra, quāuis corpus seminaliter trahatur ex corpore? Si. n. nō spiritualis creatura fingeretur à Deo, non scriptū esse: Qui fingit sp̄m hominis in ipso. Et in eo q̄ legitur: Qui finxit singillatim corda hominū si per corda significatæ sunt animæ, fingi eas posse quis dubitet? Sed q̄rit, vtrū ex vna anima hominis primi, sicut fingit singillatim facies hominū, ex vno tm̄ corpore hominis primi. Cum hæc atq; hmōi de hac re multa querantur, quæ nullo sensu cordis explorari possunt, & à nostra experiētia longe remota sunt, atq; in abditissimis naturæ sinib. latent, non erubescendū est hominī confiteri se nescire q̄ nescit, ne dum se scire mentitur, nunquā scire mereatur. Quis autē negat non vnus tm̄, sed oīs animæ creatorē Deū atq; factorē, nisi qui eius eloquijs aperitissime refragatur? Sine vlla quippē ambiguitate per Prophetā dicit. Omnē flatum ego feci, animas videlicet, intelligi volens, q̄ verba consēquentia manifestant. Nō itaq; vnū quē factō ex terra homini primo inspirauit, sed oēm flatum ipse fecit, ipse adhuc facit. Queritur tm̄ vtrum omnē flatum ex illo vno flatu, sicut omne corpus homini ex vno illo corpore faciat: an vero noua quidē corpora faciat ex vno, aīas autē nouas ex nihilo. Quis. n. congrua suis originib. genera rerum et de se minib. facit, nisi qui ipsa semina sine seminibus fecit? Sed vbi res naturaliter obscura nostrū modulū vincit, & aperte diuina scriptura nō subuenit, temerē hinc aliquid definire quas proprias habere incipiunt, nouos hoīes dicimus nasci, siue anima, siue corpore. At vero secundū originale p̄tm̄ veteres nascuntur, ideo baptisate renouant. Aliquid ergo certū de aīa origine hōdū in scripturis canonicis cōperi. Nā ij qui nouas sine vlla p̄pagatione asserunt aīas fieri, inter testimonia, q̄b. id nitūtur ostendere, ponunt et illa duo quę paulo ante cōmemorauī. Qui fingit sp̄m hominis in ipso: Et qui finxit singillatim corda hominū. De quib. vides quēadmodū possit à resistētibus respōderi. Vtrū enim cū fingit ex alio fingat, an ex nihilo, incertum est. Illud tm̄ inter cetera testimoniū mihi videtur esse præcipuū, q̄ in libro Salomonis Ecclesiaste legit: Et reuertet puluis in terram sicut erat,

All. Tertulliani error.

Psal. 31.

G

Esa. 41. & 57.

H

Eccle. 12.

erat, & spiritus reuertetur ad Deū qui dedit eum. Sed facillime rñdetur: Corpus in terrā, de qua factum est primū hominis corpus, & spiritus ad Deum, à quo facta est prima hoīs anima. Sicut. n. nostrū corpus, inquit, quāuis ex primo illo corpore propagatū sit, eo tm̄ redit vnde ipsum primū corpus effectum est, sic anima nostra quāuis ex illa anima propagata, nō ad nihilū, quā immortalis est, sed ad illum redit à quo ipsa prima anima facta est. Ac per hoc illud quod scriptū est de sp̄u cuiusq; hominis q̄ redeat ad Deū qui dedit eum, non soluit istā obscurissimā q̄onem, quæ siue ex illo vno, siue ex nullo alio, Deus utique dedit eū. Itemq; illi qui propaginē animarum inconsiderate temeritate defendunt, inter alia testimonia quæ suæ causæ suffragari arbitrantur, nullū quasi manifestius & expressius pro se possunt putare proferendū, q̄ id q̄ in Genesi scriptum est: Omnes autē animæ quæ introierūt cū Iacob in Aegyptū, qui exierunt de femoribus eius. Hoc. n. velut evidentissimo testimonio possunt credi animæ in filios ex parentib. propagari, quā satis aperte dictū vī, animas et de femoribus Iacob, non sola exisse corpora filiorum. Vt eo modo et illud intelligi velint à parte totū, q̄ dixit Adam, cū illi mulier eius ostenderetur. Hoc nunc os ex osib. meis, & caro de carne mea. Nō. n. dixit: Et anima de anima mea: sed ita fieri potest, vt carne nominata vtrunq; intelligatur, sicut hic animas nominauit, & tm̄ etiam corpora in filijs intelligi voluit. Sed hoc testimoniū certe, quasi tam clarum atq; manifestū enodandæ huic quæstioni non sufficeret, nec si ita legeretur genere feminino, quæ exierunt de femoribus eius, vt animas intelligeremus vsquequaq; exire. Ideo autē nō sufficeret, quā & animæ nomine corpus solum posse significari, modo quodā locutionis ostenditur, quo significatur per id q̄ continetur illud quod continet, sicut ait qui dam: Vina coronant, cū coronaretur vasā vinaria. Vinum. n. continetur & vas continet. Sicut ergo appellamus ecclesiā basilicā, quæ continetur populus qui vere appellatur ecclesia, vt nomine ecclesiæ, i. populi, qui continetur, significemus locū qui cōtinet. Ita quod animæ corporib. continentur, intelligi corpora filiorū per nominatas animas possunt. Sic. n. melius accipitur et illud quod lex in-

quinari dicit eū qui intrauerit super animam mortuam, hoc est, super defuncti cadauer, vt nomine animæ mortuæ, mortuorum corpus intelligant, q̄ animā continebat: quia & absente populo, i. ecclesia, locus tm̄ ille nihilominus ecclesia nuncupatur. Hæc rñderentur, si (vt dixi) feminino genere positū esset, q̄ exierunt de femorib. Iacob, i. quæ animæ. Nunc vero cū masculinū genus sit positū, i. qui exierunt de femorib. Iacob, quis non ita intelligere malit, omnes aīa eorum qui exierunt de femorib. eius, i. animæ hominū, vt et sic possint intelligi fecundū corpus tantūmodo exisse homines de femorib. patris, quorū erant illæ animæ, per quarū numerū intelliguntur tot hoīes. Vellē autē legere libellum tuū, cuius mentionē fecisti in literis tuis, ne forte aliqua ibi testimonia non ambigua posuisti. A me autē cum quesisset amicus mihi charissimus, & diuinarū studiosissimus literarū, quid de hac q̄one sentirem, eiq; remota verecundia, hinc estus meos & ignorantia fallus essem, scripsit inde longe trans mare ad doctissimū virū, cui rescripsit ille, ut potius me consuleret, nesciens q̄ iā fecerat, nec aliquid à me certū ac definitū audire potuerat. Significauit tm̄ in eadē breui epistola sua, se potius fieri q̄ propagari animas credere. Simul et admonens animarū propaginē, quæ ipse in oriente est, occidentalē ecclesiā sole re sentire. Hac ego maiore occasione cōperata, scripsi ad eū non breuē librū, consulens eum & petens vt prius me doceat, & tunc ad me mittat quos doceam. Qui liber meus nō ut doctoris, sed inquisitoris, & potius discere cupientis apud me legi potest: mitti uero vltiam non debet, uel cuiq; foras dari, nisi cū rescripta dño adiuuante percepero, id q̄ ille sentit, prōptissime ac libentiissime defendūrus, si me docere potuerit, quō animæ nō ex Adā ueniant, & tm̄ ex illo iustam sortē dānationis inueniant, nisi ad remissionē peccatorū renascendo perueniant. Absit. n. ut credamus vel animas paruulorū in lauacro regenerationis saltam accipere peccatorū mūdationē, uel Deū esse, aut aliquā naturā quam non condidit Deus, illius ex qua mundantur iniquationis authorē. Donec ergo aut ille rescribat, aut ego, si Deus uoluerit, aliquomō discā, si nullā de illa peccatrice originē ducit, q̄ causa sit animæ subeundi originale pecca-

Gen. 46.

Gen. 2.

Marc.

Num. 19

Hieronymus.

M

peccatū, q̄ necesse est esse in omnib. paruulis, ad q̄ eā nec Deus cogit infontē, quia peccandi author nō est, nec vlla mali natura, q̄ nō est, nihil tale audeo p̄dicare. Tu autē si libenter vel patienter admittis, charissime frater, amoneo, ne h̄eresim nouā minus cautus incurras, q̄ antiquissimę fidei stabilita molitur fundamenta cōnellere aduersus Dei gratiam disputado, quā dñs Christus pusillis & magnis ineffabili bonitate largit̄. Cuius vel auctores, vel certe acerrimi notissimiq; suaseres, cū Pelagius & Cęlestius extitissent, cōciliorū ep̄alium vigilantia in adiutorio saluatoris, qui suā tuetur ecclesiā et̄ a duob. venerabilib. antistitibus Apostolicę sedis, Papa Innocentio & Papa Zozimo, nisi correcti etiā egerint p̄nam toto christiano orbe damnati sunt. De quib. exēpla recentū scripturarū, siue q̄ specialiter ad Aphros, siue q̄ vniuersaliter ad oēs Ep̄os de memorata sede manerunt, ne forte ad vestrā sanctitatē nondū peruenierint, vobis curauimus mitti ab eis fratribus, quib. & has literas vt tuę venerationi dirigerent, dedimus. Hi autē nō ideo sunt h̄eretici, quia dicūt aīas originē de illa prima peccatrice non ducere, q̄ vel aliqua fortasse rōne vera dici potest, vel sine fidei labe nesciri: sed hinc conantur efficere, vnde oīno apertissimi h̄eretici iudicantur, animas paruulorū nihil mali ex Adā trahere, q̄ sit lauacro re generationis expiandū. Nā Pelagij de hac re argumentatio, quę inter alia eius dānabilia et̄ literis Apostolicę sedis adiuncta est, ita se habet. Sed anima, inquit, ex traduce non est, sed sola caro tantū habet traduce peccati, sōla ergo p̄nā meretur. Iniustū est. n. vt hodie nata anima, non ex massa Adę, tam antiquū peccatū portet alienū: quia nulla ratione cōceditur, vt Deus qui propria peccata dimittit, vnū imputet alienū. Si ergo ita potes animarū asserere sine vlla propagine nouitatē, vt rōne iusta & a fide catholica non aliena, et̄ sic peccato primi hominis ostendatur obnoxia, asserere quod sentis vt potes. Si autē non eas aliter potes a p̄pagatione facere alienas, nisi vt simul facias ab omni peccati vinculo liberas, cohibe te ab hm̄oi disputatione omnimodo. Non est. n. falsa et̄ in paruulorū baptisate remissio peccatorū, nec verboten⁹ dē, sed veraciter agitur. Nam vt iā verbis vtār q̄ i ipsa epistola beatissimi antistitis Zozimi

leguntur: Fidelis dñs in verbis suis, eiusq; baptisimus re ac verbis, i. opere, confessione & remissione vera peccatorū, i omni sexu, etate, conditione generis humani eandē plenitudinē tenent. Nullus. n. nisi qui peccati feruus est, liber efficit, nec redēptus dici p̄t, nisi qui verē per peccatū fuerit ante captiuus, sicut scriptū ē: Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Per ipsū. n. n. renascimur spiritaliter. Per ipsū crucifigimur mūdo. Ipsius morte mortis ab Adā omnib. nobis introductę atq; transmissę vniuersę aīę, illud propagatione cōtractū chirographū rumpit̄, in quo nullus oīno natorū antequā per baptismum liberet̄ non tenetur obnoxius. In his. n. verbis Apostolicę sedis, tā antiqua atq; fundata certa & clara est catholica fides, vt nefas sit de illa dubitare Ch̄iano. Quā ergo morte Christi, non vnus aut aliquarū, sed vniuersę animę propagatione cōtractū mortis chirographum rumpitur, si potes animas sic alienas a propagatione defendere, vt tū hoc chirographo q̄ sola Christi morte rumpendū est relictissima ratione demonstrēt obstrictę, nec sua propagatione, sed carnis hoc debito iuste appareant obligatę, non solū nemine prohibente defende, verum et̄ id nobis quō tecū defendere possimus, ostēde. Si autē aliter non potes q̄ de animarū nouitate sentis, asserere, nisi vt eas dicas peccato primi hominis non teneri, aut per propagationē non suā, sed carnis, authore Deo vel nescio qua mali natura innocentissimas fieri peccatrices, melius origo aīę latet, dū tū eā non dubitemus Dei esse creaturā, quāam vel Deus peccati author dicitur, vel contra Deū aliena mali natura introducat, vel baptisima paruulorū irritū ducat. Vt autē & a me tua dilectio de hac q̄one aliquid audiat definitū, non parui estimādū, immo p̄cipue necessariū atq; retinēdū, quōlibet se origo habeat animarum, siue ex illa vna, siue ex nulla alia propagentur. Mediatoris tū animā nullū ex Adā traxisse peccatum dubitare fas non est. Si. n. nulla propagatur ex altera, vbi oēs tenent p̄pagata carne peccati, quanto minus credēdū est ex p̄pagine peccatricis animam venire potuisse, cuius caro venit ex virgine, non libidine concepta, sed fide, vt esset in similitudine carnis peccati, nō in carne peccati. Si autē peccato primę animę peccatricis, ideo ceterę tenent obnoxia, quia

quia ex illa sunt propagatę p̄fecto illa q̄ sibi vnigenit⁹ coaptauit, aut peccatū inde nō traxit, aut oīno inde non tracta est. Neq; .n. non potuit animā sibi trahere sine p̄ctō, q̄ soluit nra p̄ctā, aut qui nouā creauit ei carnē, quā sine parēte fecit ex terra, nō potuit nouā creare carnē, q̄ sine viro sumpsit ex femina. Hoc, sicut potui, nō quidē ad me datis, sed tū ad charissimos nostros sanctitatis tuę literis, nō peritā q̄ desiderasti, sed sollicita dilectione rēdi. Si grate accipis & admonitionē fraternā etiam vtilem, nō errando, sed prudenter cōsiderando cum Ecclesię pace cōseruas, Deo gratias. Si autē me ista nondū nosse miraris, vel etiā nec miraris, & me aliquid certū de origine animarū salua ista fide quę certissima atq; clarissima est, mutua charitate docere nō renuis, multo vberius, Deo gratias. Memor nostri dño semper viuas dñe beatissime & sincera dilectioē d̄siderabilis frater.

Aug. Marcellino, vt quę aduersus Donatistas in cōcilio Ep̄orū decreta sunt publicent, rogās, vt qui nolūt respiscere castigētur, sed citra mortis p̄nam. Epist. CLVII.

Domino merito insigni multūq; charissimo ac desideratissimo filio Marcellino, Augustinus in domino salutē. Gesta quę promissit p̄stantia tua vehemēter expecto, & in Ecclesia Hipponensi iam iā cupio recitari, ac (si fieri potest) per omnes Ecclesias etiā in nostra diēcessi cōstitutat: vt audiāt homines pleneq; agnoscant cōfessores iniquitatis, non Dei timore extorquente p̄nitentiā, sed in iudiciaria diligētia crudelissimorum peccatorū aperiēte duriciā: siue illorū q̄ de homicidio & de excacato ac debilitato presbyteri corpore cōfessi: siue illorū qui si illa scire potuissent, quanuis sibi dicerent displiceret, negare non ausi sunt, refugientes catholicā pacē, velut ne criminibus polluantur alienis, & in illo schismatis sacrilegio inter sceleratorū tam immaniū tantā multitudinē perturbantes: siue etiam illorum qui se inde nō recessuros etiam demonstrata sibi catholica veritate, & Donatistarum perueritate dixerunt: Non est leue quod Deus agi voluit per operam tuam. Vtinā tales eorum causas crebras sic audias & facinora eorum atq; insania sic s̄pe prodatur, eodemq; publicata ge-

Theopropria fess theoproprium.

sta in omnīū notitiam perferatur. Quod autē scripsit eximietas tua dubitate te, vtrū in theopropria debeas eadē gesta iubere proponi, fiat si potest, illuc frequēs cōfluere multitudi- do. Alioquin alius locus celebrior prouidē- dus est, non tū vllō modo p̄termittendū. P̄na sane illorum quanuis de tantis sceleribus confessorum, rogo te vt p̄ter supplicium mortis sit, & propter conscientiam nostram, & propter catholicam mansuetudinem commendandam. Ipse enim fructus ad nos peruenit confessionis illorū, quia inuenit Ecclesia catholica vbi suā erga atrocissimos inimicos seruet atq; exhibeat lenitatē. In tanta quippe crudelitate quęcūq; p̄ter sanguinem vindicta processerit, magna lenitas apparebit. Quā & si mō quibusdā nostris illa atrocitate cōmotis videtur indignum, & quasi dissolutionis & negligentię simile, trā- factis tū motibus animorum, qui recentioribus factis solent turbulentius excitari, egregie luculenta bonitas apparebit, & ob hoc magis eadē gesta legere atque ostēdere delectabit, dñe merito insignis multumq; charissime ac desideratissime fili. Ibi est sanctus frater & coepiscopus meus Bonifacius, & p̄ diaconum Peregrinū, qui cū illo perrexerit cō- monitorium direxi, quod sic habet tanquā p̄sentia meā. Et q̄ vobis in cōmune pro ec- s̄ie vtilitate placuerit, hoc adiunāte dño fiat, qui potens est misericorditer opitulari in tā- tis malis. Modo Macrobruius Episcopus eorū stipatus cuneis perditorum vtriusq; sexus, hac atque illac circumit, aperuit sibi basilicas, quas possessorum quātulascunq; timor clauerat. P̄sente autem procuratore viri clarissimi Celeris Spondeo, quē tuę dilectio- ni commendavi multumq; commendo, vt- cunque eorum frangebatur audacia: nūc vero posteaquā Carthaginē profectus est, etiā in fundis ipsius basilicas aperuit, populos cō- gregat. Cū ipso et̄ est ille Donatus diaconus rebaptizatus, qui cū fuerit colonus ecclesię, versatus est in illa cede p̄cipuus, qui tales non cum eo sunt qñ & ille cū ipso est, si Pro- consul vel simul ambo in illos estis sententiam prolaturus. Et forte ille persistit velle gladio vindicare q̄ sit christianus, & quātum aduertere potuimus, non sit ad hęc cruenta procliuis, tamen si necesse fuerit etiā gestis iubere alegari epistolas meas, quas de hac re

Gracis oraculum. Videtur sic appellatus lo- cus vbi solent can- sari edi- cta promulgari. 23. q. 5. p̄na.

re singulas vobis mittēdas putari. Soleo. n. au-
dire in potestate esse iudicis mollire senten-
tiā, & mitius vindicare q̄ iubeat leges. Si autē
ne literis meis ad hoc consenserit, hoc saltē
praestet, vt in custodiā recipiantur atq; hoc
de clementia Imperatoris impetrare curabi-
mus, ne passiones seruorū Dei, q̄ debēt eē in
Ecclesia gloriosae, in inimicorū sanguine deho-
nestentur. Scio. n. in causa clericorū Anaunē
siū, qui occisi ā gentilib. nunc martyres ho-
norantur, Imperatorē rogatū facile concess-

I sisse, ne illi qui eos occiderant & capti iā te
x. ret. 33 nebantur, p̄na simili punirentur. Libros de
Baptismo paruulorū, cū iā codicē ipsum p̄-
stantiā tuē misissēm, cur abs te rursus acce-
perim oblitus sum nisi forte cū inspicerem,
mēdofos eos repperi & emendare volui, q̄
mirabiliter impedit, adhuc vsq; nō feci. Epi-
stolā quoq; ad te scribendā & his adiungē-
dā quā cū ibi esse iā dictare cōperā, paulo
addito sic esse imperfectā scias. Si autē ratio
nē omniū dierū & lucubrationū alijs neces-
sitatibus impenfarū tibi possem reddere, gra-
uiter cōtristatus mirareris, quanta me disten-
dant q̄ differri omnino non p̄nt, & negare il-
la non permittunt, in q̄ me petendo & admo-
nendo argues volētē, & ineffabiliter quia nō
possum dolentē, Cū. n. ab eorū hominū ne-
cessitatibus aliquantulū vaco, qui me sic an-
gariāt: vt eos nullo mō liceat euitare, nec cō-
temnere oporteat, non desunt quae dictanda
propono, sic in articulis temporū consti-
tuta, vt dilationē temporū non ferant. Sicut

x. ret. 39

mihī fuit breuiatio gestorū collationis nr̄ae
fatis operosa, cū viderē neminem se velle tā

K

to aggeri literarū legēdo cōmittere. Sicut mi-
2. ret. 42 hi fuit ēpistola ad ipsos laicos Donatistas,
de hac eadē collatione nostra, quā modo ali-
quot lucubrationib. terminauī. Sicut episto-
2. ret. 36 lae duae nō breues, vna ad dilectionē tuā alte-
ra ad virū illustrē Volusianū, quas vos acce-
pisse iā credo. Sicut nūc in manib. habeo li-
brum ad Honoratū nostrū de quāstionibus
quibūdā quinq; quas mihi proposuit, & p̄
literas intimauit, cui nō continuo rīdere vi-
des q̄ minime oporteat. Caritas. n. quae tan-
quā nutrix fouet filios suos, nō ordine amā-
di: sed ordinē subueniendi infirmiores for-
tiorib. antepōnit, quos tales vult esse, quales
iā illi sunt, quos non contēnendo: sed de his
cōfidendo interim praeterit. Tales ergo mihi

necessitates dictādi aliquid, quod me ab eis
dilationibus impediāt, quibus magis mar-
desco, deesse nō possunt, cum paululū ipatī
vix datur inter acruos occupationū, quib.
nos alienae vel cupiditates vel necessitates
angariatos trahunt. Et quid faciā prorsus ne-
scio. Audisti vnde mecū dām deprecaris, sed
ēt quod tā instanter, & tā crebro me admo-
nes, nolo cesses, nō nihil agēs. Cōmēdo etiā
ego excellētē tuae Ecclesiae in Numidia cō-
stitutā p̄ cuius necessitates sanctus frater &
coep̄s meus Delphinus ā fratrib. & coep̄is
meis ibi collaborantibus & cōpericlitanti-
bus missus est. Nec de hac re plura scribe, cū
ipso praesente sis auditorus. Cetera in cōmo-
nitorij inuenies, quae ad presbyterū misi si-
ue modo, siue per diaconū Peregrinum, ne
mihi ea totiens iterare necesse sit. Semper in
Christo cor tuū vigeat, domine merito infi-
gnis multumq; charissime ac desideratissī-
me fili. Filium nostrum Rufinū Circensem
principalem commendo eximietati tuae.

Augustinus Marcellino Tribuno, vt Dona-
tistas in quēstione confessos atrocita faci-
nora puniat citra supplicium capitis, non
quod illi mereantur hanc clementiam,
sed quod ita congruat Ecclesiae mansue-
tudini. Epistola CLVIII.

Domino eximio & merito insigni atq;
charissimo filio Marcellino, Augustin^{23. q1}
in dño salutē. Circuncelliones illos & cleri-
cos partis Donati, quos de Hipponensi Ec-
clesia ad iudiciū pro factis eorū publica di-
sciplina cura deduxerat, ā tua nobilitate cō-
peri auditos, & plurimos eorū d̄ homicidio
quod in Restitutū catholicū presbyterū com-
miserunt, & de cēde Innocentij alterius cat-
holicī presbyteri, atq; de oculo eius effosso
& de digito praeciso fuisse confessos. Vnde
mihi sollicitudo maxima incussa est; ne forte
sublimitas tua censeat eos tanta legum seue-
ritate plectendos, vt qualia fecerunt talia
patiantur. Ideoq; his literis obtestor fidem
tuam quam habes in Christo per ipsius dñi
Xpi misericordiā, vt hoc nec facias, nec fie-
ri omnino permittas. Quauis. n. ab eorū in-
teritu dissimulare possemus, qui non accu-
santibus nostris, sed illorū notoria, ad quos
tuendā publicae pacis vigilantia pertinebat,
praesen-

praesentati videantur examini. nolumus tñ pas-
siones seruorum Dei, quasi vice talionis pa-
ribus supplicij vindicari. Non quo scelestis
hominibus licentiā facinorum prohibeam⁹
auferrī, sed hoc magis sufficere volumus, vt
vivi & nulla corporis parte truncati vel ab
inquietudine insana ad sanitatis ocium legū
coertione dirigant, vel a malignis operibus
alicui vili operi deputentur. Vocatur quidē

A & ista damnatio. Sed quis non intelligat mag-
gis beneficiū quam supplicium nuncupandū,
vbi nec sequendi relaxat audacia, nec p̄ni-
tendi medicina subtrahitur? Imple Christia-
ne iudex pij patris officium, sic succense ini-
quitati, vt consulere humanitati memineris.
Nec in peccatorū atrocitatibus exerceat vl-
ciscendi libidinē, sed peccatorū vulneribus
curandi adhibeas voluntatē. Noli perdere pa-
ternam diligentia, quam in ipsa inquisitione
seruasti, quando tātorum scelerum cōfessio
nē non extendente eculeo, non sulcantibus
vngulis, non vrentibus flammis, sed virgarū
verberibus eruiti. Qui modus coertionis &
ā magistris artū liberaliū, & ab ipsis parētib.
& saepe āt in iudicijs solet ab Episcopis ha-
beri. Noli ergo atrocius vindicare quod le-
nius inuenisti. Inquirendi quā puniēdi ne-
cessitas maior est. Ad hoc enim & misissimi
homines facinus occultatū diligētē atq; in-
stāter examināt, vt inueniāt quibus par ceāt.

Matt. 5.

Vñ plerunq; necesse est, exerceat acrius in-
quisitio, vt manifestū scelere sit vbi appareat
mansuetudo. Oīa quippe bona opa amāt in
luce constitui, non propter humanā gloriā
sed vt videant, ait dñs, bona opera vestra, &
glorificēt patrē vestrū qui in cēlis est. Et iō
non suffecit Apostolo monere, vt mansuetu-
dinē seruaremus, sed vt eam ēt notā omnib.
faceremus. Mansuetudo, inquit, vestra nota sit
omnib. hoīb. Et alio loco. Mansuetudinē ostē-
tantes ad oēs hoīes. Vñ nec illa sancti Dauid
quā inimico sibi in manus tradito clementer
pepercit, praclarissima lenitas emineret, nisi
ptas pariter appareret. Non te ergo exaspe-
ret vindicandi potestas, cui lenitatem nō ex-
cussit examinādi necessitas. Noli facinore in-
uento quærere percussorem, in quo inueniē-
do noluit adhibere tortorē. Postremo pro
Ecclesiae vtilitate missus es. Hoc Ecclesiae cat-
holicae, aut, vt modum dispensationis mea
nō supergredi videar, hoc Ecclesiae ad Hip-

Phil. 4.
Tir. 3.

ponensū regionū diocesim pertineti prodes-
se, hoc expediret contestor. Si non audis ami-
cū petentē, audi Episcopū consulentē. Quā-
uis, quū Christiano loquor, maxime in tali cā
non arroganter dixerim, audire te Episcopū
conuenit iubentē, dñe eximie & merito in-
signis atq; charissime fili. Vñ scio quidē cau-
sas ecclesiasticas excellentiae tuae potissimū
iniunctas. Sed quia credo istā curā ad virum
clarissimū atq; spectabilē Proconsulē perti-
nere, ad eū quoq; literas dedi: quas rogo vt
ipse illi tradere & allegare (si opus est) non
graueris, atq; ambo obsecro ne importunā
arbitremini, vel intercessionē, vel suggestio-
nē, vel sollicitudinē nostrā, & passiones cat-
holicorū seruorū, quae infirmis ad edificatiō-
nē spiritale viles esse debent, haud recipro-
ca inimicorū ā quibus passi sunt p̄na deco-
loretis, sed potius refracta iudiciaria seueri-
tate, & uestrā fidē quia filij estis Ecclesiae, &
ipsius matris mansuetudinē commēdare mi-
nime negligatis. Deus omnipotens praestan-
tiā tuā bonis omnibus augeat, dominē exi-
mie & merito insignis atq; charissime fili.

Augustinus Apringium iudicem rogat ac
monet, ut Circuncelliones atrocita cōfes-
sos mitius puniat, memor ecclesiasticae
mansuetudinis. Epistola CLIX.

Domino insigni & merito sublimi ac
praestantissimo filio Apringio, Augusti-
nus. Non dubito in hac potestate, quam tibi
Deus homini in homines dedit, cogitare te
diuinū iudiciū, vbi & iudices stabunt ratio-
nē de suo iudicio reddituri. Christiana quip-
pe fide te imbutū scio, unde mihi ad excel-
lentia tuā maior fiducia tribuitur, non solū
petendi, uerū etiā monendi propter illū do-
minū in cuius familia nobiscū cēlesti iure
cēseris, in quo spē uitae aeternae pariter habem⁹
mus, & quae pro uobis in sacrosanctis miste-
rijs inuocamus. Proinde dñe insignis & me-
rito sublimis ac praestantissime fili, primū q̄-
so, ut nō tibi uidear importunus irruere acti-
bus tuis, ea sollicitudine quā me praecipue ge-
rere oportet pro Ecclesia mihi credita, cui⁹
utilitatibus seruiō, cui non tā praesse, quam
prodesse desidero. Deinde obsecro, ut quod
moneo uel rogo, nō dedigneris accipere, nō
cūcteris acquiescere. Circuncelliones quos
Aug. Tomus secundus. E e dam

dam & clericos Donatistas cura eorum, qui disciplinæ publicæ inseruiunt, præmissa notaria ad iudicia legesq; perduxit. Hi cum a direatur a viro clarissimo & spectabili tribuno & notario fratre tuo filio meo Marcelino non tormentis vngularum atq; flamma rum, sed virgatum coerciti, horrenda facinora in fratres & compresbiteros meos a se perpetrata confessi sunt, quo scilicet vnum eorum exceptum insidijs trucidauerunt, alterum è domo raptū oculo effoso digitoq; amputato truncauerunt. Hæc cum comperissem illos fuisse confessos, ideoq; minime dubitarem sub iura tua securos esse vêturos, has ad tuâ notabilitatē literas acceleravi, quibus deprecor, & per misericordiam Christi obsecro, quo sic de tua maiore atq; certiore felicitate gaudeamus, vreis paria non retribuatur quanquam lapidis ictibus digitum præcidere oculumq; conuellere leges puniēdo non possunt, quod isti sequēdo potuerunt. Vñ securus sum de ijs qui hoc fecisse confessi sunt, quod hanc vicissitudinem nō reportabunt, sed ne vel ipsi vel illi, quorum homicidium patefactum est, per tuę potestatis sententiam mulctetur hoc timeo, hoc ne fiat & Christianus iudicem rogo, & Christianum Episcopus moneo. De vobis quidē dixisse Apostolum legimus, qd nō sine causa gladium geratis, & ministri Dei fitis vindices in eos qui male agunt. Sed alia causa est prouineix, alia est. Ecclesiæ. Illius terribiliter gerenda est administratio, huius clementer commendanda est mansuetudo. Si apud iudicem non Christianum mihi sermo esset, aliter agerem, nec tamen etiam sic Ecclesiæ causam desererem, & quantum admittere dignaretur instarem, ne passionēs seruorum Dei catholicorum, quæ prodesse debent ad exempla patientiæ, inimicorum suorum sanguine sedarentur, & si nollet acquiescere, inimico animo eum resistere suspicarer. Nunc vero quando apud te res agitur, alia mihi ratio est, alia consiliatio. Rectorem te quidem præcellē potestatis videmus, sed etiam filiū Christianæ pietatis agnoscimus. Subdatur sublimitas, tua, subdatur fides tua. Causam tecum tracto communem, sed tu in ea potes, quod ego non possum. Confer nobiscū consilium, & porrige auxilium. Diligenter actum est, vt inimici Ecclesiæ, qui soleat va-

niloquio seductionis sollicitare animos im- peritos, tanquam de persecutione gloriātes, quam se perpeti iactant, horrenda facinora sua in catholicos clericos perpetrata faterentur, & suis verbis implicaretur. Legenda sunt gesta ad sanandas animas, quas pestifera suasionē venenauerunt. Nunquid placet tibi, vt ad finem gestorum, si cruetum istorum supplicium continebit, legēdo peruenire timeamus, vbi ponimus & ipsam conscientiam, ne malū pro malo, qui passi sunt reddidisse videantur? Si ergo nihil aliud cōstitueretur frenandæ maliciæ perditorum, extrema fortasse necessitas, vt tales occiderentur vrgeret quamquā quod ad nos atinet, si nihil mitius eis fieri posset, malleus eos liberos relaxari, quam passionēs fratrum nostrorum fuso eorum sanguine vindicari. Nunc vero quoniam aliquid fieri potest, quo & mitis commendetur Ecclesia, & immitium cohibeatur audacia, cur non flectas in partem prouidentioreni lenioremque sententiam, quod licet iudicibus facere etiam non in causis Ecclesiæ? Time ergo nobiscum iudicium Dei patris, & commenda mansuetudinem matris. Cū enim tu facis: Ecclesia facit propter quā facis, & cuius filius facis. Contende ergo bonitatem cū malis. Illi scelere immani mēbra de corpore viuo auulserunt: tu opere misericordie effice, vt illa quæ nefandis operibus exercebant, alicui vtili operi integra eorum membra deseruiant. Illi non pepercerunt correctionem sibi prædicantibus Dei seruus: tu parce comprehensis, parce indolis, parce conuictis. Illi impio ferro fuderunt sanguinem Christianum: Tu ab eorum sanguine etiam iuridicum gladium cohibe propter Christum. Illi ministro Ecclesiæ occiso extorserunt spatium viuendi: Tu inimicis ecclesię viuētib; relaxa spatium poenitendi. Talem te oportet esse in causa ecclesiæ iudicem Christianum, petentibus, monentibus, intercedentibus nobis. Soleat homines quando eum inimicis eorum conuictis lenius agitur, a mitiore sententia prouocare. Sed inimicos nostros ita diligimus, vt, nisi de tua Christiana obedientia præsumamus, a tua seuera sententia prouocemus. Deus omnipotens excellentiam tuam auctiorem foelicioremque conseruet, domine insignis, & merito sublimis ac præstantissime filii. Augu-

Augustinus Honorato Donatiane partis: hor- tatur vt per literas placide reddat rationem, quod modo nomen ecclesiæ ad ipsos solos reciderit. Epistola CLX.

ladelphiam, Laodiciam, Pergamum, Thyatiram. Quibus omnibus ecclesijs nos hodie communicare manifestum est: sicut manifestum est, vos istis ecclesijs non cōicare. Quærimus ergo vt nobis respondere non graueris, quam causam forte noueris, qua factum est, vt Christus amitteret hæreditatem suam per orbem terrarum diffusam, vt subito in solis Aphris, nec ipsis omnibus remaneret. Etenim ecclesia catholica est etiam in Aphrica, quia per omnes terras eam Deus esse voluit & prædixit. Pars autem uestra quæ Donati dicitur, non est in omnibus illis locis, in quibus & literæ & sermo & facta Apostolica cucurrerunt. Sed ne dicatis, non vocari ecclesiam nostram catholicam, sed Macarianam, sicuti eam vos appellatis, nosse debes, quod facillime potest in illis omnibus partibus. Vnde istas terras Euangelium Christi perfudit, nec nomen Donati sciri, nec nomen Macarij. Vestra autem quæ Donati pars dicitur, nec uos negare potestis, & omnibus notum est vbi cū que est uestra communio. Dignare ergo rescribere nobis, vt sciamus quomodo fieri possit, vt ecclesiam suam Christus de toto orbe perdidit, & in uobis solis habere cęperit. Vestrum enim est, hæc ostendere, nam nobis sufficit ad causam nostram, quod compleri prophetiam & scripturas sanctas per orbem terrarum videmus. Hoc autem ego Augustinus dictaui, quia olim volo loqui in de tecum. Videtur enim mihi vel propter ipsam vicinitatem posse nos per literas de hac re colloqui sine aliquo tumultu, adiuuante Deo quantum ipsa necessitas postulat.

Honorato Epō partis Donati, Augustinus Ep̄s partis ecclesiæ catholice. Confilium tuum nobis multū placuit qd per fratrem Erotē charissimū nobis, & in Christo laudabile virum mandare dignatus es, vt literis inter nos agamus, vbi nullus turbatur tumultus perturbare possit dispositionē nostrā, q̄ cū tota lenitate & pace animi suscipienda & agenda est, sicut dicit Apostolus: Seruum autē dñi litigare non oportet, sed mitē esse. ad omnes, docibilem, patientē, in modestia corripientē diuersa sentientes. Itaque breuiter in sinuamus, quid a te responderi desideremus. Quā ecclesiam Dei quæ catholica dī, sicut de illa prophetatū est, per orbem terrarū diffusam videmus, arbitramur nos non debere dubitare de tam euidentissima cōpletionē sanctæ prophetiæ quam dñs etiam in Euangelio confirmauit & Apostoli per quos eadem ecclesia dilatata est, sicut de illa prædictū erat. Nā & in capite sacrosancti Psalterij scriptū est de filio Dei: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Et ipse dominus Iesus Christus dicit Euangelium suum in omnibus gentibus futurum. Et Apostolus Paulus antequam sermo Dei in Aphricam peruenisset, in ipso capite epistolæ, quā scribit ad Romanos: Per quem accepimus, inquit, gratiam & Apostolatū ad obediendū fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. Deinde ipse ab Hierusalem in circumitu per totam Asiam vsque in Illiricum Euangelium prædicauit, ecclesias cōstituit atq; fundauit, nō ipse, sed gratia Dei cum eo, sicut ipse testatur. Quid autem euidentius apparere potest, quā cum in eius epistolis nomina etiam regionum uel ciuitatum inuenimus: ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philipenses, ad Thessalonicenses, ad Colossenses. Scribit. Ioannes etiam scribit ad septem ecclesias, quas cōmemorat in illis partibus constitutas. In quibus etiam vniuersas ecclesias septenario numero intelligimus cōmendari, Ephesum, Smyrnam, Sardos, Phi-

Aug. ostendit Ep̄s Donatistarum, quanta impudentia persistant in suo schismate, tot iudicijs conuicti. Epistola CLXI.

Dominis dilectissimis & merito prædicandis fratrib. Glorio, Eleusto, Felici Grammatico, & ceteris omnibus, quibus hoc gratū est, Augustinus. Dixit quidē Apostolus Paulus: Hæreticum hominē post vnā correptionē deuita, sciēs, quia subuersus est eiusmodi, & peccat, & est a semetipso dānatus. Sed qui sniam suā, quāuis falsam atq; puerfam nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quā non audacia præsumptionis suæ peperrunt, sed a seductis atq; in errorem lapsis parentibus

Apo. 2.

L

Rom. 13.

Psal. 2.

Rom. 1.

K

24. 9. 3. dixit A. postolus. Tit. 3.

rentibus acceperunt, q̄runt aut̄ cauta solici-
tudine veritatē, corrigi parati cū inuenerint,
nequaquā sunt inter h̄reticos deputādi. Ta-
les ergo vos nisi esse crederē, nullas fortasse
vobis literas mitterē. Quāquam & ipsum h̄-
reticū quālibet odiosa superbia tumidum &
peruicacia malæ cōtentionis insanū, sicut vi-
tandū monemus, ne infirmos & paruulos fal-
lat, ita nō abnuimus quibuscunq; modis pos-
sumus corrigendū. Vnde factum est, vt et̄ ad
nōnullos Donatistarum primarios scribere-
mus, nō cōicatorias literas, quas iā olim pp̄
suā perueritatē ab vnitatē catholica, q̄ toto
orbe diffusa est nō accipiunt, sed tales priuā-
tas, qualib; nobis vt et̄ ad Paganos licet, quas
illi et̄si aliq̄n legerunt, r̄nderē t̄n̄ eis, siue no-
luerunt, siue vt magis creditur, nequiuertunt.
Vbi nobis satis visum est impleuisse nos offi-
ciū charitatis, quā non solum nostris sed &
omnib; nos debere sanctus spiritus docet, qui
nobis ait per Apostolū: Vos aut̄ d̄ns multipli-
cet, & abundare faciat in charitatē, in inuicē
& in oēs. Monet etiā alio loco, in modestia
corripandos diuersa sentientes, ne forte, in-
quūt, det illis D̄us p̄niam ad cognoscendam
veritatē, & respiciant de diaboli laqueis, ca-
ptiuati ab ipso in ipsius voluntatē. Hęc pr̄-
locutus sum, nequis me existimet impuden-
tius vobis quā prudentius scripta misisse, &
hoc modo vobiscū de negotio atq; vestrē ali-
quid agere voluisse, quia nostrā cōionis nō
estis, cū t̄n̄ si de negotio fundi, aut alicuius
pecuniariæ litis dirimendę vobis aliquid scri-
berem, nemo fortasse reprehenderet. Vique-
adeo charus est hic mundus hominib; vt si-
bimetipsis viluerint. Erit ergo mihi ad defen-
sionē testis hęc epistola in iudicio Dei, qui
nouit quo aīo fecerim, & qui dixit: Beati pa-
trici, quia ipsi filij Dei vocabuntur. Ergo vt
meminisse dignamini, cū essemus in vestra ci-
uitate, & nonnulla vobiscū de cōione Chri-
stianæ vnitatis ageremus, prolata sunt a par-
tib; vestrīs gesta q̄dā, quib; recitatū est q̄ se-
ptuaginta fermē Ep̄i Cęcilianū quondā no-
stræ cōionis Ep̄m Carthaginensis ecclesię cū
suis collegis & ordinatoribus dānauerunt.
Vbi et̄ Felicis Autumnitani causa multo pr̄-
ceteris inuidiosius & criminosis ventilata
est. Quæ cū essent cuncta perlecta: respondi-
mus non esse mirandū, si homines qui tunc
illud schisma fecerunt, non sine confectio-

1. Thef. 3
2. Tim. 2

Mat. 5.

Cęcilia-
nus.

gestorum, eos in quos fuerant ab emulis &
perditis concitati, absentes causa incognita
temere dānandos esse putauerunt. Nos autē
alia habere gesta ecclesiastica, in quib; Secū-
dus Tigistanus, qui tunc agebat in Numidia
primatum, præsentes & confessos traditores
reliquit Deo iudicandos, & eos in Ep̄alibus
sedibus sicuti erant manere permisit, quorū
nomina inter damnatores Cęciliani nume-
rantur, cum et̄ Secundus ipse concilij eiusdē
Principatū teneret, vbi absentes quasi tradi-
tores per eorum sn̄as dānauit, quib; præsenti-
bus & confessis ignouit. Deinde diximus
aliquanto post Maiorini ordinationem, quē
contra Cęcilianū nephario scelere leuaue-
runt, erigentes altare contra altare, & vnita-
tem Christi discordijs furibilibus dissipātes,
eos petisse a Cōstantino tunc Imperatore iu-
dices Ep̄os, qui de suis q̄onib; quæ in Aphri-
ca exortæ pacis vinculum dirimebant, arbi-
tro medio iudicarent. Quod postea q̄ factū
est, præsente Cęciliano, & illis qui aduersus
eam nauigauerant, iudicante Melciade tunc
Romanæ vr̄bis Ep̄o cum collegis suis, quos
ad precēs Donatistarum miserat Imperator,
in Cęciliano nihil probari potuisse, ac per
hoc illo in Ep̄atu confirmato, Donatum qui
aduersus eum tunc aderat improbatum. Qui
bus peractis rebus, cum illi oēs in pertinacia
scelestissimi schismatis permanerent, post a-
pud Arelatum memoratum Imperatorē eā-
dem causam diligentius examinandam ter-
minandamq; curasse. Illos vero ab ecclesia-
stico iudicio prouocasse, vt causam Constan-
tinus audiret. Quo posteaq̄ ventum est, vtra-
que parte assistente, innocentē Cęcilianum
fuisse iudicatum, atq; illos recessisse supera-
tos, & in eadē t̄n̄ perueritate mansisse. Nec
de Felicis Autumnitani causa negligentiam
consecutā, sed ad eiusdē Principis iussione
Proconsularibus gestis et̄ ipsum fuisse purgā-
tū. Sed quia hęc omnia dicebamus tantum,
non et̄ legebamus, minus profecto vobis age-
re videbamus, q̄ de nostra expectabatis in-
stantia. Quod vbi sensimus ad ea quæ legēda
promiseramus, non distulimus mittere. Quæ
oīa dum excurrimus ad Ecclesiam Gelizita-
nam, inde ad vestrū oppidū reuersuri bidui
non pleni intermissione venerunt, atque (vt
nostris) quantum tēpus permisit, vno die reci-
tata sunt vobis. Primo vbi Secundus Tigi-
stanus

Melci-
den.

stianus confessos traditores a collegio suo re-
mouere nō ausus est, cū quibus postea nō cō-
fessum, sed absentem Cęcilianū aliosq; suos
collegas dānare ausus est, Deinde gesta Pro-
consularia, vbi Felix diligentissimo exami-
ne probatus est innocens. Hęc ante meridiē
vobis lecta esse meministis. Post meridiem
vero recitauimus preces eorū ad Constanti-
nū, datiq; ab eo iudicibus, gesta ecclesiasti-
ca in Romana vr̄be habita, quibus illi im-
p̄bati sunt: Cęcilianus aut̄ in Ep̄iscopali hono-
re firmatus. Postremo. Constantini Impera-
toris literas, quibus omnia multo maxime te-
statissima claruerunt, Quid vultis amplius
homines, quid vultis amplius? Non de auro
& argēto vestro agit: nō terra, nō pr̄dia, nō
deniq; salus corporis vestri in discrimen vo-
catur, de adipiscenda vita æterna & fugien-
da morte æterna cōpellam⁹ animas vestras.
Expergiscimini aliq̄n, non in aliqua obscu-
ra q̄one versāmur, nō recōdita secreta rima-
mur, quibus penetrādis vel nulla, vel rara hu-
mana corda sufficiāt. res in aperto est. Quid
eminet clarius? quid cernitur citius? Dicim⁹
temerario cōcilio quālibet numerosissimo
innocētes absentesq; fuisse dānatos. Proba-
mus hoc Proconsularib; gestis quibus ab oī
traditionis crimine alienus iudicatus est ille
quem maxime criminofum a vestrīs prolata
cōcilio gesta sonuerūt. Dicimus a traditorib;
confessis, in eos qui traditores dicerētur, di-
ctas fuisse sententias. Probamus hoc in eccle-
siasticis gestis, vbi nominatim declarant, in
quib; Secundus Tigistanus ea quæ cognouit
velut contuitu pacis ignouit: & cū quib; post
ea nō cognouit, discissa pace dānauit. Vnde
apparuit eū etiam primo non paci consulif-
se, sed sibi timuisse. Obiecerat ei nāq; Purpu-
rius Liniacēsis, q̄ et̄ ipse cū detētus esset a cu-
ratore & ordine vt scripturas traderet, dimif-
sus est, vtiq; nō frustra, nisi q̄a tradidit, aut tra-
di aliquid iussit. Hęc ille suspitionē satis pro-
babile metuēs, accepto cōsilio a minore Se-
cūdo consanguineo suo, cōsultisq; ceteris q̄
cū eo erāt Ep̄is, manifestissima crimina Deo
iudicāda dimisit, atq; ita paci p̄spexisse vi-
sus est q̄ falsum erat cū sibi prospexerit. Nā
si in ei⁹ corde cogitatio pacis habitaret, non
apud Carthaginē postea cū traditorib; quos
p̄sentes atq; cōfessos Deo dimiserat, dānaret
crimine traditionis quos absentes apud eum

nemo cōuincerat. Tāto magis enim timere
debut, ne pax vnitatis violaretur, quāto erat
Carthago ciuitas ampla & illustis, vnde se
per totū Aphricę corpus malū quod ibi esset
exortū tanquā a vertice effunderet. Erat etiā
transmarinis vicina regionib; & fama cele-
berrima nobilis: vnde nō mediocris vtiq; au-
thoritatis habebat Ep̄m, qui posset nō cura-
re conspirantē multitudinē inimicorū, cum
se videret & Romanæ Ecclesię, in qua sem-
per apostolicæ cathedræ viguit principatus
& ceteris terris vnde Euangelium ad ipsam
Aphricā venit, per cōmunicatorias literas eē
cōiunctū, vbi paratus esset cām suā dicere si
aduersarij eius ab eo illas Ecclesias alienare
conarentur. Quia ergo venire noluit ad ho-
spitiū collegarū, quos a suis inimicis contra
veritatē suā causę p̄uersos esse sentiebat vel
suspicabatur, vel, vt ipsi asserūt, simulabat, tā-
to magis Secundus si veræ pacis custos eē vo-
luisset cauere debuit, ne dāneretur absentes;
qui iudicio eorū oīno interesse noluerunt.
Neq; n. de presbyteris aut diaconis aut infe-
rioris ordinis clericis, sed de collegis age-
batur, qui possunt aliorū collegarū iudicio.
præsertim apostolicarum Ecclesiarum, cau-
sam suā integrā reseruare: vbi contra eos sen-
tentia dicta in absentes, nullo modo aliqd
valerent, q̄n eorū iudicium non primo ad-
itū postea deseruerūt, sed suspētū semper ha-
bitum nunq̄ adire voluerunt. Hęc res maxi-
me sollicitare debuit Secundū, qui tunc erat
primas, si propterea conciliū regebat vt pa-
ci consuleret. Facile enim fortassis rabida
in absentē ora placata uel frenata cōprime-
ret, si diceret, Videtis fratres post tantā stra-
gem persecutionis misericordia Dei a prin-
cipibus seculi pacem esse concessam, nō de-
bemus nos Christiani & Ep̄iscopi unitatem
dirumpere Christianam, quam iam Paganus
non insequitur inimicus. Itaq; aut istas oēs
causas, quas clades turbulētissimi tēporis in-
flixit Ecclesię, Deo iudici dimittamus. Aut si
aliqui in vobis sunt, qui certa istorū crimi-
na ita nouerint, vt ea facile ualeant edocere
negantesq; conuincere, & talib; cōicare for-
midāt pergant ad fratres & collegas nostros
transmarinarū Ecclesiarū Ep̄os, & ibi prius
de istorū factis & cōtumacia conquerātur,
q̄ ad iudicium collegarum Aphrorum ma-
le sibi conscij venire noluerunt, ut inde il-
lis

G

Romane
sedis prin-
cipatus.

H

lis denunciatur ut veniant, ibiq; obiectis rñ-
deant. Quod si nō fecerint, ibi etiā eorū pra-
uitas & peruersitas innotescet, missaq; tracta-
toria super eorū nomine p totū orbē terra-
rū quacunq; iā Christi Ecclesia dilatata est,
ab omnibus Ecclesijs eorū cōmunio pradi-
cetur, ne aliquis error in chathedra Ecclesie
Charthagini oriatur. Tū demū securi Ep̄m
aliū plebi Carthagini ordinabimus, cū a to-
ta ecclesia isti fuerit separati: ne forte cū ali-
modo fuerit ordinatus non ei cōmunicetur
ab ecclesia transmarina, quia iste ab honore
depositus non videbitur, quē iā ordinatū fa-
ma celebravit, & ad eam cōmunicatorias li-
teras fecit, atq; ita magnum scandalum schis-
matis in vnitatem Christi iam pacatis tempori-
bus oriatur, dum prapropere nostras volu-
mus precipitare sententias, & non cōtra Cē-
cilianū, sed cōtra orbē terrarum, qui ei per
ignorantiam cōmunicat, altare alterū eri-
gere audeamus. Huic tā sanorectoq; consi-
lio quisquis infrenis obtemperare noluisse,
quid esset facturū. aut quō aliquē absentium
collegarū esset damnaturus, cū in potestate
acta concilij nō haberet cōtradiciente prima-
te? Quod si tanta & aduersus primā sedē sedi-
tio nasceretur, vt nōnulli dānare iā vellent
quos volebat illi differri, quāto melius a ta-
libus inquieta, & impacata molientibus, q̄ a
totius orbis cōmunionē dissentiretur? Sed
quia non erant quae in Cēcilianū & ordina-
tores eius transmarino iudicio probarentur,
propterea nec priusquā in eum sententias di-
cerent, differre noluerunt, nec posteaquā di-
xerūt perseueranter id agere, vt ecclesie trās-
marinae in notitiā perferretur, quorū tradito-
rum in Aphricae damnatorū cōmunionē vi-
tare deberet. Quia si id facere tentauissent,
adesse sibi Cēcilianus & ceteri, & suā cau-
sam aduersus fallaces criminatores apud trās-
marinos ecclesiasticos iudices diligentissi-
ma discussione purgarent. Itaq; conciliū il-
lud peruersum atq; nepharium, maxime (vt
eredi) traditorū fuit qbus cōfessis. Secund⁹
Tigistanus ignouerat: vt quā de traditione fa-
ma crebuerat, infamatis alijs a se auerteret su-
spitionē, vt cū hoīes p Aphricā totā credē-
tes Ep̄s falsa de innocētibus loqueretur, qd̄
dānati essent apud Carthaginē traditores, tā-
quā in nebula mēdaciissimi rumoris, ipsi qui
vere tradiderāt latitarēt. Vnde videtis (charis-

simi) fieri potuisse, quod verissimile nō esse
quidā vestrum dicebant, vt qui essent de sua
traditione cōfessi causamq; suā impetrauis-
sent Deo dimitti oportere, iudē iudices dāna-
toresq; tanq̄ traditorū absentiu postea con-
fessissent. Magis. n. amplexi sunt occasionē,
qua possent alios falsa criminatione perfun-
dere, & cōuersas in eos linguas hominū in-
quisitione criminū suorū hoc mō declinare.
Alioqn si fieri nō posset, vt quisq; mala q̄ ip-
se cōmitteret in alio iudicaret, nō diceret q-
uidā Paulus Apostolus: Propterea inexcusa-
bilis es d̄ homo oīs qui iudicas. In quo. n. *Roma. 2.*
aliū iudicas temetipsum cōdēnas. Eadē. n. a-
gis quae iudicas. Quod illi oīno fecerunt, vt
hec verba Apostolica integre in eos apteq;
cōueniāt. Nō ergo tūc Secundus, qm̄ eorū cri-
mina. Deo dimisit, paci vnitatiq; consuluit,
alioquin magis hoc apud Carthaginē prouir-
deret, ne schisma fieret, vbi nullus aderat, cui
cōfesso crimen donare cogeret. Sed qd̄ erat
facillimū, tota cōuersatio pacis esset absentes
nolle dānare. Itaq; iniuriā facerēt innocētibus.
Et si eis nō cōuictis neq; cōfessis, neq; omni-
no præsētib; ignoscere voluissent. Ille qp̄
pe accepit veniā, cuius culpa certissima est.
Quāto ergo immaniores & certiores fuerūt
qui ea se putauerūt posse dānare, q̄ incogni-
to nec donare potuissent? Sed illa cognita dī
missa sunt Deo, nec alia quærent: hic incō-
gnita dānata sunt, vt illa tegerent. Sed dicit
aliquis: Cognouerūt, quod etsi cōcedam, et
sic absentibus utique parci oportebat. Neq; n. *M.*
iudiciū deseruerāt, vbi nūquā omnino cōstī-
terant, nec in illis solis Ep̄s Aphris erat ec-
clesia, vt omne iudiciū ecclesiasticum vitasse
videretur, qui se iudicio eorū præsētare no-
luissent. Milia quippe collegarū transmarina
restabāt, vbi apparebat eos iudicari posse, q̄
videbantur Aphricos vel Numidas collegas
habere suspectos. Vbi est. n. qd̄ scriptura cla-
mat. Antequā interrogas ne vituperes quen- *Ecclesi.*
quā, & cū interrogaueris, corripere iuste. Si er-
go nec vituperari, nec corripere nisi interroga-
tū spiritus sanct⁹ voluit, quāto sceleratius nō
vituperari aut correpti, sed oīno dānati sūt,
qui de suis criminibus nihil absentes interro-
gari potuerūt? Si tñ isti qui licet absentium,
& nequaquā iudiciū deserentiu, quia nun-
quā affuerunt, & semper sibi cū eum illū su-
spectū esse declarauerunt, tñ cognita crimi-
na

na damnasse dicunt, q̄so vos fratres mei, quō
cognouerunt? Rñdetis. Nescimus. Quidē
ipla cognitio in illis gestis explicata non est.
Sed ego vobis ostendam quō cognouerunt.
Attendite causam Felicis Autumniani, & pri-
mo legite quā vehementiores in eū fuerunt.
Sic ergo & ceterorū causam nouerant, sicut
huius qui postea innocentissimus diligēti &
terribili inquisitione probatus est: quāto ita-
que iustus & tutius & citius innocentes eos
existimare debemus, quorū crimina ab istis
leuius accusata sunt, & parciore reprehēsi-
one dānata, qm̄ ille inuentus est innocens, in
quē multo immanius sequebantur. An forte si-
cut quidā dixit, q̄ quidē cū vobis diceretur,
displicuit, sed tñ p̄mittendū non est. Ait. n.
quidā: non debuit Ep̄s Proconsulari iudicio
purgari: quasi vero ipse sibi hoc cōparauerit,
ac nō Imperator ita quæri iusserit, ad cui-
us curā de qua rationē Deo reddidit esse
set, res illa maxime pertinebat. Arbitrum. n.
& iudicē causae traditionis & schismatis, illi
eū fecerant, qui ad eum et preces miserant,
ad quē postea prouocauerunt, & tñ iudicio eo-
rū acquiescere noluerunt. Itaq; si culpandus
est, quē iudex terrenus absoluit, cū ipse sibi
hoc non poposcisset, quāto magis culpādi
sunt qui terrenū regē suae causae iudicem esse
voluerunt? Si autē criminis nō est prouocare
ad Imperatorē, nō est criminis audiri ab Im-
peratore. Ergo nec ab illo cui causam delega-
uerit Imperator. Quendā et suspensum ecu-
leo i causa Felicis Ep̄i amicus ille voluit cri-
minari, vt quis et vngulis vexaretur. Nūquid
poterat Felix contradicere, ne tanta diligen-
tia, vel seueritate quæreretur, cum eius cau-
sam inueniendā cognitor ageret? Quid. n.
erat illud nolle sic quæri, q̄ de crimine con-
fiteri? & tñ ille ipse Proconsul inter praconū
B terribiles voces, & cruentas carnificū manus
nunquā collegā dānaret absentē, qui iudicio
eius se præsētare noluisse, cū haberet aliud
q̄ posset audiri. Aut si dānaret, certe etiā ipsis
secularibus legibus penas iustas & debitas
lueret. Quod si gesta Proconsularia displic-
ent, ecclesiasticis cedite. Omnia vobis ordi-
ne recitata sunt. An forte non debuit Roma-
nae ecclesie Melciades Ep̄s cū collegis trans-
marinis Ep̄s illud sibi vlturpare iudicium, q̄
ab Aphris septuaginta, vbi primas Tigista-
nus praefedit, fuerit terminatum? Quid quod

nec ipse vsurpauit? Rogatus quippe Impera-
tor, iudices misit Ep̄os, qui cū eo sederēt, &
de tota illa causa q̄ iustū videretur statuerēt.
Hoc probamus & Donatarū precibus & ver-
bis ipsius Imperatoris. Vtraq; n. vobis lecta
meministis, & inspiciēdi ac scribēdi licētiā
nūc habetis. Legite & cōsiderate oīa. Videte
quanta cura pacis atq; vnitatis cōseruādē vel
restituēdā cuncta discussa sint, quē admodū
accusatorū persona tractata, & quorundā eo-
rū quib; maculis improbata sit, p̄sentiamq;
vocibus liquido constiterit: nihil eos habuisse
C q̄ in Cēcilianū dicerent, sed totā causam in
plebē de parte Maiorini, hoc est, seditiosam
& ab ecclesie pace alienatā multitudinē trās-
ferre voluisse: vt ab ea videlicet turba Cēci-
lianus accusaretur, quā solis tumultuosis cla-
moribus nulla documentorū attestatiōe,
nullo veritatis examine ad suā voluntatem
animos iudicū detorquere posse arbitrabā-
tur: nisi forte furiosā, & poculo erroris atq;
corruptionis ebria multitudo vera in Cēci-
lianū crimina diceret, vbi septuaginta Ep̄i, si-
cut de Felice Autumniano cōstitit, absentes
& innocentes collegas, tā insana temeritate
damnarunt. Quali. n. turbæ illi consenserant,
vt aduersus innocentes nō interrogatos, p̄fer-
rēt sn̄as, a tali turba etiā rursus accusari Cē-
cilianū volebāt. Sed planē tales inuenerant
iudices, quibus illā demētiā persuaderēt. Po-
testis enim pro vestra prudentia, & illorum
peruersitate illic attendere, & iudicium gra-
uitatē, quē admodū ad extremū p̄suadere nō
posset, vt a plebe partis Maiorini, q̄ certam
p̄sonā nō habebat argueretur Cēcilianus, &
requiriti ab eis eēt, vel accusatores vel testes,
vel quo quo mō causā necessarij, qui simul
cū eis Aphrica venerāt, & eos præsētes fuis-
se, atq; a Donato subtractos eē dicerēt. Pro-
misit idē Donatus, qd̄ eos esset exhibiturus:
qd̄ cū nō semel, sed sepius, promississet, am-
plius ad illud iudiciū accedere noluit, vbi iā
erat tanta confessus, vt nihil aliud deinceps
nō accedendo, nisi præsens dānari noluisse
videretur, cū tñ ea quae dānata essent, eo prē-
sente atq; interrogato manifestata fuerint.
Accessit aliud, vt a quibusdā aduersus Cēci-
lianū denunciationis libellus daretur: post
qd̄ factū quemadmodū sit rursus agitata co-
gnitio, & quae personae illū libellū dederint,
quoq; modo nihil in Cēcilianū probari po-
tuerit

truerit quid dicā, cū & audieritis oīa, & quoties volueritis legere, possitis? De numero autē septuaginta Ep̄orum, cū quasi grauisima opponeretur authoritas, q̄ fuerint dicta meministis: & tñ viri grauisimi ab inferis q̄nibus catena quadā inexplicabili sese neſtenti- bus suū tēperare arbitriū maluerunt, nequa- quā curantes q̄ multi essent illi Ep̄i, aut vnde collecti, quos videbant tanta temeritate ceca- ros, vt in absentes & non interrogatos colle- gas tā pr̄cipites auderent proferre sn̄as: & tñ qualis ip̄sus beati Melciadis vltima est p̄- lata sn̄a, quā innocens, q̄ integra, q̄ proui- da atque pacifica: qua neq; collegas in quib. nihil constiterat, de collegio suo ausus est re- mouere, & Donato solo, quē toti⁹ mali Prin- cipem inuenerat, maxime culpato, sanitatis recuperandæ optionē liberā fecit, ceteris pa- ratus cōicatorias literas mittere, et ijs quos a Maiorino ordinatos esse constaret: ita vt quī buscunque locis duo essent Ep̄i, quos dissen- sio geminasset, eū confirmari vellet qui fuis- set ordinatus prior, alteri autē eorum plebs alia regēda prouideretur. O virum optimū. O filiū Christianæ pacis, & patrē Christianæ plebis. Conſerte nunc istā paucitatē cum illa multitudine Ep̄orum, neque numerū nume- ro, sed pondus ponderi, cōparate: Hinc mo- destiā, inde temeritatē: Hinc vigilantīā, inde cecitatem. Hic nec māſuetudo integritatem corrupit, nec integritas māſuetudini repu- gnauit: ibi autē & furore timor tegebatur, & ti- more furor incitabatur. Isti. n. conuenerant cognitione verorum criminum falsa respue- re, illi falsorum damnatione vera celare. Il- lis ne se tandem Cęcilianus audiendum iudi- candumq; cōmitteret, cū haberet tales apud quos si ei causa moueretur, innocentīā suā facillime ostenderet: non se in illis omnino cōmitteret, nec si peregrinus ecclesīæ Car- thaginēsis subito Ep̄s esset ordinatus, & igno- raret q̄ ad corrūpendos animos vel impro- borū vel imperitorū posset tunc pernitioſi- sima mulier quædā Lucilla, quā pro discipli- na ecclesiastica corripiendo idē cū esset dia- conus lęserat: et hoc idem accesserat malum ad illam perficiendam iniquitatē. Nam in il- lo concilio, vbi a confesſis traditorib. absen- tes atq; innocētes damnati sunt, pauci quidā erant qui crimina sua infamatis alijs tegere cupiebant, vt hoſes a veritatis inquisitione

auererentur falsis rumoribus auocati. Pauci ergo erant qui hoc negocium maxime cura- bant, quāuis in eis esset maior authoritas pp̄ ipsius Secūdi societate, qui eis pepererat territus. Ceteri autē Lucillæ pecunia maxime aduersus Cęcilianū empti & instigati perhi- bentur. Extant gesta apud Zenophilum con- ſularem, vbi Nundinarius quidam diaconus a Syluano Zertenſi Ep̄o, quātum ip̄sis gestis intelligitur degradatus, eū eis satisfacere per aliorum Ep̄orum literas frustra conatus es- set, multa patefecit iratus, & in iudiciū publi- cū protulit: inter quæ id quoq; cōmemora- tū legitur, q̄ Lucillæ pecunia, corruptis Ep̄is in Carthaginēsi ecclesia in Aphricæ capi- te, altare contra altare leuātū est: Scio q̄ hæc gesta vobis non legerimus, sed t̄ps non fuis- se meministis. Inerat et nonnullis dolor ani- mi de typho superbię veniens, q̄ non ip̄si or- dinauerant Carthagini Ep̄m. Quibus omnib. rebus cum eos non veros iudices, sed inimi- cos atque corruptos Cęcilianus conuenisse cognoſceret, q̄n fieri posset, vt vel ipse vel- let, vel populus cui præsidebat permitteret, vt relicta ecclesia iret in domū priuatam, nō collegarum discutiēdus examine, sed factio- nis cuneo, & odijs muliebribus trucidandus: cum sibi præsertim videret apud ecclesiam transmarinam priuatis inimicitijs, & ab vtra- que dissensione aliēnam, incorruptū & inte- grum examen suæ causæ remanere. Vbi si ni- hil aduersarij agere vellent, ip̄si se ab orbis terrarū innocentissima cōione præciderent. Si autē illic eū accusare tentassent, tunc sibi ad- esset, tunc innocentīā suam aduersus eorum machinamēta defenderet, sicut postea factū esse didicistis. Cum tñ illi nimis sero quæſi- sent iudiciū transmarinum iā schismatis rei, iā leuati altaris horrendo scelere maculati. Primo. n. facerent si veritate niterētur, sed fal- sis rumorib. t̄pis diuturnitate firmatis, quasi vetusta fama præiudicante ad iudiciū venire noluerunt. Aut (q̄ magis credendum est) dā- nato prius, sicut libuit, Cęciliano, quasi secu- ri sibi videbantur præſidentes numero suo, nec audentes alibi commouere causam tam malam, vbi nulla corruptione operante pos- set veritas inueniri. Sed posteaquā ip̄sis reb. experti sunt cū Cęciliano permanere cōio- nē orbis terrarū, & ad eum a transmarinis ec- clesijs cōicatorias literas mitti, non ad illum quem

quem ip̄si scelerate ordinauerant, puduit eos semper tacere, quia posset eis obijci, cur pa- terentur ignarā per tot gentes ecclesiam cōi- care damnatis. Et cur se ip̄si ab innocētis or- bis terrarum cōione præciderent, cū tacen- do sinerent Ep̄o, quem Carthaginēsis. ordi- nassent a toto orbe non cōicari? Elegerunt, sicut d̄r, ad duas fraudes agere causam cum Cęciliano apud ecclesias transmarinas, para- ti ad vtrunq; , vt si eū potuissent quacunque versutia falsa criminationis euincere, fatia- rent plenissime cupiditatē suam. Si autē non possent, in eadē quidē peruerſitate durarent, sed iā tñ quasi haberent q̄ dicerent malos iu- dices se esse peſſos, q̄ vox est omnīū ma- lorū litigatorū, cū fuerint et manifestissima veritate superati. Quasi non eis ad hoc dici posset & iustissime dici: Ecce patemus illos Ep̄os qui Romæ iudicant, non bonos iudi- ces fuisse, restabat adhuc plenarium ecclesīæ vniuersæ conciliū, vbi et cum ip̄sis iudicibus causā posset agitari, vt si male iudicasse con- uicti essent, eorum sn̄a soluerentur. Quod vtrum fecerint probent. Nos. n. non factum esse facile probamus, ex eo q̄ totus orbis nō eis cōicat: Aut si factum est, et ibi sunt victi, q̄ ipsa eorum separatio manifestat. Sed tamē quid postea fecerint, Imperatoris literis suf- ficientissime ostenditur. Iudices. n. ecclesia- sticos tantę authoritatis Ep̄os, quorū iudicio & Cęciliani innocentia & eorū improbitas declarata est, non apud alios collegas, sed apud Imperatorē accusare ausi sunt, q̄ male iudicauerunt. Dedit ille aliud Arelatenſe iudi- cū, aliorū, s. Ep̄orum, non quia iam necesse erat, sed eorū peruerſitatibus cedens, & om- nimo dō cupiēs tantā impudentiā cohibere. Neq; n. ausus est Christianus Imperator sic eorum tumultuosas & fallaces querelas ſu- scipere, vt de iudicio Ep̄orum, qui Romę se- derant ip̄se iudicaret, sed alios, vt dixi, Ep̄os dedit, a quib. tñ illi ad ipsum rursū Impera- torem prouocare maluerunt. Qua in re illos quē admodum detestetur audistis, atq; vtrū saltē ip̄sus iudicio infantiſimis animositati- bus suis sinē potuissent, atq; vt eis ip̄se cessit, vt de illa causā post Ep̄os iudicaret, a sanctis antistib. postea veniā petiturus, dum tñ illi q̄ vltius dicerent non haberēt, si eius sn̄a nō obtēperarent, ad quē ip̄si prouocauerunt, sic & illi aliqñ cederent veritati. Iuſſit. n. ille ut

ei partes ad agendā causam Romā occurre- rēt. Quo cū Cęcilianus nescio qua causa, nō occurrisset, interpellatus ab eis, præcepit vt Mediolanū sequerentur. Tunc se aliqui eo- rum subtrahere cęperunt, fortasse indignati, quia non est eos imitatus Constantinus, vt iā statim atq; velociter Cęcilianū dānaret ab- sentem. Quod vbi cognouit prouidus Impe- rator, reliquos ab officialib. custoditos fecit Mediolanū peruenire. Quo cū et Cęcilianus peruenisset, ipsum quoq; sicut scripsit, exhibuit, cognitaq; causa, qua diligentia, qua cau- tela, qua prouisione, sicut eius iudicant lite- ræ, Cęcilianū innocentissimū, illos impro- bissimos iudicauit. Et adhuc baptizant extra M ecclesīā, & si possint, rebaptizant ecclesiam, sacrificant in dissensione, & schismate, & pa- cis noīe populos salutāt, quos a pace salutis exterminant, cōscindiē vnitas Chr̄i, blasphe- matur hæreditas Christi, exufflant baptisma Christi: & nolūt in se ista per ordinarias hu- manas p̄ates flagellis t̄palib. emēdari, ne in- gternas p̄nas p̄ t̄tis sacrilegijs destinentur. Nos eis obijcimus furorē schismatis, rebapti- zationis insanīā, ab hæreditate Xpi, q̄ per oēs gentes diffusa est, nefariā separationē. De co- dicib. non tñ nostris, sed et eorū recitamus ecclesias, quarū noīa hodie legunt, & quib. hodie non cōicant. Quæ cū recitantur in cō- uenticulis eorū, lectorib. suis dicunt: Pax te- cū: & cū ip̄sis plebib. quibus illæ literæ scri- ptæ sunt, pacē non habent: Et ip̄sis nobis ob- ijciunt vel falsa crimina mortuorū, vel et si vera, tñ aliena, non intelligentes in ijs q̄ nos eis obijcimus oē illos teneri: in ijs quē nobis obijciunt, paleā vel zizaniā mēsis dñicæ reprehendi, ad frumenta autē crimen nō per- tinere: neq; considerantes, quia quibus malī placent in vnitate, ip̄si cōicant malis: quib. au- tē displicent, & eos emendare non possunt, A neque ante t̄ps mēsis audent zizania eradi- care, ne simul eradicent & triticū, non factis eorū, sed altari Christi cōicant: ita vt non so- lū non ab eis maculentur, sed et diuinis ver- bis laudari prædicariq; mereatur, q̄m ne no- mē Christi per horribilia schismata blasphe- metur, pro bono vnitatis tolerant, q̄ pro bo- no æquitatis oderunt. Si habēt aures, audiāt, q̄ spiritus dicat ecclesijs. Sic. n. in Apocaly- p̄si Ioannis legitur: Angelo, inquit, ecclesīæ Apoc. 2. Ep̄hesi scribe: Hæc dicit qui tenet septem stellas

parebat intentio. Itaq; libere pro sui cuiusque animi motu immoderare loquentiu omnia strepitu turbabantur, nec euincere siue nos siue ipse rogando, interdum etiā obiurgādo potuimus, vt nobis modestū silentiū praeberet. Res tamen vtcunq; agi cēpta est, & aliquot horas alterno sermone protraximus, quantum vocibus interquiescentibus varie tumultuatiū sinebamur. Sed in ipso disputationis exordio, cū videremus ea, quae dicebantur subinde labi de memoria vel nostra vel eorū, quorū salutē maxime curabamus: & vt esset nobis cautior modestiorq; tractatio, simul vt & vos atq; alij fratres, qui absentes erāt, quid inter nos actū esset, legēdo cognosceretis, postulauim⁹, vt a notarijs verba nostra exciperent: vbi diu ab illo vel ei cōsentientibus reluctatū est, postea tñ ipse concessit. Sed notarij qui aderāt, atq; id strenue facere poterant, nescio qua causa excipere noluerūt. Egimus saltē vt fratres, q; nobiscū erāt quanq; in hac retardius possent, exciperēt, pollicētes nos ibi eadē tabulas scripturos. Cōsensum est. Cēperūt verba nostra excipi, & aliqua abinucē ad tabulas dicta sunt. Postea inordinatas perstreptentiū interpellationes, & propterea nostrā quoq; turbulantiore disputationē notarij non valētes sustinere, cesserūt, nobis sanē nō desistētib; & vt cuiq; facultas dabatur, multa dicētib;. Ex quibus oibus verbis nostris quantum recordari potui, causā totius actione dilectionē vestrā fraudare nolui. Potestis. n. ei literas meas legere, vt vel ap; p; bet vera me scripsisse, vel ipse vobis, si qd melius recolit, incūctāter insinuet. Primo. n. vitā nostrā, q; vobis beneuolentius fortasse q; verius narratib;. se cōperisse dicebat p̄dicare dignat⁹ est, adiūgēs se dixisse vobis nos oīa q; de nobis insinuaretis bene facere potuisse, si i ecclesia faceremus. Deinde q̄rere cēpimus, quenā illa eēt ecclesia, vbi uere sic oporteret, vtrū illa q; sicut sc̄ta tātō ante scriptura p̄dixerat, se terrarū orbe difunderet, an illa quā pars exigua vel Aphrorū vel Aphricae cōtineret. Hic primo asserere conatus est vbiq; terrarū esse cōionē suā. Quarebā vtrū epistolas cōicatoris, quas formatas dicimus, posset quō uellē dare, & affirmabā quod manifestū erat omnib;. hoc mō facillime illā terminari posse quæstionē. Parabā aut; vt si cōsentiret, ad illas ecclesias a

Strenue pro celebriter.

K

L

nobis tales literæ mitterentur, quas in Apostolicis auctoritatibus pariter legeramus illo iā tpe fuisse fundatas. Sed quia res aperte falsa erat permixtis verbis cito inde discessum ē; inter quae verba Euangelicā illā dñi admonitionē commemorari, qua dixit: *Cauete a pseudoprophetis, multi ad vos veniēt in vestitu ouiu, intus at sunt lupi rapaces.* Ex fructibus eorū cognosceatis eos. Quae verba domini cū diceremus eadē de illis a nobis posse recitari, ventū inde est ad exaggerationem persecutionis, quā saepe suā partē pertulisse dicebat, hinc volens ostēdere suos esse Christianos, quia persecutionē paterentur. Inter quae verba cū ego paratē ex Euangelio respōdere, idē capitulū cōmemorauit prior, vbi dñs ait: *Beati qui persecutionē patiuntur p̄ iustitiā, qm̄ ipsorū est regnū celorum.* Quo loco ego gratulatus, subieci statim, id ergo esse quarendū, vtrū illi persecutionē propter iustitiā passi fuerint. In qua quæstione discuti cupiebā; quod quidē omnib;. clarū erat vtrū vos in vnitāte ecclesiae constitutos, an schismate iā diuisos, Macariana tēpora inuenerint, vt qui videre vellēt, vtrū p̄pter iustitiā persecutionē passi fuerint: id potius attendere, vtrū se recte a totius orbis vnitāte p̄ciderint. Quod si iniuste fecisse inueniretur, manifestū esse eos propter iniustitiā potius, q; p̄pter iustitiā passos p̄secutionē: & iō numero beatorū adiungi nō posse, de quib; dictū est: *Beati qui persecutionē patiuntur p̄ iustitiā.* Ibi cōmemorata est famosior quā certior codicū illa traditio. Sed rñdebatur a partibus nostris, Principes illorū potius fuisse traditores. Qd si in hac re nostrorum literis nollēt credere, nec nos cogi oportere vt literis credamus ipsorū. Sed tamen sequēstrata ista dubia quæstione quærebā quō se isti iuste separassent ab innocētia ceterorum Christianorum, qui per orbē terrarū successione ordinem custodientes, in antiquissimis ecclesijs constituti, penitus ignorarent, qui fuerint in Aphrica traditores, qui certe nō possent cōmunicare, nisi eis quos sedere in sedibus Episcopalibus audiebāt. Rñdit tā diu trāsmarinarū partiū ecclesias māssisse in nocentes, donec cōsensisset in eorū sanguinē quos Macarianā persecutionem pertulisse dicebat. Vbi ego possem quidē dicere, nec inuidiā Macariani temporis innocentiam

Mat. 7.

M

Mat. 5.

A

trans-

transmarinarum ecclesiarū contaminari potuisse, qñquidem nullo modo probare illis auctoribus fecisse ēt quae fecerat. Sed de cōpendio quærere malui, si Macarij sc̄uitia, ex quo in eā cōsensisse dicebantur transmarinae ecclesiae, suā innocentiam prodiderūt, vtrū saltē probaretur vsq; ad illa tēpora Donatitas cū Orientalib;. ecclesijs ceterisq; orbis partiū in vnitāte māssisse. Tunc protulit quod dā volumen, vbi volebat ostendere Sardicēse conciliū ad Ep̄os Aphros qui erant cōionis Donati, dedisse literas. Quod cū legeret audiuimus Donati nomen inter ceteros Ep̄iscopos, quib; illi scripserant. Itaq; flagitare cēpimus vt doceretur, vtrū ipse esset Donatus, de cuius parte isti cognominātur: fieri. n. potuisse, vt alicui Donato alterius hāresis Ep̄o scripserint, cū maxime in illis nominib;. nec Aphricae mentio facta fuerit. Quō ergo posset probare Donatū partis Donati Ep̄m nomine illo accipiendū esse, qñ ne id quidē p̄bare posset, vtrū ad Aphricanarū specialiter ecclesiarum Ep̄os illa litera missa fuerint? Quanq; n. Donati nomen Aphrū esse soleat, non tñ repugnaret a vero, vt vel partium illarū aliquis vocaretur noīe Aphro, vel aliquis Apher in illis partibus constitueretur Ep̄s. Neque. n. in eis vel diem vel consulem inuenimus, vt saltē consideratis tēporib;. certi aliquid eluceret. Sanē qm̄ nescio qñ audieramus Arrianos, cū a cōione catholica discrepassent, Donatistas in Aphrica sibi focia re tēfasse, ad aurē mihi hoc ipsum frater Alipius suggessit. Tunc accepto ipso volumine, eiusdē concilij statuta cōsiderans, legit Athanasium Ep̄m Alexandrinū catholicū, cuius maxime aduersus Arrianos acerrimarū disputationū conflictis eminuit, & Iulium Ecclesiae Romanae ep̄m nihilominus catholicū, illo concilio Sardicensi fuisse improbatos. Vnde apud nos constitit Arrianorū fuisse cōciliū, quib; isti ep̄i catholici vehementissime resistebant. Itaq; ad diligentiorē ēt tēporū disquisitionē volumus ipsum volumē accipere atq; auferre nobiscū. Qui noluit dare dicens, ibi nos habere illud qñ aliquid in eo considerare uellemus. Rogauī ēt vt manu mea notari permitteret: fateor timēs ne mihi forte causa exigente, cū petendū esset, pro illo aliud proferretur, neq; hoc voluit. Deinde mihi cēpit instare, ut ad interrogationē suā breuiter rñ-

derē, q̄rens a me quē iustū putarē, eum qui persequeretur, an eū qui persecutionē pateretur. Cui rñdebā, non recte ita interrogari. Fieri. n. posse, ut ambo iniqui sint, fieri ēt posse vt iniquiorē persequatur. Nō ergo esse cōsequens, ut ideo sit quisq; iustior, quia persecutionē patitur, quāuis id plerunq; iustiori cōtingat. Deinde cū uiderē in hoc eū multū immorari ut iustitiā suae partis ex eo certam vellet intelligi, quia persecutionē passa fuerit, q̄siui ab eo, vtrū iustū & christianū putaret Ep̄m Mediolanensis ecclesiae Ambrosiū. Cogebatur utiq; negare q̄ ille uir christianus esset & iustus, quia si fateretur, statim obijceremus q̄ eū rebaptizandum esse cēseret. Cum ergo eloqui cogeretur, quibus ille nō esset habendus Christianus & iustus, cōmemorauī, quantā persecutionē perulerit, circundata ēt militibus armatis ecclesia. Quæsiui ēt, vtrū Maximianū, quia & is apud Carthaginē schisma fecerat, & iustū & Christianū putaret. Non poterat nisi negare. Cōmemorauī ergo ēt illū talē persecutionē pertulisse, ut ecclesia eius usq; ad fundamenta dirueretur. His igitur exemplis ei si possem persuadere moliebar, ut iā desineret dicere persecutionis perpersionē christianae iustitiae certissimū esse documentū. Narrauit ēt in ipsa schismatis nouitate maiores suos cū cogitarent culpā Cēciliani, ne schisma fieret, quoquo modo uelle sopire, dedisse quēdā interuentorē populo suae cōionis apud Carthaginē constituto, anteq̄ Maiorinus aduersus Cēcilianū ordinaretur. Hunc ergo interuentorē in suo cōuenticulo a nostris dicebat occisū. Qd (fateor) nunq; antea profus audierā cū tā multa ab eis obiecta crimina refellerent, & redarguerent a nostris, atq; in eos plura & maiora iacerentur. Sed tñ posteaq; hoc narrauit, rursus a me instāter cēpit q̄rere quē iustū putarē esse qui occidit, an eū qui occisus esset, quasi iā mihi probauisset, ita ut narrauerat esse cōmissum. Dicebam ergo prius, vtrū uerū esset, esse quendū. Nō. n. temere credi oportere quicunq; dñr, & tñ fieri potuisse, ut uel ambo aequē mali essent, uel ēt peiorem quisquā malus occideret. Reuera. n. fieri potest, ut sceleratior sit rebaptizator toti⁹ hoīs, quā solius corporis interemptor. Vnde ēt illud, quod a me postea quæsiuit, iā quæredū non erit. Ait. n. ēt malū non debuisse occidi a

Chri-

B

C

D

E

Christianis & iustis, quasi nos eos q̄ hęc in catholica faciunt, iustos vocemus, q̄ tñ nobis ab istis dici facilius q̄ probari solent, cum tā multas violētissimas cędes & strages pleriq; ipsorū & Ep̄i & psbyteri & quilibet clerici congregatis turbis hominū furiosissimorū, non catholicis tñ, sed nōnunquā ēt suis, vbi p̄nt inferre nō cessent. Quę cū ita sint, dissimulans tñ ab sceleratissimis factis suorū, q̄ ipse plus nouit, vrgebat vt dicerē. Quis iustorū vel malū aliquē occideret? Quod ēt si ad causam iā non pertinebat, fatebamur. n. hęc vbi cunq; sub noīe Christiano fierent, nō fieri à bonis, sed tñ vt admoneretur quid esset q̄rendū r̄dimus, q̄rentes vtrū Helias iustus ei videretur fuisse. Quod negare non potuit. Deinde subiecimus q̄ multos pseudopphetas sua manu peremerit. Hic reuera vidit, q̄ videndū erat, alia licuisse tunc iustis. Hęc. n. prophetico spiritu autoritate Dei faciebāt, qui proculdubio nouit, cui ēt profit occidi. Exigebat ergo vt docerē iā noui testi tēporibus, qui iustorū aliquē occiderit, ēt sceleratū & impiū. Tunc reditū est ad superiorē tractatū, quo volebamus ostendere, neq; nos illis debere obijcere suorū scelera, neq; illos nobis, si qua inuenirentur talia facta nostrorum. De nouo. n. testō ostendi quidem non posse, q̄ iustus quisquam interfecerit aliquem, sed tñ illud probari posse ipso exemplo dñi, sceleratos ab innocentibus fuisse toleratos. Traditorem. n. suū, qui iam pretiū eius acceperat, vsq; ad vltimū pacis osculum inter innocentes secū esse perpessus est. Quib. nō tacuit esse inter illos tanti sceleris hominē, & tñ primum sacrm corporis & sanguinis sui, nondū illo excluso cōiter omnibus dedit. Quo exēplo cum prope oēs mouerentur, tērauit dicere, ante passionē dñi cōionem illam cū scelerato non obfuisse Apostolis, quia nondū habebant baptismū Christi, sed baptismū

Non occidit iustus

H Ioannis. Quod postea q̄ dixit, cępi ab eo q̄rere, quēadmodum ergo scriptum esset, q̄ Iesus baptizauerit plures q̄ Ioannes, cum ipse nō baptizaret, sed discipuli eius, hoc est, per suos discipulos baptizaret. Quō ergo dabāt quod non acceperant? quod ipsi maxime solent dicere. An forte Christus baptismō Ioannis baptizabat? Deinde in hac sn̄ia multa q̄ siturus eram, quō ab ipso Ioanne tunc quęsitum sit de baptismō dñi, & respōderit q̄ ille

haberet sponsam, & ille esset sponsus. Nunquid ergo fas erat vt baptismō Ioannis baptizaret sp̄s, i. baptismō amici vel serui? Deinde quō poterant eucharistiam accipere nō dum baptizati? aut quō Petro volenti vt totū se lauaret, responderit: Qui lotus est semel, non eū oportet iterū lauari, sed est mundus totus? Perfecta. n. mundatio non in Ioannis, sed in nominis dñi baptismō est, si eo se dignū qui accipit prębeat: si aut̄ indignum, sacramenta in eo non ad salutē, sed ad perniciē permanebunt. Tñ cum ego ista q̄ siturus essem, ēt ipse vidit de baptismō discipulorū dñi non sibi fuisse quęrendum. Inde itum est in aliud, multis vt poterant vtrinque sermocinātibus: inter quę dictum est, q̄ adhuc eos nostri persecuturi essent nobisq; dicebat, videre se velle quales nos essemus in illa persecutione prębituros, vtrū consensuri essemus tali sequitā, an nullum cōmodaturū consensum. Nos dicebamus Deū videre corda nra, quę ipsi non possent. & illos temere adhuc ista metuere, q̄ si contigerint, à malis contingere, quibus deteriores ipsi habent: nec tamē ideo nos à catholica cōione segregare debere, si quid forte nobis inuitis, vel etiam, si valuerimus, contradicentibus factum fuerit, cū tolerantiam pacificam didicerimus, dicente Apostolo: Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Quā pacē atq; tolerantia, illos non tenuisse dicebamus, qui schisma fecerunt, vt nūc inter suos qui mitiores eorum sunt grauiora tolerent, ne scindatur quod scissum est cū leuiora nollent pro ipsa vnitatem tolerare. Dicebamus ēt nondū fuisse tēporibus veterū pacē vnitatis, & tolerantia tanta cōmendatione prędicatam, sicut exēplo dñi & noui testamenti charitate: & tñ Prophetas illos & sanctos viros dicere solere in populū scelera eorū, cum tñ se ab illius populi vnitatem & cōione pariter accipiendorū sacramentorū, quę tunc fuerunt, diuellere non tentassent. Inde nescio quō ventū est ad cōmemorationem beatę memorię Genethlij Episcopi, q̄ nescio quam constitutionem datam contra illos cōpresserit, & effectum habere non siuerit. Laudabant illum oēs & benignissime pręferabant. Inter quas laudes à nobis subiectum est, quod etiam ipse tamē Genethlius, si in eorum manus incidisset rebaptizandus

cen-

conferetur. Et hęc iā stātes loquebamur, quia discedendi tēpus vrgeret. Ibi planē ille senex dixit, iā formā esse factā, vt quisquis ad eos si deliū à nobis venerit baptizetur, quod eum inuitū & cū dolore animi dicere, quātū poterat apparebat sanē: cū ēt ipse multa mala suorū apertissime gerneret, atq; oñderet, q̄ totius ciuitatis eius testimonio probabat, q̄ esset remotus à talibus factis, & quę ipsis suis dicere soleat modesta conuersione proferret, nosq; commemoramus illud Ezechielis Prophetę, vbi aperte scriptū est: Nec filij culpā patri, nec patris culpā filio eis imputādā: vbi dictū est: Sicut. n. anima patris mea est, ita & anima filij mea est: Anima enim, quęcunq; peccauerit sola morietur: placuit omnib. in talibus disputationibus violenta facta malorū hominum nobis abinuitē obijci nō debere. Remanebat ergo schismatis q̄stio. Itaque hortati eū sumus, vt etiā atq; etiā placido atq; pacato animo annitatur nobiscū, vt diligenti examinatione tanta inquisitio terminū simat. Vbi ille benigne cū diceret, nos solū ista querere, nolle at̄ nostros hęc q̄ri, ea facta pollicitatione discessimus vt exhiberemus ei plures collegas nostros, certe vel decē, qui tanta beneuolentia & lenitate, & tā pio studio id quari vellent, quantū in nobis eum iā animaduertisse atq; approbare sentiebamus. Hoc ēt de suorū numero & ipse pollicitus est. Vñ vos hortor & obtestor per dñi sanguinē, vt eū promisi sui cōmoneatis & grauius instetis vt res cępta peragat, quā propē ad finē peruenisse iā cernitis. Quantū. n. arbitror, difficillime potestis iuuenire in Episcopis vestris tā vtilem animū, & volūtamē q̄ in isto senex perspeximus. Postero enim die ipse ad nos venit, & hęc iterū q̄rere cęperamus. Sed quia ordinandi Xpi necessitas nos inde iamāq; rapiebat, diutius cū illo esse nequiuimus. Iā. n. miseramus ad Maiorem Cęlicolarū, quē audieramus noui apud eos baptismi institutorē instituisse, & multos illo sacrilegio seduxisse, & cū illo quantū ipsius tēporis patiebant angustia, aliquid, loqueremur: Quē postea q̄ venturū comperit, vidēs nos aliud suscepisse negociū: cū & ipsum nescio quę necessitas professionis vrgeret, benigne à nobis placideq; discessit. Videtur aut̄ mihi, vt turbulētus turbas, & impedimentum potius quam adiumentū afferētes

omnino deuitemus, & vere ex animo amico atq; trāquillo susceptū tā magnū negocium dño opitulante peragamus, ad aliquā villā nos cōuenire debere nō magnā, vbi nullius nostrū esset ecclesia: quam tñ villā cōmuniter possidēt homines & nostrę cōmunionis & ipsius sicuti est villa Titiana. Siue ergo in Tuburicēsi, siue in Tagastensi talis locus, vel ille quē cōmemorauit, vel aliquis alius inuēntus fuerit, faciamus codices canonicos pręstito esse. Et si quā proferri poterint ex vtraq; parte documēta, vt postpositis cęteris, nulla si dño placuerit interpellāte molestia, quotquot dieb. poterimus ad hoc vacantes, & vnusquisq; nostrū apud suū hospitē dñm deprecātes, adiuuante ipso cui pax Christiana gratissima est, rē tātā, & bono animo cęptā ad inquisitionis terminū pducam. Rescribite sanē, qd de hac re vel vobis vel illi videat.

Augustinus Emeritum Donatistā, sed alioqui virum probum & liberaliter eruditū inuitat, vt rñdeat qua iusta causā schisma mouerint. Epistola CLXII.

Desiderabili & dilecto fratri Emerito, Augustinus. Ego cū audio quendam, bono ingenio p̄ditū, doctrinisq; liberalibus eruditum quanquā non ibi salus animę constituta sit, tamen in quęstione facillima sentire aliud quā veritas postulat, quo magis miror, eo magis exardesco nosse hominē, & cū eo colloqui: vel si id non possim, saltē literis, quę longissimē volant attingere mentem eius, atq; ab eo vicissim attingi desidero. Sicut te esse audio talē virū, & ab ecclesia catholica, quę sicut sancto spiritu pręnunciata est, toto orbe diffunditur discriptū doleo atq; seclusum, quam ob causam nescio. Nā certum est magnę parti Romani orbis, me dicam etiam, Barbaris gentibus, quibus quoque debitorem se dicebat Apostolus, quorū Christianę fidei cōmunio nostra contextitur ignotā esse partē Donati. Nec eos omnino scire vel qñ, vel quibus causis exorta sit ista dissensio. Quos utiq; omnes Christianos ab eis criminibus, quę Aphris obijcitis, nisi innocētes esse fatearis, cogere dicere omnium male factis obnoxios, cū apud vos p̄diti (vt mitius dixerim) lateant, vos oēs esse pollutos. Non enim neminem, de uestra cōmunionem pellitis:

2. retr. cap. 42. § 51.

pellitis: aut tunc primū pellitis, cum primū illud vnde pellendus est fecerit, an nō aliquāto tēpore latentē, & postea proditū cōiuctū que damnatis? Quāro igitur, vtrū vos contaminauerit eo tempore quolatebat? Respondetis, nullo modo. Nullo ergo tempore cōtaminaret, etiam si semper id lateret. nam & mortuorū nonnulla sēpe commissa produntur, nec fraudi est Christianis, qui eis cōmunicauere viuētibus. Cur ergo vos tam temeraria atq; sacrilega direptione præcidistis à cōmunionē innumerabiliū ecclesiarū Oriētalium, quas semper latuit, & adhuc latet qđ in Aphrica gestum esse aut docetis aut fingitis? Alia enim quæstio est, vtrum illa vera dicatis, quæ quidē nos multo probabilioribus documentis falsa esse conuincimus, & in vestris magis ea ipsa quæ obijcitis, tūc probata declaramus. Sed hæc (vt dixi) alia quæstio est tunc aggredienda & discutienda cū opus fuerit. Illud nunc attendat vigilantia mentis tuæ neminē contaminari posse ignotorū ignotisq; criminibus. Vnde manifestū est à cōmunionē orbis, cui seu falsa seu vera crimina, quæ Aphris intenditis, prorsus ignota sunt, & ignota semper fuerunt, sacrilego schismate vos esse separatos: quanquā & illud non est tacendū, etiam cognitos malos bonis nō obesse in ecclesia, si eos à cōmunionē prohibendi aut potestas desit, aut aliqua ratio cōseruandæ pacis impediatur. Qui sunt enim qui apud prophetā Ezechielē, & ante vastationē perditorū signari meruerūt, & cum illi vastarentur euadere illēsi, nisi, vt ibi manifestissime ostenditur, qui mærent & gemūt peccata & iniquitates populi Dei, qđ fiunt in medio eorum? Quis aut quod ignorat, gemit & meret? Ex eadem ratione etiam Paulus Apostolus falsos fratres tolerat. Non enim de incognitis ait: Omnes sua quærent, non quæ Iesu Christi, quos tamē secum fuisset manifestat. Ex quo autem genere sunt qui vel thurificatē idolis vel codices diuinis tradere quam mori maluerunt, nisi ex eorū qui sua quærent, non quæ Iesu Christi? Multa testimonia scripturarum prætereo, ne longiorem quam necesse est epistolam faciam & eruditioni tuæ plura per te ipsum consideranda permitto. Quod tamen satis est, video. Obsecro si tam multi iniqui in vno populo Dei, eos quos contestabantur nō fecerunt tales, quales ipsi erāt si multitudo illa falsorum fratrum Apostolum Paulū in vna cum eis ecclesia constitutum non fecit sua quærentē, non quæ Iesu Christi manifestum est non hoc effici hominem, quod est malus quisquam, cum quo ad altare Christi acceditur etiā si nō sit incognitus, si tantum non approbetur, & à bona cōsciētia displicendo separetur. Manifestū est igitur non esse aliud cum fure cōcurrere, nisi vel furari cum eo, vel furtum eius cordis placito accipere. Hoc nos dicimus, vt quæstiones infinitas atq; superfluas de factis hominū, quæ rationem nostram nihil impediunt, feramus. Sed & vos nisi hoc sentiat, tales eritis oēs qualis Optatus in vestra cōmunionē vobis non ignorantibus fuit. Quod absit ab Emeriti moribus aliorumq; talium, quales apud vos esse non dubito longe à factis illius alienos. Neq; n. vobis obijcimus, nisi schismatis crimen, quā etiā hæresim male perseuerādo fecistis. Quāti autē diuino iudicio pendatur hoc facinus, lege quod te legisse non ambigo. Inuenies Datan & Abiron hiatu terræ deuoratos, ceterosq; omnes qui eis cōsenserant igne de medio eorum existente consumptos. Illud ergo scelus ad exemplum deuirandi dominus Dei præsentis supplicio denotauit, vt cum talibus patientissime parcat, quali vltimo iudicio referuet ostenderet. Neq; n. reprehendimus rationes vestras, si eo tempore quo vestra fana potentia furore iactabatur Optatus, cū eius accusator esset totus Aphrica gemitus cogemiscens vobis: si tamen talis es, qualem te prædicat fama, qđ scit Deus me & credere & velle. Nō ergo reprehendimus si eo tempore, ne multos se cum excommunicatos traheret, & cōmunionem vestrā schismatis furore præcideret, eum excommunicare noluitis, sed hoc ipsum est quod vos arguit in iudicio Dei frater Emerite, quod cū videritis tam magnum malū esse, diuidi partem Donati, vt Optatus potius in cōmunionem tolerandus existimaretur, quam illud admitteretur, permanetis in eo malo quod in diuidenda ecclesia Christi à vestris maioribus perpetrātū est. Hic fortasse respondēdi angustia tentabis defendere Optatum. Noli frater, noli obsecro, non te decet, & si aliquid alium forte deceat, si tamen quicquā decet malos, Emeritum certe non decet defendere

Phil. 2.
Thurificati.
Libellari.

F

fendere Optatum, sed fortasse nec accusare. Ita sit sanē. Vtere voce media & dic, Vnusque que farcinam suam portat. Tu quis es qui iudicas seruum alienū? Si ergo ad testimoniū totius Aphricæ immo vero terrarum oīum quaqua verum Gildonis fama feruebat (simul. n. & ille notus erat) non ausi estis vnquā de Optato iudicare, ne temere de incognitis iudicaretis, nos tandē possumus aut dēmus de ijs qui ante nos vixerunt, ad vestrum timore testimonium temerariam de incognitis ferre sniam, vt parum sit quod vos ignota criminamini, nisi & nos ignota iudicamus? Non. n. Optatum & si forte falsa periclitat in uidia, sed te defendis cum dicis, Ignoro qualis iste fuerit. Quantomagis ergo quales fuerunt Aphri, quos ignotiores arguis, Orientalis orbis ignoratā quib. tñ ecclesijs quarum nomina hēs in libris & recitas, nefaria diffensione disiungis. Si tum Mugadēsem Ep̄m vestrum famosissimum & pessime diffamatum, nō dico Cæsariēsis, sed Sitifensis collega eius eiusdēq; tps ignorabat quō traditores Aphros, quicūq; illi fuerint, ecclesia Corinthiorum, Ephesiorum, Colossensium, Philippensium, Thessalonicensium, Antiochenorū, Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, cararumq; orbis partium ab Apostolis in Christo ædificatū, aut nosse potuit, aut dānari à vobis meruit, qđ nō potuit, & tñ eis non cōicatis, & dicitis non esse Christianos, & eos rebaptizare conamini. Quid dicam? qđ quærar? aut qđ exclamem? Si cum hoīe cordato loquor, indignationis huius aculeos tecū participo. Nā vides profecto qđ dicerē si velle dicere. An forte fecerūt inter se maiores vestri conciliū & dānauerunt præter se totum orbem Christianum? Ita ne ad hoc perducta est rerum existimatio, vt conciliū Maximianensium qui de vestra præcisione præcisi sunt, quia vobis cōparati paucissimi sunt, non valeat aduersus vos, & vestrū concilium valeat aduersus gentes, hæreditatem Christi & possessionē eius terminos terræ? Miror si habet in corpore sanguinē, qui de hac re non erubescit. Rescribe ad ista quæso. A nonnullis. n. quib. non potui nō credere, audiui te rescripturū si tibi scriberē. Iā. n. pridē misi vnam epistolā qđ vtrum acceperis vel ei responderis & forte ego tuā non acceperim, nescio. Nunc interim peto ad hæc respondere ne graueris, quod tibi vi-

Rom. 14.

G

Nom. 16

H

H

detur. Sed noli te in alias tollere quōnes. Hinc enim caput est ordinatisimæ inquisitionis, cur schisma factum sit. Nā & terrenæ ptates cum schismaticos psequunt, ea regula se defendunt, qua dicit Apostolus: Qui ptati resistit, Dei ordinationi resistit, Qui aut resistit, ipsi sibi iudiciū acquirūt. Principes. n. nō sūt timori bono operi sed malo. Vis aut non timere ptatem? Bonum fac & habebis laudem ex illa. Dei. n. minister est, tibi in bonū. Quod si malum feceris, time. Non enim frustra gladiū portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui male agit. Tota igitur qđ est, vtrū nihil mali sit schisma, aut vtrum schisma nō feceritis, pro bono opere potestatis. resistatis, non pro malo, vnde vobis acquiratis iudicium. Propterea prouidentissime dñs nō ait: Beati qui persecutionē patiunt tñ, sed addidit, pp iustitiam. Si ergo iustitia est, quā operati estis in illa diffensione, in qua etiam permanetis, fm ea qđ supra dixi, nosse abs te cupio. Si aut iniquitas est orbem Christianum damnare inauditum, vel quia non audiunt qđ vos audistis, vel quia non ei probatum est, qđ temere credidistis, aut sine certo documento accusastis & iō rebaptizare velle tot ecclesias ipsius domini, cum hic adhuc esset in carne, & Apostolorū eius prædicatione ac labore fundatis. quia vobis licet, aut nescire Aphros collegas vestros malos simul viuētes, simul sacramēta tractātes etiam scire, sed tolerare, ne pars Donati diuidatur, illis autē in orbe remotissimo constitutis, nō licet nescire quod vos de Aphris aut nostis, aut creditis, aut audistis, aut fingitis, quæ tāta est peruersitas amplecti suam iniquitatem, & ptatū accusare seueritatem? At. n. & malos Christianis nō licet persequi. Esto nō liceat, sed nunquid hoc ptatib. ad hoc ipsum ordinatis, fas est obicere? An Apostolū debebimus? Aut nō hnt codices vestri quæ paulo ante commemorauit? Sed vos, inquit, talib. cōmunicare non debetis. Quid ergo? Vos Flauiano quondā vicario partis vestræ hoī, quia legib. seruiens, nocentes quos inuenerat occidebat, nō cōicastis? Sed à vobis, inquit, Romani principes aduersum nos prouocantur. Immo à vobis aduersum vos ipsos, qui ecclesiā, cuius illi ficut tanto ante prædictū est, iā membra sunt de Christo. n. dictū est: Et adorabunt eū oēs reges terræ, & præcisione laniare ausi estis, Aug. Tomus secundus. Ff &

Rom. 13.

Matt. 5.

K

psal. 71.

et rebaptizare pertinaciter audetis. Nostri autem aduersus illicitas & priuatas uestrorum uoluntates, quas & vos ibi, quae talia non facitis, dolentis & gemitis, a patribus ordinatis tuitione petunt, non qua uos persequantur, sed qua se defendant. Sicut Apostolus Paulus aduersus Iudaeos coniuuantes ut eum necarent, antequam esset Romanum Imperium Christianum, egit ut sibi tuitione etiam armatarum daret. Sed illi principes qualibet occasione cognoscetes uestri schismatis nefas constituit aduersus uos pro sua sollicitudine ac pietate quod uolunt. Non enim frustra gladium portat, Dei enim ministri sunt vindices in iram in eos qui male agunt. Postremum est si aliquid nostrorum non Christiana moderatione ista faciunt, displicet nobis, sed tamen non propter eos relinquitur Catholica ecclesia, si ea ante ultimum tempus uentilationis a palea purgare non possumus, quoniam & uos propter Optatum, cum eum pellere non auderatis, parte Donati non reliquistis. At enim dicitis quare nos adiungi uobis uultis, si scelerati sumus? Quia uiuatis adhuc & corrigi potestis si uelitis. Cum enim nobis coniungimini, hoc est, ecclesiae Dei, hereditati Christi, cuius possessio sunt termini terrae, uos corrigimini ut in radice uiuatis. De ramis enim fractis sic ait Apostolus: Potens est enim Deus iterum inserere illos. Vos ergo mutamini ex ea parte qua dissentiebatis, quibus sacramenta quae habebatis, cum eadem sint in omnibus sancta sint. Quae propter uos mutari uolumus a peruersitate. id est ut denuo radice uestra praecisio. Nam sacramenta quae non mutatis, sicut habetis, approbant a nobis, ne forte cum uestram prauitatem corrigere uolumus, illis mysteriis Christi, quae in uestra prauitate depreuata non sunt, sacrilega faciamus iniuriam. Neque enim & Saul deprauauerat uocationem quam acceperat, cui uocationi tamen honorem rex Dauid pius Dei seruus exhibuit. Propterea ergo uos non rebaptizamus, qui radicem uobis reddere cupimus, formam tamen praecisi sarmenti si non mutata est, approbamus. Quae tamen quamuis integra, nullo modo est sine radice fructuosa. Alia quod est de persecutionibus, quas uos dicitis pati in tanta mansuetudine & lenitate uestrorum, eum uere illicite ac priuatum uestri faciunt grauiora, alia de baptismo, quod non quaerimus ubi sit, sed ubi proficit. Nam ubicunque est, ipsum est, sed non etiam ille qui hoc accipit ubicunque est, ipse est. Itaque priuatum hominum impietatem

detestamur in schismate, baptismum uero Christi ubique ueneramus, quia si desertores secum Imperatoris signa traducant, illis uel damnatione punitis, uel indulgentia correctis, salua signa recipiunt, si salua manserunt. Si siquid de hac re diligentius quaerendum est, alia est, ut dixi, quod. Hoc enim obseruandum est in his rebus, quod obseruat ecclesia Dei. Quaeritur autem utrum uestra, an uestra sit ecclesia Dei. Quae propter illud quaerendum est a capite, cur schisma feceritis. Si non rescripseris ego apud Deum (quantum credo) facile causam habeo, quae uero, quae audiri excepto schismate bonum & liberaliter instructum, pacificantes literas misi. Tu uideris quid illi respondeas, cuius nunc landanda patientia, in fine uero timida sententia est. Si autem rescripseris ea cura, quae tibi scriptum uides adierit misericordia Dei, ut aliquis error, qui nos dirimit, & amore pacis & ratione ueritatis intereat. Memento quod de Rogatensibus non dixerim, qui uos Firmianos appellare dicuntur, sicut nos Macarianos appellatis. Neque de Rucaresi Episcopo uestro, qui cum Firmo pactus perhibetur in coluinitatem suorum, ut ei portae aperirentur, & in uastationem darentur catholici, & alia innumerabilia. Desine ergo locis communibus exaggerare facta hominum, uel audita uel cognita. Uides enim quae de uestris taceam, ut de origine schismatis ubi tota causa est res agatur. Dominus Deus inspiret tibi cogitationem pacificam desiderabilis & dilecte frater.

Augustinus cum ceteris, per Generosum reipondet cuiusdam Donatistae presbyteri literis, de schismate Donatistarum. Epistola.

Dilectissimo & honorabili fratri Generoso, Fortunatus, Alipius, Augustinus in domino salutem. Quoniam nobis notam esse uolueris Epistolam quam ad te Donatistarum presbyter dedit, quamquam eam in quoque catholico animo deriseris, tamen ut ei potius, si non desperare desipit, consulat, haec ad eum rescripta petimus perferas. Ille enim ordinem Christianitatis ciuitatis uestrae tibi ut insinuaret iussisse sibi angelum scribit, cum tu teneas Christianitatem, non ciuitatis tuae tantum, nec tantum Aphricae uel Aphrorum, sed totius orbis terrae, quae annun-

ciata est & annunciat omnibus gentibus. Unde illi parum est quod praecisos esse non potest, nec sibi subueniunt, ut cum potest redeant ad radicem, nisi est secum alios praecidere, & sicut ligna arida in ignem destinare conent. Quae propter si tibi ipsi angelus alitisset, quem sibi ille propter te alitisse, quantum arbramur, astuta nouitate constringit, & haec ipsa tibi dixisset, quae iste mado illius tibi se insinuare dicit, oporteret te Apostolica sententia memorem fieri qui ait: Licet si nos aut angelus de caelo uobis euangelizauerit praeter id quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Euangelizatum est enim tibi per uocem ipsius domini Iesu Christi, quod omnibus gentibus annuntiabitur Euangelium eius, & tunc finis erit. Euangelizatum tibi est per propheticas, & Apostolicas literas, quod Abraham dicitur sunt promissiones & semini eius, quod est Christus, cum ei diceret Deus: In semine tuo benedicent omnes gentes. Has ergo promissiones tenenti, si tibi angelus de caelo diceret, Dimitte Christianitatem orbis terrae & tene partem Donati, cuius ordo tibi exponitur in Epistola Episcopi tuae ciuitatis, anathema esse deberet, quia te a toto praecidere, & in partem contrudere conaretur, & alienare a promissis Dei. Si enim ordo Episcoporum sibi succedentium considerandus est, quanto certius & uere salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Ecclesiae figuram gerenti dominus ait. Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portae inferorum non uincunt eam, Petro enim successit, Linus, Lino Clemens, Clementi Anacleus, Anacleto Euaristus, Euaristo Alexander, Alexandro Sixtus, Sixto Thelephorus, Thelephoro Iginus, Iginus Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zepherinus, Zepherino Calixtus, Calixto Urbanus, Urbano Pontianus, Pontiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionisius, Dionysio Felix, Felici Eutythianus, Eutythiano Gaius, Gaius Marcellinus, Marcellino Marcellus, Marcello Eusebius, Eusebio Melciades, Melciadi Syluester, Syluestro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius, Siricio Anastasius. In hoc ordine successione nullus Donatista Episcopus inuenitur. Sed extransuerso ex Aphrica ordina-

tum miserunt, qui paucis praesidens Aphris in urbe Roma Motensium, uel Cuzupitarum uocabulum propagauit. In illum autem ordinem Episcoporum, qui ducitur ab ipso Petro usque ad Anastasium qui nunc eandem cathedram sedet, etiam si quisquam traditor per illa tempora subrepisset, nihil praedudicaret Ecclesiae & innocentibus Christianis, quibus dominus prouidens ait de praepositis malis, Quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Ut certa sit spes fidelis, quae non in homine, sed in domino collocata, nunquam tempestate sacrilegi schismatis dissipetur. Sicut isti dissipati sunt, qui legunt in codicibus sanctis, Ecclesias quibus Apostoli scripserunt, & nullum in eis habent Episcopum. Quid autem peruersius & insanius, quam lectoribus eadem Epistolas legentibus dicere, Pax tecum, & ab earum Ecclesiarum pace separare, quibus ipse Epistolae scriptae sunt. Tamen ne sibi etiam de Constantiensibus, hoc est, ciuitatis uestrae Episcoporum ordine blandiatur, recita illa gesta apud Numacium Felicem Flauium procuratorem tunc eiusdem ciuitatis uestrae Diocletiano octauo, & Maximiano septimo, Consulibus. xj. Kalen. Iunias, quibus liquido constitit ita Paulum Episcopum tradidisse, ut Siluanus tunc eius subdiaconus fuerit, & cum illo tradiderit proferens instrumenta dominica, etiam quae diligenter fuerant occulta, capitulatam argenteam, & lucernam argenteam, ita ut ei diceret Victor quidam: Mortuus fueras, si non illas inuenisses. Quae iste Siluanus manifestissimum traditorem pro magno commemorat in Epistola, qua scribit a Secundo Tigestano primae sedis Episcopo Episcopum tunc ordinatum. Quiescat ergo superba eorum lingua, & cognoscat crimina sua, ne delirans loquatur aliena. Recita illi etiam si uoluerit, gesta Ecclesiastica eiusdem Secundi Tigestani in domo Urbani Donati habita, ubi confessos traditores iudici Deo dimisit Donatum Masculinum, Marinum ab Aquis Tibilitanis, Donatum Calamentem, cum quibus confessis traditoribus memoratum traditorem Siluanum eis ordinauit Episcopum. Recita illi gesta, apud Zenophilum consularem, ubi Nundinarius quidam diaconus iratus Siluano, quod ab eo fuerit excommunicatus, haec omnia iudiciis perdidit, quae certis documentis & rationibus testium, & recitatione gestorum & multarum Epistola-

Gala. 1.

Gala. 3. Gen. 12.

Mat. 16. Petrus Ecclesiae totius figuram gerit.

E

Mat. 23.

F

rum luce clarius cōstiterunt. Multa sunt alia quæ illi recites, si non contentiose agere, sed prudenter audire voluerit: Preces Donatistarum ad Cōstantinum, vt pp ipsam causam inter Aphros Ep̄os dirimendā iudices ex Gallia Ep̄os mitteret. Literas et eiisdē Imperatoris, vbi Ep̄os misit ad urbem Romā. Gesta quoq; in vrbe Roma, vbi ab Ep̄is quos ille miserat, cā cognita atq; discussa est. Item quæ alias literas, vbi declarat memoratus Imperator eos apud se de collegarum suorum iudicio, i. Ep̄orum, quos ad urbem Romam miserat, fuisse conuestos, vni etiam alios Ep̄os voluit apud Arelatum iudicare, vbi isti & ab ipsorum iudicio ad eundem Imperatorē appellauerunt, vbi postremo causam inter partes ipse cognouit, vbi eos vehementissime de testatur innocētia Cæciliani fuisse superatos. Quæ si voluerit, audiet, & tacebit, & desinet insidiari veritati q̄ quam nos non tam de istis documētis præsumamus, q̄ de scripturis sanctis vbi hæreditas Christi vsque ad terminos terræ p̄missa est in oībus gētib. vñ isti nephario schismate separati, iactant crimina in paleam messis dñicæ, quæ necesse est vsque ad finē permixta toleret, donec vltimo iudicio tota area venietur. Vnde manifestū est ista crimina seu vera seu falsa nō prinere ad frumenta dñicæ, quæ per totū agrū, i. istū mūdū vsq; in finē sæculi oportet crescere. Sicut nō falsus angelus i huius errore, sed dñs in Euāgelio loquit. Ideo q̄ in Christianos innocentes, qui per totum orbem malis Christianis tanq̄ paleæ suæ vel zizaniis promixti sunt, multa falsa crimina & vana iactantib. his miseris Donatistis merito Deus reddidit, vt Maximianistas apud Carthaginem schismaticos suos Primiani damnatores, extra Primianum baptizatores, post Primianum rebaptizatores vniuersali concilio suo damnarent, vt eorum numero post non paruum tps quosdam in honorib. Ep̄atus sui, Felicianum Mustitanū & prextatū Affuritanum cogēte Optato Gildoniano susceperēt cū oībus quos dānati extra baptizauerūt. Quod si ab eis, quos ore proprio tanquam sceleratos & sacrilegos damnauerunt, & quos illis primis schismaticis, quos viuos terra obruit, comparauerunt, non maculantur, cum eis rursus in honore suo receptis commueant, euigilent aliquando, cogitent quanta cecitate, & quanta

insania dicant, orbem terrarū ignotis Aphrorum criminib. esse maculatum, & hæreditatem Christi, quæ promissa exhibitā est in omnibus gentibus, peccatis Aphrorum per contagionem communicationis fuisse deletam, qñ se nolunt deletos & maculatos videri dū eis cōicant quorum crimina cognita iudicant. Quapp cum Paulus Apostolus iterum dicat, quia ipse Satanas transfiguratur se in angelum lucis, vnde nō esse mirum, si ministri eius transfigurāt se sicut ministros iustitiæ, si verē iste aliquē angelum vidit erroris nunciū, & de vnitāte catholica Christianos separare cupientem, ipse passus est angelum Satanæ transfigurantem se velut angelum lucis. Si autē mentis & nihil tale vidit, ipse est minister Satanæ, transfigurans se velut ministrū iustitiæ. Et tñ ista omnia considerans si nimium peruersus & pertinax esse noluerit, poterit ab omni vel aliena vel propria seductione liberari. Nos enim per occasionem tuam sine aliquo odio conuenimus, hoc circa eum seruantes quod Apostolus dicit, Seruum autē domini litigare non oportet, sed mitem esse ad oēs, do cibilem, patiētē in modestia corripiētē, diuersa sentiētēs, ne forte det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatē, & respiciant de diaboli laqueis, captiuitati ab iplo in ipsius voluntatem. Si ergo aliquid asperere diximus, non ad amaritudinem dissensionis, sed ad correctionem dilectionis valere cognoscat. Incolumis viuas in Christo dilectissime & honorabilis frater

Augustinus Donatistas redarguit, & hortatur ad vnitatem ecclesiæ. Non enim cōuenire vt qui communiter cognoscerent Christū ecclesiæ caput ē sacris literis, ecclesiā illius corpus ex eiisdē nō cognoscerēt, cū pariter vtrunq; doceant. Epi. CLXV.

Augustinus Ep̄us catholicus, Donatistis. Charitas Christi, cui oēm hoīem, quantum ad nostrā pertinet voluntatē, lucrari volumus, tacere vobis non permittit. Si propterea nos odistis, quia pacē vobis catholicā prædicamus, nos dño seruimus dicenti, Beati patris quoniam ipsi filij Dei vocabūtur. Et in psalmo scriptum est, Cum iis qui oderunt pacem eram pacificus cum loquebar eis, de bellabant me gratis. Propterea mandauerunt nobis

nobis quidam presbyteri partis vestræ dicentes, Recedite à plebibus nostris, si non vultis vt interficiamus vos. Quāto iustius eis nos dicimus, immō vos non recedite, sed accedite pacati ad plebes non nostras, sed illius cuius omnes sumus. aut si non vultis & impacati estis, vos potius recedite à plebib. pro quib. Christus suum sanguinē fudit: quas iō vultis vestras facere ne Christi sint, quāuis eas sub eius nomine possidere conemini, tāquam si seruus fureū oues de grege dñi sui, & quæcunq; ex illis nata fuerint characterem dñi sui eis insigat, ne furtum eius possit agnosci. Sic .n. fecerunt maiores vestri, separauerunt ab ecclesia Christi populum habentem baptisimū Christi, & quicunq; illis accreuerunt, baptismo Christi eos rebaptizauerunt. Sed dñs & fures punit si non se correxerint, & oues ab errore reuocat ad gregem, nec in eis suū exterminat characterem. Dicitis nos traditores. Quod nec maiores vestri in maiores nostros potuerunt, nec vos in nos probare vllō modo poteritis. Quid vobis vultis faciam⁹, qui qñ vobis dicimus vt cām nostram & vestram patienter audiat, nō nostis nisi superbire & insanire? Nam vtiq; ostēderemus vobis, quia potius illi traditores fuerunt, qui Cæcilianum & socios eius quasi traditionis crimine dānauerunt & dicitis. Recedite à plebibus nostris quas docetis vt vobis credant & in Christo non credant? Vos .n. eis dicitis, pp traditores, quos nō ostenditis, remansisse ecclesiam Christi in sola Aphrica partis Donati, qđ non de lege, nō de propheta, non de psalmo, nō de Apostolo, nō de Euāgelio sed de corde vestro & de parentū vestrorū calūniis recitatis. Christus autē dicit, Prædicari in nomine suo poenitentia & remissionem peccatorū per oēs gentes incipiētib. ab Hierusalē. Cui ecclesiæ ex ore Xpi manifestatæ, vos non cōicatis, & alios in vestrā pditionē trahētes liberari nō vultis. Si autē iō vobis displicemus quia per Imperatorū iussiones ad vnitatē cogimini, hoc vos fecistis qui vbiq; vellemus prædicare veritatem, vt eam qsq; securus audiret & volēs eligeret, nunq̄ pmissistis per violentias & terrores vestros. Nolite stridere, & perturbare aīas vestras, patienter (si fieri potest) considerate quod dicimus, & recolite facta Circuncellionum versorum, & clericorum qui duces eorum semper fuerūt,

& videbitis quæ cā vobis hoc excitauerit. Vñ iniuste quarimini, quia vobis oīa ista vt iuberent coegistis. Nā vt longē præterita & multa non repetamus, saltē recentia facta vestra cogitate. Marcus presbyter Casphalianensis à nemine coactus, ppria voluntate catholicus factus est. Quare illū vestri psequuti sunt, & penē occidissent, nisi Dei manus per hoīes superuenientes violētias eorum cōpressisset. Restitutus Victorianensis ad catholicā nullo cogēte se trāstulit: Quare raptus est de domo sua, celsus, in aqua volutatus, bruda vestitus, & nescio quot dies in captiuitate retētus est, nec libertati proprie fortasse restitutus esset, nisi iam penē pp ipsam causam Proculianus sibi exhibitionem videret imminere. Marcianus Vrgensis catholicā vnitatem propria voluntate delegit. Quare subdiaconum eius, cū ipse fugisset, propē vsq; ad mortē celsus, clerici vestri lapidib. obruerūt, quorum domus pro suo scelere euerse sunt: Quid amplius dicamus? Modo præconem misistis qui clamaret: Sinitis, quisquis Maximiano cōicauerit, incendet domus eius, qui anteq̄ ipse ad catholicam conuersus esset & nondū de transmarinis remeasset, ad qd aliud presbyterum Sinitis miseramus, nisi vt nulli molestus nostros visitaret, & in domo iuris sui positus, pacem catholicā volentib. prædicaret, quæ vos inde cū graui iniuria proiecistis? Quid aliud agebamus, qñ vnus nostrum Calamensis Ep̄s Posidius ibat ad fundum Fugilinensem, nisi vt nostri quis pauci qui illic erant visitarent, & audito verbo Dei ad vnitatem Christi q̄ vellet conuerterentur? Cui ambulanti viā suā, latronū more insidiati sunt, & quia in eorum insidiacade non potuit, eū aperta violētia in fundo Liuitensi penē viuū cū domo quod fugerat incenderant, nisi tertio suppositas flāmas coloni eiusdem fundi propter periculū suę salutis extinguerent. Et tamen cum Crispinus propter hoc factum in Proconsulari iudicio conuinceretur hæreticus, eiusdem Ep̄iscopi Posidij intercessu decem libras auri non est exactus. Cui benevolentia & mansuetudini ingratus, ad imperatores Catholicos ausus est appellare: Vnde hanc in vos irā Dei de qua murmuratis, multo importunius & vehemētius prouocauit. Videtis quia vos contra pacem Christi violenter insurgitis, & patimini nō pro ipso, sed pro iniquitatib.

G

1. Co. 11.

I

1. Ti.

Luc. 14.

2. Pet. 4.

K

Mat. 1.

Pf. 119.

Bruda.

A

B

uestris. Quæ est ista dementia ut cum male ui-
uitis, latronum facta faciatis, & cum iure puni-
mini, gloriam martyrum requiratis? Si ergo vos
priuata uestra audacia tam uolenter cogitis
hoies, aut ire in errorem, aut permanere in er-
rore, quãtomagis nos debemus per ordina-
tissimas potestates, quas Deus sem suam prophe-
tiam subdidit Christo resistere furoribus ue-
stris, ut miseram animam de uestra dñatione libe-
rata, eruantur de uenustissima falsitate, & af-
fuescant in apertissima ueritate? Nam quos à
nobis nolentes dicitis cogi, multi etiam se
cogi uolunt, quod nobis antea & postea con-
fitemur, ut vel sic euadant oppressiones uestras:
& tñ quid est melius, proferre ueras Impera-
torum iussiones pro ueritate, an falsas indul-
gentias pro peruersitate? quã vos fecistis, &
mendacio uestro subito totã Aphricã imple-
stis. In quo facto nihil aliud ostendistis, nisi
partem Donati semper de mendacio præsumen-
tem, omni uento iactari & circumferri, si-
cut scriptum est, Qui fidit in falsis, hic pascit
uentos. Sicut. n. uera fuit ista indulgentia, sic
uera sunt crimina Cæciliani, & traditio Feli-
cis Aptungensis per quem ordinatus est, &
quicquid aliud contra catholicos dicere con-
sueuistis, ut à pace ecclesie Christi inuolentes
separetis & inuolentes separemini. De nulla
quidẽ nos hoies potestate præsumimus, quan-
uis utique multo sit honestius præsumere de
Imperatoribus, quã præsumere de Circuncellio-
nibus, præsumere de legibus, quã præsumere de
ditionibus. Sed meminimus scriptum esse, Ma-
ledictus omnis qui spem suã ponit in hoie.
Vnde ergo præsumimus? si uultis nosse, illum
cogitate, de quo Propheta pronunciauit dicẽs,
Adorabunt eum omnes reges terre, & omnes
gentes seruient illi. Et iõ hac ecclesie potesta-
te utimur, quam ei dñs & permisit & dedit. Im-
peratores. n. si in errore essent, quã absit, per
errore suo contra ueritatem leges darent, per
quas iusti & probarentur & coronarentur,
non faciendo quã illi iuberent, quia Deus pro-
hiberet. Sicut iusserat Nabuchodonosor, ut au-
rea statua adoraretur, quã qui facere nolue-
runt, Deo talia prohibenti placuerunt. Quã
autem Imperatores ueritatem tenent, pro ip-
sa ueritate contra errorem iubent quod quicquid
cõtempserit, ipse sibi iudicium acquirat. Nã
& inter hoies poenas luit, & apud Deum fron-
tem non habebit qui hoc facere noluit, quã

Pro. 10.

Hier. 17.

Psal. 71.

11. qd. 4.
Imperato-
res.

a. l. fortã.

ei per cor regis ipsa ueritas iussit. Sicut ipse
Nabuchodonosor postea miraculo salutis
trium puerorum commotus atque mutatus, per
ueritate contra errorem edictum proposuit, ut
quicumque blasphemarent Deum Sidrach, Mi-
sach, & Abdenago, in interitum iret, & domus
eorum in dispersionem. Et nõ uultis ut tale ali-
quid contra uos iubeant Imperatores Christiani,
cum sciant à uobis in eis quos rebaptizatis
Christum exuffari? Si iussiones regum non
pertinent ad prædicandam religionem & faci-
legia prohibenda, quare ad edictum regis talia
iubentis est ipse uos signatis? An ignoratis uer-
ba regis esse, Regi Nabuchodonosor osten-
di signa & ostenta, quare fecit mihi dñs Deus
excelsus, placuit mihi in conspectu meo annũ-
ciare, quã magnum & potens sit regnum eius, re-
gnum sempiternum & potestas eius in secu-
la seculorum? An cum hoc audieritis, nõ rñde-
tis, amen, & hoc dicto clara uoce ad edictum
regis uos in sancta solennitate signatis? Sed
modo quã nihil apud Imperatores potestis,
nobis inde uultis facere inuidiam. Si autem ali-
quid potestis quanta faceretis quando nihil pote-
stis & non cessatis? Scitote quã primi maiores
uestri causam Cæciliani ad Imperatorem Con-
stantinum detulerunt. Exigite hoc à nobis, pro-
bemus uobis, & si non probauerimus, facite
de nobis quicquid potueritis. Sed quia Con-
stantinus non est ausus de causa Episcopi iudicare, eã
discutiendam atque finiendam Episcopis de-
legauit. Quod & factum est in urbe Roma præ-
sidente Melciade Episcopo illius ecclesie
cum multis collegis suis. Qui cum Cæcilia-
num innocentem pronunciaissent, & Dona-
tum qui schisma Carthagini fecerat, senten-
tia percussissent, iterum uestri ad Imperato-
rem uenerunt, de iudicio Episcoporum in
quo uicti fuerant murmurarunt. Quomodo
enim potest malus litigator laudare iudices,
quibus iudicantibus uictus est? Iterum tamẽ
elementissimus Imperator alios iudices Epi-
scopos dedit apud Arelatum Gallie ciuita-
tem, & ab ipsis uestri ad ipsum Imperato-
rem appellarunt, donec etiam ipse causam
cognosceret, & Cæcilianum innocentem,
illos calumniosos pronunciarer. Nec sic
totiens uicti quieuerunt, sed de Felice Ap-
tungitano per quem Cæcilianus fuerat or-
dinatus quotidianis interpellationibus ip-
si Imperatori radium fecerunt, dicentes

Dani.

Iulianus.

H

eum esse traditorem. Et ideo Cæcilianum
Episcopum esse non posse quã traditore fuerit ordi-
natus, donec, & ipse Felix iussu Imperatoris
cã cognita ab Hefiano Proconsule innocens
probaret. Tunc Constantinus prior contra par-
tem Donati seuerissimam legem dedit. Huc
imitati filij eius talia præceperunt. Quibus suc-
cedens Iulianus defertor Christi & inimicus,
supplicanti uestris Rogatiano & Põtio, li-
bertatem perditionis partis Donati permisit.
Denique tunc reddidit basilicas hæreticis, quã
templa dæmonij, eo modo putans christia-
num nomen posse perire de terris, si ueritati
ecclesie de qua lapsus fuerat inuideret, & sa-
cilegas dissensiones liberas esse permitteret.
Hec erat eius prædicanda iustitia, quam sup-
plicantes Rogatianus & Põtius laudauerunt,
dicentes homini apostata, quã apud eum sola
iustitia haberet locum. Huic successit Iouinia-
nus, qui quã cito mortuus est, nihil de reb. ta-
lib. iussit. Deinde Valentinianus, legite quã cõ-
tra uos iusserit. Inde Gratianus & Theodo-
sius, legite quã uultis quare de uobis constitue-
runt. Quid ergo de filiis Theodosij mirami-
ni, quasi aliud in hac causa sequi debuerunt, quã
Constantini iudicium per tot Christianos Im-
peratores firmissime custoditum? Ad Constã-
tinum autem, sicut diximus, sic uobis quãdo
uultis, si causam ignoratis ostendemus, ma-
iores uestri causam Cæciliani uero detule-
runt. Defunctus est Constantinus, sed iudicium
Constantini contra uos uiuit, quo uestri causam
inuerunt, apud quẽ iudices Episcopi reprehende-
runt, ad quem à iudicibus Episcopis appella-
uerunt, quẽ rãdiosissime de Felice Aptungi-
tano interpellauerunt, à quo totiens cõuicti
& cõfusi redierunt, & à pernicie furoris &
aio sitatis suæ non recesserunt, eamque uobis
posteris suis hæreditariã reliquerunt, ut tam
impudenter de iussionibus Christianorum Im-
peratorum faciatis inuidiam, cum, si uobis li-
ceret, nõ quidẽ iam Constantinum Christia-
num, quã ueritati fauit contra nos appellaretis,
sed apostatã Iulianum ab inferis excitaretis, quã
si uero si ali-
quid tale contingeret, esset magnum
malum nisi uobis. Quare. n. peior mors anima
quã libertas erroris? Sed iam tollamus istã om-
nia de medio, amemus pacem, quam ois do-
ctus & indoctus intelligit præponendam esse
discordiã, diligimus & teneamus ueritatem.
Hoc iubet Imperatores, quod iubet & Chri-

stus, quã cum bonum iubet, per illos nõ iubet
nisi Christus. Et nos et per Apostolum obse-
crat, ut id ipsum dicamus oes & nõ sint in no-
bis schismata. Neque dicimus, Ego quidẽ sum
Pauli, ego autem Appollo ego uero Cephe, ego
autem Christi, sed simul oes nõ sumus nisi Chri-
sti, quã nec diuisus est Christus. Nec Paulus cru-
cifixus est pro nobis, quãto minus Donatus.
nec in nomine Pauli baptizati sumus, quãto
minus in Donati, Hoc dicit & Imperatores,
quia christiani catholici sunt, non idolorum
serui sicut uester Iulianus. Nõ hæretici, sicut
quidam fuerunt, & ecclesiam catholicã per-
secuti sunt, quã ueri Christiani non pro hære-
tico errore poenas iustissimas sicut uos, sed
pro catholica ueritate passiones gloriosissi-
mas pertulerunt. Attendite quã manifestissi-
ma ueritate per cor regis quã in manu Dei est,
ipse Deus dixerit in ista ipsa lege quã cõtra uos
prolatã dicitis. Est autem (si intelligatis) plata pro
uobis. Attendite quã habeant uerba principis.
Nã si in eis qui primo initiati sunt idcirco re-
ligio baptismatis iudicatur infirma, quã ij à quibus
accipitur peccatores putentur, totiens re-
nouari necesse erit traditum sacramentum, quo
tiens indignus fuerit inuentus collati bap-
tismatis administrator, & fides nostra non ex
nostrẽ uoluntatis arbitrio, neque ex diuini mu-
neris gratia, sed ex meritis sacerdotum & cle-
ricorum qualitate pẽdebit. Faciant mille cõ-
cilia Episcopi uestri, huic uni sententiã rñ-
deant, & ad quod uolueritis cõsentimus uo-
bis. Videte enim quam peruersẽ & impie di-
catur, quod dicere soletis, quã si bonus sit
homo ipse sanctificat eum quem baptizat, si
autem malus sit & nesciat ille qui baptizatur:
tunc Deus sanctificat. Hoc si uerum est, opta-
re ergo debent homines ut a malis ignoratis
baptizentur, potius quam a notis bonis, ut
magis à Deo quam ab homine possint sancti-
ficari. Sed absit à nobis ista dementia. Qua-
re ergo nos uerum dicim? & recte sapimus,
quia semper Dei est illa gratia & Dei sacra-
mentum, hominis autem solum ministerium,
qui si bonus est, adheret Deo & operatur
cum Deo, si autem malus est, operatur per illum
Deus uisibilem sacramenti formã, ipse autem
donat inuisibilem gratiã. Hoc sapiamus om-
nes, & non sint in nobis schismata. Concor-
date nobiscum fratres, diligimus uos, hoc uo-
bis uolumus quod & nobis. Si propterea nos

2. Cor. 5.

23. q. 6. *quod errauerat.* grauius odistis, quia errare uos & perire non permittimus, hoc Deo dicite, quæ timemus minantem malis pastoribus & dicentem. Quod errauerat non reuocastis, & quod perierat non inquisistis. Hoc uobis per nos Deus ipse facit, siue obsecrando, siue minando, siue corripiendo, siue dānis, siue laboribus, siue per suas occultas admonitiones vel uisitationes, siue per prætorum tpalium leges. Intelligite quod uobiscum agat, perire uos non uult Deus in sacrilega discordia alienatos a matre uestra catholica. Nihil in nos aliqui probare potuistis, uestri Episcopi conuerti a nobis, nunquam nobiscum pacifice conferre uoluerunt, quasi fugientes cum peccatoribus loqui. Quis ferat istam superbiam, quasi Paulus Apostolus non contulerit cum peccatoribus, & cum ualde sacrilegis. Legite actus Apostolorum, & uidete. Quasi ipse dominus non cum Iudæis a quibus crucifixus est, sermones de lege habuerit, eis que congruenter responderit. Postremo diabolus est primus omnium peccatorum, qui conuerti ad iustitiam nunquam poterit. & tamen nec ipse dominus de lege indignatus est ei responderi, ut intelligatis istos ratione nobiscum nolle conferre, quia eam suam perditam norunt. Nos ignoramus quod aduersus se ipsos homines iactent qui calumiosis dissensionibus gaudent. In scripturis didicimus Christum, in scripturis didicimus Ecclesiam. Has scripturas communiter habemus, quare non in eis & Christum & Ecclesiam conuerti retinemus? Nos *Gala. 3.* ubi agnouimus eum de quo dicit Apostolus, Abrahæ dicitur sunt promissiones & semini eius: Non dicit, & seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in uno: semini tuo quod est Christus, ubi agnouimus Ecclesiam de qua dicit Deus ad Abraham: *Gen. 12.* in semine tuo benedicent omnes gentes. Vbi agnouimus Christum in psalmo de se prophetam, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui, ubi agnouimus Ecclesiam in eo quod sequitur, Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Deus deorum dominus loquutus est, ubi agnouimus & Ecclesiam in eo quod sequitur, Et uocauit terram a solis ortu usque ad occasum. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gigas ad currendam uiam, ubi agnouimus & Ecclesiam in eo quod paulo superius dicitur, In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. In sole posuit tabernaculum suum. Ipsa est Ecclesia in sole posita, hoc est: in manifestatione omnibus. nota usque ad terminos terræ. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Foderunt manus meas & pedes meos dinumerauerunt omnia ossa mea: Ipsi uero considerauerunt & aspexerunt me, & diuiserunt sibi uerba mea, & super uerbum meum miserunt sortem, ubi agnouimus & Ecclesiam in eo quod paulo post in psalmo ipso dicitur, Comemorabuntur & conuertentur ad dominum uniuersæ fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ gentium: Quoniam dominus est regnum, & ipse dominabitur gentium. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Exaltare super caelos Deus, ubi agnouimus & Ecclesiam, in eo quod sequitur. Et super omnem terram gloria tua. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Deus iudicium tuum regi dabit, & iustitiam tuam filio regis, ubi agnouimus & Ecclesiam in eo quod de ipsa in psalmo ipso dicitur, Et dominabitur a mari usque ad mare, & flumine usque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent, Reges Arabis & Saba dona ad ducunt. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, lapidem de monte sine manibus percussis fregisse omnia regna terrarum, utique illa quæ de culturis demonum presumebant: ubi agnouimus & Ecclesiam in eo quod dicitur est, lapidem ipsum creuisse, & factum montem magnum & repleuisse omnem terram. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est. Preualebit dominus aduersus eos, & exterminabit omnes Deos gentium terræ, ubi agnouimus & Ecclesiam in eo quod sequitur, Et adorabunt in conspectu eius unusquisque de loco suo omnes insulæ gentium. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Deus ab Aphrico ueniet, sanctus de monte umbroso, operiet caelos uirtus eius, ubi agnouimus Ecclesiam in eo quod sequitur, Et laudis eius plena est terra. Ab Aphrico enim posita est Hierusalem, sicut legitur in libro Iesu Naue, unde nomen Christi diffusum est, & ibi est mons umbrosus, mons Oliueti, unde ascendit in caelum ut cooperiret caelos uirtus eius, & impleretur Ecclesia per omnem terram laudis eius. Vbi agnouimus

mus Christum in eo quod scriptum est, Sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondeute se fuit sine uoce, sic non aperuit os suum, & cetera quæ illic de eius passione dicuntur, ubi agnouimus & Ecclesiam in eo quod illic dicitur, Latere sterilis quæ non parit, eripe & exclama quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis quam eius quæ habet uirum. Dixit enim dominus. Dilata locum tabernaculi tui, & aulas tuas conface, non est quod parcas, porrige longius funiculos, & palos validos confirma, et atque; et dexteram atque; sinistram extende. Semen enim tuum hereditabit gentes, & ciuitates quæ desertæ erant inhabitabis. Non est quod metuas, praualebis enim, nec erubescas quod detestabilis fueris. Confusionem enim in perpetuum obliuisceris, ignominiam uindictæ tuæ non eris memor, quoniam ego sum dominus qui feci te, dominus nomen eius. Et qui eruit te ipse Deus Israel uniuersæ terræ uocabitur. Non nouimus quod de traditoribus dicatis, quos nunquam conuincere, nunquam ostendere potuistis, non dico quia uestri potius in tali crimine detecti & confessi manifestantur, quod ad nos pertinet de facinoris alienis, nisi ut quos possumus corrigamus uel correptione, uel quacunque disciplina in spiritu mansuetudinis & diligentia charitatis. Quos autem corrigere non ualemus, et si necessitas cogit pro salute ceterorum, ut Dei sacramenta nobiscum communicent, peccatis tamen eorum non communicemus, quod non fit nisi consentiendo & fauendo. Sic enim eos in isto mundo in quo Ecclesia catholica per omnes gentes diffundit, quem agrum suum dominus dicit, tanquam zizania inter triticum, uel in hac unitatis area tantam quam paleam permixtam frumeto, uel intraretia uerbi & sacramenti tanquam malos pisces cum bonis inclusos usque ad tempus mensis aut uentilationis aut littoris toleramus, ne per ipsos eradicemus & triticum, aut grana nuda ante tempus de area separata, non in horreum mitenda purgemus, sed uolatilibus colligenda percipiamus, aut diruptis per schismata retibus dum quasi malos pisces cauemus, in mare perniciosæ libertatis exeamus. Propter hoc enim. his atque; alijs similitudinibus dominus seruorum suorum tolerantiam confirmauit, ne dum se boni putant malorum permixtione culpari, per humanas & temerarias dissensiones aut paruulos perdant, aut paruuli pereant. Quod uisum adeo celestis magister cauendum præ-

monuit, ut etiam de præpositis malis plebem securam faceret, ne per ipsos doctrina salutaris cathedra desereret, in qua coguntur etiam mali bona dicere. Neque enim sua sunt quæ dicunt sed Dei, qui in cathedra unitatis doctrinam posuit ueritatis. Proinde ille uerax & ipsa ueritas de præpositis sua mala facientibus. & Dei bona dicentibus ait, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim & non faciunt. Non utique diceret, quæ faciunt, facere nolite, nisi manifestassent mala quæ faciunt. Non ergo propter malos in mala dissensione pergamus, quanuis uestros maiores non execratores malorum, sed accusatores innocentium fuisse, si uelitis, possumus ostendere. Sed quicumque illi & qualescunque fuerint, portant sarcinas suas. Ecce scripturæ communes, ecce ubi nouimus Christum, ecce ubi nouimus Ecclesiam. Si Christum ipsum tenetis, ipsam Ecclesiam quare non tenetis? Si in ipsum Christum, quem legitis & non uidetis, tamen propter ueritatem scripturam non creditis, quare Ecclesiam negatis, quam & legitis & uidetis? Hæc uobis dicendo & ad hoc bonum pacis & unitatis & charitatis uos compellendo, inimici uobis facti sumus, & mandatis quia occiditis nos qui ueritatem uobis dicimus, & in errore uos perire, quantum possumus, non permittimus. Vindicet nos Deus de uobis, ut ipsum errorem uestrum in uobis occidat, & nobiscum de ueritate gaudeatis. Amen.

Augustinus Festo, docens recte legibus sanari Donatistas, & indicans in regione Hipponensi nondum eos Festi literis correctos, sed adhuc intolerabiliter grassari. Epistola. CLXVI.

Domino dilectissimo & honorabili ac suscipiendo filio Festo, Augustinus in domino salutem. Si pro errore homines & damnabili dissensione & conuicta, modis omnibus falsitate tanta præsumunt, ut eorum salutem requirere catholice Ecclesie tam audacter insidiari non cessent, quanto magis equum est, & oportet eos, qui pacis & unitatis Christiane asserunt ueritatem, omnibus et dissimulantibus & cohibentibus manifestam, fatagere instanter atque impigre, non solum pro eorum munimine qui iam catholici sunt, uerum

23. q. 6. quod errauerat. Exe. 34.

L

Gala. 3.

Gen. 12.

Psal. 2.

M

Psal. 49.

Psal. 13.

Psal. 11.

Psal. 106.

Psal. 71.

Dani. 1.

Abac. 1.

B

Ies. 1.

Es. 54.

Psal. 54.

C

Mat. 25.

B

a. l. peremus.

F

rum etiam pro eorum correctione qui nondum sunt? Nam si pertinacia insuperabiles vires hñe conatur, quantas debet hñe cōstitia, quæ in eo bono quod perseveret atque infatigabiliter agit, & Deo placere se nouit, & proculdubio non potest hoibus prudentibus displicere? Quid autem in foelicis atque peruersis sicut Donatistæ faciunt qui se persequutione perpeti gloriantur, q̄ de coertione iniquitatis suæ non solum nescire confundi, sed et velle laudari, ignorantes cæcitate mirabili vel animositate dånabili, seu scire disimulantes quod martyres veros non faciat pena, sed cã? Et hoc quidē aduersus eos dicerē, quos sola caligo heretici erroris inuolueret, pro quo sacrilegio pœnas dignissimas luerent, nec tñ vlla quenquam violenta infania ledere auderent. Aduersus aut istos qd dicã, quorum tam pernicioſa peruersitas, vel dånorũ terrore coercent vel docet exilio, quàm vbi que diffusa sit Ecclesia, sicut futura prædicta est, q̄ malunt oppugnare q̄ agnoscere? Et si ea quæ per misericordissimã disciplinã patiunt, comparent eis factis quæ furiosa temeritate cōmittunt, q̄ non videat q̄ magis persecutores vocandi sunt? Quanquam filij mali eo tñ qd̄ perditæ viuunt, et si nullas violenter inferant manus, parētũ pietatē grauius persequuntur, q̄ cum illos pater aut mater, quanto amplius diligunt tãto amplius ad bonam vitã sine vlla disimulatione cōpellunt. Extant publicorũ monumentorum firmissima documenta, quæ potes legere si volueris, immo peto & hortor vt legas, quib. probat q̄ maiores eorum qui primi se ab Ecclesiæ pace diuiserunt, vltro p̄ Anulinũ tunc Procōsulē apud Constantinũ Imperatorē accusare ausi sunt Cæcilianum. In quo vtiq; iudicio si vicissent, quid erat Cæcilianus ab Imperatore passurus, nisi quod in istos postea q̄ victi sunt, pronūciauit? Sed videlicet si eis accusantib. atq; iuperatib. Cæcilianus eiusdēq; collegæ pellerent sedib. quas tenebant, vel etiã in sua conspiratione durantib. grauius punirentur. Neq; enim poterat victos resistentes regia celsura cōtēnere, tunc isti prouisionē suã & pro Ecclesia sollicitã curã pdicandã laudib. ventilarent. Nunc aut quia ipsi superati sunt, quia ea quæ intendebant probare minime potuerunt, siquid pro sua iniquitate patiuntur persecutionem vocant, nec tñ furorem per-

*Veros
martyres
non facit
pena, sed
causa.*

ditum minime reprimūt, verum ēt honorem martyrum quærunt, quasi vero Christiani catholici Imperatores aduersus eorũ pertinacissimã iniquitatē aliud sequant q̄ Constantini iudicium apud quē vltro Cæciliani accusatores fuerūt, cuius autoritatē omnib. trãsmarinis Ep̄is prætulērunt, vt nō ad illos, sed ad illum Ecclesiæ cãm deferretur, vt ab eo datum in vrbe Roma Ep̄iscopale iudicium, in quo primũ victi sunt: rursus apud illum accusarent, vt ab altero apud Arelatũ dato Ep̄ali iudicio ad illum appellarent, apud quem tñ nouissime superati in sua peruersitate permãserunt. Puto q̄ ipse diabolus, si autoritate iudicis quē vltro elegerat totiens vinceret, non esset tã impudens vt in ea cã perſisteret. Sed hæc humana iudicia deputent, & circũvenire ac falli vel etiam corrumpi potuisse dicantur. Cur ergo adhuc accusatur Christianus orbis terrarũ, & nescio quib. traditorum criminib. infamat, qui vtiq; nec potuit nec debuit, nisi electis iudicib. potius q̄ victis litigatorib. credere? Hent apud Deũ illi iudices cãm suam siue bonã siue malã, qd̄ fecit Ecclesia toto orbe diffusa, quæ non ob aliud ab istis rebaptizanda cēsetur, nisi q̄ in ea cã in qua qd̄ veri esset iudicare non potuit, eis potius qui iudicare potuerunt q̄ eis qui nec superati ceſſerunt credendũ putauit. O magnũ crimen oĩum gentiũ, quas in semine Abraham bñdicendas promisit Deus, & sicut promisit exhibuit. quæ cum vna voce dixerint, quare nos vultis rebaptizare? Rñdetur eis, q̄ nescitis qui fuerint in Aphrica sanctorũ codicum traditores, & in eo quod nesciebatis iudicib. magis quam accusatorib. credere voluistis. Si crimen alienũ non grauat quenq; qd̄ pertinet ad orbē terrarum qd̄ in Aphrica quisq; cōmiserit? Si crimen incognitũ non grauat quẽ, vnde potuit orbis terrarũ cognoscere, vel crimē iudicũ vel reorũ iudicate qui cor habetis. Hæc est heretica iustitia, vt quia orbis terrarũ nō dānat crimen incognitũ, pars Donati dānet orbē terrarum inauditum. Sed sane sufficit orbi terrarum tenere promissiones Dei, & in se videre cōpleri, qd̄ Prophetę tãto ante pcinuerunt, in eisde scripturis agnoscere Ecclesiã, vbi & rex eius Xps agnoscit. Vbi enim de Christo talia prædicta sunt, qualia completa in Euangelio legimus, illic prædicta sunt de Ecclesia, qualia compleri toto

toto orbe iam cernimus. Nisi forte quẽquã prudentiũ pmouebit, qd̄ de baptismo solēt dicere. Tunc esse verũ baptisimũ Christi, cum ab hoīe iusto dat cum hinc teneat orbis terrarũ euidentissimã & Euangelicã veritatē, vbi Ioannes ait. Qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quē videris sp̄m descendentem quasi colũbã & manentē sup̄ eũ, ipse est qui baptizat in sp̄s sancto. Vñ secura Ecclesia sp̄em non ponit in hoīe, ne inciđat in illam inĩam in qua scriptum est, Maledictus omnis qui sp̄e suã ponit in homine, sed sp̄e suã ponit in Christo, qui sic accepit formã serui, vt nō amitteret formã Dei. De quo dictũ est. Ipse est qui baptizat. Proinde hō quilibet minister baptisimi eius, qualẽcunq; sarcinam portet, nō iste sed sup̄ quē colũba descendit, ipse est qui baptizat. Illos aut vana sentientes, tanta absurditas sequit, vt quod ab ea fugiant nō inueniant. Cũ. n. fateantur ratum & verũ esse baptismum, qñ baptizat apud eos aliq; criminolus cuius crimina latēt, dicimus eis, quis tunc baptizat, nec habent quid rñdeant, nisi Deus. Neq; enim pñt dicere q̄ hō adulter quenq; sanctificet. Quib. rñdemus, si ergo cum baptizat homo iustus manifestus, ipse sanctificat, cum aut baptizat homo iniquus occultus, tunc non ipse sed Deus sanctificat, optare debent qui baptizat ab occultis malis hoibus potius baptizari q̄ a manifestis bonis. Multo. n. eos melius Deus q̄ quilibet hō iustus sanctificat. Quod si absurdum est, vt quisq; baptizandus optet ab occulto adultero potius baptizari, q̄ a manifesto casto, restat vtique vt quilibet ministrorum hominum acceſſerit, iō ratur sit baptismus, quia super quem descenderit columba ipse baptizat. Et tñ cum tam peripicua veritas & corda hoĩm feriat, tanta quosdam malæ consuetudinis vorago submerſit, vt omnib. autoritatib. rationibusq; resistere, q̄ consentire malint. Resistunt autem duob. modis, aut sc̄uendo aut pigrescendo: Quid igit hic faciat Ecclesiæ medicina salutem omnium materna charitate cōquirens, tanq̄ inter phreneticos & letargicos æstans? Nunquid contemnere, nunqd̄ desiderare vel debet vel potest? Vtriusque sit necesse est moleſta, q̄ neutris est inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari. Sed perseverat diligentia charitatis, phreneticum castigare, le-

thargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diligunt, ambo moleſtati, quando egri sunt indignantur, sed ambo sanati gratulantur. Deniq; non sicut putat & sicut iactant tales eos suscepimus quales fuerunt sed oĩno mutatos, quia esse catholici nō incipiunt, nisi heretici esse destiterint. Ne que. n. sacramenta eorum nobis inimica sūt, quæ cum illis nobis sunt communia, q̄ non humana sunt, sed diuina. Proprius eorum error auferendus est, quē male imbiberunt, nō sacramenta q̄ similiter acceperunt, q̄ ad penã suã portant & habent, quanto indignius habent, sed tñ hent. Errore itaq; derelicto, separationis prauitate correctã, ab heresi ad Ecclesię pacem transeunt, q̄ non habebant, sine qua illis perniciosum fuerat qd̄ habent. Sed si cum transeunt ficti sunt, non est hoc iã nostrum, sed Dei iudicium. Et tñ quidam cum ficti putarentur, quã iussione ad nos terrore tranſierunt, tales postorius in nonnullis tentationib. inuenti sunt, vt quibusdam veterib. catholicis præferrentur. Num ergo nihil agitur cum instanter agi? Neq; enim solis humanis terrorib. murus duræ cōsuetudinis expugnatur, sed etiam diuinis autoritatib. atque rōnib. fides, & intelligentia mentis instruitur. Quæ cũ ita sint, nouerit benignitas tua hoies vestros, q̄ in regione Hipponẽsi sunt, adhuc esse Donatistas, nec apud eos quicquã valuisse tuas literas. Cur autem nō valuerint, non opus est scribere. Sed mitte aliquẽ tuorũ, vel domesticorum, vel amicorũ, cuius hoc fidei possis inũgere, qui nō ad ea loca, sed ad nos primitus veniat illis oĩno nescientibus, & nobiscum primitus consilio pertractato, qd̄ agendum domino adiuuante visum fuerit agat. Neque enim tñ pro eis agimus cũ hoc agimus, sed et pro nostris iam factis catholicis, quibus illorum vicinitas sic infesta est, vt contemni a nobis nullo modo possit. Et hoc quidem breuiter scribere poteram, sed voluĩte habere aliquid literarum nostrarum, quo rationem curæ meæ non solum ipse cognoscere, sed etiã cuiusq; dissuadenti, ne tuorũ detrahenti quod talia velimus, habeas, quod respõdeas. Quod si superfluo feci quod iam ista vel didiceras, vel ipse cogitaueras, aut onerosus fui quod curis publicis tam occupato prolixam Epistolam ingessi, peto des

Ioan. I.

He. 27.

L

M

A

B

des veniam, dum tamen quod suggesti & rogavi non spernas. Sic te tueatur misericordia Dei.

Augustinus Eusebio narrat immane factum iuuenis, qui matrem cadere solitus, demum & mortem minatus, transit ad Donatistas, & ab illis iterato baptizatus est. Rogat, ut causa presbyteri cuiusdam, placide tractetur apud graues viros.
Epistola. CLXVII.

Domino meritoq; suscipiendo eximio atq; honorabili fratri Eusebio Augustinus. Scit Deus cui manifesta sunt arcana cordis humani, quantum pacē diligo xpianam, tū me moueri sacrilegis eorum factis, q in eius diffensione indigne atq; impie perseuerauerant, eumq; motum animi mei esse pacificum, neq; me id agere, vt ad cōionem catholicam qquam cogatur, inuitus, sed vt oibus errantibus aperta veritas declaret, & per nostrum ministeriū Deo iuuante manifestata se amplectendam atq; sectandam satis ipsa per suadeat. Quid. n. execrabilis (quæso te) vt alia taceā, q id qd nunc accidit? Corripit ab Epō suo iuuenis, crebris cædib. matris insanus, & impias manus nec illis dieb. cum et seueritas legum sceleratissimis parcat, à viscerib. vñ natus est reuocans. Minat eidē matri se in partē Donati trāllaturū, & eam, q̄ incredibili furore solet cædere, perempturū. Minat ei, transit ad partē Donati, rebaptizat furens, & in maternū sanguinē fremens albis veltib. cādidat. Constituit intra cancellos eminens atq; conspicuus, & oīum gementiū oculis matricidij mediator tanq̄ renouatus opponit. Hęc cene tandē tibi placēt vir grauisime? Nequa q̄ hoc de te crediderim. Noui cōsiderationem tuam. Cædit mater carnalis in membris, qb. genuit & nutriuit ingratum, prohibet hęc ecclesia mater spiritalis, cædit & ipsa in sacramentis qb. genuit & nutriuit ingratū. Nonne tibi vñ dixisse parricidaliter trendens, qd faciā ecclesie quę me prohibet cædere matrē meā? Inueni qd faciā: Iniuriis qb. pōt etiam ipsa feriatur, fiat in me aliquid vnde membra eius doleant. Vadam mihi ad eos qui nouerunt exufflare gratiam in qua ibi natus sum, destruere formam quam in vtero eius accepi. Ambas matrēs meas seuis cruciatibus

torqueam, quæ me posterior peperit, efferat prior. Ad huiusmodi dolorē spiritaliter moriar, ad illius cedē carnaliter viuā. Quid aliud expectamus vir honorabilis Eusebi, nisi vt in miserā mulierē senectute decrepitā, viduitate destitutā, à cuius cædib. in catholica phibebatur, iam Donatista securus armeat? Quid. n. aliud furibundo corde cōcepit cum diceret matri, Transferam me in partē Donati, & bibā sanguinē tuū? Ecce iam cōscientia cruentus, velle dealbatus p̄ficit partē pollicitationis suę. Restat pars altera, vt matris sanguinē bibat. Si ergo placeat ista, vrgeat à clericis & sanctificatorib. suis, vt intra octauas suas totū qd̄ vouit exoluat. Potēs est quidē dextera dñi quæ furorē illius à misera vidua & desolata cōpescat, & eū qb. modis nouit à tā scelerata dispositione deterreat. Veruntū ego tāto animi dolore percussus, qd̄ facerē nisi saltem loquerer? An vero ista illi faciūt & mihi dī tace? Auertat à me dñs hanc amētiā. Et cū ipse mihi iperet per Apostolū suū, & dicat, ab Epō refelli oportet docētes q̄ nō oportet, ego illorum indignationibus territus taceā? Quod. n. publicis gestis herere volui tam sacrilegū nefas, ad hoc vtiq; volui, ne me quifquā, maxime in aliis ciuitatib. vbi opportunum fuerit, ista deplorantem fingere aliquid arbitret, qn̄ etiam apud ipsam Hipponem iā dī, non hoc Proculianum mandasse, qd̄ publicū renunciauit officium. Quid autē modestius agere possumus, q̄ vt tā grauem causam per te tñ agā virū & clarissima dignitate præditum, & cōsiderantissima voluntate tranquillum? Peto igit, sicut iā petiui, per fratres nostros bonos atq; honestos viros, quos ad tuā eximietatem misi, vt quęrere digneris, vtrum Proculiani presbyter Victor nō hoc ab Epō suo mandatū acceperit, qd̄ officio publico renunciauit, an forte cū & ipse Victor aliud dixerit, falsum illi apud acta profecuti fuerint, cū sint cōionis eiusdem. Aut si consentit ut ipsam totam qōnem diffensionis nostrę placide pertractemus, ut error qui iam manifestus est, manifestius innotescat, libenter amplector. Audiui enim quod dixerit, ut sine tumultu populari asint nobiscum denique ex utraque parte graues & honesti uiui, & secūdū scripturas quid in uero sit perquiramus. Nam illud quod rursus eum dixisse nonnulli ad me pertulerunt, cur non ierim Constantinam,

stantiam, qn̄ ibi plures ipsi erant, vel me debere ire Mileuum, quod illi (sicut perhibent) cōcilium proxime habituri sunt, ridiculum est dicere qd̄ ad me pertineat cura propria, nisi Hipponēses Ecclesie. Mihi tota huiusmodi rō maxime cū Proculiano est. Sed si forte imparē se putat, cuius voluerit collegę sui imploret auxiliū. In aliis. n. ciuitatib. tñ agimus quod ad Ecclesiam pertinet, quantum vel nos permittunt, vel nobis imponunt earundem ciuitatū Ep̄i fratres, & cōsacerdotes nostri. Quāq̄ & iste qui se tot annorum Ep̄m dicit, qd̄ in me tyrone timeat, quo minus me cum velit conferre sermonem, non satis intelligo. Si doctrinam liberaliū literarū quas forte ipse aut non didicit, aut minus didicit, quid hoc pertinet ad eam qōnem, quæ vel de sanctis scripturis vel documētis Ecclesiasticis, aut publicis discutienda est, in qb. ille per tot annos versat, vñ in eis deberet esse peritior? Postremo est hic frater, & collega meus Samfucius Ep̄s Turen̄sis Ecclesie, qui nullas tales didicit, quales iste dī formidare. Ipse asit, agat cum illo. Rogabo eum, & (vt cōfido) in nomine Christi facilē mihi concedet, vt suscipiat in hac re vicem meam, & eum dñs pro veritate certantem, quāuis sermone impolitum, tñ vera fide eruditum sicut confidimus adiuuabit. Nulla ergo causa est, cur ad alios nescio quos deferat, ne inter nos quod ad nos pertinet peragamus. Nec tamen (vt dixi) etiam illos defugio, si eorum ipse poscit auxiliū.

Augustinus Eusebium hortatur, vt curet vt Admonito Proculiano, non ferendam clericorum suorum licentiam coerceat, alioquin se Romam rem delaturum.
Epistola, CLXVIII.

Domino eximio meritoq; suscipiēdo & dilectissimo fratri Eusebio, Augustin⁹. Non ego recusanti voluntati tuæ iudicium sicut dicitis inter Ep̄scopos subeundē molestus exhortator aut deprecator imposui. Qd̄ quidem etiam si suadere voluissem, possem fortasse facilē ostēdere q̄ valeas iudicare inter nos in tā manifesta atq; aperta causa, & quale sit illud quod facis, vt non auditis partib. iā ferre nō dubites pro vna parte sniam, qui iudicium reformidas. Sed hoc (vt dixi)

interim omitto. Nihil autē rogauerā, aliud honorabilem benignitatē tuā, qd̄ (quæso) tandē in hac saltē epistola digneris aduertere, nisi vt quæreres à Proculiano, vtrum hoc ipse dixerit Victori presbytero suo quod ab eo sibi dictum publicū officium renūciauit, an forte q̄ misit sunt, non qd̄ à Victore audierunt, sed falsum gestis profecuti sint. Deinde qd̄ illi tuo de tota ipsa qōne inter nos discutiēda videre. Arbitror autē non iudicē fieri eū, qui rogat vt interroget aliquē, & qd̄ ei rñsum fuerit rescribere dignet. Hoc ergo et nunc rogo vt facere nō graueris, quia literas meas sicut et expertus sum nō vult accipere. Quod si voluisset, nō vtiq; p̄ tuā eximietatē id agerem. Cū autē id nō vult, quid possum minus agere q̄ vt per te talē virū, & qui eū diligis interroget aliquid, vnde me tacere mea sarcina prohibet? Quod autē mater à filio cesa tuæ grauitati displicuit, sed ille (dixisti) si sciret, à cōione sua tam nefarium iuuenē prohibiturus esset, breuiter rñdeo. Mō cognouit, modo prohibeat. Addo etiā illud: Subdiaconus quondā Spaniensis Ecclesie vocabulo Primus, cū ab accessu indisciplinato sanctimonialium prohiberetur, atq; ordinata & sana præcepta cōtēneret, à clericatu remotus est, & ipse irritatus aduersus disciplinā Dei, trāstulit se ad illos, & rebaptizatus est. Duas etiā sanctimoniales cū colonis suis de fundo catholicorum Christianorum, siue idem transtulit, siue illum secuta etiam ipsa, tñ rebaptizata sunt. Et nunc cum gregib. Circuncellionū inter vagabūdos greges foeminarum, quæ propterea maritos hñe noluerunt, ne habeant disciplinam, in detestabilis vinolentiae bacchationib. superb. exultat, gaudens latisimā sibi apertam effelicientiam malæ cōuersationis, vnde in catholica prohibebat. Et hoc fortasse Proculianus ignorat. Ergo per tuam grauitatē atq; modestiā eidē in notitiā perferatur. Iubeat eum qui nō ob aliud illam communionem delegit, nisi quia in catholica clericatum amiserat, propter inobedientiam & perditos mores a sua communione remoueri. Etenim ego, si dño placet istum modū seruo, vt quisquis apud eos pp̄ disciplinam degradatus ad catholicam transire voluerit in humiliatione pœnitentię recipiatur, quod & ipsi eum forsitan cogent, si apud eos manere voluisset. Ab eis verò cōsidera (quæso te)

24. qd̄. r. subdiaconus.

te) quàm execrabiler fiat, vt quos male-
uientes Ecclesiastica disciplina corripimus,
persuadeat eis vt ad lauacrum alterum veniant,
atque vt id accipere mereant Paganos se esse
rudeant, quæ vox ne procederet de ore Chri-
stiano, tantus sanctus sanguis martyrum fusus
est, deinde quasi renouati & quasi sanctifica-
ti, disciplinæ quæ ferre non potuerunt, deterio-
res facti, sub specie nouæ gratiæ, sacrilegio
nouo furoris insultent. Aut si male facio, per
tuam beneuolentiã ista corrigenda curare,
de me nullus querat, si hæc illi perferri inno-
titiã per codices publicos fecero, qui mihi ne
gari (vt arbitror) in Romana ciuitate non pnt.
Nam cum Deus imperet vt loquamur & pdi-
cemus verbum, & docentes quæ non oportet re-
fellamus, & instemus opportune atque impor-
tune sicut dñicis & Apostolicis literis pbo,
nullus hominum mihi silentium de his reb. per-
suadendum arbitret. Violenter autem vel latro-
cinantes, siquid audendum putauerint, non deerit
dñs ad tuendam Ecclesiam suam, qui iugo suo in
gremio eius toto orbe diffuso oia terrena re-
gina subiecit. Nam cum Ecclesiæ quidam colonus
filiam suam, quæ apud nos fuerat catechumena,
& ab illis seducta est, inuitis parentibus. vt ibi
baptizata etiam sanctimonialis formam suscipere-
ret, ad cõionem catholicam paternam vellet
seueritate reuocare, & ego feminam corrupte
mentis nisi volentem, & libero arbitrio melio-
ra diligentem suscipi noluissem, ille rusticus et
plagis instare cepit, vt sibi filia consentiret,
quod statim oimodo fieri prohibui. Tñ per
Spanianam transseuntibus nobis presbyter ipse
stans in medio fundo catholice ac laudabilis
foemine, voce impudensissima post nos cla-
mavit, quod traditores & persecutores essemus, quod
conuictum est in illa foeminam iaculatus est, quod
cõionis est nostræ, in cuius medio fundo sta-
bat. Quibus vocibus auditis, non solum me ipsum a-
lite refrenauit, sed et multitudinem, quæ me com-
mitabat cõpescuit. Et tñ si dicam, queratur qui
sint vel fuerint traditores vel persecutores.
Rudeatur mihi, disputare nolumus, & rebap-
tizare volumus. Nos oues vestras insidiantibus
moribus luporum more depredeamur, vos
si boni pastores estis, tacete. Quid enim aliud man-
dauit Proculianus, si vere ipse mandauit, Si
Christianus es, serua hoc iudicio Dei, nisi
nos faciamus, tu tace. Ausus est et idem pres-
byter homini rusticano cõductori fundi Ec-

clesiæ cõminari. Hæc quoque oia per te (qua-
so) nouerit Proculianus, coerceat insaniam
clericorum suorum. Vide honorabilis Eusebi,
non apud te tacui, dignaberis itaque non quod tu
de his omnibus sentias ne tibi arbitreris a me
iudicis onus imponi, sed quid illi respondeat
mihi rescribere. Misericordia Dei incolumen
tueatur domine eximie, & merito susci-
piende ac dilectissime frater.

Augustinus Seuerino cõsanguineo suo, qui
videtur fuisse Donatista, detestatur
schisma scelestum, & impudens.
Epistola. CLXIX.

Domino multum desiderabili, & valde
charissimo fratri Seuerino Augustinus.
Literas fraternitatis tuæ etsi valde sero, etsi
præter quod speraueram, tamen lætus accepi, maxi-
meque ampliori gaudio profusus sum, cum cogno-
uissem hominem vestrum hac ipsa sola causa venisse
Hipponem, vt ad me literas tuæ fraternitatis
asserret. Cogitavi enim non sine causa hoc exor-
tum esse in animo tuo, vt recoleres cõsanguini-
tatem nostram, nisi quia fortasse perspicis, si-
cut noui, non leue pondus prudentiæ tuæ, quod sit
dolendum, vt qui semel carnem fratrem sumus,
in Christi corpore non vna societate viuamus,
præsertim quia facile tibi est attendere,
& videre ciuitatem super montem constitutam, de
qua dominus ait in Euangelio, quod abscondi
non possit. Ipsa est enim Ecclesia catholica. Vñ
καθολικη Græcè appellatur, quod per totum or-
bem terrarum diffundit. Hanc ignorare nulli
licet, ideo secundum verbum domini nostri Iesu
Christi, abscondi non potest. Pars autem Do-
nati in solis Aphris calumniat orbi terrarum,
& non considerat ea sterilitate qua fructus
pacis & charitatis noluit afferre, ab illa radi-
ce Orientalium Ecclesiarum se esse præcisam,
vnde Euangelium in Aphricam venit, vnde ter-
ra si eis afferat, adorant, fidelis autem si inde
veniat, exufflant & rebaptizant etiam. Hoc
enim prædixit filius Dei qui veritas est, se esse
vitem, suos autem filios esse sarmenta, & pa-
trem suum agricolam. Sarmentum, inquit, quod
in me non dat fructum, pater meus tollet il-
lud: Sarmentum autem quod in me dat fru-
ctum, purgat illud, vt maiorem fructum affe-
rat. Non ergo mirum est, si de illa vite quæ
creuit, & omnes terras impleuit, præcisati sunt illi
qui

qui fructum charitatis afferre noluerunt. Qui
si vera crimina obiecerint collegis suis, ma-
iores eorum qui schisma fecerunt, ipsi obti-
nuissent causam suam apud Ecclesiam transmarinam,
vñ ad istas partes Christianæ fidei manavit
authoritas, vt illi essent foris, quibus eadem crimi-
na obieciunt. Nunc autem cum illi inueniunt intus
cõicare Ecclesiis Apostolicis, quorum nomina in
libris sanctis habent, & recitant, isti autem foris
positi, & ab illa cõione separari sint, quis non
intelligat eos habuisse causam bonam, qui eam
apud medicos iudices obtinere potuerunt?
Aut si causam bonam habebant, & eam transmarinis
Ecclesiis probare non potuerunt, quid illos læ-
sit orbis terrarum, vbi Episcopi collegas suos qui
apud eos obiectis criminibus cõuicti non erant,
temere damnare non possent? Itaque innocentes
rebaptizant & Christus in innocentibus exuff-
lat. Si autem iisdem Donatistæ Aphrorum collega-
rum suorum vera crimina nouerant, & negle-
xerunt ea demonstrare & præbare transma-
ris Ecclesiis, ipsi se ab unitate Christi scelera-
tissimo schismate præciderunt, non habent
quod accusent, & vos nostris maxime, quia tam
multi scelerali apud eos emerferunt, & tole-
rauerunt illos per tot annos, ne partem Donati
cõscinderent, & non dubitauerunt illo tempore fal-
sas suspitiones suas obiectantes, pacem Christi
unitatemque dirumpere, & vos videtis. Sed nescio
quæ carnalis cõsuetudo frater Seueritate ibi
vos tenet, & olim doleo, olim gemo, maxi-
me prudentiam tuam cogitans, & olim te vide-
re desidero, vt de hac re tecum loquerer. Quid
enim prodest vel salus vel cõsanguinitas tem-
poralis, si æternam Christi hæreditatem salu-
temque perpetuam in nostra cognatione con-
temnimus? Hæc me interim scripsisse suffice-
rit, quæ duris cordibus valde pauca sunt &
prope nulla, animo autem tuo quem bene
noui valde multa sunt & valde magna. Non
enim mea sunt qui nihil sum, nisi quod expe-
cto misericordiam Dei, sed ipsius Dei omni-
potentis, quæ quisquis in hoc seculo contem-
pserit patrem, inueniet in futuro iudicem.

Sub persona ecclesiæ catholicæ exhortatur
omnes Donatistas, vt respiscetes redeant
ad communionem. Epi. CLXX.

Vobis Donatistæ, catholica Ecclesia di-
cit: Filij hominum vsquequo graues

corde, vt quid diligitis vanitatem, & queritis
mendacium? Vt quid vos a totius orbis unitate
nefario schismatis sacrilegio diuisistis? At-
tenditis falsa quæ vobis dñr ab hominibus aut
mentientibus, aut errantibus, de traditione codi-
cū diuinorum, vt in hæretica separatione mo-
riamini, & non attenditis quod vobis ipsi codi-
ces dicunt, vt in catholica pace viuatis. Qua-
re aperitis aures ad sermonem hominum di-
centium, quod nunquam probare potuerunt, & fur-
di estis aduersus sermonem Dei dicentis: Dñs
dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie ge-
nui te. Postula a me & dabo tibi gentes hære-
ditatem tuam, & possessionem tuam terminos ter-
rarum. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semi-
ni eius. Non dicit, & seminibus tanquam in multis,
sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Chri-
stus. In semine, inquit, tuo benedicent omnes ge-
tes. Erigite oculos cordis, & considerate to-
tum orbem terrarum, quomodo in semine Abrahæ
benedicuntur omnes gentes. Tunc ab vno cre-
debat quod nondum videbatur, iam vos vi-
detis & adhuc inuidetis. Passio dñi precium
est orbis terrarum. Ille totum orbem redemit,
& vos cum toto orbe ad lucrum vestrum non
concordatis, sed potius ad damnum vestrum
in parte litigatis, vt totum perdat. Audite in
Psalmo, quo precio redempti sumus. Fode-
runt, inquit, manus meas & pedes meos, di-
numerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero cõ-
siderauerunt & cõspexerunt me, diuiserunt si-
bi vestimenta mea, & super vestimentum meum
miserunt sortem. Quare diuisores vestimento-
rum dñi esse vultis, & tunicam illam charita-
tis de super textam, quam nec persecutores
eius diuiserunt, tenere cum toto orbe non vul-
tis? In Psalmo ipso legitur, quia totus orbis
eam tenet: Commemorabunt, inquit, & con-
uerterent ad dominum vniuersi fines terræ: Et
adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ
gentium. Quoniam ipse est regnum, & ipse
se dominabit gentium. Aperire aures cordis
& audite, quia Deus deorum dñs locutus est,
& vocauit terram a solis ortu vsque ad occa-
sum, ex Syon species decoris eius. Si hoc non
vultis intelligere, audite Euangelium, iam per
os proprium loquente ipso domino & di-
cente: Quia oportebat de Christo comple-
ri omnia, quæ de illo scripta sunt in lege &
Prophetis & Psalmis, & prædicare in no-
mine eius penitentiam & remissionem om-
nium

nium peccatorum per omnes incipientibus ab Hierusalem. Quod in psalmo dixit. Vocavit terrā à solis ortu vsq; ad occasum, hoc in Evangelio, Per omnes gentes. Et qđ in psalmo dixit, Ex Syon spēs decoris eius, hoc in Evangelio dixit, Incipientib. ab Hierusalem. Fingitis vos ante tps mesis fugere permixta zizania, qđ vos estis sola zizania. Nā si frumēta effectis, permixta zizania toleraretis, & à se-

G gete Christi nō vos diuideretis. De zizanijs qđ dē dictum est, Qm̄ abūdabit iniquitas, refrigeret charitas multorū. Sed & de tritico dictum est, Qui perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Quare creditis creuisse zizania & mūdū repleuisse, triticū autē decreuisse, & in sola Aphrica mansisse? Christianos vos dicitis, & Christo contradicitis. Ipse dixit, Sinite vtraq; crescere vsq; ad mesē, non dixit, crescat zizania, decrescant frumēta. Ipse dixit, Ager est hic mūdus, nō dixit, ager est Aphrica. Ipse dixit, Mesis est finis seculi, non dixit, mesis est ps Donati. Ipse dixit, Messores angeli sunt, nō dixit, messores principes Circūcillionū sunt. Sed quia pro zizanijs triticū accusastis, vos esse zizania demōstrastis, & qđ est graui⁹ ante tps vos à tritico separastis. Maiores enim vestri quorū in sacrilega p̄cissione perseueratis, quidā gestis municipalib. codices sanctos & instrumenta Ecclesię persecutorib. tradiderūt, qđ eos fatētes dimiserūt & eis cōcauerunt, & vtriq; Cathaginē furiosa factione cōuenerunt, de crimine traditionis, de quo ipsi inter se iā cōsenserāt, inauditos dānauerunt, Ep̄m ḡ Ep̄m ordinauerunt, altare contra altare erexerunt. Postea literas ad Imperatorē Constantinū vt inter Aphros Ep̄i transmarini iudicaret miserunt, datis iudicib. quos postulauerant, & Romę iudicantib. non obtemperauerunt, Ep̄os apud Imperatorē tanq̄ male iudicauerint arguerunt. Ab alijs rursus Ep̄is ad Arelatū missis ad ipsum Imperatorē appellauerūt. ab ipso auditi & calumniatores inuenti, in eodē scelere permanserūt. Euigilate ad salutē, amate pacē, redite ad vnitatē. Hęc vobis quemadmodum gesta sunt, qm̄ vultis omnia recitamus. Ille communicat malis qui consentit factis malorū, non qui tolerat in agro dñico zizania vsque ad messem, vel paleam vsq; ad vltimā ventilationem. Si malos odistis, vos ipsi mutamini ab scelere schismatis. Si malorum permixtio

Mat. 24. **Mat. 13.**

H nem timeretis, Optatum inter vos in apertissima iniquitate viuente per tot annos non teneretis. Quē cū mō martyre dicitis, superest vt eū pp̄ quē mortuus est Christum dicatis. Postremo qđ vos offendit orbis Christian⁹, à quo vos nefario furore p̄cideristis? Et quid apud vos pmouerunt Maximianistę, quos à vobis dānatos, & per iudicia publica de basilicis perturbatos, in suo rursus honore recepistis? Quid vos offendit pax Christi, cōtra q̄ vos diuiditis ab eis quos isamatis? Et qđ vos promeruit pax Donati: p̄ qua suscipitis quos dānatis? Felicianus Musticanus modo vobiscum est. Legimus. n. prius in vestro concilio damnatum, & à vobis postea in iudicio Proconsulis accusatum, & in Musticana ciuitate gestis municipalib. oppugnatum. Si traditio codicum scelerata est, q̄ Deus in regem qui Hieremię librum incēdit morte publica vindicauit, quāto sceleratius est sacrilegiū schismatis, cuius authores quib. Maximianistas cōparastis, aperta terra viuos absorbit? Quō ergo crimen traditionis nobis obiicitis quod non probatis, & schismaticos vestros & dānatis & acceptatis? Si propterea iusti estis, quā persecutionē per Imperatores passi estis, iustiores vobis sūt isti Maximianistę quos per iudices ab Imperatorib. catholicis missos vos ipsi persecuti estis? Si baptismū vos soli habetis, qđ apud vos facit baptismus Maximianistarū in eis quos baptizauit Felicianus dānatus, cū quib. est ad vos postea reuocatus? Vel vobis laicis ad ista rñdeant Episcopi vestri, si nobiscum loqui nolunt, & cogitate p̄ fatute vestra quale sit hoc ipsum quod nobiscum loqui nolunt. Si lupi concilium fecerūt vt pastoribus non respondeant, quare oues concilium perdidierunt vt ad luporum speluncas accedant?

Augustinus Crispinum Donatistam vrget, propositis breuiter aliquot, argumentis, ad ea si potest respondeat per literas. Epistola. CLXXI.

Q Via humilitatem nostram vestri reprehendunt, ideo sic epistolam p̄notauit, quod in tuam cōtumeliam fecisse videat, si non ita mihi abs te vt rescribas expecto. De Carthaginensi promissione tua vel nostra instantia, quid multa commemorem? Quomodo

Quomodo libet ea gesserimus, transferint ne quod restat impediatur. Nunc excusati, nisi fallor, nulla est, adiuuante dño, ambo in Numidia sumus & nobis loco terrarū inuicē, pp̄ inquam. Rumor ad me detulit adhuc te velle mecum disputādo experiri de qōne quę nostrā dirimit communionem. Vide q̄ breuiter oēs auferantur ambages, ad hanc epistolā rñde, si placet, & fortasse sufficiet, non solū nobis, sed & eis qui nos audire desiderant, aut si non sufficiet, scripta atq; rescripta, donec sufficiat, repetent. Quid enim nobis cōmodius poterit exhibere vrbium quas incolimus tanta vicinitas? Ergo. n. statui nihil de hac re agere vobiscū nisi per literas, vel ne cui nostrū de memoria quod dī elabāt, vel ne fraudent talium studiosi, qui forte interesse non p̄nt. Soletis de p̄teritis reb. gestis quę vultis falsa iactare, forte nō mentiendi studio sed errore. Proinde (si placet) de p̄sentib. illa memur. Proculdubio te non fugit prioris populi tps & idolatrię sacrilegiū fuisse cōmissum, & a rege cōtemptore librum propheticum incensum, quo vtroque crimine schismatis malum non puniret atrocius, nisi grauius pendere. Profecto. n. recordaris quemadmodum schismatis authores viuos dehiscentes terra sorbuerit, & eos qui cōsenserant, celo irruens ignis absumpserit. Sic nec fabricatū & adoratū idolū, nec sacer liber exultus meruit vindicari. Cur ergo q̄ soletis nobis obiicere, nō solū in nostris nō p̄bata, sed pot⁹ in vestris p̄bata crimina eorū q̄ formidine p̄secutionis impulsū dānicos libros concremandos ignib. tradiderunt, Vos eos quos pro scelere schismatis, plenarij cōsiliij vestri veridico, sicut ibi scriptū est ore dānastis, in eodē ipso Episcopatu recepistis, in quo damnastis, Felicianū dico Musticanū & Prætextatū Assuritanū. Neque. n. sicut ignorantib. dicitis ex eo numero fuerunt isti quib. vestrū cōciliū diem prorogauerat, & p̄fixerat, intra quē nisi ad vestrā communionem remeauissent, eadē snia tenerent, sed de illo numero isti fuerunt quos eo die sine dilatione dānastis, quo illis dilationē dedistis. Probato si negaueris. Cōciliū vestrū loquit, Procōtularia gesta hēmus in manib. quib. id nō semel allegastis. Aliā ergo defensionē para si potes, nedū negas qđ conuincam, moras faciamus. Felicianus igitur & Prætextatus si innocentes

erāt, quare sic dānati sunt? Si scelerati, quare sic recepti sunt? Si probaueris innocētes, cur nō credamus à multo pauciorib. vestris falso crimine traditionis innocētes potuisse dānari, si a trecētis decem successorib. eorū, vbi etiā pro magno scriptū est, plenarij concilij ore veridico, in falso crimine schismatis innocētes dānari potuerunt? Si autē probaueris rectē fuisse dānatos, quę restat defensio, cur in eodē Episcopatu recepti sint, nisi vt exaggerans vtilitatē salubritatemq; pacis, ostendas etiā ista pro vnitatis vinculo toleranda? Quod vtinam non oris, sed cordis virib. ageres profecto perspiceres, q̄ nullis calumniis per orbem terrarum esset violanda pax Christi, si licet in Aphrica etiam in sacrilego schismate dānatos, in eodem ipso Episcopatu recipi pro pace * Donati. Itē soletis nobis obiicere qđ vos per ptates terrenas p̄sequamur. Qua in re non disputo, vel qđ vos p̄ imanitāte tanti sacrilegij mereamini, vel quantū nos christiana temperet mānudo, illud dico, si hoc crimen est, cur eosdem Maximianistas per iudices ab eis Imperatorib. missos, quos per Euangelium genuit nostra communio, grauius insectati de basilicis quas tenebant, in quib. eos inuenit ipsa cōcilio, & cōtrouerfiarum strepitu & iustionum potentatu & auxiliorum impetu perturbastis? in qua confusione quę passi sint per loca singula recētia rerum vestigia contestantur, quę iusta sint chartę indidant, quę facta sint terrę clamāt, in quibus etiam Optati illius Tribuni vestri sancta memoria p̄dicatur. Item dicere soletis, quod nos Christi baptismum non habeamus, & p̄ter vestram communionem nusquam sit. Possē hinc vberius aliquanto differere, sed cōtra vos iam nihil opus est, qđ cū Feliciano & Prætextato etiā Maximianistarum baptismū recepistis. Quotquot. n. baptizauerunt qđ Maximiano communicabāt, cum etiam ipsos nominatim. i. Felicianum & Prætextatum de basilicis eorum, sicut gesta testantur diuturno conflictu iudiciorum expellere conaremini. Quotquot ergo eo tempore baptizauerunt, nunc secum & vobiscū habent, non solum per agritudinum pericula, sed etiam per solemnitates Paschales in tot ecclesijs ad suas ciuitates pertinentibus, & in ipsis tam magnis ciuitatibus foris in scelere schismatis baptizatos, quorum nulli Aug. Tomus secundus. Gg ba-

baptisma repetitum est. Atque utinam probare possitis eos quos foris in scelere schismatis Felicianus & Prætextatus tanquam inaniter baptizauerant, ab eis receptis intus quasi utiliter denuo baptizatos. Si. n. rursus baptizandi erant isti, rursus ordinandi erant illi. Amiserant. n. Episcopatu recedentes a vobis, si extra communionem vestram baptizare non poterant. Nā si discedentes Episcopatu non amiserunt, baptizare utiq; poterant. Si aut amiserant, ergo ut eis quod amiserant redderet, redeunt ordinari debebant, Sed noli timere, sicut certū est cū eodē illos Episcopatu, cū quo exierant remeasse, ita certū est oēs quos in Maximiani schismate baptizarunt, si ne vlla baptismi repetitione secum vestrae communioni reconciliaffe. Quib. igitur sufficimus lachrymis plangere recipi baptismū Maximianistarum, & exuffari baptismum orbis terrarum? Siue auditos sine inauditos, siue iuste siue iniuste, damnastis Felicianum, dānastis Prætextatum: dic mihi, quē Corinthiorum episcopus audiuit, aut dānauit aliquis vestrum? quē Galatarum? quē Ephesiorū? quē Colosensium? Philippensium? Thessalonicensium? ceterarumq; omnium ciuitatum, de quibus dictum est, Adorabunt in conspectu eius vniuersæ patrię gētium: Ergo istorum baptismus acceptatur, & illorum exuffatur, qui nec istorum est nec illorū, sed illius de quo dictum est, Hic est qui baptizat. Sed nō hinc ago, ad illa quę præsto sunt, aduerte, ea quę oculos etiam cæcos feriunt, intuere, damnati habent baptismū & inauditi non hēnt. Nominatim in scelere schismatis expressi & eiectioni habent, & ignoti longe peregrini nunquā accusati, nunquam iudicati non habent? Qui de præcisa parte Aphricæ rursus præcisi sunt habent, & vnde ipsum Euangelium in Aphricam venit non habent? Quid pluribus onero? Ad ista responde: Attende sacrilegiū schismatis vestro cōcilio Maximianistis exaggeratum. Attende persecutiones per iudicarias potestates, quas eis irrogastis. Attende baptismum eorum quem cum eis quos damnastis recepistis, & responde (si potes) vtrum habeatis aliquid vnde iniiciatis nebulas imperitis. cur ab orbe terrarum longe maiore scelere schismatis separemini, quā quod in Maximianistis vos dānasse gloriamini? Pax Christi vincat in corde tuo.

Psal. 21.

Ioan. 1.

Expostulat cum Crispino, qui quosdam mercede attractos rebaptizarat, adiurans illum ut ad obiecta respondeat. Epistola. CLXXII.

D eum quidem timere debuisti, sed quia in rebaptizandis Mappaliensibus sicut homo timere voluisti, cur non valeat iussio regalis in prouincia, si tm̄ valuit iussio puincialis in villa? Si personas compares tu possessor, ille Imperator. Si loca cōpares, tu in fundo, ille in regno. Si cās cōpares, ille vt diuisione resarciaf, tu vt vnitas diuidatur. Sed nos te de hoīe non terremus. Nam possūmus agere, vt decē libras auri s̄m Imperatoria iussa persolueres. An forte propterea non habes vñ reddas quod dare iussū sunt rebaptizatores, dum multū erogas, vt emas quod rebaptizes? Sed nos te (vt dixi) de hoīe non terremus, Christus te potius terreat. Cui volo scire quid rñdeas si tibi dicat, Crispine carum fuit precituum ad emendum timorē Mappaliensium, & vilis mors mea ad emendum amorem oīum gentium? Plus valuit rebaptizandis colonis: tuis quod numeratum est de sacculo tuo q̄ rebaptizandis populis meis quod manauit de latere meo? Scio te plura audire posse, si Christo aurē præbeas, & ex ipsa tua possessione admoneri, q̄ impia cōtra Christum loquamini. Si. n. humano iure præsumis firmiter possidere quod emisti argento tuo, quāto firmiter diuino iure possidet Christus quod emit sanguine suo? Et ille quidem inconcusse possidebit totum de quo dictum est, Dominabitur à mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terræ. Sed certe quomodo confidis non te perditurum quod in Aphrica videris emisse, qui Christum dicis toto orbe perditum ad solam Aphricam remāsisse? Quid multa? Si voluntate sua Mappalienses in tuam communionem transferunt, ambos nos audiant, ita vt scribantur quæ dicemus, & à nobis subscripta eis Punice interpretentur, & remoto timore damnationis eligant quod voluerint. Ex ijs enim quæ dicemus apparebit, vtrum coacti in falsitate remaneant, an volentes teneant veritatem. Si enim hæc non intelligunt, qua temeritate traduxisti non intelligentes? Si autem intelligunt, ambos (vt dixi) audiant, & quod voluerint faciant. Si quæ etiā plebes a vobis ad

ad nos transferunt, quas putas à dominis coactas, hoc & ibi fiat, ambos nos audiant, & eligant quod placuerit. Si autem nō vis hoc fieri, cui non appareat non vos de veritate præsumere? Sed cauenda est ira Dei & hic & in futuro seculo. Adiuro te per Christum, vt ad ista respondeas.

G Augustinus Pascentio comiti hæreseos Arrianę, qui in pfessione fidei eluserat, ac post iactarat Augustinum ab iplo superatum, scripto reddit rationem fidei suę, de trib. personis: & vno Deo: deq; verbo humusij. Epistola. CLXXIII.

Voluerā quidem petente te atq; instante vt meminisse digneris, immo pro merito ætatis ac dignitatis tuæ, iubente te de fide christiana, et præsens cum præsentē, inquātū mihi facultatem dñs largiret cōferre sermonem. Sed quia tibi post prandiu displicuit, qd̄ inter nos mane placuerat, vt à notariis verba nostra exciperent, vltius dicas quod te audio nō tacere, nō me fuisse ausum tibi dicere fidem meā, his literis accipe, quod & tu legas, & cui volueris legendum tradas, & qd̄ volueris vicissim scribendo ipse rñdeas. Iniquum est enim vt qsq; de alio iudicare velit, & iudicari de se nolit. Et de præterito quidē placito nostro quod cōdicto meridiano implere noluit, facile existimari potest, qd̄ nostrum fidei fiduciā non habuerit, vtrum qui volebat vt diceret, & timebat ne teneret, an q̄ vsque adeo nolebat eam disceptantiū iudicio subtrahi, vt mandata literis vellet etiam legētium memoriæ cōmendari, ne quāquam vel obliuione opinatus, vel dissensione irritatus: diceret ab aliquo nostrū, aut non esse dictū quod dictū erat, aut dictū esse qd̄ dictū non erat. In his. n. solēt latebras suę malæ defensionis inquirere, q̄ contētionis sunt cupidiores, q̄ veritatis. Hoc aut nec à te, nec à me, nec de te, nec de me dici posset, si in fide cōdicti permaneres, vt verba nra exciperent, & scriberetur, præsertim quia tu ipse i iis verbis quib. fidē tuam pronunciaisti, quotiens ea repetisti, totiens variaisti, qd̄ nulla credo fraude, sed obliuione factū esse. Nā primo dixisti: Credere te in Deū patrem oīpotētem, inuisibilem, ingentū, incapabilem, & in Iesum Christum filium eius, Deum natū ante secula, per quem

facta sunt omnia, & in spiritum sanctum. Quibus ego auditis, cum rñdissem, nondum à te quicquam dictum qd̄ meæ fidei repugnaret, & iō si ea scripsisses, me his et posse subscribere, ad hoc nescio quō res pducta est, vt accepta charta, ea ipsa quæ dixeras velles et literis tua manu exprimere. Quod cū mihi ad legē dum dedisses, aīaduerti minus te scripsisse patrem, cū scripsisses Deū oīpotentem, inuisibilem, ingentū, inatum. Quod vbi cōmemorauit non post multā allegationē, addidisti patrem, & incapabilem quidem, qd̄ verbis dixeras scripto prætermiseras. Sed nulla hinc à me facta cōmemoratio est. Deinde cum dixissem me paratū esse subscribere, adhuc illa verba et mea esse posse, prius quæsiui, ne qd̄ in mentē venerat laberet, vtrum alicubi scripturarū diuinarū legeret pater ingentus. Hoc aut feci, quia in exordio sermonis nostri cum Arrius & Eunomius cōmemorati essent, nō à me, sed à fratre meo Alipio, requirete quē nā eorū secutus esset Auxētius, qui abs te fuerat non parua prædicatione laudatus, exclaimando anathematizasti & Arrium & Eunomium, tū continuo flagitasti, vt & nos anathematizaremus homusion, quasi quāquam homo esset q̄ hoc vocaretur, sicut Arrius & Eunomius. Deinde vehemēter exigebas, vt hoc verbum tibi in scripturis ostēderemus, & statim nobis communicares. Respondebatur à nobis, quia nos Latine loqueremur & illud Græcum esset, prius quærendum esset, quid sit homusion, & tunc exigendum vt in libris sanctis ostēderetur. Tu contra verbum ipsum crebro repetens, & inuidiose ventilans, atque in conciliis maiorum nostrorum cōscriptum commemorans, vehemēter urgebas, vt ipsum omnino verbum, quod est homusion, in sanctis libris ostēderemus, nobis etiam atque etiam reuocantibus, quia lingua nostra Græca non esset, prius interpretandum & exponendum esse quid sit homusion, tum demum in diuinis literis requirendum, quia etsi fortasse nomen ipsum non inueniretur, restamen ipsa inueniretur. Quid est. n. contentiosus, quam vbi de re constat, certare de nomine? Hæc ergo quia inter nos iam collocuti fueramus, postea quam ad id ventum est, vt fidem tuam, sicut commemorauis, scriberes, quanquam nihil in eis verbis viderem nostræ fidei esse cōtrarium, & pro-

dyēptas

32. q. 6. aniquum.

Psal. 7.

K

pterea me dicere paratum esse subscribere, quæsiui, vt dixi, vtram scriptura Dei cõtinet hoc verbũ, quod pater esset ingenuus, & cum scriptũ esse rãdisses, instantius quærebã vt ostēderes. Tũc vnus ex ijs qui aderant, quãrum intelligi datur, fidei tuæ socius, ait mihi, Quid ergo? Tu patrẽ genitum dicis? Rãdi, nõ dico. Et ille, Si ergo genitus non est, inq̃t, vti que ingenuus est. Cui ego vides, iquã, posse fieri, vt et de verbo quod in scriptura Dei nõ est, reddatur tñ rõ vnde recte dici ostēdatur. Sic ergo & Homusson quod in auctoritate diuinorum librorum cogebamur ostēdere, etiam si vocabulum ipsum ibi non inueniamus, fieri posse vt illud inueniamus, cui hoc vocabulum recte adhibitum iudicetur. Quibus dictis quid hinc tibi videre attendi vt au direm. Et aisti, Recte factum esse, vt ingenuus pater in scripturis sanctis nõ diceret, ne illi vel tali verbo fieret iniuria. Ergo, in quã, nõ facta est iniuria Deo, & hoc manu tua? Quo audito fateri iam coepit, nec te hoc dicere debuisse. Sed admonerem, vt si tibi tale videre hoc verbum, vt ad Dei pertineret iniuriam, deleres illud. Inde vbi scripturas considerasti, credo posse id recte dici, posse defendi, & rursus aisti, prorsus ego hoc dico. tum ego illud quod iam iam dixeram repetiui ita fieri posse, vt et homusson neq; scriptũ in sanctis paginis inueniatur, & tñ dictum in assertione fidei defendatur, sicut patrem in illis libris nusquam ingenuum legimus, & tñ dicendum esse defenditur. Tunc a me chartã quam dederas abstulisti, & conscidisti, & cõstituiimus postmeridianum tempus, vt adefsent notarij ad excipienda verba nostra, atq; inter nos ista quantum possemus diligentius tractaremus. Venimus, vt nosti, ad horam cõdictam, notarios adduximus, & vt tui adesset concedimus. Dixisti rursus quidem tuã, atq; in verbis tuis non audiui ingenuum patrem. Credo quod cogitaueris quid inde mane dictum fuerit, & præcauere volueris. Deinde poposcisti, vt ego etiã dicerem fidẽ meam. Vbi cum postulasset commemorans antemeridianum placitum nostrũ, vt ea que dixeras dictare potius dignareris, tunc exclamasti calumniam parare nos tibi, & ideo verba tua conscripta velle retinere. Ibi quid responderim recordari non libet; atq; vtinam nec tu memineras. Seruavi tñ debitam hono-

rificentiam honori tuo, nec maledictũ deputaui, quod non a veritate, sed a potestate audire meruissẽ. Tñ quia vel ipsa verba repetiui vt pressa voce dicere, ita ne caluniam paramus nos tibi? vt ignoscas peto. Sed tu his auditis rursus fidem tuam sono clariore repetisti, atq; in verbis tuis non audiui Deũ filiũ, quod nunquam quotiens eã dixisti tacueras. Hic ego tam modeste vt nusquã pulsare, vt de excipiendis verbis nostris, quid inter nos placuerat implere etiã ipsã utilitatem de præsentis experimento suggesti, dicens, te ipsum non potuisse in memoria verba tua tibi vñtatis firma retinere, qñ nunquã ea repetere valuisse videbamus, cum non aliquid maxime necessariũ parares, quãto minus posse illos qui nos audirent ita nostrorum meminisse verborum, vt si qd forte vel tu de meis vel ego de tuis verbis vellẽ retractare atque discutere, valerẽt seu dictũ seu non dictũ liquido recordari, in qua nobis difficultate facile notariõũ recitatio subueniret. Tũc indignãter dixisti, melius fuisse vt meam famam spã audires, eo quod longe inferiorẽ me expertus esses, qñ tibi illa iactasset. Tunc ego cõmemoravi, cũ te ante prædiũ salutaremus, & eã famã nobis p̃dicasses, hoc me dixisse, qd de me illa mentita sit. Hic sanẽ aisti verum me dixisse. Proinde cũ duo tibi de me diuersa locuti sint, aliud fama mea, & aliud ego, magis vtiq; gaudere debeo me potiũ qñ illam reperitum esse veracem. Sed qã scriptum est, Solus Deus verax, ois autẽ hõ mēdax, vereor ne hoc quoq; de me temere dixerim. Neque. n. in nobis p̃s vel per nos ipsos veraces sumus, sed cum ille in seruis suis loquitur qui solus est verax. Hęc si (vt narraui) gesta eã recolis, vides qñ nõ debeas iactare apud hoies, qñ nõ ausus sim tibi asserere fidẽ meã, qñ quidem in fide nostri placiti stare nolui, & vir tãtus q pro fide quam reipublice debes, non times maledicta prouincialiu, pro fide quam Christo debes, times calumnias Episcoporũ. Deinde cũ disputationi nostrẽ etiam honoratos viros interesse cupiueris miror quum in ipsa deuitatione calumnie verba tua, times a notariis cõscribi, & ex ore tuo a clarissimis testibus non times audiri. Nonne confideras difficile esse, vt homines suscipiantur te a nobis vllam formidasse caluniam vt verba tua excipi nolles, sed cum cogitasses retẽ-

A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z
aa
bb
cc
dd
ee
ff
gg
hh
ii
jj
kk
ll
mm
nn
oo
pp
qq
rr
ss
tt
uu
vv
ww
xx
yy
zz
aaa
bbb
ccc
ddd
eee
fff
ggg
hhh
iii
jjj
kkk
lll
mmm
nnn
ooo
ppp
qqq
rrr
sss
ttt
uuu
vvv
www
xxx
yyy
zzz
aaaa
bbbb
cccc
dddd
eeee
ffff
gggg
hhhh
iiii
jjjj
kkkk
llll
mmmm
nnnn
oooo
pppp
qqqq
rrrr
ssss
tttt
uuuu
vvvv
wwww
xxxx
yyyy
zzzz
aaaaa
bbbbb
ccccc
ddddd
eeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
ggggg
hhhhh
iiiii
jjjjj
kkkkk
lllll
mmmmm
nnnnn
ooooo
ppppp
qqqqq
rrrrr
sssss
ttttt
uuuuu
vvvvv
wwwww
xxxxx
yyyyy
zzzzz
aaaaaa
bbbbbb
cccccc
ddddd
eeeeee
ffffff
gg

dum docti atque sapietes magis putari q̄ esse concupiscunt, ea que propter formam serui dicta sunt, volunt transferre ad formam Dei. Et rursus quæ dicta sunt ut ad seinuicem personæ referant, volunt nomina esse nature; que substantiæ. Fides aut̄ nostra est, patrem & filium & spiritum sanctum vnum Deum credere & confiteri, nec tñ eum qui filius est patrem dicere, nec eum qui pater est filium, nec eum q̄ sp̄s patris & filij est, aut patrem aut filium nuncupare. His enim appellationib. hoc significat, quod ad seinuicem referunt, non ipsa substantia, qua vnum sunt. Nā & pater cum dñ, non nisi alicuius filij dñ, & filius non nisi alicuius patris intelligitur, & sp̄s secundum id quod ad aliqd̄ refertur, spirantis alicuius est, & spirans utiq; spiritu spirans est. Non aut̄ ista corporaliter sentiuntur, nec vsitato modo intelligunt̄ in Deo. Qui potens est facere, sicut dicit Apostolus, supra q̄ petimus & intelligimus. Si aut̄ facere, q̄to magis esse. Nam hoc nomen quod sp̄s dñ, non secundum id quod refert̄ ad aliqd̄, sed secundum id qd̄ aliqua natura significat, omnis in corporea natura sp̄s in scripturis appellat̄, vnde non tñ patri & filio & spiritui sancto, sed omni rōnali creaturæ & animæ hoc vocabulum congruit. Vnde dñs dicit. Sp̄s est Deus, & iō qui adorant Deū, in spiritu & veritate oportet adorare. Scriptum est. Qui facit angelos suos sp̄s. Dicitum est & de hominib. quibusdā: Qm̄ caro sunt & sp̄s ambulans, & nō reuertēs. Et Apostolus ait. Nemo scit qd̄ agat̄ in hoīe, nisi sp̄s hominis q̄ in ipso est. Item scriptum est. Quid scit sp̄s filiorum hoīum si ascendat ipse sursum, & sp̄s pecoris si descēdat ipse deorsum in terram? Dñ̄ etiam spiritus in scripturis secundū quādam distinctionem in ipsa vna vnus hominis anima. Vnde Apostolus dicit. Ut integer spiritus vester & anima & corpus in diē domini nostri Iesu Christi seruetur. Item in alio loco, Si orauero lingua sp̄s meus orat, meus autem mea instructuosa est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente. Proprio aut̄ modo quodam dñ̄ spiritus sanctus, secundum quod refertur ad patrem & filium, qd̄ eorum spiritus sanctus sit. Nam secundum substantiam, quoniam semel dicitum est: Spiritus est Deus, & pater spiritus est, & filius, & ipse spiritus sanctus, nec tamen tres sp̄s, sed

9. de Tri. ca. 11.

Eph. 3.

14. de Trinitate. ca. 16. Ioan. 4.

Pf. 103. Psal. 77. 1. Cor. 2. Eccl. 3.

1. The. 5.

1. Cor. 14.

vnus spiritus, sicut nō tres dij sed vnus Deus. Quid miraris? Tñ valet pax, nō qualiscunq; ut solet itelligi, nec talis qualis laudat̄ in hac vita per concordia charitatemq; fidelium, sed illa pax Dei, quæ sicut dicit Apostolus super greditur omnem intellectum. Quem? nisi nostrum, i. omnis rōnalis creaturæ: Quapp̄ considerantes infirmitatem nostram, & audientes Apostolum confitentem & dicentem: Fratres ego me non arbitror apprehendisse. Et qui se putat aliquid scire, nondum scit quem admodum oportet scire, cū diuinis scripturis quantum possumus colloquamur sine contentione pacati, non inani ac puerili animositate studentes alterutrum vincere, ut pax Christi potes vincat in cordibus nostris quā tum eam nobis & in hac vita percipere posse donauit, ut cogitantes quid eadem pax inter fratres egerit, quorum ex tam multis animis & multis cordibus fecit animam vnam & cor vnum in Deum, debita pietate credamus multo maxime in illa pace Dei, quæ superat omnem intellectum, & patrem & filium & spiritum sanctum non esse tres Deos, sed vnum Deum, tanto excellentius q̄ istorum erat anima & cor vnum quanto illa pax quæ superat omnem intellectum, excellentior est ista pace, quam tenebat omnium illorū cor vnum & vna anima in Deum. Filium autem hominis eudē dicimus quē filium Dei, non tñ pp̄ formam Dei, in qua est æqualis Deo patri, sed pp̄ acceptā formam serui, qua maior est pater. Et quia eundem filium hoīs dicimus, pp̄ hoc & filium Dei crucifixum fate-mur, nō ex virtute diuinitatis sed ex infirmitate humanitatis, nō ex suæ naturæ permixtione, * sed ex nostræ susceptione. Iam nūc paululum intuere quæ scripturarum eloquia nos cogant vnum dñm Deū confiteri, siue tantū de patre, siue tantum de filio, siue tantum de spiritu sancto, siue simul de patre & filio & spiritu sancto iterrogemur. Certe scriptū est. Audi Israel dominus Deus tuus Deus vnus est. De quo dicitum putas? Si tantum de patre, non est dominus Deus noster Iesus Christus. Et vbi est vox illa clangentis & clamantis, Dominus meus & Deus meus, quā Christus ipse non reprehēdit, sed approbauit dicens: Quia vidisti me credidisti? Porro si & filius dominus Deus est, & pater dñs Deus est, & ambo iā duo dñi & duo dij, quomodo erit verum.

Philipp. 4.

Philipp. 4. 1. Cor. 8.

K

a. l. p. m. asion.

Deut. 6.

1. Cor. 14.

verum, Dñs Deus tuus Deus vnus est? An forte pater est vnus dñs, filius aut̄ nō vnus dñs, sed tñ dñs, sicut sunt dij multi, & dñi multi, nō sicut ille vn⁹ de quo scriptū est, Dñs vnus est? Quid ergo rñdebimus Apostolo dicenti, Nam et̄i sunt qui dñr dij siue in celo siue in terra, sicuti sunt dij multi & dñi multi, nobis tñ vnus Deus pater ex quo omnia, & nos in ipso, & vnus dñs noster Iesus Christus, per quē omnia, & nos per ipsum? Porro si quod de vno Deo patre dñ̄, cogit inde filium separare, dicant qui audent, non posse iam intelligi dñm patrem, q̄ vnus, inquit, dñs noster Iesus Christus. Nam si vnus, utique solus. Si solus quomodo & pater, nisi quia & ipse & pater vnus Deus & solus Deus non separato spiritu sancto. Vnus ergo Deus pater, & cum illo filius vnus Deus, quamuis non cum illo vnus pater. Itemq; vnus dñs Iesus Christus, & cum illo vnus dñs pater, quamuis non cū illo vnus Iesus Christus tanquam & pater sit Iesus Christus. Hoc enim nomen ex dispensatione misericordie susceptæq; humanitatis assumptum est. An forte quod ait Apostolus, Vnus dñs noster Iesus Christus, per quē omnia non vultis adiungi quod dicitum est vnus, ad id quod est dñs, sed ad id quod ait, per quem omnia, ut non vnus dñs, sed vnus per quem omnia intelligatur, ut non sit pater per quem omnia, sed pater solus ex quo omnia, & filius solus per quem omnia? Si ita est, iam tñdem fateamini vnum dñm & Deum nostrum esse patrem & filium. Quis enim cognouit sensum dñi? Aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuet̄ ei? Quā aut̄ dixit aduersus spiritum sanctum, nō remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Periculosius enim peccatur in maiore q̄ in minore. Nec separari fas est filium hominis à filio Dei: quia ipse filius Dei factus est filius hominis, non mutando quod erat, sed assumendo quod non erat. Sed absit etiā talis impietas, ut spiritus sanctus maior filio esse credatur. Non ergo facile in peruersum moueant quæ ita dicuntur; quasi ostendant alterum altero esse maiorem. Nam quædam etiam sic dicuntur, ut hominibus parum intelligentibus & ipse filius maior patre videatur. Quis. n. cum fuerit interrogatus, qd̄ sit maius verum an veritas, non potius respōdeat veritatem esse maiorem? Ab illa enim

1. Cor. 8.

M

1. Cor. 8.

Rom. 11.

A

Eph. 4.

vnus Deus & pater omnium? Cum. n. Deum patrem hic cōmemoraret vbi ait. Vnus Deus & pater osūm, pculdubio id quod ibi dixit, Vnus dñs, quem nisi Iesum Christū voluit intelligi? Si ergo eis placet, desinat esse dñs pater, quia vnus est & dñs Iesus Christus. Quod si absurdum & impium est opinari, discam⁹ intelligere veritatem patris & filij & spiritus sancti, ut quod de vno solo Deo dicitum fuerit, nō continuo prohibeamur de filio vel de spiritu sancto intelligere, quia pater quidem nō est filius, & filius nō est pater, & sp̄s vtriusque nō est pater aut filius, sed tñ & pater & filius & spiritus sanctus, vn⁹ solus est verus dñs Deus. Neq; enim spiritus sanctus si aut Deus aut verus Deus nō esset templum eius essent corpora nostra. Nescitis, inquit, quia corpora vestra tēplum in vobis est spiritus sancti quē habetis à Deo? Et ne quisquam ipsum spiritū negaret Deum, continuo secutus ait, Et non estis vestri, Empti enim estis precio magno Glorificate ergo & portate Deū in corpore vestro eum. Scius templum corpora vestra esse praxiderat. Iam hoc mirabile est, si verū est quod vos audio dicere, ita esse spiritum sanctum minorē filio, sicut patre minor est filius. Cū. n. corpora nostra mēbra sint Christi, sicut dicit Apostolus, Itemq; corpora nostra tēplum sint spiritus sancti, sicut idem ipse dicit apostolus, nimirū miror, quō sint membra maioris, templum minoris. An forte iam placet dicere spiritum sanctū dñō Iesu Christo esse maiore? Vt enim suffragari huic opinioni etiā illa sn̄a. Quoniam qui dixerit verbum aduersum filium hoīs, remittet̄ ei, Qui aut̄ dixerit aduersus spiritum sanctum, nō remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Periculosius enim peccatur in maiore q̄ in minore. Nec separari fas est filium hominis à filio Dei: quia ipse filius Dei factus est filius hominis, non mutando quod erat, sed assumendo quod non erat. Sed absit etiā talis impietas, ut spiritus sanctus maior filio esse credatur. Non ergo facile in peruersum moueant quæ ita dicuntur; quasi ostendant alterum altero esse maiorem. Nam quædam etiam sic dicuntur, ut hominibus parum intelligentibus & ipse filius maior patre videatur. Quis. n. cum fuerit interrogatus, qd̄ sit maius verum an veritas, non potius respōdeat veritatem esse maiorem? Ab illa enim

1. Cor. 6.

Matt. 12.

C De verbis domini. ser. 11.

luisse ergo tuam dicere, non ista diceret, que communis est nobis, sed illam potius in qua dissentimus a vobis, hac & presentis diceret, si quemadmodum placuerat) verba nostra exciperentur. Sed quia hoc noluit, dicens te a nobis timere caluniam, & a placito cui mane censeris, post prandium recessisti, ut quid diceret quod quemadmodum velles me dixisse narrares, & ego non hrem unde ostenderem quod vel quemadmodum dixerim. Noli ergo ulterius iactare quod tu fide tua dixeris, & ego mea non dixerim, quia sunt homines qui considerent me potius habuisse fiduciam fidei meae, qui eam scribi voluerim, te autem non habuisse dum quasi caluniam primescis. Paratus ergo eras negare si tibi obiiceretur quod contra fidem meam aliquid dixeris. Vide ergo quod de te ipse sentiri feceris. Quod si obiectum non eras negaturus, cur dictum scribi noluit, praesertim cum magnopere voluisses et honoratos viros nostro interesse sermone? Cur ergo volens caluniam de vitare notariorum, styli timebas, & clarissimorum testimonium non timebas? Si autem sic vis ut et ego dicam fidem meam quod te dicens dixisse tuam, ego et breuius possum dicere, Credere me in patrem & filium & spiritum sanctum. Si autem proprium aliquid unde dissentis a me vis audire, Credo in patrem & filium & spiritum sanctum, nec filium dicens patrem, nec patrem filium, nec vtriusque spiritum sanctum, vel patrem vel filium, & tamen patrem Deum, & filium Deum, & spiritum sanctum Deum, solum aeternum & immortale propria sua substantia, sicut Deus solus & aeternus & immortalis est, ea diuinitate que est ante secula. Hoc si tibi displicet, & placeat a me audire quemadmodum de scripturis sanctis asserat, lege etiam illud quod prolixius conscriptum mihi benignitati tuae. Si autem illud tibi non vacat legere, nec mihi vacat frustra verba iactare. Possum tamen, quantum dominus dederit facultatis vel dictum tibi vel scribenti, ego quoque vel dictando vel scribendo ad quod volueris respondere. Huius scripturae a me dictatae & relectae ego Augustinus subscripsi.

Pascentius Augustinum contumeliose compellat, vergens ut proferat, quis est tribus personis, sit vnus Deus, ad conflictum sub arbitris prouocans. Epist. CLXXV.

Oraueram te frater dilectissime pristini erroris tui consilium deponere, nunc mihi

ror te in ipso adhuc permanere, sicut epistola quam ad me misisti, clamat. Nam ita est dignatio tua, sicut sitiens nimio calore accensus, si iuenerit aqua coenosam & se ingurgitauerit, postea est si lymphidissimam & frigidam reperies biberit, non satis proficere potest quicquid ceno semel eius cor & anima obruitur: Denique quod pace tua dicam, ita est consilium praestantiae tuae, sicut arbor curua & nodosa quae nihil in se rectum habet & acie puerit oculorum. Rescribit mihi sanctitas tua, pater Deum, filium Deum, spiritum sanctum Deum, sed vnum Deum. Quis est tribus vnus Deus? An forte est vna persona triformis quae hoc nomine nuncupetur? Tu si voluisses & consideres de professione tua, resideres mecum cum coepiscopis tuis puro ac pacifico animo & spiritu, & conferres de iis quae sunt Dei, & quae ad gloriam & gratiam spiritalem pertinent. Unde quid opus est scribere & rescribere quod nos non edificat.

Augustinus Deum vnum profitetur, triformem negat, conflictum non detrectat, si excipiantur quae dicuntur. Epistola. CLXXVI.

Litterae tuae nec ad reddenda conuicia me prouocare, nec a reddendis literis reuocare potuerunt. Ea quippe quae scripsisti mouerent me, si a veritate Dei non a parte hominis dicerentur. Dixisti consilium meum arboris curuae & nodosae, quae nihil in se rectum habet & acie puerit oculum. Quid in me diceret si a placito quod inter nos mane statueramus ego recessissem, & in re facillima quae recte placuerat curuae refragationem & nodos difficultatis posuissem? Neque enim aqua coenosa ingurgitatum me iudicares, sed perfidiae, quod multo peius est ebrietate submersum, si non talis post prandium redissem qualis ante prandium recessissem. Sed ecce nunquid non rescripsisti quod voluisti, & nullam caluniam formidasti. Sic ergo potes & caetera, ut sit quod vel nos ipsi vel alij possint considerare & iudicare. Quod enim dicitis triformem Dei personam me credere, si legere dignatus fuisses quod aliud aliquod prolixius misisti, & ad ea quae ibi scripta sunt respondere voluisses, hoc fortasse non diceret. Sed tamen ecce, & hoc ipsum quod triformem Dei personam dicam, & dictasti & conscriptum misisti & nullam caluniam timuisti. Ecce ostendisti

disti verum esse quod dico, non ideo te sicut placuerat cum simul essemus verba tua dictare noluisse, quia caluniam timebat, sed quia de veritate non confidebas, modo quia iam tibi placuit dictare, an triformem Dei personam credam, respondeo non me ita credere. Vna quippe forma est, quia vna, ut ita dicam deitas, & ideo vnus Deus pater & filius & spiritus sanctus. Tu autem peto digneris breuiter respondere, quomodo accipias quod ait Apostolus, Qui adharet meretrici, vnum corpus est, qui autem adharet domino, vnus spiritus est. Diuersi enim sexus corpora sibi adhaerentia, vnum corpus dixit, Et cum spiritus humanus nullo modo possit dicere, Ego & dominus vnus sumus, tamen cum adhaeret domino vnus spiritus est: quanto magis ille qui verissime dixit, Ego & pater vnus sumus, quia inseparabiliter patri cohaeret, ipse, & pater vnus Deus est? Si tamen vel hoc verbum admittitur in illa diuinitate, ut dicamus cohaeret, quod nullo modo omnino vel fuit vel esse poterit vlla diuinitate separatam. Ad hoc responde, vtrum tibi placeat biformem spiritum dici, quoniam qui adhaeret domino vnus spiritus est. Quod si tibi non placet, nec ego triformem Deum dixi patrem & filium & spiritum sanctum, sed vnum Deum: Si autem in praesentia vis ut colloquamur, gratiam quidem habeo dignationi & benevolentiae tuae. Sed sicut mihi aliud quod voluisti rescribere dignatus es, ita dignare scribere dictaturos nos esse, quae dicturi sumus, & non deero voluntati tuae, quantum me adiuuerit dominus. Nam si scribis, & scribo, non nos edificat quomodo nos edificat, Dicis, dico, vbi post verborum strepitum non inuenimus quod legendo recenseamus. Augustinus haec dictasti, & relectis subscripsi. Abstineamus nos a conuiciis ne tempus inaniter impendamus, & ad id quod agitur inter nos potius aduertamus.

Non est epistola, sed altercatio, ad quam prouocatur Pascentius Arrianus, homo simpliciter impudens. Habita est autem notariis, quae dicebantur, excipientibus, arbitro Laurentio, Hippone regio, in domo Anicia, secundum Augustini sententiam prouinciatum est. Mirum est autem Pascentium tam male instructum ad certamen uenisse, cum tam gloriose prouocaret. Epistola. CLXXVII.

Laurentius uir clarissimus partibus & personis in commune positus dixit: De discutendum est negotium, naturaeque eius, in qua plerique labuntur homines, examinanda perfectio, si post illud totum quod pars parti, persona personae conuicti intulit pridem, iam in utrisque maneat serenitas aeternorum, uenerandae Augustinae & Pascenti nobilissime dignamini profiteri. De domino enim disputans aius debet ferentior inueniri, quia repulsis aeternitatis caliginibus. menti se puram ad intelligendam naturae suae magnitudinem facilius offeret. Fidem igitur uestram ex professione opinionum primitus agnoscere uolo, tum demum requirere utrum liceat praeter scripturarum diuinarum eloquia usurpatae defensionis merito aliquid affirmare. Augustinus episcopus dixit. Sunt aliqua fidei necessaria a patribus posita, quae in uerbis diuersarum linguarum aliter sonant, aliud intus continent in secreto, sicut ipsa caro Christi Dei, & hominis, hominis plane infirmitatem ostendebat exterius, diuinitatis uirtutem gerebat interius. Tamen fidem reipublicae debens uir clarissimus Pascentius, quia ipse extitit prouocator, fidei quoque suae quam Christo debet, quae etiam suam credit aeternam gubernari, dignetur nomen edicere, quia protestatis, aetatis etiam, simulque prouocationis eius ordo sic fieri iustissime flagitat. Mihi enim placet te iudicem praesidere, quod etiam ipsi placuisse manifestissime comprobatur. Laurentius uir clarissimus dixit: Tuae excellentiae merito Pascenti uir nobilissime nos admodum paruissime clarum est. Tremens enim tantae rei negotio paruus praesideo cognitor, formidans, ne de tantae omnipotentiae natura secus quod credens reatum incurram. Sacramento enim me meum animum animamque meminisse, nec tuas intentiones ulla intentione palpare, nec aliquid a iustitia longius cohibere. Tua enim dilectione iudex in cognitione fidei inter utrosque uideor praesidere. Partis ergo est diuerso sistens, cui defensionis uerba Augustinus uir grauissimus se impensurum ostendit postulatione qua petit, quae & ratione non caret, dignare effectum anticipare, nomenque simul propriae religionis edicere. Pascentius uir clarissimus dixit: Nec praesens prudentissimus suae fidei, Episcopus Augustinus me negare potest christianum, in patrem ingenitum, & in filium genitum, & in spiritum sanctum me credere profiteor, sed non unius

equalisq; substantiæ vel naturæ. Et quoniam hester
na die cum laudabiliter sanctum virum, & omnes
scientiæ Auxentiū nominare, & quæ idem vir è
duob. fuisse secutus, vtrum Arrium an Euno-
mium idem frater Augustinus scrupulosus in-
quireret, ego anathema memoratū cōtinue
Arrio & Eunomio dicere nō dubitavi, flagi-
tans ut ipse quoq; homission anathematiza-
ret, eo quod scriptū in libris dñicis minime re-
periat. Quod facere omnis in nullo cōsensit,
vnde se proculdubio homissionū euidenter
ostēdit, & quod pergrauē sit, ipse prorsus aduer-
tis, scripturarū autoritate calcata, illud po-
nere quod eadem scriptura nō dixit. Siquid. n.
præter autoritatem diuinarum voluminū
ponitur, vacuum approbat. Laurentius vir
clarissimus dixit aduertisne venerabilis Au-
gustine, quid pro sua prosecutione designet,
vel quod integro prosecutionis modo suam suā
vir clarissimus Pascētius firmet? Augustinus
Episcopus dixit Catholicū me homission in
sancta Trinitate credentem hac professione
rñdeo, firmet tñ modo eiusdem viri specta-
bilis Pascētij rñsio, si nihil præterquam quod
scriptū est, quod nostrū debeat vel audeat
in defensione fidei applicans, nominare. Aut
enim licebit, & nulli, maxime Græcis vbi fi-
des orta est, denegabit, aut nō licebit, & ca-
lūnia iustissime repellēt. Postea tñ homission
verbū Græcū vnitatē ostendens, quod cōtineat:
quid habeat, quidue maneat exponet. Laurē-
tius vir clarissimus dixit: Etiam ab Augustino
honorabili viro rectissime rñdes. Aut enim
ut ipse persecutus est, licebit aliqd quod scri-
ptum non est, defendēdæ fidei merito, pone-
re, & ponendū est licite, aut non licebit, &
vtrunque penitus denegādum est integre, vñ
opus non est agnito iam vocabulo sonante
professionem vterius quocquam inquirere ni-
si ut ipsum homission nobis venerabilis Au-
gustinus suæ religionis Episcopus scriptum
ostendat in lege. Augustinus Episcopus re-
spondit, rectissimam iustitiæ lineam tenens,
I O nobilissimæ fidei vir præsidens, agnosce
rationemque perpende, quia de tuo non so-
lum alij sapientissimi viri iudicabūt,
verumetiam Deus verissimus qui est omniū
iudex plenius iudicabit. Nō enim differentis
Dei speruendum est iudicium, nōnunquam
& in præseti iudex vltor assurgit. Fidei ergo
nostræ iam dignare rationē inquirere, sym-

bolumque quo fides vtrunque constat, singu-
los præcipere tuis auribus coram omnibus recita-
re. Laurentius vir clarissimus dixit. A iustitia
nulla ratione discordat, ut ipse digneris qui
petitor es, Pascenti vir clarissime tuæ fidei
symbolū recitare, Tunc Pascētius sono cla-
riori symbolum recitans, credere se in Deū
patrem omnipotentem, inuisibilem, ingentum,
& incapabilem dixit, & in Iesum Christum
filium eius Deum natū ante secula per quem
facta sunt omnia, & in spiritum sanctum. Au-
gustinus Episcopus rñdit: Memorem esse am-
plitudinē vestram in Dei negotio, præsidens
cognitor prosecutionis nostræ nō dubito, quia
vir clarissimus Pascētius nihil ponēdum es-
se in fidei rōne, præterquam quod scripturæ
continent asseruit, qui licet fidei catholicæ
homission verbum pro macula nominis sūm
suos auctores nitatur opponere, ex eo quod
posuit, vel potius vetuit, hinc magis & homi-
sion à Græcis sacerdotibus positū verbum in
assertionem fidei dici debere rectē defendi-
mus, & aliqua quæ scripta non sunt, ab ipsis
potius temere posita vel dicta modo proba-
mus. Laurētius vir clarissimus dixit: Cursum
ut video honorabilis Augustin⁹ negocij præ-
sentis calcem sese obtinuisse declarat, seseq;
docturū atruens aliqua quæ scripta nō sunt,
tuæ Pascenti clarissime auctores fidei posuif-
se, quæ sequeris. Quæ si in lege non posita, &
à vobis propria vñsurpatione fidei merito po-
sita esse doctuerit, iam quærendum erit, quia
iam licere manifestum erit, quod in intimis ho-
mission verbum habeat, ad quam rem perti-
neat, cuiq; rei recte hoc verbum adhibitum
iudicetur, iusteq; inuentum vel positum ipsa
fidei perfectio roborabit. Pascētius vir cla-
rissimus dixit: Non decet vos aliquid sine au-
thoritate scripturarum ponere diuinarum,
quid est (tamen seposito calumniæ artificio)
quod dicit vel proponit è diuerso defen-
dens frater Augustinus, absque legis autori-
tate nos alicubi posuisse vel dicere publicet
palam, & si cōuincerit, nec homission iniuste
ab ipsis positum, etiam ego iam publice con-
clamabo, statimq; eorum communioni so-
cius fio. Laurētius vir clarissimus dixit: Nihil
tam optimum tanq; libertati fideique & aīæ
congruum quam longa tergiuersatione, quā
potuit stoliditas enurrire, ocus derelicta, ani-
mositatis qua Deo fit iniuria obstinata ali-
quan-

quandiu nebula repellat, atq; quæ occulta in
linguis variis sunt euidentiore luce pandant.
Sed ne in longū negociū iā prope victoria
pacatū orō protrahat diuturna, quod absq;
legis autoritatis à Pascēntio viro clarissimo,
vel ab eius auctoribus reclamatione positū, digna-
re iā Augustine vir sanctissime publicare. Au-
gustinus Episcopus rñdit: In assertione fidei patrem
ingentū & incapabilem dixit, cum nec ingentū
nec incapabilem scriptura patre alicubi testet,
qui licet ingentus pater sit, quia hoc ipsum
vtriq; ostentur, tñ hoc nullius scripturæ seu
veteris seu nouæ cōtinet textus. Est. n. ingeni-
tus, qui à nullo est genitus, sed hoc est ingeni-
tus quod genitus, ut pote de Deo Deus. Nō. n.
quia Adam ingentus approbat, id circo est
homo: & Abel quia de seipso est genitus, nō
est homo, hominem genuit quod est, ingentus
hō, Deus quod est genuit eiusdem substantiæ, eius-
dem essentia sine tpe, sibi coæternū genuit. An-
te quæ nihil est tps, non accipit modum. Est
igit ingentus pater, quia ut dictum est, à nul-
lo est genitus, sed est genito coæternus, quō
ignis in substantia sua, in qua est à creatore
creatus, est quidē ingentus, sed genito à se
splendori consubstantialis est & coæternus.
Hanc Dei Trinitatis substantiam vnā homi-
sion verbo Græci cōplecti breuiter maluerūt.
Non. n. nomen est, sed res terribilis est in ver-
bo huiusmodi sonans. Quod verbum aperte
ipse filius declarat, cum dicit: Ego & pater vnū
sumus. In isto vno consistit substantia vna: nā
ex eo quod est vna, & ipse filius manet in ea, vñ
et iā circumamictus carnis vere trabea dicit:
I. Tim. 2. Nemo nouit filiū nisi pater, neq; patrem quis
nouit nisi filius, & cui voluerit fili⁹ reuelare.
Ecce & filius p seipsum inuisibilis approbat.
Quid est quod quasi acutus in fidei ponere as-
sertione nitunt? Incapabilem autem nec le-
gunt nec iuste defendunt. Quō enim incapa-
bilis pater, quæ capit filius totū, ipso dicēte?
I. Co. 5. ego in patre & pater in me: De quo etiā Paulus
Apostolus dicit: Quoniam cum in forma Dei
esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis
Deo, qui formam implet Dei, nihil habet mi-
nus Deo. Quō ergo incapabilis pater dicitur, qui
capit totus à filio? Ecce enim quæ scripta nō
sunt in lege vsquam, à vobis temere ponuntur
in symbolo vbi nihil magis aliter oportet in-
ferri, præter quod scripturæ veridicæ cōtinet mo-
dus. Cur vobis de homission verbo visum est

fidei catholicæ inuidia excitare, quæ substan-
tiā Dei vnā simpliciter credens, hoc verbū
à Græcis p̄rib. in assertionē fidei defendēdo
accepit? In cōtione enim, hoc est in symbolo
quod est inter aīas nostras & Deum, quid vi-
sum est hominibus, aliquibus ponere, quæ scri-
pta non reperiunt in lege? Neq; enim alicu-
bi ingentus aut incapabilis pater, Laudantes
enim Deum, dicere solemus in precibus eius
magnitudinem admirātes: Qui capit omnia,
quem capit nemo. s. hominum. Nā totus ca-
pit à filio, cuius formam implet filius vnus
in commutabilis naturæ secreto. Ergo neque
solus inuisibilis pater, sed & filius inuisibilis. B
Sicut hominibus inuisibilis pater, ita inuisibi-
lis hominibus filius sūm illud secretum quod ma-
net in patre. Non ergo iuste positus est inuisi-
bilis solus pater in symbolo, sed inuisibilis to-
ta trinitas Deus, excepta carne suscepta à fi-
lio, de qua dicit Apostol⁹: Inuisibili soli Deo
honor & gloria in secula seculorū. Totus er-
go habitat pater in filio, cuius patris formam
idem filius non ex parte, sed implet in pleno.
Hanc apostoli Pauli sententiam, qua dicit in
timatq; Dei mortalibus secreta, Qui cum in
forma Dei esset, aliqui male pronunciantes
male sentiendo bene digesta, non esse ausum
filium Dei per imparitatem æqualem, sed
per rapinam fieri Deo patri, prorsus affirmant.
quod iniqui sentit. Si. n. diceret, qui cum Deo
esset, non rapinam arbitratus est esse se equa-
lem Deo, posset angustiis fidei suæ quilibet
qualecunque etsi debile de qua sine mora ex-
cluderetur, spatium inueniri, nūc vero, quia
cum in forma Dei esset, dixit, omnem machi-
nationis iniustæ auditum interclusit, vbi est
forma, nihil habet prorsus minus omnino
natura. Deus enim, ait idem Apostolus, erat
in Christo mundum reconcilians sibi. Quō
enim susciperet minor maiorem, nisi se vna
natura cognosceret parē? Neque enim linea
mentis spatiiq; membrorū hæc Dei forma
distenditur, ut pater filium in se suscipiat ha-
bitantem, aut in se filius patrem ostēdat ma-
nentem, sicut ipse ait: Pater in me manens,
facit opera mea, aut euacuatur cum spiritum
sanctum suum pater & filius omnem creatu-
ram suam proferat illustrantem, quō cogita-
ri non potest, quomodo explicari nō potest,
simul secum vnum est, quod secundum in-
commutabilem omnino substantiam in tri-
nitate

Homissioni.

H

K

Ioan. 10.

Mat. 11.

A
Ioan. 14.

Philip. 2.

I. Tim. 2.

Pbili. 2.

I. Co. 5.

C

Ioan. 14

nitare Deus est. Ecce quid est homufion qđ exprobratur iniuste. Non enim verbum solū, sed res in verbo, nec solus sermo sonans auribus sed substantia vna est Dei credēda in mētibus. Si enim in homine credente in se totus Deus credendus est habitare, quō filium totum in se patet, aut filius patrem non credat excipere? Ac per hoc ipse in patre, & pater in eo manet, & ex patre & filio sanctus credendus est spūs non solum processisse, sed semp ad peragenda opera trinitatis, oīno pcedere, sicut eadē trinitas Abraham amicū suum in vnitare nominis dignata est visitare. Quid est quod calūniant de homufion verbo Græco, quia scriptum in lege minime inueniatur? Cur non vident culpam suam? Cur sibi non displicent, cū ponunt in symbolo verba vel nomina quæ non sunt vlla scriptura digesta? Qui disponit arguere, non faciat vnde alium mittitur accusare. Inspiciūt de verbo simplici & rōne fidei pleno, quasi de stipula oculum fratris, & suum sauciatum præter scripturas ponendo quod credunt, tanquam de immanitate non peruidet trab. Ecce homufion rectè probamus positum, & in assertionem fidei, qua trinitatis vnitas à catholicis credit, à Græcis patrib. dictum. Quid si Græcus ipse obliicit, non Latino, nō barbaro, sed sibi magis licere verba ad fidem pertinentia diuulgare? Nā sciendū est, Amen & Halleluia, qđ nec Latino nec Barbaro, licet in suā linguā transferre, Hebræo cunctas gentes vocabulo decantare. Non enim in Aphrica aut in cuncta Barbaria, sed in Syria vel Græcia, vbi & ipsa caro voluit de virgine nasci dnica, de cuius vel oportuit verba fidei cōpendiose firmare. Deniq; non Latino, nō Barbaro stylo venerandus ille Moyses, non Propheta, non Apostoli, non ipsi Euangelistæ, sed aut Hebræo, aut Græco scripturas eloquio dnicas firmauerunt, quas postea viri probati ac disertissimi in oībus periti linguis, de Hebræo primitus in Græco, de Græco in Latino stylo edisserere cum labore nimio maturarunt ὁμοῦσι; ergo exponitur, vnus substantiæ pater & filius & spiritus sanctus. Nemo ergo iā calumniatur verbo, quia licet scriptum non sit, quod habet interius vel sonat, ostendit, non per aliquem alium, sed per vnam diuinitatis substantiam, in qua filius patri loquit, dicens: Tua omnia mea sunt, & mea tua. Iam

Ioan. 17.

ipfi viderint qualiter ausi fuerint nomina, qđ scripta in lege non sunt vel verba in symbolo continuare, non aliud nisi ostendere genitum ab iningenti quod sit incapabilis potentia, patris filiū segregare. Deus. n. pater substantia sua genuit filiū æqualē sibi, docet hoc veridicus ille secretorū interpes diuinorū Ioānes. Propterea Iudei volebant, inquit, eum interficere, quia non solum soluebat sabbatū, sed & patrem suū dicebat Deum, æqualē se faciens Deo. Cōsubstantialē itaq; sibi genuit filium pater, quia non accepit tanquam creatura indigens vñ genuisset, tota copia quod ipse est hoc genuit, perfectū genuit, quia sine tpe est ipse qui genuit & quē genuit. Si hō generat quod est, Deus nō potuit generare quod est? Accepit hō ab ipso Deo, & tñ licet accepit, hoc generat quod accepit, à nullo accipiens pater Deus quod est generare non potuit? Hanc æqualitatem substantiæ ὁμοῦσι sermo Græcus ostendit, nihil austerum, sed optimū dulcēq; & hoc quod credendum est humanis cordibus introducit. Etsi. n. verbum ipsum in lege scriptum non inuenitur, quia æqualis est patri filius, p̄ beatum Ioannē primitus, & per Paulū postea cōprobat, Ioānes enim æqualitatem dixit, Paulus formā impleuit. In duob. inquit scriptura, aut trib. testib. stabit omne verbū. Per duos. n. verissimos testes iam probauimus vnus substantiæ esse, æqualesq; patrē & filiū, addamus & tertiu, Thomā illū discipulū post dubitationē fortius consistentem dn̄m & Deū, quē nec resurrexisset crediderat crucifixū. Dñs me, inquit, & Deus meus. Ap̄bat filius dictū, quia se cognoscit à sua creatura iustissime Deū & dn̄m p̄clamatū, patri utiq; & sancto spiritui coęternū. Homufio utiq; verbū est Græcū, & Christus Græcū est nomen. Qui accusat per iniustitiā de verbo quod non intelligit, fidem nō accipiat, & de noīe nomen. Homufion verbum vnus eiusdēq; substantiæ sonat in Græco, non quinquā infirmū, sed patrem & filiū & sp̄m sanctum. Iā ergo nemo improbet quasi verbū, sed aperte separet quisquis & quod non pōt, homufion patrem & filium & sp̄m sanctum. Contra hoc pugnetur quod possidet, quod habet, quod docet verbum Græcū, nō contra ipsum verbum, quod auribus retinuit syllabis articulātū contra diuitias, contra æqualitatem naturę, quam possidet verbum

Quis hic non citat testimonium patris sibi & sp̄m. Ioan. 5. F

Dei. 17. Mat. 10.

Ioan. 10.

G

bum ipsum Græcum, non contra exteriorē veluti corticē ab eo, qui se audere dicit, si p̄ualet repugnet. Absit erubescamus catholici in vniuerso manentes, nos appellari p̄p̄ fidē veram vnus eiusdēq; substantiæ, à nonnullis verbū Græcum non intelligentibus Homufiones, qui nos appellari gaudemus de Christi nomine Christianos. Neq; n. in parte accipiendum est verbū Græcum, & in parte alia refellendum. Nemo ergo vtatur Christi nomine ex vocabulo Græco. Erubescat se dici Christianum, quia nomen est Græcum. Non accipiat Paulus, qui dicit Romanis scribens: In quo clamamus abba pater, in vno nomine duab. vtitur linguis. Dicit. n. abba Græco vocabulo patrē, & Latine nominat identidē patrem. Cōtemnat idem Apostolus Paulus, & in nouissimis partibus ad Corinthios Epistolæ, vbi plebem arguēs, simul Græco & Syro vtit verbo. Si quis, inquit, non amat dn̄m, sit anathema maranatha. Anathema Græco sermone dixit cōdenatus, maranatha, donec dn̄s redeat. Iam ergo nemo appellet oleum quo fideles vngunt Græco nomine chrisma: Homufion reprobat vnam Trinitatem resonans, eandēq; naturam. Quid est. n. quod dixit beatus sum Paulus: Siquis nō amat dn̄m, nisi si quis humiliat se Deo? Nō ergo rectē dñm amare, qđ Dei & dn̄i vnus audet substantiam separare, de quo dñs in lege: Audi Israel, dn̄s Deus tuus, Deus vnus est. Nō corpore vtique lineamētisq; corporeis extensus, sed vna pater & filius & spiritus sanctus deitate perfectus. Plura quidem Græco verbo definita reperuntur in lege, sed pro multis hæc pauca, quæ dicta sunt sapientibus credo sufficere. Si æqualitas non est, non auderet inferior dicere superiori: Omnia mea tua sūt: & tua mea. nec auderet dicere: Volo vt vbi ego sum, & & isti sint mecum. Nō, inquā, diceret volo, sed diceret, supplicans rogo. Absurdum igit nō est, vt in conciliis patrum Græco verbo patris & filij & spūs sancti vna substantia firmaretur, cum super Apostolos primitus spūs sancti, propria largitate linguarum varietas fundaretur. Audiuimus enim eos, ait scriptura Actuum Apostolorum, loquentes variis linguis magnalia Dei, Magnalia utiq; sunt non deorum, sed Dei, Græca lingua vnam substantiam credit patris & filij, & spiritus sancti. Hebraice igitur, Græce & Latine super crucem

Homufiones.

Rem. 8. Abba.

H. 1. Co. 16.

Maranatha.

Dente. 7.

Ioan. 17.

Act. 2.

dn̄i à Pilato fuit causā eius scripta. Si licuit vt Græca lingua, vel immo permisit ipse dominus vt causā mortis eius esset scripta, cur abhorret vt substantia eius, qua Deus est æqualis cum patre, Græco vocabulo approbetur ostensa? Si minime licet patris & filij & spiritus sancti vnam substantiam lingua exeri Græca, ergo nec Deum laudari decet & Barbara. Sicut enim Græca lingua, qđ est homufion, vna dñs vel creditur à fidelib. Trinitatis omnino substantia, sic vna rogatur vt misereatur à cunctis Latinis & Barbaris vnus Dei natura, vt à laudib. Dei vnus nec ipsa lingua barbara sit, vt Latinis aliena. Latine. n. dñs. Dñe misere. Sola ergo hæc misericordia ab ipso vno Deo patre & filio & spiritu sancto lingua det Hebræa vel Græca, & ipsa ad postremum postulari Latina, non autē & Barbara. Si. n. licet dicere, non solū Barbaris lingua sua, sed etiā Romanis si hora armē, quod interpretat, dn̄e miserere, cur non liceret, in conciliis patrū in ipsa terra Græcorum, vnde vbiq; destinata est fides, lingua propria homufion confiteri, qđ est patris & filij & spiritus sancti vna substantia? Nam subiectionem filij patri debitā ex carnis infirmitate susceptā, et nos quia iustum est verissime confitemur, in qua eū infirmitate non solū subditum, sed & seruū euidētissime cōfitemur, ipso dicente in prophetia ad patrē: O dn̄e quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillę tuę. i. Marię: Patet ergo in quo sit æqualis patri filius, in quo sit non solum subditus inferior, sed etiam humilissimus seruus. Ipse, inquam, ostendit in quo sit humilis, in quo sit æqualis, vnde omnipotēs, vnde infirmus, vnde subiectus, vnde speciosus, vnde diues, vnde egestati subiectus. Laurentius vir clarissimus dixit: Euidētissime claruit defensionem assertionis fidei suę Augustinum virum clarissimum communis se multaq; magis tuos auctores vir clarissime Pascenti absq; scriptura temere posuisse, nec esse nomē fidei homufion, sed æqualitatem magis ipsius Trinitatis. Sed si inueniuntur in lege verba quæ improbata sunt, dignare nobilissime rñdere, vt certe nobis pares ire possitis. Nam proculdubio intueris à nobis præsentem virum Augustinum in assertionibus nimium transilire. Apud te. n. nobilissime vir eligo quam apud Deum perennis reatus culpas incurrere. Pascensius vir clarissimus

K. κύριε ἐλεησον. Gallicā linguam, Roma capta didicit.

Psal. 111.

L

Seruentia.

simus respondit: Scripta, quæ proposui, non sunt quidem in lege, sed debere pro honore patris astrui rectè defendunt. Laurentius vir clarissimus dixit: Sic ergo hominibus, quod in dubium veniebat te proponente, & si scriptum non est, res ipsa, tamen, quæ latet in verbo, vera est. Credatur honorifice unitati, ne fiat iniuria Trinitati.

M Augustinus Probæ & Iulianæ nobilibus viduis gratulatur de Demetriade, quæ virginis velum acceperat, agens gratias pro munusculo misso. Epistola. CLXXVIII.

Dominarum honore dignissimis, merito illustribus & præstantissimis filiabus Probæ & Iulianæ, Augustinus in domino salutem. Implestis gaudio cor nostrum, tanto iocundius quanto charius, tato gratius quanto citius. Vestræ namque stirpis sanctimoniam virginalem, quoniam quacumque innotuistis, ac per ubique fama celeberrima predicat, velocissimum volatum eius fidelior atque certiore litera: nuncio præuenistis, & prius nos fecistis exultare de cognito tam excellenti bono quam dubitare de audito. Quis verbis explicet? quis digno præconio prosequatur, quantum incomparabiliter gloriosius atque fructuosius habeat ex vestro sanguine foeminas virgines Christus, quam viros consules mundus? Nam volumina temporum, si magnum atque præclarum est nominis dignitate signare, quantum est maius atque præclarior cordis & corporis integritate transcendere? Magis itaque gaudeat puella nobilis generere, nobilior sanctitate quam sit per diuinum consortium præcipuam in cœlis consecuta sublimitatem, quam si esset per hominum consuetudinem prolis propagatura sublimem, Generosus quippe elegit Aniciana posteritas tam illustrem familiam beare nuptias nesciendo, quam multiplicare pariendo, & in carne iam imitari vitam angelorum, quam ex carne adhuc numerum augere mortalium. Hæc est vberior foecundiorque foelicitas, non ventre grauescere, sed mente grandescere, non lactescere peccatore, sed corde candescere, non visceribus terram, sed cœli orationibus parturire. Dominarum honore dignissimæ filiarum perfruamini in illa quod defuit vobis, perseveret usque in finem,

adhærens coniugio quod non habet finem. Imitemur eam multæ familiæ dominam, ignobilem nobilem, fragiliter excelsam excelsius humiliter, virgines quæ sibi optant Aniciorum claritatem: eligant sanctitatem. Illud enim quantalibet cupiditate quam assequantur? Hoc autem si plene cupierint, mox habebunt. Protegat vos incolumes & foeliciores dextera altissimi domini honore dignissimæ & præstantissimæ filiarum, pignora sanctitatis vestræ, præcipue ipsam sanctitatem præcipuam debito vestris meritis officio dilectione domini salutamus. Velationis apophoretum gratisime accepimus.

Augustinus Honorato Episcopo, distinctius explicat, quibus, quando, & quomodo fugiendum, imminente periculo. Epistola. CLXXIX.

Sancto fratri & coepiscopo Honorato, Augustinus in domino salutem. Charitati vestræ misso exemplo Epistolæ, quam fratri quaerente deo nostro episcopo scripsi, putabam me hoc onere caruisse, quod mihi imposuisti, quaerendo consilium quid in his periculis, quæ tempora nostra inuenerunt, facere debeatis. Quamuis enim Epistolam illam breuiter scripserim, nihil me tamen prætermisisse arbitror, quod & respondenti dicere, & quaerenti audire sufficeret, quando quidem dixi, nec eos esse prohibendos, qui ad loca, si possunt, munita migrare desiderant, & ministerij nostri vincula, quibus nos Christi charitas alligauit, ne deseramus ecclesias quibus seruire debemus, non esse rumpenda. Ista quippe verba sunt quæ in illa ipsa Epistola posui: Restat ergo, inquam, ut nos, quorum ministerium quantumlibet cuique plebi Dei ubi sumus manenti, ita necessarium est ut si ne hoc eam non oporteat remanere, dicamus domino: Esto nobis in Deum protectorem & in locum munitum. Sed hoc consilium tibi propterea non sufficit, ut scribis, ne contra domini præceptum vel exemplum facere nitamur, ubi fugiendum esse de ciuitate in ciuitatem monet. Recolimus enim uerba dicentis: Cum autem persequerentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Quis autem credat ita hoc dominum fieri uoluisse, ut necessario ministerio, sine quo uiuere nequeunt, deserantur greges quos suo sanguine

ne comparant? Nunquid hoc fecit ipse, quando portatibus in Aegyptum paruulus fugit, qui nondum Ecclesias congregauerat, quas ab eo desertas fuisse dicimus? Nunquid quando Apostolus Paulus, ne illum comprehenderet inimicus, per fenestram in sporta submissus est, effugit manus eius, deserta est quæ ibi erat Ecclesia necessario ministerio, & non ab alijs fratribus ibidem constitutis quod oportebat impletum est? Eis quippe uolentibus hoc Apostolus fecerat, ut seipsum seruaret Ecclesiam, quem proprie persecutor ille quaerebat. Faciant ergo serui Christi, ministri uerbi & sacramenti eius, quod præcepit siue permisit. **D** Fugiant omnino de ciuitate in ciuitatem, quam eorum quisquam specialiter a persecutoribus queritur, ut ab alijs qui non ita requiruntur, non deseratur Ecclesia, sed præbeant cibaria conseruis suis, quos aliter uiuere non posse non uerunt. Cum autem omnium, id est Episcoporum & clericorum est commune periculum, ij qui alijs indigent, non deserantur ab his quibus indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant, aut qui habent remanendi necessitatem, non relinquuntur ab eis, per quos illorum est Ecclesiastica supplenda necessitas, ut aut pariter uiuant, aut pariter sufferant, quod eos paterfamilias nollet perpeti. Quod si contigerit, ut siue alij maius, alij minus, siue omnes æqualiter patiantur, qui eorum sint qui alijs patiuntur apparet, illi scilicet qui cum se possent talibus malis eripere fugiendo, ne aliorum necessitatem desererent, manere maluerunt. Hinc maxime probatur illa charitas, quam Ioannes Apostolus commendat dicens: Sicut Christus animam suam pro nobis posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Nam qui fugiunt, vel suis deuincti necessitatibus fugere non possunt, si comprehensi patiuntur, pro seipsis non pro fratribus utique patiuntur, qui uero propterea patiuntur, quia fratres qui eis ad Christianam salutem indigebant deserere noluerunt, sine dubio suas animas pro fratribus ponunt. Unde illud quod Episcopum quendam dixisse audiimus: Si dominus nobis imperauit fugam in eis persecutionibus ubi potest fructus esse martyrij, quam magis debemus fugere steriles passionibus, quando est barbaricus & hostilis incursus? Verum est quidem & acceptabile, sed his quos Ecclesiastici officij non tenent vincula. Nam

qui clades hostiles ideo non fugit, cum possit effugere, ne deserat ministerium Christi, sine quo non possunt homines uel fieri uel uinere Christiani, maiorem charitatis inuenit fructum, quam qui non propter fratres, sed propter seipsum fugiens atque comprehensus non negat Christum suscipitque martyrium. Quid est ergo quod in Epistola tua priorè posuisti? Dicis enim, Si in Ecclesijs persistendum est quid simus nobis uel populo profuturi non video nisi ut ante oculos nostros uiri cadant, feminae constuprentur, incendantur Ecclesiae, nos sub tormentis deficiamus. cum de nobis quaeritur quod non habemus. Potens est quidem Deus audire preces familiarum suarum, & hæc quæ formidantur auertere, nec ideo tamen propter ista quæ incerta sunt, debet nostri officij esse certa desertio, sine quo est plebi certa perniciosa non in rebus uitæ huius, sed alterius incomparabiliter diligentius sollicitusque curandæ. Nam si certa esset ista mala, quæ timetur ne in locis in quibus sumus, forte contingant, prius inde fugerent omnes propter quos ibi manendum est, & nos manendi necessitate liberos redderent. Non enim quisquam est, qui dicat ministros manere oportere, ubi iam non fuerint quibus necesse sit ministrare. Itaque quidam sancti Episcopi de Hispania profugerunt, prius plebibus partim fuga lapsis, partim peremptis, partim obsidione consuetis, partim captiuitate dispersis. Sed multo plures, illic manentibus propter quos manerent, tub eorundem periculorum densitate manserunt. Et si aliqui deseruerunt plebes suas, hoc est, quod dicimus fieri non debere. Neque enim tales docti authoritate diuina, sed humano uel errore decepti, uel timore sunt uicti. Cur enim sibi putant indifferenter obtinendum esse præceptum ubi legunt de ciuitate in ciuitatem esse fugiendum, & mercenarium non exhorrent, qui uidet lupum uenientem & fugit, quam non est ei cura de ouibus? Cur non istas duas dominicas uerasque sententias, unam scilicet ubi fuga finitur aut iubetur, alteram ubi arguitur atque culpatur, sic intelligere student, ut inter se reperiantur non esse contraria, sicut non sunt? Et hoc quo repperitur, nisi attendatur quod iam superius dictum est, sicut de locis in quibus sumus prememte persecutione fugiendum esse Christi ministris, quam ibi autem plebs Christi non fuerit, cui ministraretur aut potest impleri per Aug. Tomus secundus Hh alios

Matt. 1.
1. Co. 11.
Al. m. rum.
Acto. 9.

1. Ioan. 3.

C

Matt. 10.

G

H

quocūq; vadit, euadit cuius misericordiam vbicunq; sit potest inuenire, qui nusquē vult ire, siue certis necessitatib. impeditus, siue laborare nolens, ad incerta suffugia & non ad finienda, sed ad mutanda pericula, proculdubio isti deferendi non sunt ministerio Christiano. Si autem hoc audito abire maluerint, nec illis manendum est qui pp illos manebant: quia ibi iam non sunt pp quos manere adhuc debeant. Quicunq; igitur isto modo fuit, vt Ecclesie necessariū ministerium illo fugiente nō desit, facit quod dñs p̄cipit siue permisit. Qui autē sic fugit, vt gregi xp̄i ea, quib. spiritaliter viuūt, alimenta subtrahatur, mercenarius ille est, qui videt lupum venientē & fugit, qm̄ non est ei cura de ouib. Hęc tibi quia me consuluisti frater dilectissime, qua existimaui veritate, & certa charitate rescripsi, sed ne meliorem si inuenieris sequaris sn̄iam non p̄scripsi. Melius tñ quod in his periculis faciamus, inuenire non possumus, quam orationes ad dñm Deum nostrū, vt misereatur nostri. Quod ipsum vt, si Dei Ecclesias non desererent, Dei dono non nulli prudentes & sancti viri & velle & facere meruerunt, & inter dentes obrectantium a sui propositi intentione minime defecerūt.

EPISTOLA CLXXX.

Domino sublimi sēper magnifico filio Bonifacio Augustinus Eps. Ornet mores tuos pudicitia coniugalis, ornet sobrietas & frugalitas. Bene enim agere & illicita non prohibere, consensus erroris est. Quædam dum de Ecclesia egreditur Christi virgo sacra, ebriam Gothi Herp̄e mentē & corpus incurrit. Habeat (quæso) miles sub comite positus disciplinam. Graue est enim vt quem non vincit homo, vincat libido: Aut volutetur vino, qui non vincitur ferro.

EPISTOLA CLXXXI.

Domino merito honorabili patri Augustino Eporum summo, Bonifacius. Tuę sanctitatis epistolā admonitu me terrificante suscepi. Etenim venerabilis Papa si thorus ille legitimus pauidos habet accessus, quo det puniri supplicio diuinas qui temerat rōnes? Arguet ergo profecto qui diuina atq; huma

na neglexit, & quę libido puenit, gladius vltor absumet: eūq; quę infobriū in tantis angustijs fama veridica publicauit, carceris periturū quocūq; supplicio custodia retinebit. G

EPISTOLA CLXXXII.

Ego quos diligo arguo & castigo, nō occidi desidero, nec carcere pleno squalore retrudi. Sola sufficit admonitio. Poterit enim, si ei diuinitus concedatur, ips penitentia condonari, qui dñi templū autus est violare. Sit ergo ipse qui fecit, sui arbiter voti. Fas. n. non est vt reus Episcopi suggestionib. occidatur, qui veniē si penituerit reseruetur. Nam si in Barbarorū erroribus velimus cū decet exercere vindictam, paucos reperiemus, nec ipsos animofos ad pugnam fore.

EPISTOLA CLXXXIII.

Domino sublimi sēper magnifico filio Bonifacio Augustinus Eps. Aphricæ littus, vt audio, miles attigit trāsmarinus: sed huius meriti Dux a catholica veritate dissentit. Quid orem sicut oportet, ignoro. Ab Italia hostis est publicus nunciatus, contra victricia signa superbas erigens hastas. Pacē inter nos fieri vellē, si scirem plenius quod ignoro. Adest quidem Aphricæ olim paratum in Italia bellum, sed tamen non in uideo fili charissime Romanie. Sed dico quod sentio. Non dabit diuinitate iuuante catholicus hæretico terga. Tui cordis intentio dirigatur ad dominum, non militem timebis, non Gothum, non Hunnum.

EPISTOLA CLXXXIII.

Domino sancto patri Augustino Eps, Bonifacius. Scio q̄ sit tua sanctitas pro mea vita sollicita, & quæ aduersus me tyrannus ille ordinauerit, ac disponat, antequam tuū sacerdotiū scriberet, noui obuiamus ad mortē vltro tendentibus, quos nostræ victoriæ vt credimus, faciet Christ⁹ addictos. Sed si erga me meosq; oēs aliud voluerit, ordina re diuinitas, precare vt animā liberet Deus, & dabitur cōpetens aduersario secunda vice responsio. In pugna enim vtriusque desquit furor, sed Deus inspicit causas. Igitur ora, vt.

vt dixi, & vincet vna Trinitas nobis.

EPISTOLA CLXXXV.

Dilectissimo & spectabili viro filio Bonifacio Augustinus Eps. Miror quomodo tam subito fidei murum aries ruperit inimici. Noui enim qua religione semper sis Ecclesiam Dei veneratus. Quo instigante facere ausus es, hominem de Ecclesia rapuisti. Tuus si de tuo amico forte præsumeret fugitiuus, posset proculdubio intercessoris causa veniam promereri. Ergo si amicus intenditur, cur Deus offenditur? Sed si de potestate præsumitur, Nabuchodonosor regem intendente, qui causa superbiæ in bouē est ex homine commutatus. Non vt confundam te hæc scribo, sed vt filium meum charissimum monerem. Ecclesie igitur illesum reuoca, quem vt irreligiosissimus rapuisti. Oblatio vero domus tuæ a clericis ne suscipiatur, indixit: Cōmunionemque tibi interdico, donec peracta pro ausibus vel errore a me definita tibi met penitentia & tempore condonato, pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras sacrificium Deo.

EPISTOLA CLXXXVI.

Humilis saluto, quod primum est: Suscepi autem tremēs sanctitatis tuæ verba verberibus plena. Scio quod veniæ præparatur, qui ab Augustino perfectissimo sacerdote corripitur: nec debet Episcopo denegare q̄ voluntas facit aut casus. Ipse enim sibi denegat curam, qui suam medico nō publicat causam. Hominem ergo pijsime pater è liminibus Ecclesie raptum tuis sanctis aspectibus iussio mea furorq; subduxit. Alieno non sunt ista facta consilio, Dei & sanctorum eius regimine viuo. Illum itaque virum morte dignissimū, quem (vt dixi) meus de Ecclesie foribus furor abstraxit, vitæ tuis iussionibus donamus illesum. Agnosco culpas. Indignæ meæ lachrymæ iungantur tuis fletibus iustis, quo possit hæc nota nigro scriptatione deleri. Ecclesie mihi introitus non negetur. Illic spero veniam vbi admisi culpam. Oblatio vero domus meæ, vt tua sanctitas iussit, ad cęlestis regis mensam eius manibus offerretur.

EPISTOLA CLXXXVIII.

Domino beatissimo & venerabili sancto patri Augustino Episcopo Bonifacius. Furens parco qui obui bello, sanctitatis tuę frangor imperio. Gudilam fortissimū semper quem volo vitare virum, metuo ne eum aliqui in virtute sua leuitas faciat interire. Potest quidem præcinctus armis quatos inimicos reperit trucidare. Sed apud belligeros viros victus dicit victor occisus. Nam equo Aug. Tomus Secundus. Hh 3 ve-

vestus maris brachium q̄ natando perrexit luxuria nō fuerat, sed virtutis. Arbitror. n. q̄ nocte cogitarit aliquid hostibus facere, cui sole ingresso finis diei consilia parata subduxit. Hoc vero dolui, q̄ naratione longissima ab equo posset & aquis occidi. Vt iubet sancti beatiq; Stephani imperata iussa vestra refero. Spondeo enim ipsi tibiq; quod Gudila vobis est iubentibus venia condonatus.

M

EPISTOLA CLXXXIX.

Domino venerabili sancto patri Augustino Ep̄o Bonifacius. Castinus ille, priuatus ex cōsule, vitæ meq; ac nois oib. vt notum est persecutor, peiores cōmittens ac furens factiones, quasi meam à me gestarū immemorē Dariū Italia fugiens, meis se in Africam defensionib. tradidit cōmittēdū. Omitto beatissime pater olim mihi ab eodē ingestas miserias, ostensa pericula: fugiens eū nunc vsq; viuo. Thrax natus vix Scythā euasi, durauit in uido sub cōsule miles. Sed diuina potentia q̄ nouit planare sublimia, & altius eleuare prostrata, fecit de supbo q̄ voluit, & hostē meū me quieto victoriā mihi quā nouit adduxit. Sufficit pro funere victi tanta deiectio, adorauit Sarathan clauus, timuit fenator Barbarum caput, tremuit militē Dux. Dolōris dñr ista p̄ sancte Cothurno. Nā veneror illustrissimū cōsulē, & primū cōspicio fenatorē: sed ne cōsuetā fallacia mali erga me, vt solet, aliquid moliat, putetq; se suis fraudib. Romanis duceb. profuturū, & in meo verset exitio, integrū de suis sensib. det tuā beatitudini **A** sacm, si nullus in eius corde vertitur dolus. Ego aut per oia quæ sancta sunt iuro, qm̄ si apud eū animi reperero puritatē, eū incolumē ac sublimē Italix reddā, frustratis inimicis eius & domitis. Hostis autē erit suæ animæ, si aliquid in eo sinistrae partis inuenero.

EPISTOLA CXC.

Domino insigni meritoq; sublimi filio Bonifacio, Augustinus Ep̄s. Vir illustrissimus Castinus sacro se prodidit, quod sit ab omni culpa & erroribus alienus. Quem tibi vt dicit federatus ille Sonia adhuc te in palatio positum falsis suggestionibus concitabat. Sed ne rotū quod tūc agebat mittatur in me-

diū, detur prolixitati cōpendium. Dauid ille opilio regnum parcendo inimicis obtinuit. Christus pro Iudeis, qui eū crucis patibulo confixerunt, patrē ne irasceretur rogauit, & indignis hominib. veniā misericors condonauit. Crede igitur homini, qui mihi fidele tradidit sacm, & querit me pollicitante tuā defensione vitæ subsidium. Scio enim quod eius salutis mihi promissa complebis.

B

EPISTOLA CXCI.

Domino venerabili sancto patri Ep̄o Bonifacius. Graue nobis est bellū: Inimici mucro nostra pectora pulsat. Deofunde p̄ces vt soles, tua sit nobis comes oratio: rauca buccina, terrificā tuba, puto q̄ & sydera terreat: hostiū clamor immanis adest, sed his non terremus. Nouimus enim ista nō hodie. Ergo venerande Christi sacerdos, peete Deum vt iacula in hostes dirigat nostra, ac se ipsi trucident mutua cede.

EPISTOLA CXCI.

Dilectissimo & spectabili viro Bonifacio, Augustinus Ep̄s. Graui de pugna conquereris: dubites nolo, vtile tibi tuisque dabo consiliū, arripe manibus arma. Oratio aures pulset authoris: quia quādo pugnatur, Deus apertis oculis spectat, & partem quam inspicit iustam, ibi dat palmam.

EPISTOLA CXCI.

Domino venerabili sancto patri Augustino Ep̄o, Bonifacius. Manus superba Deo iuuante cecidit, quæ ante paululū audax gladiū erecta portabat. Multi ex aduersis ceciderunt, de nostris aut Christo iuuante nullus est vulneratus. Ora igitur venerabilis Papa, vt talis de inimicis vltio sepe procedat.

EPISTOLA CXCI.

Domino insigni meritoque sublimi filio Bonifacio, Augustinus Episcopus. Lecto me vacare nobilitatem tuam latere non credo, vltimumque diem mihi exopto venire. Gaudeo tuæ victoriæ. Ciuitatem (quæso) serua Romanam, Tuos vt bonus rege

rege omnes. Nihil de viribus proprijs presumas, de authore gloriare virtutum, & nullū curabis penitus inimicum. Vale.

EPISTOLA CXCIV.

Nunquā diuinitas preces ac lachrymas despicit peccatorū. Cupis ipse quidē d̄ hac vita securus ad celi regna migrare. Sed nobis opus es fesis in tātis adhuc periculis cōstitutis. Itaq; ora nobiscum vt tua nobis salus aliquantulum temporis condonetur.

EPISTOLA CXCVI.

Dominæ religiosissimæ filix Edicię, Augustinus in dño salutē, Lectis literis reuerentię tuæ, & earū perlatores interrogato quæ interroganda restabant, vehementer dolui sic te voluisse agere cū marito, vt ædificiū continentix, quod in eo iam construi cęperat, amissa perseverantia in adulterij ruinam miserabiliter laberetur. Cū enim lugendus esset, si post continentiam votam Deo, iāq; actu ipso moribusq; susceptā reuerteretur ad coniugis carnem, quanto magis nunc demersus in interitum profundiorē lugendus est, qui tam abruta dissolutione mēchatur, iratus tibi, perniciosus sibi, tanquā in te acerbius fauuit, si ipse pereat. Hoc aut tm̄ mali accidit, dū tu eius animum nō qua debuisti moderatione tractasti: quia est carnali confortio iā ex consensu vobis non miscemini, in ceteris tamen rebus coniugali obsequio viro tuo mulier seruire debuisti, præsertim cum ambo essetis membra corporis Christi. Et vtique si maritum infidelem fidelis habuisses, agere te cōuersatione subdita oportuit, vt eum domino lucrareris sicut Apostoli monuerūt. Omitto. n. quod ipsam continentiam illo nondū volente nō secundū sanā doctrinā te suscepisse cognoui. Neq; enim corporis tui debito fraudandus fuit, priusquā ad illud bonum, quod superat pudicitiam coniugalem, tuæ voluntas quoq; eius accederet, nisi forte non legeras, nec audieras, vel non attenderas Apostolum dicentem. Bonum est hoī mulierem nō tangere. Propter fornicationem autem vnusquisq; vxorem suam habeat, & vnaquæque suum virum habeat. Vxori vir debitū reddat similiter autē & vxor viro. Vxor nō habet po-

testatem corporis sui, sed vir: similiter autē & vir nō habet potestatem corporis sui, sed mulier. Nolite fraudare inuicē, nisi ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterū ad ipsum estote, ne vos tentet Satanas propter intemperatiam vestrā. Secundū hæc verba Apostolica, etiam si se ipse continere voluisset, & tu noluisses, debitum tibi reddere cogeretur, & illi Deus imputaret continentiam, si non suæ, sed tū cedens infirmitati, ne in adulterij dānabile flagitiū caderes, maritalē tibi concubitum non negaret: quanto magis te, quā magis subiectam esse decuerat, ne ipse quoq; in adulteriū diabolica tentatione traheretur, in reddendo huiusmodi debito voluntati eius obtemperare cōuenerat, cū tibi voluntatem cōtinēdi acceptaret Deus, quā propterea nō faceres, ne periret maritus. Sed hoc, vt dixi, merito omitto, quā postea tibi nolēti sibi ad reddenda coniugalia debita consentire, ad eadē continentix pacta ipse consensit, & tecū cōtinētissime diu vixit, suoq; sensu à pacto illo, quo ei debitū carnis negabas, ipse te absoluit. Nō ergo iam in tua causa ista vertitur questio, vtrū redire debeas ad concubitum, viri. Quod enim Deo pari cōsensu ambo ueratis, perseveranter vsq; ad finem reddere ambo debuitis: à quo proposito si lapsus est ille tu saltē cōstātissime persevera. Quā te nō exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse cōsenserat. Nā si nunquā tenuisses eius assensum, numerus te nullus defendisset annorū, sed post quantūlibet tempus me consulisses, nihil tibi aliud rñderē, nisi q̄ ait Apostolus: Vxor nō habet potestatem corporis sui, sed vir: de qua potestate sic tibi iam permiserat continentiam, vt eam tecū & ipse susciperet. Sed illud est, quod minus te obseruasse contristor, quā tātō humilior & obedientius ei obtequi in domestica conuersatione debuisti, quāto ille religiosus tibi rem tam magnā etiā imitādo concesserat. Nō enim quia pariter tēperabatis à commixtione carnali, ideo tuus maritus esse destiterat, immo vero tanto sanctius inter vos coniuges manebatis, quanto sanctiora cōcorditer placita seruabatis. Nihil ergo de tua veste, nihil de tuo auro vel argento, uel quacunq; pecunia, aut rebus ullis terrenis suis sine arbitrio eius facere debuisti, ne scandalizares hominē, qui Deo tecū maiora uouerat, & ab eo quā de tua carne licita

33. q. 5. secundum verba.

G

33. q. 5. quod d.

H

I. cor. 7.

potestate posset exigere, cōtinenter abstinuerat. Deniq; factū ē, vt vinculū cōtinētię, quo se dilectus ille innexerat, contēptus abruperet, & iratus tibi non paceret sibi. Sicut. n. mihi retulit perlator Epistolę tuę, cū cognouisset, quod omnia vel penē omnia quę habebas, nescio quibus duobus transeuntibus monachis tanquā pauperibus eroganda donaueris, tūc ille derestans eos tecū, & non Dei seruos ad domusalienę penetratores, & tuos captinatores, & deprædatores putans, tā sanctā sarcinam, quam tecum subierat indignatus abiecit. Infirmus. n. erat, & ideo tibi quę in cōmuni proposito fortior videbaris, non erat præsumptione turbandus: quia etiam si ad ipsas elemosynas largius faciendas te pigrius mouebatur, posset & ista condiscere, si tuis inopinatis non feriret expensis, sed expectatis inuitaretur obsequijs: vt hoc quod temere sola fecisti, multo cōsultius dilectione concordi multoq; ordinatius & honestius ambo feceritis, ne blasphemarentur serui Dei: si tñ hi fuerunt qui marito absente atq; nesciente, ab ignota muliere & ab aliena uxore tāta sumperunt, & laudaretur Deus in operib; vestris, quorū esset tā fida societas, vt a vobis cōiter teneretur, non solū summa castitas, verum etiā gloriosa paupertas. Nūc aut inconsiderata festinatione attende quid feceris. Vt enim de illis monachis, a quibus te ipse non edificatā sed spoliatā esse conqueritur, ego beneficiā, nec homini præ ira turbatū oculū habenti contra Dei fortasse famulos facile consentiam, nunquid tātū bonū est quod pauperū carnē largioribus elemosynis refecisti, quantū malū est, quod viri tui mentem a tā bono proposito subruisti? An cuiusquā tibi vitę tēporalis salus charior esse debuerat quā huius æternæ? Nonne si ampliorē misericordiā cogitans, ideo pauperibus res tuas erogare differres, ne scandalizatus maritus tuus Deo periret, vberiores tibi Deus elemosynas imputaret? Proinde si recolis quid acquisueras, qñ lucrata fueras virū tuum, vt tecum Christi sanctiore castitate seruiret, intellige per illas elemosynas tuas quibus cor eius euersum est, quanto grauiore damno percussa fueris, quā sunt illa lucra quę cęlestia cogitabas. Si enim. habet ibi magnum locum panis fractus esuriēti, quātum locum ibi credenda est habere miseri-

cordia, qua homo eripitur diabolo tanquā leoni rugiēti, & quę deuoret inquirēti? Neq; hoc ita dicimus, vt si quisquā scandalizatus fuerit de bonis operib; nostris ab eis desistēdū putemus: sed alia causa est alienarū, alia necessariorū in societate aliqua psonarū: alia fidelis, alia infidelis: alia parentū erga filios, alia filiorū erga parentes. Alia postremo ea, quę in his rebus vel maxime intuenda est viri & vxoris, vbi mulierem cōiugam non licet dicere, Facio quod volo de meo: cum & ipsa non sit sua, sed capitis sui, hoc est viri sui. Nā sic quędā vt cōmemorat Apostolus Petrus, mulieres sanctę, q̄ in Deū sperabant, ornabant se subiectę suis viris, sicut Sara obsequabatur Abraham, dñm eum vocās, Cuius, inquit, sanctę estis filię, cū ad Christianas nō ad Iudęas feminas loqueretur. Quid autē mirū, si pater cōmunē filiū volebat huius vitę sustentaculis a matre nudari ignorās quid sectaurus esset, cū in atate grādiu scula esse cepisset, vtrū monachi professionem, an Ecclesiasticū ministeriū, an cōiugalis necessitudinis vinculū? Quāuis. n. ad meliora exci tādi & erudiendū sint filij scōrū, vnusquisq; tñ propriū donū habet a Deo, alius sic, alius at sic. Nisi forte alia prospiciens & præcauēs reprehendendus est pater, cum beatus Apostolus dicat: Quisquis autē suis & maxime domesticis nō prouidet, fidē denegat, & est infideli deterior. Cū vero de faciēdis ipsis elemosynis loqueretur, ait, Nō vt alijs refectio sit, vobis, at angustia. Pariter ergo cōsiliū de oīb; haberetis, pariter moderaremini qd thesaurizandū esset in cęlo, quid ad vitę huius sufficientiā vobis & vestris vestroq; filio relinquendū, ne alijs eēt refectio, vobis at angustia. Et in his disponēdis atq; faciēdis si quid tibi forte melius videretur, suggereres viro reuerenter, eiusdēq; autoritatē tanq̄ tuū capitis sequereris obediēter: vt oēs q; sanū sapiūt, ad quos posset hoc bonū vestrū fama perferre, de domus vestrę fructu ac pace gauderēt, & aduersarius reuereret, nihil habens de vobis dicere prauū. Porro si de faciēdis elemosynis & in pauperes impendendis rebus tuis, a quo bono opere & magno tā euidētia præcepta sunt dñi, cū viro tuo fidelis, & tecum sanctę continentię pacta seruante cōsiliū cōmunicare deberes, eiusdēq; non spernere voluntatem, quanto magis de habi-

tu atq; vestitu nihil tibi præter eius arbitriū mutandū vel vsurpandū fuit, vnde nihil diuinitus legimus imperatū. Scriptū est quidem mulieris esse debere in habitu ornato: auriq; circūpositio, & intortio crinium, & cętera hmoi quę vel ad inanē pōpam, vel ad illecebrā fermē adhiberi solent, merito reprehensa sunt. Sed est, quidā pro modulo personę habitu matronalis a viduali veste distinctus, qui potest fidelibus coniugatis salua religionis obseruatiā cōuenire. Hunc te maritus si deponere noluit, ne te velut viduā illo viuē te iactares, puto q̄a non fuerat in hac re vsq; ad dissensionis scādālū perducendus, magis in obediētiā malo, q̄ vilius abstinentię bono. Quid. n. est absurdius, q̄ mulierē d̄ humili veste viro superbire, cui te potius expediret obteperare cādidi moribus, q̄ in nigellis vestibus repugnare? Quia etiā te indumentū monachę delectabat, etiam hoc gratius posset marito obseruato exoratoq; sumi, q̄ illo inconsulto contēptoq; præsumi. Quod si oīno non sineret, quid tuo proposito deperiret? Absit vt hinc displiceres Deo, q̄ cōiuge tuo nondū defuncto, non indueris sicut Anna sed sicut Susanna. Neq; n. & illi qui tecū iā cęperat custodire tā magnū cōtinētię bonū, et si cōiugale non viduale voluisset vt acciperes indumentū, ad indecētē quoq; te cōpulisset ornātū. Quō & si aliqua dura cōditione cogeres, posses habere in supbo cultu cor humile. Nepe apud patres, Hester illa regina Deū timens, Deū colens, Deo subdita, marito regi alienigenę non eundē secū colenti Deū, tñ subiecta seruiebat: q̄ cū extremo periculo, non suo tñ, sed ērgentis suę, qui tūc era: populus Dei, dño prosterneretur orando, in ipsa oratione sua dixit ita sibi esse ornatū regiū, sicut pannū menstrualē: & ita oratē confestim exaudiuit, qui cordis inspecto ream verū dicere sciuit. Et vtiq; maritū habebat multarū mulierū virū, & deorū alienorū sal/orū cultorē. Tu autē si & ille in proposito quod tecū susceperat, perduraret, nec a te offensus in flagitiū corruisset, maritū habebas nō solū fidelē, & verū Deū tecum cōlentē, sed etiā continentē, qui proculdubio proposito vestri nō immemor, si ad coniugali te cogeret indumenta, ad superba tamen ornamenta non cogeret. Hac tibi scripsi, qm̄ me consulēdum putasti, nō vt tuum rectum

institutum sermone meo frangerem, sed q̄ te inordinate & incaute agēte viri tui factū dolerē. De cuius reparatione debes vehementissime cogitare, si vere ad Christū vis pertinere. Indue itaq; humilitatē mentis, & vt te Deo cōseruet perseverantē, noli maritū cōtemnere pereuntē. Funde pro illo pias & assiduas orationes, sacrificia lachrymas tanq̄ vulnerati sanguinē cordis. Et scribe ad eū satisfactio nem, petens veniam, quia in eū peccasti, qd̄ præter eius cōsiliū & voluntatē de rebus tuis fecisti, quod faciendum putasti, nō vt te peniteat tribuisse pauperibus, sed eū tui boni operis participē & moderatorē habere noluisse. Promitte de cętero in adiutorio dñi, si & illum suę turpitudinis penituerit, & continentiam quam deseruerit repetiuerit, te illi, sicut decet, in omnibus seruitutā, si forte, vt ait Apostolus det illi Deus poenitentiam, & respiscat de diaboli laqueis, a quo captiuus tenetur secundū ipsius voluntatē. Filium autem vestrum qm̄ de legitimis eum, & honestis nuptijs suscepisti, magis in patris quā in tua esse potestate quis nesciat? Et ideo ei negari non potest, vbi cūque illum esse cognouerit, & iure poposcerit: ac per hoc vt secundum tuam voluntatem in Dei possit nutriri & erudiri sapientia, necessaria est illi etiam vestra concordia.

Augustinus Afellico Ep̄o monstrat Christianos esse quidem Israelitas, & Iudęos iuxta sensum spiritale esse, tñ ab hoc vocabulo vulgo temperādū, eo quod Christiani non solū liberi sint a Iudaicis obseruationibus verum etiam ab eo, quod præceptorū obseruationem non tribuunt suis viribus vt solent Iudæi. Epistola C C.

Domino beatissimo fratri & coepiscopo Afellico, Augustinus in dño salutē. Literas sanctitatis tuę quas ad venerabilem senem Donatianum de cauendi Iudaismi disceptatione misisti, ad me ipse dignatus est mittere, atque vt eis responderem petendo vehementius impetrauit, quem veritus contemnerē, vt possum dño adiuuante respondeo, gratum existimans etiam charitati tuę, q̄ ad te scribendo illi iubenti, quem pro suis meritis ambo veneramus, obtemperare non renui. Christianos maxime ex gentibus venientes

Gala. 2. nientes indaizare nō oportere Paulus Apostolus docet vbi ait, Dixi Petro corā omnib. Si tu cū sis Iudæus gētiliter & nō iudaicē vivis, quemadmodū gētes cogis iudaizare? Et secutus adiūxit, Nos natura Iudæi, & nō ex gentibus peccatores. Scientes autem qm̄ nō iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Iesu Xpi credidim⁹ vt iustificemur per fidē Christi, & non ex operibus legis qm̄ ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Non solū autē illa opera legis, quæ sūt in veterib. sacramentis & nunc reuelato sacramēto nouo non obseruantur à Xpiānis, sicuti est circuncisio præputij, & sabbati carnalis vacatio, & à quibusdā efcis abstinentia, & pecorū in sacrificijs immolatio, & neomenia & azymū, & cetera huiusmodi verumetiā illud quod in lege dictū est, Nō concupisces: quod vtiq; & Christianus nullus ambigit esse dicendū, non iustificat hominē nisi per fidē Iesu Christi, & grām Dei p̄ Iesum Christū dñm nostrū. Idē ipse q̄pe dicit Apostolus, Quid ergo dicem⁹? Lex peccatū est? Absit. Sed peccatū nō cognoui nisi per legē. Nā cōcupiscentiā nesciebam nisi lex diceret. Non concupisces. Occasione autē accepta, peccatū per mādātū operatū est in me omnē concupiscentiā. Sine lege enim peccatū mortuū est. Ego autē viuebam aliqñ sine lege. Adueniente at̄ mandato peccatū reuixit. Ego autē mortuus sum, & inuentū est mihi mandatū quod erat in vitā, hoc esse in mortē. Peccatū enim occasione accepta per mādātū sefellit me, & p̄ illud occidit. Itaq; lex q̄didē sancta, & mādātū sanctū, & iustū & bonū. Qd̄ ergo bonū est, mihi factū est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatū per bonū mihi operatū est mortē, vt fiat supra modū peccatū peccans per mādātū. Scimus enim quia lex spiritalis est, Ego at̄ carnalis sum, venundatus sub peccato. Qd̄ enim operor, ignoro. Nō. n. quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autē quod nolo hoc facio, cōsentio legi quoniā bona est. Videmus itaq; in his Apostolicis verbis legē non solū non esse peccatū, sed et̄ esse sanctā, & mandatū sanctū & iustū & bonū, quod dictū est, non concupisces. Sed peccatū per bonum fallit, & illud occidit eos qui cū sint carnales, putant suis viribus legem spiritalem se posse cōplere: & per hoc fiunt non solum

Rom. 7.

F

peccatores, quod essent etiā si legē non accepissent, sed etiā p̄uaricatores, quod nō essent nisi legē accepissent. Sic enim alio loco dicit Vbi lex non est, nec p̄uaricatio. Lex ergo subintravit, sicut alibi ipse testat̄, vt abundaret delictū. Vbi autē abundavit delictū, superabundavit, & gratia. Hæc est igitur utilitas legis, quia ostendit hominem sibi ipsi, vt sciat infirmitatē suā, & videat quemadmodum p̄ prohibitionē augeatur potius carnalis concupiscentia quā sanetur. Appetuntur. n. ardētius q̄ verant, dū id quod spiritaliter iubetur carnalis obseruare compellitur. Vt autē sit spiritalis qui legē impleat spiritalē nō sit ipsa lege, sed gratia: hoc est, nō imperio, sed beneficio nō iubente litera, sed adiuuante spiritali. Incipit autē homo secūdu gratiā in interiori homine renouari, vt mēte agat quod amat, nec carni consentiat agenti quod odit, id est, vt non omnino non concupiscat, sed vt post concupiscentias suas non eat. Quod quidē tā magnū est, vt si omnimodo fieret, & quanuis insint dū sumus in corpore mortis huius desideria peccati, nulli eorū tñ adhiberemus assensum, non esset vn̄ diceremus patri nō qui est in celis, Dimitte nobis debita nostra. Mec tñ ideo tales iam essemus quales erimus cum mortale. hoc induerit immortalitatem. Tunc enim non solum nulli desiderio peccati obediemus, sed nulla erunt desideria talia quibus non obedire iubeamur. Nunc ergo vbi dicitur, Iā nō ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatū: de concupiscentia carnis dicitur, quæ operatur in nobis motus suos etiā qm̄ eis nō obediemus, dū nō regnat peccatum in nostro mortali corpore ad obediendū desiderijs eius, nec exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato: in qua iustitia nondū consummata p̄seuerāter proficētes, ad eius cōsummationē quandoq; veniemus vbi peccati concupiscentia nō cohibenda atq; frenanda, sed nulla sit. Hoc enim lex posuit dicendo, Non concupisces: nō q̄ hic valeamus, sed ad qd̄ proficendo tendamus. Verū hoc fit nō lege quæ hoc imperat, sed fide, quæ hoc imperat: nō litera qua iubet, sed spiritu quo sanatur. Nō ergo meritis operātis hominis, sed largientis gratia saluatoris. Utilitas itaque legis est vt hominem de infirmitate conuincat, & gratiæ medicinam q̄ in Christo est, implorare compellat. Omnis

Rom. 4.

Rom. 5.

G

Matth.

Rom. 6.

H

nis enim qui inuocauerit nomen dñi saluus erit. Quō ergo inuocabunt in quē non crederunt? Quō credent quē non audierunt? Vnde paulo post dicit. Igitur fides ex auditu, auditus autē per verbum Christi. quæ cum ita sint, qui se Israelitas esse carnaliter gaudent, & præter gratiā Christi, in lege gloriāntur, ij sunt de quib. Apostolus ait, q̄ ignorantes Dei iustitiā & suam volentes constituere, iustitiā Dei non sunt subiecti. Dei quippe dixit iustitiam, quæ homini ex Deo est: suā vero, quā putant sibi sufficere ad faciendā mandata sine adiutorio & dono eius qui legē dedit. His autē similes sunt, qui cū profiteantur se esse Christianos, ipsi gratiā Christi sic aduersant, vt se humanis viribus diuina existimēt implere mandata: ac si et̄ ipsi ignorantes Dei iustitiā, & suā volentes constituere, iustitiā Dei non sunt subiecti, non quidē noīe, sed tñ errore iudaizantes. Hoc genus hominum capita sibi inuenerat Pelagium & Cęlestium impietatis huius assertores acerrimos. Qui recenti iudicio Dei per diligentes & fideles seruos eius et̄ catholica cōione priuati sunt, & p̄ cor impenitens adhuc in sua damnatione persistunt. Quisquis ab isto carnali & animali, atq; ideo non immerito reprehensibili atq; danabili Iudaismo esse quærit alienus, non solū veteres illas obseruationes, à se facere debet alienas, q̄ iam reuelato testō nouo, posteaq; venerunt ea q̄ per illas significabantur esse futura, proculdubio esse necessaria destiterunt, vt non iudicetur in cibo & potu & in parte diei festi & neomeniæ & sabbatorū, q̄ est umbra futurorum, verumetiā illa quæ in lege ita præcepta sunt vt valeant ad infirmandos mores fidelium, i. vt abnegantes impietatem & seculares cupiditates, temperanter & iuste & pie viuamus in hoc seculo. Vnde est et̄ hoc quod ex lege maxime cōmendandum elegit Apostolus, Non concupisces: Et quæcumq; de Deo & proximo diligendo sine vllis figuris sacforū præcipiuntur in lege, in quibus duobus præceptis et̄ ipse dñs Christus dicit totā legē Prophetasq; pendere, sic accipit, sic amplectit̄, sic obseruanda esse non dubitat, vt quicquid in eis proficit, nō sibi tribuat, sed gratiæ Dei per Iesum Christum dñm nostrum. Verumtñ cum quisq; isto modo fuerit verus germanusq; christianus, vtum et̄ Iudæus aut Isra-

Rom. 10.

Rom. 11.

I

Rom. 7.

Mat. 2.2.

lita dicendus sit, merito quæritur. Quod quidem si non carne, sed spiritu hoc esse intelligitur, non debet ipsum nomen sibi in cōsuetudine sermonis imponere, sed spiritali intelligentia retinere, ne p̄p̄ ambiguitatem vocabuli quā non discernit quotidiana locutio, illud profiteri videatur q̄ est inimicū nomini christiano. Hanc autē q̄onem, i. vtum qui christianus est, et̄ Iudæus vel Israelita possit intelligi, idē beatus nobis aperit & dissoluit Apostolus, vbi dicit. Circuncisio quidē prodest, si legē custodias. Si autē p̄uaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. Si igitur præputiū iustitiæ legis custodiat, nōne præputium ei in circuncisionē reputabitur, & iudicabit quod ex natura est præputium legem perficiens, te qui per literam & circuncisionē p̄uaricator legis es? Non. n. qui in manifesto Iudæus est, neque quæ manifesta in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est & circuncisio cordis, q̄ spiritu non litera, cuius laus nō ex hominib. sed ex Deo est. Cū igitur audiamus Apostolum Christi cōmendantē nobis Iudæum in abscondito, non in carnis circuncisio, sed cordis, & spiritu non litera: quis est iste nisi christianus? Sicut itaq; sumus Iudæi, non carnaliter sed spiritaliter, quæadmodū sumus semen Abrahæ, non secundū carnē sicut illi q̄ de ipso noīe carnali superbia gloriāntur, sed secundū spiritū fidei, quo nō illi. Scimus. n. nos fuisse promissos, qm̄ ei dixit Deus. Patrē multarū gentium posui te. Et q̄ multa de hac re dicat Apostolus, nouimus. Dicimus. n. inquit, qm̄ deputata est Abrahæ fides ad iustitiam. Quō ergo deputata est? An cū in circuncisio esset, an cum esset in præputio? Non in circuncisio sed in præputio. Et signum accepit circuncisiois signaculū iustitiæ fidei quæ est in præputio, vt sit pater omnium credentium per præputiū, vt deputetur & illis ad iustitiā, vt sit pater circuncisiois, non ijs solū qui ex circuncisioe sunt, sed & ijs qui sequant̄ vestigia fidei, q̄ est in præputio patris nostri Abrahæ. Et paulo post, Ideo inquit ex fide, vt secundū gratiā firma sit promissio omni semini, non ei tantū quod ex lege est, sed & ei q̄ ex fide est Abrahā, qui est pater omnium nostrū, sicut scriptum est. Quia patrē multarū gentium posui te. Item ad Galathas, Abrahā, inquit, credidit Deo & deputatum

Rom. 1.

L

Gen. 17.

Rom. 4.

M

Gen. 17.

Gal. 3.

tum est illi ad iustitiā. Intelligite ergo quā ex fide, hi sunt filij Abraham. Prouidens autem scriptura, quā ex fide iustificat gentes Deus, pronunciavit Abraham quia benedicent in te oēs gentes, ita ut qui ex fide sunt benedicantur cū fideli Abraham. Iā aliquanto post in eadem Epistola, Fratres, inquit, secundū hoīem dico, tñ hoīs confirmatū testm̄ nemo irritum facit aut superordinat. Abraham dicta sunt p̄missiones, & semini eius. Non dicit, & semini tanquā in multis, sed tanquā in vno, & semini tuo quod est Christus. Item paulo post, Oēs. n. vos inquit, vnū estis in Christo Iesu. Si autē vos estis Christi, ergo Abraham semen estis secundū promissionē hæredes. Secundū istum ergo intellectum Apostoli cum inueniuntur Iudæi, qui Christiani non sunt, cū ex carne Abraham originem ducant, non esse filij Abraham. Cum. n. dicit: Intelligite ergo, quā qui ex fide, hi sunt filij Abraham: profecto significat eos qui ex fide non sunt, non esse filios Abraham: Ac per hoc nisi Iudæis eo modo sit pater Abraham quō est nobis, quid eis prodest, quod de carne eius exorti sunt, & nomen sine virtute tenuerunt? Cum autē ad Christum transeunt & incipiunt esse ex fide filij Abraham, tunc erunt Iudæi, non in manifesto, sed in abscondito, circuncisione cordis spiritui non litera, quorū laus non sit ex hoīb. sed ex Deo. Ab hac autē fide alienati in ramis fractis deputabuntur ex illa olea, in cuius radice idē dicit Apostolus inseri oleastrum, i. gētes, quod vtiq; non sit per carnē, sed per fidē: neq; per legem, sed per gratiā: nec per literā, sed per spiritum: neq; carnis circuncisione, sed cordis: nec in manifesto, sed in abscondito: nec laude ex hominibus, sed ex Deo, ut sit vnusquisq; Christianus sicut nō carnalis, sed spiritalis Abraham filius: ita non carnalis, sed spiritalis Iudæus: nec carnalis, sed spiritalis Israelita. Nā & de isto noīe sic Apostolus loquit: Non. n. oēs qui ex Israel hi sunt Israel, neq; qui sunt semen Abraham, oēs filij: sed in Isaac vocabi tibi semen: hoc est, non ij qui filij carnis hi filij Dei, sed filij promissionis deputant in semen. Nonne mirabilia magna sunt ista profundumq; mysteriū, ut multi ex Israel non nati, sint Israel: & multi non sint filij, cū sint semen Abraham? Quō. n. non sunt, quō sunt, nisi quia nō sunt filij promissionis ad Christi gratiā pertinentes, sed filij carnis

Rom. 9.

nomen inane gestates: ac per hoc nec illi sūt Israel sicut sumus nos, nec nos sumus Israel sicut sunt illi. Non. n. sumus secundum spiritalem regenerationē, illi secundū carnalem generationem. Intuēdū est quippe ac discernendum, aliū esse Israel, qui p̄p carnem nomen accepit, aliū vero qui p̄p spiritū rem, quā illo noīe significatur obtinuit. Nunquid enim ex Agar ancilla Saræ nati sūt Israelitæ? Nonne Hismael ex illa natus est, & non Israelitarū gentem suo semine propagauit? De Sara nanq; venit Israel per Isaac, qui ex promissione natus est Abraham. Tñ cū secundum C propaginē carnis se ita res habet, venit ad intellectū spiritalē, & inueniuntur ad Saram non pertinere carnales Israelitæ, qui ex illa carnis originē ducunt, & pertinere ad eā potius Christiani, qui non secundū Hismael filij sunt carnis, sed secundū Isaac filij sunt promissionis, non ad ipsius Isaac carnale semē, sed ad spiritale mysteriū pertinentes. Ita quippe ad Galatas Apostolus loquitur: Dicite mihi sub lege esse volentes, legē non audistis? Gal. 1. scriptum est. n. quod Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed ille qui de ancilla, secundū carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem, quod sunt in allegoria. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem à monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est huic, quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filiis suis. Quæ autē sarum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostras, scriptum est enim, Letare sterilis, quæ non parit, erumpe, & exclama, quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed sicut tunc qui secundum carnem natus fuerat, persequēbatur eum qui secundum spiritum ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Nos autem fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberavit. Ecce secundū istam spiritalem atque Apostolicā intelligentiā nos potius pertinemus ad liberam Saram, qui ex illa nullā carnis propaginē trahimus. Iudæi autē qui ex illa carnis propaginē trahunt, ad Agar potius ancillā pertinere monstrant, de qua carnis propagatio-

Esa.

D

nem

nem non trahunt. In nepotibus est Abraham & Saræ, i. filijs Isaac & Rebecca, illis geminis Esau & Iacob, qui postea vocatus est Israel, hoc ipsum magnū & profundū mysteriū repetit, de quo idē Apostolus loquens, cū per Isaac promissionis filios cōmemorasset ad Christi gratiā pertinentes, Non solū autē illa, inquit, sed & Rebecca ex vno cōcubitu habēs Isaac patris nostri. Nondū. n. natis, nec quod egerint aliquid boni aut mali, ut secundū electio nē propositū Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocatē dictū est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Hæc certe doctrina Apostolica atq; catholica latius euidenter indicat nobis, secundū originē carnis ad Sarā Iudæos, i. Israelitas, ad Agar vero Ismaelitas, pertinere. secundum autē mysteriū spiritus ad Saram Christianos, ad Agar Iudæos. itē secundum originē carnis ad Esau, qui dicitus est etiam Edom, gentē Idumeorū, ad Iacob autē qui dicitus est et Israel, gentē Iudæorū. Porro secundum mysteriū spiritus, ad Esau Iudæos, ad Israel pertinere Christianos. Ita quippe impletur quod scriptum est. Maior seruiet minori, i. prior natus populus Iudæorū, posteriori nato populo Christianorū. Ecce quēadmodū sumus Israel adoptione diuina, non humana cognatione gloriantes, nec in manifesto, sed in occulto, nec litera sed spiritu, nec carnis, sed cordis circuncisione Iudæi. Quæ cū ita se habeant, non tñ debemus consuetudinem sermonis humani inepta loquacitate cōfundere, & in reb. discernendis frequentata vocabula perturbata significatione miscere, ut eos qui Christiani sunt, & appellatione vltimissima Christiani vocant, inusitato vocabulo aliquis affectet appellare Iudæos, vel cū sit ipse voceturq; Christianus. Israelitæ potius noīe delectet, & quod in mysterio debet se intelligere, parcius autē ore proferre, hoc in quotidiana loquēdi cōsuetudine magis eligat frequentare inepta insolentia, & (si dici potest) imperita scientia. Nunquid. n. Apostoli, p̄ quos ea didicim⁹ ista nesciebāt, quō nos potius sumus semē Abraham secundū Isaac promissionis hæredes, & Iudæi spiritu nō litera, cordis circuncisione nō carnis, & nō secundū carnē Israel, sed Israel Dei? Sciebant vtiq; ista multo sapientius certiusq; quā nos, & tñ in loquēdi cōsuetudine Iudæos, & Is-

Rom. 9.

E

Malac. 1.

Gal. 1.

raelitas eos appellabant, qui secundū carnē de Abraham stirpe tunc existebant. Nanq; ait I. Cor. 1. Apostolus Iudæi signa petunt, & Græci sapientiā quærunt: Nos autē p̄dicamus Christū crucifixū, Iudæis quidē scandalū, gentib. autē stultitiā. Ipsi autē vocatis Iudæis & Græcis, Christū Dei virtutē & Dei sapientiā. Quod dixit Græcos, hos et gentium noīe significauit, eo quod hæc lingua maxime excellit in gentibus. Iudæos tñ ipsos vocauit, quos oēs hoc noīe appellauit. Nā si Christiani ipsi sunt Iudæi, Christianis est ergo scandalū Christus crucifixus, de quo dictū est, Iudæis quidem scandalum. Quis hoc nisi infanissimus sentiat. Item dicit: Sine offensione estote Iudæis, & Græcis & Ecclesiæ Dei. Quō ista distingueret, si & Ecclesiam Dei in quotidiana loquēdi consuetudine Iudæos appellare deberet? Itē ait: Quos & vocauit non solū ex Iudæis, sed et ex gentibus. Quō vocauit ex Iudæis si potius ex non Iudæis vocauit ut essent Iudæi? Itē de Israelitis, Quid ergo dicemus, inquit? Quia gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autē quæ ex fide est: Israel autē persequens legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi operibus. Offenderunt. n. in lapidē offensionis. Itē. Ad I. Co. 10. Israel autē quid dicit? Tota die extendi manus meas ad populum. non credentē & contradicentem. Et secutus adiungit, Dico ergo: Nunquid repulit plebem suā? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Benjamin. Non repulit Deus plebē suā quam præsciuit. Quō hic appellauit Apostolus Israel non credentē & contradicentē, si Christiani sunt Israel: vel quō se appellauit Israelitam? Nunquid ex eo quod Christianus factus erat? Non vtiq; sed ex eo quod secundū carnē fuerat ex semine Abraham, de tribu Benjamin, quod non sumus nos secundū carnē, quāuis secundū fidem sumus semen Abraham, ac per hoc Israel. Sed aliud est quod agnoscit altioris intelligentia sacri, aliud quod expocit quotidiana cōsuetudo vocabuli. Deniq; apertus iste nescio quis de quo scripsisti quod doceat Iudaizare Christianos, eo modo si sicut insinuauit sanctitas tua, Iudæū & Israelitam vocat, ut ab eis prohibeat, à quib. pro tēporis illius congruentia, lex per sanctum famulum Dei Moyien data phibeat, & ceteras illius temporis:

I. Cor. 1.

I. Co. 10.

Rom. 9.

Rom. 10.

Rom. 11.

H

temporis obseruationes iā nunc apud Christianos abolitas remotasq; persuadeat, quas vmbas futurorum appellat Apostolus, vt & prophetia in illis intelligatur, & eorū obseruatio iā euacuata monstratur: vnde apparet quare se iste aptius velit Israelitā Iudeūq; vocitari, non spiritaliter, sed omnino carnaliter. Nos autē non illis obseruationibus quae nouo testō reuelato euacuatē sunt, tenemur obstricti, & praecepta legis huic etiam tēpori necessaria, qualia sunt, Non adulterabis, non homicidium facies, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, q̄ in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tanquā teipsum, non viribus humanis quasi nostram constituentes iustitiam, sed gratia Dei per Iesum Christum dñm nostrum, in ea iustitia q̄ nobis ab illo est obseruanda esse didicimus, docemus. Nec tñ ideo nos negamus semen Abrahæ, quibus dicit Apostolus: Vos ergo Abrahæ semen estis, aut Iudeos in abscondito, de qualibus idem dicit: Non. n. qui in manifesto Iudeus est, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudeus est, & circuncisio cordis, quæ est spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est, aut Israelitas spirituales, ad eū scilicet pertinentes, cui minori prædictū est seruiturum esse maiorem. Sed hæc vocabula nobis non indecenter imponimus, eaq; mysteriorum intelligentia continemus, non verborum insolentia ventilamus.

Nectarius Augustinum rogat, vt intercedat pro suis ciuibus. Epistola 198.

Domino insigni & merito suscipiendo fratri Augustino Ep̄o, Nectarius. Quāta sit charitas patriæ, qm̄ nosti prætereo. Sola est. n. quæ parentum iure vincat affectum. Cui si vllus esset consulendi modus aut finis bonis, digne iam ab eius muneribus meruimus excusari. Sed qm̄ crescit in dies singulos dilectio & gratia ciuitatis, quantumque etas fini proxima est, tantum incolumen ac florētē relinquere patriā cupimus, idcirco gaudeo primum quod apud instructum disciplinis omnibus virum mihi hic est sermo institutus. In Calamensis colonia multa sunt, quæ merito diligamus, vel quod in ea geniti sumus, vel quod eidem magna cōtulisse vide-

mur officia. Hæc ergo dñe præstantissime & merito suscipiende, non leui populi sui errato prolapsa est. Quod quidē si iuris publici rigore metiamur, debet plecti seueriori censura. Sed Ep̄m fas non est nisi salutem hominibus impertire, & pro statu meliore causis adesse, & apud omnipotentē Deum veniam aliorum mereri delictis. Quamobrē quanta possum supplicatione depono, vt si defendenda res est, innoxius defendatur, ab innocentibus molestia separetur. Præsta hoc q̄ secundum naturā tuam peruides postulari: de damnis facilis pōt haberi taxatio, tantum supplicia deprecamur. Acceptor Deo viuas domine insignis & merito suscipiende frater.

In ciuitate quadā Idololatræ, contra recens Cæsaris edictū, per occasionē sacrorū suorū impetū fecerāt in Christianos: trucidatis aliquot, ac spoliatis multis: quū ob tā immane facinus formidarent Cæsaris irā, Nectarius rogat Augustinū, vt intercedat, ne innocētēs cū nocentibus plecterent. Augustinus rñdet, illic alios nocentiores, alios minus nocentes, alios nocentissimos inueniri posse, innocentē neminē. Promittit tñ, vt respicientibus parcat, & cū nocentibus et agatur mitius, sed hæcenus, ne ceteri impunito exemplo ad audenda similia prouocentur. Epistola 199.

Domino eximio meritoque honorabili fratri Nectario Augustinus. Iam senio frigescentibus membris, feruere animū tuū patriæ charitate nec miror sed laudo, teque non tantum non tenere memoriter, verum etiam vita ac moribus demonstrare, q̄ nullus sit patriæ consulendi modus aut finis bonis, non inuitus immo etiam libens accipio. Vnde supernæ cuiusdam patriæ, in cuius sancto amore pro nostro modulo inter eos quibus ad illam capeffendam consulimus, periclitamur atque laboramus, talem etiam te ipsum ciuem habere vellemus: vt eius p̄ortuiculæ in hac terra peregrinanti, nullum consulendi modum finemque censeret, tanto effectus melior, quanto meliori ciuitati officia debita progares, in eius æterna pace nullum gaudendi finem inuenturus, cuius ad tēpulis laboribus nullum tibi finem statueris cōsulendi. Verum hoc donec fiat, neque enim despe-

desperandū est illam te patriam posse acquirere, vel iam acquirēdam prudentissime cogitare, ad quam te pater etiam qui in ista genuit ante antecessit. Hoc donec fiat, da nobis veniam si propter patriam nostram quam cupimus nunquam relinquere: de cuius quidē floribus, si cum tua prudentia disputemus, non est verendum ne tibi difficile persuadeatur, aut vero etiam non facile occurrat quemadmodum florere ciuitas debeat. Commemorauit Poeta ille vestrarum clarissimus literarum quosdam flores Italice: sed nos in vestra patria nō iam experti sumus quibus floruit terra illis viris, quā quibus arserit armis. Immo vero non armis sed flammis nec arserit, sed incenderit. Quā tantum scelus si fuerit impunitum, nulla digna correctione prauorum florentem te patriam putas relicturum. O flores non planē fructuum, sed spinarum. Compara nunc, vtrum malis florere patriam tuā pietate an impietate, correctis moribus an securis ausibus. Cōpara ista & vide, vtrū patriæ tuæ amore nos vincas, vtrum eam magis veriusq; cupias florere quam nos. Intuere paululum ipsos de republica libros, vnde illum affectū amatissimi ciuis ebibisti, q̄ nullus sit patriæ consulendi modus aut finis bonis. Inuere, obsecro te, & cerne quantis ibi laudibus frugalitas & continentia prædicet, & erga coniugale vinculum fides, certiq; honesti ac probi mores, quibus cū præpollet ciuitas, vere florere dicenda est. Hi autē mores in Ecclesijs toto orbe crescentibus, tanquam in sanctis auditorijs populorū docentur atq; discuntur, & maxime pietas, qua verus & verax colatur Deus; qui hæc omnia, quibus animus humanus diuinę societati ad inhabitandā æternam celestemq; ciuitatem instruitur, & aptatur, non solum iubet aggredienda, verum etiam donat implenda. Inde est quod deorum multorum falsorumq; simulachra, & p̄dixit euersum iri, & præcepit eueri. Nihil enim homines tam infociabiles reddidit vitæ peruerfitate, quam illorum deorum imitatio quales describuntur, & commendantur literis eorum. Deniq; illi doctissimi viri qui reipublicam ciuitatemq; terrenam qualis eis esse debere videbatur, magis domesticis disputationibus requirebant vel etiam describebant, quam publicis actionibus instituebant atque formabant, egregios laudabiles, quos

putabant homines potius, quam Deos suos imitandos proponebant erudiēda indoli iuuentutis. Et reuera Teretianus ille adolescēs, qui spectans tabulam pictam in pariete, vbi pictura inerat adulterio regis deorum, libidinem qua rapiebatur stimulis etiam tantæ auctoritatis accendit, nullo modo in illud flagitium vel concupiscendo laberetur, vel perpetrando immergeretur, si Catonem maluisse imitari quā Iouē. Sed quo pacto id faceret cū in templis adorare cogeretur Iouem potius quam Catonem? Verum hæc ex Comædia quibus impiorum luxus, & sacrilega superstatio conuinceretur proferre forsitam non debemus. Lege vel recole in eisdem libris quam prudenter differatur, nullo modo potuisse scriptiones, & actiones recipi Comædiarum, nisi mores recipientium consonarent: clarissimorum virorum in republica excellentium, & de republica disputantium auctoritate firmatur, nequissimos homines fieri deorum imitatione peiores, non sanē verorum sed falsorum atque fictorum. At enim illa omnia, quæ antiquitus de vita deorum moribusque conscripta sunt, longe aliter sunt intelligenda atque interpretanda sapientibus. Ita vero in templis populis congregatis, recitari huiuscemodi salubres interpretationes heri & nudiustertius audiimus. Quæso te, siccine cecum est humanum genus aduersus veritatem, vt tam aperta, & manifesta non sentiat? Tot locis pingitur, funditur, tunditur, scribitur, legitur, cantatur, saltatur Iuppiter, adulteria tanta committēs, quantum erat, vt suo saltem Capitolio ista prohibens legeretur? Hæc mala dedecoris impietatisque plenissima, si nemine prohibente in populis ferueant, adorentur in templis, rideantur in theatris, cum his victimas immolant vastetur pecus etiam pauperum, cum hæc histriones argunt, & saltant, effundantur patrimonia diuitum, ciuitates florere dicuntur. Horum planē florum non terra fertilis, non aliqua opulens virtus, sed illa deo Flora digna mater inuenta est, cuius ludiscenici tum effusore, & licentiore turpitudine celebrantur, vt quibus intelligat quale dæmonium sit quod placari aliter non potest, nisi illic non aues, non quadruples, non denique sanguis humanus, sed multo scelestius pudor humanus

In emm-cho.

C

D

Flora

mus

Exo. 20.
Lepl. 15.

I

Gen. 2.

Rom. 2.

De dissinatione demoniū. cap. 9.

mus tanquā immolatus intereat. Hæc dixi pp quod scripsisti. Quantū tibi ætas fini proxima est, cupere te vī patriā tuā incolumen ac florentē relinquis. Tollātur iā ista oīa vana & infana; cōuertātur homines ad verū Dei cultū moresq; castos & pios, tunc patriā tuā florentē videbis nō opimione stultorū, sed veritate sapientū, cū hæc patriā carnalis generationis tuæ, portio fuerit illi patriæ, cui nō corpore sed fide nascimur, vbi omnes sancti & fideles Dei post labores, velut hyemales vitæ huius, interminata æternitate florēbūt. Nobis itaq; cordi est, neq; christianam a mittere man suetudinē, neque perniciosum ceteris imitationis exēplū in illa ciuitate relinquare. Quō id agamus, aderit Deus, si eis non ita grauer indigneur. Alioquin & mā suetudo, quam seruare cupimus, & disciplina qua vti moderate nitimur impediri pōt, si Deo aliud in occulto placet, siue iudicanti hoc tm̄ malū flagello acriore plectendum siue etiā vehemētius irascenti, si non correctis nec ad se conuersis ad tēpus esse voluerit impunitū. Præscribit nobis quodāmodo prudentia tua de persona episcopali, & dicit patriā tuā nō leui populi sui errato prolapsam. Qd̄ quidē si iuris publici rigore metiamur, debet plecti seueriori censura. Sed Episcopū inquis, fas nō est, nisi salutē hominib. imper tire, & pro statu meliore causis adesse, & apud omnipotentē Deū veniā aliorū mereri delictis. Hęc omnino seruare conamur, vt se uerore censura nemo plectat, neq; n. nobis neq; ab alio intercedentib. nobis salutē hominib. cupimus impertire, quæ posita est in recte viuendi felicitate, nō in male faciendi securitate. Veniā quoq; non tm̄ nostris, verū & aliorū instamus delictis mereri, quod impetrare nisi pro correctis omnino nō possumus. Adiungis etiam & dicitis: Quanta possū supplicatione deosco, vt si defendenda res est, innoxius defendatur, ab innocētibus molestia separetur. Accipe breuiter quæ cōmissa sunt, & noxios ab innocentibus ipse discerne. Contra recentissimas leges, Calendis Iunijs sexto * Paganorū sacrilega solennitas agitata est, nemine prohibente, tam insolenti ausu, vt quod nec Iuliani temporibus factū est, petulantissima turba saltantium in eodem prorsus vico ante fores transfret ecclesie. Quam rem illicitissimam atq; indignif-

Al. 3. fe. 5to.

simam clericis prohibere tentantibus, ecclesia lapidata est. Deinde post dies ferme octo cum leges notissimas Episcopus ordini replicasset, & dū, ea quæ iussa sunt, velut implere disponunt, iterū ecclesia lapidata est. Postridie nostis ad imponendum perditis metum, quod videbatur apud acta dicere volentibus publica iura negata sunt. Eodemq; ipso die, ne vel diu inuis terrerentur, grandis lapidationibus reddita est: qua transacta, cōtinuo tertiam lapidationem, & postremo ignes ecclesiasticis tectis atq; hominibus intulerūt, vāū seruorū Dei qui oberrans occurrere potuit occiderunt, ceteris partim vbi potuerunt latitantibus, partim quō potuerat fugientibus, cū interea cōtrusus atq; coarctatus, quodā loco se occultaret Episcopus, vbi ad mortē quærētū voces audiebat sibi; increpantiū, quod eo non inuento gratis tū pperassent scelus. Gesta sunt hæc hora ferme decima vsq; ad noctis partē nō minimā. Nemo cōpescere, nemo subuenire tentauit illorum quorū esse grauis posset autoritas, præter vnū peregrinū, per quē & plurimi serui Dei de manibus interficere conantiū liberati sunt, & multa extorta prædantib. per quē clarum factum est, q̄ facile illa vel omnino nō fierēt vel cepta desisterent, si ciues maximeq; primates ea fieri perficereq; vetuissent. Proinde in vniuersa illa ciuitate non innocētes à nocentibus, sed minus nocentes à nocētorib. poteris fotasse discernere. Nā in paruo pctō illi sunt, q̄ metu deterriti, maximeq; ne offenderent eos, quos in illo oppido plurimū posse & inimicos ecclesie nouerāt, opē ferre nō ausi sunt. Scelerati autē oēs, quib. etū non facientib. neq; immittentibus, tm̄ violentibus ista commissa sunt sceleratiores qui commiserunt, sceleratissimi qui immiserunt. Sed de immisione suspicionē putemus esse non veritatē: nec ea discutiamus quæ nisi tormentis eorū per quos inquiruntur inueniri omnino non pnt. Demus et veniā timori eorū qui potius Deū pro Epō & seruis eius deprecādū, q̄ potentes inimicos ecclesie offendendos esse putauerunt. Quid eos qui restāt, nulla ne cēs disciplina coercendos, & proponendū existimas impunitū tam immanis furoris exemplum? Non præterita vindicando pascere iram nostram studemus, sed misericorditer in futurum consulendo satagimus.

mus. Habent homines mali, vbi & per christianos nō solū māsuete, verū etiā vilitate salubriterq; plectantur. Habēt enim q̄ corpore incolumi viuunt, habent vnde viuūt habēt vnde male viuunt. Duo prima salua sint, vt quos peniteat sint, hoc optamus, hoc (quantū in nobis est) et impensā opera instamus. Tertiū vero si Deus voluerit tanq̄ putre noxiūq; ressecari, valde misericorditer puniet. Si aut vel amplius voluerit, vel ne hoc quidē permiserit, altioris & pfecto iustioris cōsiliij ratio penes ipsum est, à nobis curam officiumq; oportet impendi, quousq; videre cōceditur, de precātibus eū, vt animū nostrū approbet, quo cunctis volumus esse cōsultū, nihilq; fieri sinat, per nos quod & nobis & ecclesie suæ non expedire longe melius nouit, ipse q̄ nos. Modo cum apud Calamā essemus, vt nostri in tā graui dolore, vel cōsolarentur afflicti, uel sedarentur accensi, quantū potuimus quod in tpe oportuisse existimaui mus, cū Christianis egimus. Deinde et ipsos Paganos mali tāti caput & causam petentes, vt ab eis uideremur admisisimus, ut hac occasione admonerem eos, quid facere deberēt si saperēt, nō tm̄ pro remouēda præsentis solitudine, verū etiā pro inquirenda salute ppetua: multa à nobis audierūt, multū, et ipsi rogauerūt, sed abst̄ ut tales serui simus, quos ab eis rogari delectet à qbus noster dñs non rogāt. Vnde peruides, p uiuacitate mētis tuæ ad hoc esse nitēdū seruata mansuetudine & moderatiōe christiana, ut aut ceteros detereamus eorū imitati peruersitatē, aut ceteros optemus eorū imitari correctiōē. Dāna q̄ illata sunt, uel tolerantur a christianis uel refarciuntur per christianos. Animarū uero luctra quib. acquirēdis cū periculo et sanguinis inhiām, & in loco isto q̄stuosius prouenire, & in alijs locis illo exēplo nō impediri d̄sideramus. Dei misericordia nobis præstet de tua salute gaudere.

Aug. psbyter Maximino Epō Donatistę q̄ diaconū orthodoxū baptizasse dicebat, ut aut fateat factū, aut profiteat se orthodoxū, inuitas illū uel ad colloquiū, uel ad rescribēdū, ut cōcordia ecclesie sarciat. Epi. CC.

Domino dilectissimo & honorabili fratri Maximino, Augustinus presbyter

Ecclesie catholice i dño salutē. Priusquā ad rem ueniā, de qua tuæ beneuolentiæ scribere uolui tituli huius epistolæ, ne uel te uel aliū quēpiā moueat, rationē breuiter reddā. Dño scripsi, quia scriptū est: Vos in libertatē uocati estis fratres, tm̄ ne libertatē in occasione carnis detis, sed per charitatē seruite inuicē. Cum ergo uel hoc ipso officio literarū per charitatē tibi seruiā, non absurde te dominū uoco propter unum & uerū dominum nostrū, qui nobis ista præcepit. Dilectissimo autem quod scripsi, nouit Deus quod non solū te diligam, sed ita diligam ut meipsum: quando quidē bene mihi sum conscius, bona me tibi optare quæ mihi. Honorabili uero quod addidi, non ad hoc addidi ut honorarē episcopatum tuum, mihi enim Episcopus non es, neq; hoc cū contumelia dictū acceperis, sed ex animo, quo in ore nostro debet esse, est est, non nō. Neq; n. ignoras, aut quisquā hominū qui nos nouit ignorat, neq; te esse Episcopū meū, neq; me presbyterū tuū. Honorabile igitur ex ea regula te libenter appello qua noui te esse hominem, & noui hominem ad imaginem Dei & similitudinem factū, & in honore positū ipso ordine & iure naturæ, si tamen intelligendo quæ intelligenda sunt seruet honorē suū. Nam ita scriptum est: Homo in honore positus non intellexit, comparatus est iumentis insensatis, & similis factus est illis. Cur ergo te honorabilem in quantum homo es nō appellem, cum præsertim de tua salute, atq; correctiōe quando diu in hac uita es desperare non audeam? Fratrem uero ut uocē, non te latet præceptū nobis esse diuinitus, ut etiam eis qui negant se fratres nostros esse dicamus: Fratres nostri estis: & hoc uehementer ualet ad causam propter quam scribere uolui fraternitati tuæ. Iam enim reddita ratione, cur epistolæ talem ianuā fecerim, audi placidissime quæ sequuntur: Ego cum in ista regione consuetudinem hominum lugendam atque plangēdam, qui cum Christiano nomine gloriantur, Christianos rebaptizare non dubitant, quibus uerbis poteram detestari, non desuerunt laudatores tui, qui mihi dicerent te ista non facere. Fateor primo non credidi. Deinde considerans posse fieri, ut animam humanam de futura uita cogitantem Dei timor inuaderet, ut se ab scelere apertissimo temperaret, gratias.

Galat. 3.

Genes. 1.

M

Esai. 48.

tulatus credidi, q̄ tali proposito ab ecclesia catholica nolueris esse nimis alienus. Querebā sanē occasione loquendi tecū, vt (si fieri posset) ea q̄ parua remāserat, inter nos diffensio tollerēt. Cū ecce ante paucos dies diaconū nostrū Mutugonēsem te rebaptizasse nunciatū est. Dolui vehementer, & illius miserabile lapsum & tuū frater inopinatum scelus. Noui. n. q̄ sit Ecclesia catholica. Gentes sunt hæreditas Christi, & possessio Christi termini terræ. Nostis & vos, aut si nō nostis, aduerte, facillime a uolentibus sciri potest. Rebaptizare igitur hæreticū hominē, qui hæc sanctitatis signa perceperit, quæ Christiana tradidit disciplina; omnino peccatū est. Rebaptizare aut catholicum immanissimū scelus est. Tamē nō adeo credens, quia de te mihi bene persuasum tenebā. Mutugonā ipse perrexi & eū quidē miserum videre non potui: a parentibus vero eius audiui quod uester iā etiam diaconus factus sit. Et tñ tā bene adhuc de tuo corde sentio vt eū rebaptizatum esse non credā. Quare te frater dilectissime per diuinitatē & humanitatē dōmini nostri Iesu Christi obsecro, vt rescribere mihi digneris quid gestum sit. Et sic rescribere, vt noueris me in Ecclesia fratribus nostris epistolā tuā uelle recitare. Quod ideo scripsi, ne cū id postea facerē, quod me non sperares esse facturum, offenderē charitatē tuam, & iustam de me apud cōmunes amicos quærelam deponeres. Quid ergo te impediāt ad rescribendum non uideo. Si enim rebaptizas, nihil est quod homines de tuo collegio formides, eū id te rescripseris facere, quod te illi facere et si nolles iuberent. Cū autem id quātis poteris documentis faciendum esse defenderis, non solū nō succensibunt, sed etiā prædicabunt. Si aut non rebaptizas arripe libertatē Christianā frater Maximine. Arripe (quæso te) non cuiusquam hominis in contemplatione Christi, aut reprehensionem uerearis, aut exhorreas potestatem. Transit honor huius seculi, transit ambitio. In futuro Christi iudicio, nec absidæ gradatæ, nec cathedræ uelata, nec sanctimonialium occurstantiū atq; cantantium greges adhibebuntur ad defensionem, ubi cęperit accusare conscientia, & cōscientiarum arbitrer iudicare. Quæ hic honorant ibi onerant, quæ hic releuant ibi grauant. Ista quæ pro tpe pp Ecclesiæ utilitatē

honoris nostro exhibentur, defendentur forte bona conscientia, defendere autē non poterunt malam. Quod ergo tā pio & tam religioso animo facis, si tamē facis, vt Ecclesiæ catholice baptismū nō iteres, sed approbes potius, tanquā unius uerissimæ matris, quæ omnib. gentib. & regenerandis finem pādīt, & regeneratis vbera infundit tanquam unius possessionis Christi, sese vsq; ad terræ terminos porrigitis. si hoc uere facis, cur nō erūpis in exultantem & liberam uocē? Cur lucernæ tuæ tā uilē splendorē, premis sub modio? Cur non discisis atq; abiectis ueterib. pellib. timida seruitutis, Christiana potius indutus fiducia existis & dicis: Ego unum baptismum noui, & patris & filij & spiritus sancti nomine consecratū atq; signatū? Hanc formam ubi inuenio necesse est, vt aprobe: non destruo quod dominicum agnisco, nō exufflo uexillum regis mei. Vestem Christi & qui diuiserunt non uolauerunt, & illi adhuc Christum non resurrecturum crediderant, sed morietem uidebant. Si a persecutoribus uestis non conscissa est pendentis in cruce, cur a Christianis destruitur sacramentum se dentis in cęlo? Si ueteris populi temporibus Iudæus essem quādo alius esse melius nō possem, accepissem utiq; circūcisionem. Quod signaculū iustitię fidei tantum illo tempore ualuit, antequam domini euacuaretur aduētū, vt infantem filium Moyfi angelus præfocasset, nisi mater arepto calculo circūcidisset puerum, & hoc sacramento imminētē perniciem depulisset. Hoc sacramentum et Jordanē fluuiū refrenauit, & reduxit in fontem. Hoc sacramētum ipse dominus quāuis euacuauerit crucifixus, tñ natus accepit. Nō enim illa damnata sunt, sed succedentibus oportunioribus decesserunt. Nā sicut circūcisionē abstulit domini primus aduentus, sic baptismū auferet secundus aduentus. Sicut enim nunc posteaquā uenit libertas fidei, & remotum est seruitutis iugū, nullus Christianus circūciditur carne: sic tunc regnantibus istis eum domino dānatisq; impijs nemo rebaptizabitur: sed illud quod ista præfigurāt id est circūcisio cordis, & mundatio cōscientię manebit in æternū. Si ergo illo tempore Iudæus essem, & ueniret ad me Samaritanus, uelletque illo errore derelictō, quem etiam dominus improbauit dicens. Vos adoratis, quod

quod nescitis, nos adoramus q̄ scimus: quī salus ex Iudæis est, uellet ergo Samaritanus, quē Samaritani circūciderant fieri Iudæus uacaret certe iterationis audacia, & id quod apud hæresim factū erat, q̄ præceperat Deus, non repetere sed approbare cogere. Quā si in carne circūcisi hominis non inuenire locum ubi circūcisionē repeterē, quia unū est illud membrū: multo minus inuenitur locus in vno corde ubi baptismū Christi repetatur. Ideo qui duplicare baptismū uultis, necesse est omnino vt corda duplicia requiratis. Clama ergo recte te facere si non rebaptizas: & non solū sine trepidatione, sed et cum gaudio mihi inde rescribe. Nulla te tuorum consilia frater exterreant. Si. n. hoc eis displicuerit, non sunt digni, qui te habeant. Si aut placuerit, credimus de misericordia dñi, qui timentes sibi displicere, & conantes placere nunquā deserit, q̄ inter uos & nos cito pax erit, ne pp honores nostros de qua sarcina periculosa ratio reddetur, misere plebes credentes in Christum habeant in domibus suis cōes cibos, & mensam Christi cōem habere non possint. Nonne ingemiscimus quod uir & uxor ut fideliter coniungant corpora sua iurant sibi plerunq; per Christum, & ipsius corpus Christi diuersā cōione dilaniat? Hoc tantū scandalum, tantus diaboli triumphus, tanta perniciēs animarum, si per tuā modestiam & prudentiā & dilectionē, quam debemus ei qui pro nobis suū sanguinē fudit, ablata de medio in his regionibus fuerit, quis explicet uerbis quam tibi palmā præparet dñs, vt ad cętera membra sananda quæ per totā Aphricam tabefacta miserabiliter iacent, a te proficiatur, tam imitabile medicinæ documentum? Quam uereor quā cor meum uidere nō potes, ne tibi cū insultatione potius quā cū dilectione loquar. Sed certe amplius qd faciam non inuenio, nisi ut inspiciendum sermonem meum tibi offeram, animum Deo. Tollamus de medio inania obiecta, quæ a patribus imperitis iactari contra inuicē solent: nec tu obijcias tpa Macariana, nec ego sequentiā Circūcellionū. Si hoc ad te nō pertinet, nec illud ad me. Area dñica nondū uentilata est, sine paleis esse non potest. Nos oremus atque agamus, quantū possumus, vt frumentū simus. Ego rebaptizato diacono nostro fletu non possum. Scio. n. q̄ mihi filium per-

nicio sum sit. Non. n. cogito in Ecclesiasticis honoribus tpa uetosa transigere, sed cogito me Principi pastorum omnium rationē de cōmissis ouibus redditurum. Si forte nolles ut hæc tibi scriberē, oportet te frater ignoscere timori meo. Multū. n. timeo, ne me tacete & dissimulante, alij quoq; rebaptizentur a uobis. Deceui ergo quantū uires & facultatem dñs præbere dignatur, causam istam sic agere, ut pacificis collationibus nostris oēs, qui nobis cōicant nouerint, ab hæresib. aut schismatibus quantum catholica distet ecclesia, & quantū sit cauenda perniciēs uel zizaniorum uel prætorum de uite dñi sarmetorū. Quam collationem mecum si libenti animo susceperis, vt concordibus nobis amborum literæ populis recitentur, ineffabili exultatione. Si aut id æquo animo non accipis, qd faciam frater, nisi ut te quoque inuito epistolas nostras populo catholico legam, quo esse possit instructior? Quod si rescribere dignatus non fueris, uel meas solas legere deceui, ut saltem diffidentia uestra cognita rebaptizari erubescant. Neque id agam, cū miles præsens est, ne quis uestrum arbitretur multuosius me agere uoluisse, quam ratio pacis desiderat, sed post abscissum militis, ut omnes qui nos audiunt intelligant, non hoc esse ppositi mei, ut inuiti homines ad cuiusquam cōionem cogantur, sed ut quietissimè quærentibus ueritas innotescat. Cessabit a nostris partibus timor tēporalium potestatum. Cesset et a uestris partibus terror congregatorū Circūcellionū: Re agamus, ratione agamus, diuinarum scripturarum autoritatibus agamus, quieti atq; tranquilli quantū possumus petamus, quæramus, pulsemus, ut accipiamus & inueniamus, & aperiat nobis, ne forte fieri possit, ut adiuuante dño concordet conatus & orationes nostras, tanta deformitas atq; impietas Aphricarū regionum de uestris terris incipiat aboleri. Si non credis post discessū militū me uelle agere, post discessum militū tu rescribe. Si enim ego pæfente milite literas meas legere populo uolero prolata Epistola mea: demonstrabit me fidei uiolatorē. Quā misericordia dñi auertat a morib. atq; instituto meo, quod mihi per iugum suū inspirare dignatus est. Episcopus meus beneuolentiæ tuæ fortasse potius literas misisset, si esset pæfens, aut ego illo uel iubente

te vel permittente scripserim. Sed illo absente cum diaconi rebaptizatio recens esse dicitur, frigiditate actionem ipsam dilacione non passus sum, de fraterna & vera morte acerbissimi doloris aculeis excitatus. Quae dolorem meum adiuuante misericordia & prouidentia domini, pacis fortasse compensatio lenitura est. Deus & dominus noster tibi mentem pacatam inspirare dignetur, domine dilectissime frater.

Augustinus Donato presbytero Donatista, qui cum citaretur ad concilium, conatus sit sibi vim inferre, suadet ut re sobrie pensata respiciat, docens prauam voluntatem recte cogi ad meliora. Epist. CCI.

Donato presbytero partis Donati, Augustinus Episcopus Ecclesiae catholicae. Si posses videre dolorem cordis mei, & sollicitudinem pro salute tua, fortassis miseris animae tuae placens Deo in audiendo verbo, non nostro sed ipsius, nec eius scripturas sic in memoria tua figeres, ut contra eas cor clauderes. Displicet tibi quia traheris ad salutem, cum tam multos nostros ad perniciem traxeris. Quid n. uolumus nisi te comprehendi & presentari & seruari ne pereas? Quod autem in corpore Iesus es, ipse tibi fecisti: Qui iumento tibi mox admoto uti nolueris, & te ad terram grauiter collidisti. Nam utique alius, qui adductus est tecum, collega tuus Iesus uenit, qui talia sibi ipse non fecit. Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem existimas cogendum esse ad bonum. Attende quid Apostolus dixerit: Qui episcopatum desiderat, bonum opus concupiscit: Et tamen tam multi ut episcopatum suscipiant tenentur inuiti, perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur tanta quae nolunt donec eis absit uoluntas suscipiendi operis boni. Quanto magis vos ab errore pernicioso, in quo uobis inimici estis, trahendi estis, & perducendi ad ueritatem uel cognoscendam uel eligendam, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed et ne pessime pereatis? Dicis Deum dedisse liberum arbitrium. Ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi de quibus supra dixi coguntur ad bonum? Attende ergo quod considerare non uis. Ideo uoluntas bona misericorditer impenditur ut mala uoluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec danari hominem, nisi merito malae uoluntatis, nec liberum

rari, nisi bonam habuerit uoluntatem? Non ideo qui diliguntur, malae suae uoluntati impune & crudeliter permittendi sunt, sed ubi potestas datur, & a malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam si uoluntas mala semper suae permittenda est libertati, quare Israelitae recusantes & murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur, & ad terram promissionis compellebantur? Si uoluntas mala suae permittenda est libertati, quare Paulus non est permittus ut pessima uoluntate, qua persequeretur Ecclesiam, sed prostratus est ut excigaretur, & excipatus est ut mutaret, mutatus ut mitteretur, missus ut qualia fecerat in errore, talia pro ueritate pateretur? Si uoluntas mala semper suae permittenda est libertati, quare monetur pater in scripturis sanctis filium durum non solum uerbis corripere, sed et latera eius tundere, ut ad bonam disciplinam coactus & domitus dirigatur? Unde item dicit: Tu quidem percussisti eum uirga, animam autem eius liberasti a morte. Si mala uoluntas semper suae permittenda est libertati, quare corripiuntur negligentes pastores, & dicitur eis: Errantem ouem non reuocasti, perditam non inquisistis? Et uos Christi estis, characteristicum dominicum portatis in sacro quod accepistis, sed erratis & peritis. Non ideo uobis displiceamus, quia reuocamus errantes, & quos rimus perditos. Melius enim facimus uoluntatem domini mouentis, ut uos ad eius ouile redire cogamus, quam consentiamus uoluntati ouium errantium, ut perire uos permittamus. Noli ergo iam dicere quod assidue audio dicere. Sic uolo errare, sic uolo perire. Melius enim nos hoc omnino non permittimus quantum possumus. Modo quod te in puteum ut morereris misisti, utique libera uoluntate fecisti. Sed quam crudeles essent serui Dei, si huic malae tuae uoluntati te permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non merito culparet? quis non impios recte iudicaret? Et tamen tu te uolens in aquam misisti ut morereris. Illi te nolentem de aqua leuauerunt ne morereris. Tu fecisti secundum uoluntatem tuam, sed in perniciem tuam. Illi contra uoluntatem tuam, sed propter salutem tuam. Si ergo salus ista corporalis sic custodienda est, ut et in nolentibus ab eis, qui eos diligunt seruetur, quanto magis illa spiritalis, in cuius desertione mors aeterna metuitur? Quamquam

quam in ista morte, quam tibi tuipse inferre uoluisti, non solum ad tempus, sed etiam in aeternum morereris, quia & si non ad salutem, non ad ecclesiae pacem, non ad Christi corporis unitatem non ad sanctam & indiuiduam charitatem, sed ad mala aliqua cogereris, nec sic tibi ipse mortem inferre debuisti. Considera scripturas diuinas, & discute quantum potes, & uide utrum hoc fecerit aliquis aliquando iustorum atque fidelium, cum ab eis tanta mala perpessi sint, qui eos ad aeternum interitum non ad uitam aeternam quod tu compelleris adigebant. Audiui quod dixeris Apostolo Iulio Paulum significasse hoc fieri debere ubi ait: Et si tradidero corpus meum ut ardeam: quia uidelicet omnia bona dicebat, quae sine charitate nihil profunt, sicut sunt linguae hominum & angelorum, & omnia sacramenta, & omnis scientia, & omnis prophetia, & omnis fides ita ut montes transferantur, & rerum suarum distributio pauperibus proficiat. Ideo uidetur tibi etiam inter bona enumerasse, ut sibi quisque inferat mortem. Sed attende diligenter, & agnosce quemadmodum dicat scriptura, quod tradat quisque suum corpus ut ardeat. Non utique ut ipse se in ignem mittat, quoniam persequetur patitur inimicum: sed quoniam ei proponitur, ut aut mali aliquid faciat, aut mali aliquid patiatur eligat non facere mala, quae non pati mala. Atque ita corpus suum tradat in potestatem interfectoris, sicut tres illi uiri fecerunt, qui auream statuam cogebantur adorare, & nisi facerent minabatur eis ille qui cogebat, caminum ignis ardentem. Idolum adorare noluerunt, non ipsi se in ignem miserunt, & tamen etiam de illis sic scriptum est, quod tradiderunt corpora sua, ut neque seruiret neque adorarent ullum Deum, sed Deum suum: Ecce quod dixit Apostolus: Si tradidero corpus meum ut ardeam. Quod autem sequitur, uide: Si charitatem non habeam nihil mihi prodest: ad istam charitatem uocaris, ab ista charitate perire non fineris, & putas tibi aliquid prodesse, si te ipse praecipites in interitum, cum tibi nihil prodesset, etiam si alter te occideret charitatis inimicum? Foris autem ab ecclesia constitutus, & se paratus a compage unitatis & uinculo charitatis, aeterno supplicio punireris, etiam si pro Christi nomine uiuus incendereris. Hoc est enim quod ait Apostolus: Et si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Reuoca mihi animum ad sanam considerationem, & sobria

cognitionem: attende diligenter, utrum ad errorem & impietatem uocaris, & patere pro ueritate quaslibet molestias. Si autem tu potius in errore atque in impietate uersaris, quo autem uocaris tibi est christiana unitas & sancti spiritus charitas, quid adhuc tibi esse conaris inimicus? Ideo praestitit misericordia Dei ut uos & nos Episcopi uestri tam frequenter numerosoque conuentu Carthaginensem ueniremus, atque inter nos de ipsa dissensione ordinatissime conferremus. Gestas conscriptas sunt nostrae et subscriptiones tenent. Lege uel patere ut ibi legatur, & tunc elige quod uolueris. Audiui quod dixeris posse te nobiscum de ipsis gestis aliquid agere si omitteremus uerba Episcoporum uestrorum ubi dixerunt. Nec causa causa, nec persona personae prauiudicat. Haec uerba uis omittere, ubi per eos nescientes ueritas ipsa locuta est. Sed tu dicturus es hic eos errasse, & in falsam sententiam incautius cecidisse. Nos autem dicimus hoc eos uerum dixisse, & hoc per te ipsum facillime probamus. Si enim Episcopi uestri electi ab uersa parte Donati quae causam omnium sustinerent, & si quod egissent, gratum & acceptum ceteri haberent, tamen in eo quod illos temere, & non recte dixisse arbitraris, non uis ut tibi prauiudicet. Verum ergo dixerunt, quia nec causa causa nec persona personae prauiudicat. Et ibi debes agnosce re, quia etsi persona tot episcoporum tuorum in illis septem constitutorum non uis ut prauiudicet personae Donati Mutugensis presbyteri, quanto minus non debet prauiudicare Caeccilianum personae, etiam si mali aliquid in illo esset inuentum, uniuersae unitati Christi, quae non in una uilla Mutugena concluditur, sed toto terrarum orbe diffunditur? Sed ecce facimus quod uoluisti, tecum agimus ac si non dixerint uestri nec causa causa nec persona personae prauiudicat. Tu inueni quid illi dicere debuerint, cum eis obiecta esset causa & persona Primiani, qui danatores suos & danauit cum ceteris, & danatos ac detestatos in suos rursus honores suscepit, & baptismum quem mortui dederant, quia de ipsis in illa praecleara sententia dictum erat, quod mortuorum funeribus plena sint littora, agnosce potius & acceptare quam exufflare, & rescindere maluit totumque dissoluit. Quod male intelligentes dicere soletis: Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum quod ei prodest la-uacrum eius? Si ergo non dicerent nec causa causa nec persona personae prauiudicat, rei tenerent in Aug. Tomus secundus II 3 cau-

23. 9. 4. displicet.

1. Tim. 3

K

Ecc. 30. Pro. 21.

1. Co. 13.

B
1. de ciuit. Dei. cap. 18. & 19. Dan. 3.

1. Co. 13.

1. de ciuit. Dei. 1.

Ecc. 14.

E

causa Primiani. Cū autē hoc dixerunt, immu-
nē fecerunt ecclesiā catholicā sicut nos affe-
rebamus, à causa Cęciliani. Sed cętera lege,
cętera discute. Vide utrū in ipsū Cęcilianū,
de cuius persona præiudicare conabatur ec-
clesiæ, aliquid mali probare potuerint. Vide
utrū nō potius etiā pro illa multa egerint, &
pluribus lectionib. quas contra si protulerūt
& recitauerunt causam eius bonā omnino
firmauerint. Lege ista vel legantur tibi. Con-
sidera omnia, retracta diligenter & elige qd
sequaris: vtrum nobiscū in Christi pace, in
ecclesię catholicę vnitate, in fraterna chari-
tate gaudere: an pro nefaria dissensione pro
Donati parte, p sacrilega diuisione importu-
nitate nostrę circa te dilectionis diutius susti-
nere. Attendis. n. & sepe repetis (sicut audio)
quod in Euangelio scriptum est, recessisse à
dño septuaginta discipulos, & arbitrio suę
malę atq; impię discessionis fuisse permis-
sos, cęterisq; duodecim qui remanserāt suis
se responsum: Nunquid & vos vultis ire? Et
nō attendis quia tunc primū ecclesia nouel-
lo germine pullulabat, nondūq; in ea fuerat
cōpleta illa prophetia: Et adorabunt eū oēs
reges terrę, oēs gentes seruient illi. Quod vti
que quanto magis impletur, tātō maiore vti-
tur ecclesia potestate, vt non solū inuitet, sed
etiā cogat ad bonū. Hoc tunc dñs significare
volebat, qui quāuis haberet magnā potesta-
tē prius tamen elegit cōmendare humilitatē.
Hoc & in illa cōiuij similitudine satis euidē-
denter ostendit, vbi misit ad inuitatos, & ve-
nire noluerunt, & ait seruo: Exi in plateas &
vicos ciuitatis, & pauperes & debiles & cę-
cos & claudos intruduc huc. Et ait. seruo dño:
Factū est vt imperasti, & adhuc locus est. Et
ait dñs seruo: Exi in vias & sepes & cōpelle
intrare, vt impleatur domus mea. Vide nūc
quemadmodū de his qui prius venerunt di-
ctū est: Intruduc eos: non dictū est, cōpelle.
Ita significata sunt ecclesię primordia adhuc
erescētis, vt essent vires et cōpellendi. Pro-
inde quia oportebat eius iā viribus & magni-
tudine roborata etiā cōpelli homines ad cō-
uiuuiū salutis æternę, postea q̄ dictū est: Factū
est quo. d. iusisti, & adhuc ē locus: Exi, inq; tē,
in vias & sepes, & cōpelle intrare. Quapro-
pter si ambularetis quieti extra hoc conui-
uiū sanctę vnitatis ecclesię, tāquā in vijs vos
inueniremus. Nunc vero quia per multa ma-

la & saua quę in nostros cōmittitis, tāquā spi-
nis & asperitate pleni estis, vos tanquā in se-
pibus inuenimus, & intrare cōpellimus. Qui
cōpellitur, quo nō vult cogitur: Sed cū intra-
uerit, iam volēs nascitur. Cohibe itaq; tā ini-
quū & impacatum animum, vt in vera eccle-
sia Christi inuenias salutare conuiuuium.

Augustinus Bonifacio comiti vitam Chri-
stianam compendio depingit: ostendens
obiter Christianos pro pace publica arma
tractare licere: Videtur missa esse cū Epi-
stola. L. cuius initium ad eundem Bonifa-
cium est, Laudo & gratulor. Epist. I.

Domino eximio, & merito insigni atq;
honorabili filio Bonifacio, Augustinus
in dño salutē. Iā rescripserā charitati tuę, sed
cū Epistola dirigendę occasio quæreretur,
superuenit dilectissimus filius meus Faustus
pergēs ad eximetatē tuā. Qui cū ipsas literas
quas iā fecerā, accepisset tuę beneuolentię
perferendas, suggessit mihi multū te deside-
rere vt aliquid tibi scriberē quod te ædificet
ad sempiternā salutē, cuius tibi spes est in do-
mino nostro Iesu Christo. Et quāuis mihi oc-
cupato tantū institit vt facere non differem,
quantū scis q̄ te synceriter diligit. Festinan-
ti ergo vt occurrerē, malui festināter aliqd
scribere, q̄ religiosum tuū desideriu retardare,
domine eximie & merito insignis atq; ho-
norabilis fili. Quod ergo breuiter possum di-
cere, Dilige dñm Deū tuū in toto corde tuo,
& tota anima tua, & in tota virtute tua: & di-
lige proximū tuū tanquam teipsum. Hoc est
enim verbum quod breuiavit dñs super ter-
ram, dicens in Euangelio, In his duobus præ-
ceptis tota lex pendet & Prophetę. In hac er-
go dilectione quotidie profice, & orādo &
bene agendo, vt ipso adiuuante, qui tibi eam
præcepit atque donauit, nutriatur & crescat,
donec hæc te perfecta perficiat. Ipsa est e-
nim charitas, quę, sicut Apostolus dicit, dif-
fusa est in cordibus nostris per spiritum san-
ctum qui datus est nobis. Ipsa est de qua ite-
rum dicit, Plenitudo legis charitas. Ipsa est
per quam fides operatur. Vnde iterum dicit,
Neque circuncisio, quicquam valet, neque
præputiū, sed fides quę p dilectionē opera-
tur. In hac ergo oēs sancti patres nostri &
Patriarchę & Prophetę & Apostoli placue-
runt

runt Deo. In hac oēs veri martyres vsque ad
sanguinē contra diabolū certauerūt, & qa
in eis nō refriguit nec defecit, ideo vicerūt.
In hac oēs fideles boni quotidie proficiunt,
peruenire cupientes non ad regnū mortaliū,
sed regnū cęlorū: nō ad temporalem, sed ad
sempiternā hereditatē: & non ad aurum &
argentū, sed ad diuitias incorruptibiles ange-
lorū: non ad aliqua bona huius seculi, in qui-
bus cū timore viuatur, nec ea quisquā secū
potest auferre dum moritur, sed ad videndū
Deum. Cuius suauitas & delectatio excedit
omnem nō solū terrestriū, verumēt cęlestiū
corporum pulchritudinē, excedit omnē de-
corem animarū quantūlibet iustarum atque
sanctarum, excedit omnē speciē supernorū
angelorū atq; virtutū, excedit quicquid de il-
lo non solū dñs, verumēt cogitatur: neque
hanc tā magnam promissionem, quia valde
magna est, ideo desperemus, sed potius quia
valde magnus eam promissit accepturos nos
esse credamus. * Sicut. n. dicit beatus Ioānes
Apostolus, Filij Dei sumus, & nondū appa-
ruit quid erimus: Scimus quia cū apparuerit,
similes ei erimus, qm̄ videbimus eum sicuti
est. Noli existimare neminē Deo placere pos-
se, qui in armis bellicis militat. In his erat san-
ctus David, cui dñs tam magnū perhibuit te-
stimonium. In his et plurimi illius temporis
iusti. In his erat & ille Centurio qui dño di-
xit, Non sum dignus vt intres sub tectū meū,
sed tātūm dic verbo & sanabitur puer meus.
Nam & ego homo sum sub potestate consti-
tutus, habens sub me milites, & dico huic va-
de, & vadit, & alij veni, & venit: & seruo meo
fac hoc, & facit: de quo & dñs, Amē dico vo-
bis, non inueni tantā fidē in Israel. In his erat
& ille Cornelius, ad quē missus angelus di-
xit, Corneli, acceptę sunt eleemosynę tuę, &
exauditę sunt orationes tuę: vbi eum admo-
nuit, vt ad beatū Petrū Apostolū mitteret, &
ab illo audiret q̄ facere deberet. Ad quē Apo-
stolū vt ad eū veniret, et religiosum militem
misit. In his erant & illi qui baptizandi cū ve-
nissent ad Ioannē sanctū dñi præcurSORē, &
amicū spōsi, de quo dñs ipse ait, In natis mu-
lierū non surrexit maior Ioanne Baptista, &
q̄ sissent ab eo quid facerent: respondit eis, ne-
minē concusseritis, nulli calumniā feceritis,
sufficiat vobis stipendiū vestrū. Nō eos vtiq;
sub armis militare prohibuit, quib. suum sti-

pendium sufficere debere præcepit Maioris
quidē loci sunt apud Deum qui omnib. istis
secularibus actionibus derelictis et summa
continentia castitatis ei seruiūt. Sed vnusquis-
que, sicut Apostolus dicit, propriū donū ha-
bet à Deo, alius sic, alius autē sic. Alij ergo p
vobis orando pugnant contra inuisibiles ini-
micos, vos pro eis pugnando laboratis con-
tra visibiles Barbaros. Vtinam vna fides esset
in omnibus, quia & minus laboraretur, & fa-
cilius diabolus cum angelis suis vinceretur.
Sed quia in hoc seculo necesse est vt ciues re-
gni cęlorū inter errantes & impios tentatio-
nib. agitentur, vt exercentur, & tanquam in
fornace sicut aurū probentur, non debemus
ante tps velle cum solis sanctis & iustis viue-
re, vt hoc suo tpe mereamur accipere. Hoc
ergo primū cogita qm̄ armaris ad pugnā, quā
virtus tua et ipsa corporalis donum Dei est.
Sic. n. cogitabis de dono Dei non facere con-
tra Deū: fides. n. qm̄ promittitur, et hosti ser-
uanda est, cōtra quē bellum geritur, quanto
magis amico pro quo pugnatur? Pacē habe-
re debet voluntas, bellū necessitas, vt liberet
Deus à necessitate, & conseruet in pace. Nō
enim pax queritur, ut bellū excitet, sed bel-
lū geritur vt pax acquiratur. Esto ergo et bel-
lando pacificus, ut eos quos expugnas, ad pa-
cis vtilitatē vincendo perducas. Beari. n. pa-
cifici, ait dñs, qm̄ ipsi filij Dei vocabuntur.
Si autē pax humana tam dulcis est pro tempo-
rali salute mortalium, quāto est dulcior pax
diuina pro æterna salute angelorū? Itaq; ho-
stem pugnantē necessitas perimat, non uolū-
tas. Sicut rebellanti & resistenti uiolentia red-
ditur, ita uictō uel capto misericordia iā de-
betur, maxime in quo pacis perturbatio non
timetur. Ornet mores tuos pudicitia coniugal-
is, ornet sobrietas & frugalitas: ualde. n.
turpe est, ut quē nō uincit homo, uincat libi-
do, & obruatur uino qui non uincitur ferro.
Diuitię seculares si deliunt, non per mala ope-
ra quarantur in mundo: Si autem adsunt, per
bona opera seruentur in cęlo. Animum ui-
rilem & Christianū, nec debent si accedunt
extollere, nec debēt frangere, si recedunt. Il-
lud potius cogitemus quod dñs ait: ubi est
thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum: & uti-
que cum audimus ut cor sursum habeamus,
nō mēdaciter respondere debemus quod no-
sti, quia respōdemus, & in his quidem bene

23. q. 4.
displicet.

Ioan. 6.

Psal. 71.

Mat. 8.

Luc. 14.

Mat. 11.

Mat. 12.

Luc. 11.

Rom. 1.

Rom. 1.

Gal. 3.

studiosum te esse cognoui, & fama tua multum delector, multumque tibi in domino gratulor, ita ut haec Epistola magis tibi sit speculum, ubi qualis sis videas, quam ubi discas qualis esse debeas. verum tamen quicquid siue in ista siue in scripturis sanctis inueneris quod tibi ad bonam vitam adhuc minus est, instat ut acquiras & agendo & orando, & ex istis quae habes gratias age Deo tanquam fonti bonitatis unde habes: atque in omnibus bonis actibus tuis illi da claritatem, tibi humilitatem. Sicut enim scriptum est, **Iacob. 1.** Omne datum optimum & omne donum perfectum defursum est descendens a patre luminum. Quantumcumque autem in Dei & proximi charitate atque in vera pietate profeceris, quandiu in hac vita conuersaris sine peccato te esse non credas. De ipsa quippe legitur in literis sanctis, Nunquid non tentatio est vita humana super terram? Proinde quoniam semper, quam diu es in hoc corpore, necessarium est tibi in oratione dicere quod dominus docuit. **Matt. 6.** Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Memento cito ignoscere, si quis in te peccauerit & a te veniam postulauerit, ut veraciter possis orare, & peccatis tuis veniam valeas impetrare. Haec dilectioni quidem tuae festinanter scripsi, quoniam me festinatio perlatoris urgebat. Sed Deo gratias ago, quoniam bono desiderio tuo qualitercumque non defui. Semper te misericordia Dei protegat, dominus eximie, & merito insignis atque honorabilis filii.

Euodius Aug. quoniam neminem proponit de ratione, & Deo, rationis cum Deo coaeternitatem astruens. Apparet hanc seorsum Epistolae inclusam transmissam esse. Epistola II.

H Evodius Augustino Episcopo salutem. Perfecta ratio illa est, quae omnium rerum praestat scientiam, & maxime aeternarum rerum, quae intellectu comprehenduntur: hanc aeternam esse, aeternam esse debuisse, aeternum illud esse quod nec cepit, nec mutatur, nec variatur, ipsa docet atque ostendit ratio: quam necesse est esse aeternam, non solum quod aeterna doceat, & demonstrat, sed multo magis, quod ipsa aeternitas non potest esse sine ratione. Quae arbitrator non esset aeternitas, si ratio ipsa aeterna non fuisset. Deinde Deum esse vel esse debuisse, nec aliter fieri quam ut Deus esset non factus ratio demonstrat. Quae utique siue esset, qui hoc scirent, siue non essent, tamen cum aeternus sit Deus, dubitandum non est aeternam rationem, quam Deum esse oportuisse intenderet, & ita ut illi se demonstraret esse coaeternam: Sunt autem quaedam quae ratione coguntur ut sint, ut anterior sit ratio, & effectus posterior eius rei, quae futuram esse ostendit ratio, ut verbi gratia, cum mundus factus est, ratio habuit ut fieret mundus. Prior ergo ratio quam mundus est. Ea ergo quae sciuit ratio futura esse, subsequuta sunt, ut sit Princeps ratio, postea mundi operatio. Iam nunc quoniam ratio ostendit Deum esse, vel necesse esse ut Deus esset, quid cui praeponeamus? Rationem Deo, aut rationem mundo, aut Deum rationi, sine qua Deum nullatenus esse probabile est? Si enim Deum esse aeternum, est ratione esse aeternum, quae est ratio? Ergo aut Deus est, aut Dei est, ut ipsa docet ratio: quae si ipsa est Deus, ratio ostendit Deum esse rationem, & possunt ista coaeva & coaeterna esse. Si autem Dei est similitudo haec ratio, ostendit rationem Dei esse similiter, & hoc erit coaeuum & coaeternum. Deum autem esse similiter fieri non posse, nisi esset Deus, ipsa ratio ostendit: quae ratio si auferatur, quod dictum nefas est, non erit Deus, si ratio non ostenderit necesse esse Deum. Tunc ergo Deus est, cum est ratio ut sit Deus. Deus ergo quia est: sine dubio est ratio quae docuit quia est. Quid ergo est, sic dici potest, in Deo primum, ratio an Deus? Sed Deus non erit, nisi fuerit quae doceat Deum esse debere. Ratio quoque non erit, nisi Deus erit. Nihil ergo ibi primum & postremum. Natura ergo haec diuina simul quodammodo habet, & rationem & Deum. Unum autem unum generat, aut ratio Dei, aut Deus rationem. Subiectum autem aut in subiecto forte dicatur, ratio & Deus. Deus & ratio unus in uno. Bene autem Deus generat rationem, quia ratio Deum esse demonstrat. Intelligitur autem Deus a ratione ut filius a patre, & ratio a Deo, ut pater a filio. Nam & ipsa ratio cum Deo Deus est. Neque enim Deus aliquid sine ratione fuit, aut ratio sine Deo: Tunc enim Deus si est ratio, & tunc filius si est pater: ut si ratio auferatur, sicut dictum est, quod dici fas non est, ne ipse quidem Deus est. Per eius enim rationem est actus & operatio ut sit Deus. Rursus eadem dicamus. Si ratio non fuit, Deus non fuit, & si Deus non est, ratio non fuit. Ratio ergo & Deus sempiterna res, & Deus ratio simili modo res sempiterna. Connexio autem atque unio rationis ad

ad Deum, & Dei ad rationem, patris ad filium, filij ad patrem. Principia sibi quodammodo & causas existendi praestant: quia alterum sine altero esse non potest. Deficitur in verbis, & quodcumque deum ne fileatur. Vtrum autem germen rationis Deum dicamus, an Dei germen rationem, quia nec fructus sine radice esse potest, nec sine fructu radix aliquid est, similitudo sit ducta, ut quiddam intelligentiae de Deo fingatur, vivit enim. & in grano tritici ratio seculum dans, quo sterile non finitur esse: Sed iterum si granum tritici non esset, ex qua re ista produceret, ratio non haberet. Cum igitur ratio quae Deus est, aut ostendat Deum rationem, aut rationem esse Deum, unum quodammodo alterum ostendens: non ostenditur pater nisi per filium, nec filius ostenditur nisi per patrem, & tunc quasi in silentio sit filius, quoniam per patrem venit ad filium, ut unum quodammodo abscondatur, alterum demonstratur, ut demonstrans se unus, demonstrat & alterum, nec potest sit unus sciri, ut lateat alteri: quia qui me videt, inquit, videt & patrem, & nemo venit ad patrem, nisi per me, & nemo venit ad me, nisi quem pater attraxerit. Arduum vehementerque difficile negotium iniuimus, ut aliquid de Deo non intelligentes intelligeremus. Tamen quemadmodum omnia quae sunt sine quadam specie non intelliguntur, & incognoscibilia sunt: sic multo magis sine filio hoc est sine ratione incognitus est Deus. Quid enim? An aliquando sine ratione pater alogus fuit? Quis hoc audeat dicere? Cognoscendum itaque ratione Deum unum ex uno, vel unum in uno simul unum esse: quia unus est Deus, cui necesse est illam inesse dilectionem, quia semper habendam ipsa ratio docet vel Deus praecipit dilectionem vel exhibendam esse.

Augustinus Fabiolae peregrinationem eius moleste ferenti, de praesentia animorum nexu amicitiae vincitorum. Est corrupta & imperfecta. Epistola III.

D Omine religiosissime & praestantissime & in Christi charitate laudabili filia Fabiolae Augustinus in domino salutem. Quam rescripta reddideris, sic tamen legi literas sanctitatis tuae ut eis respondere debitu duxerim. Doluisti enim peregrinationem, qua contingit perpetuo gaudere cum sanctis, & desi-

derium supernae patriae, ubi iam non certam spatio diuidemur, sed semper nimis contemplatione letabimur merito pertulisti: felix es talia fideliter cogitando, amando felicior: & ideo eris et felicissima consequendo. Sed et nunc diligentius intuiere unde magis dicamus absentes, utrum quia nostra inuicem corpora non videmus, an quia signa non damus & recipimus animorum, quod est colloqui: puto enim licet longinquis regionibus corpore separati, si nostras cogitationes nosse posses, magis essemus uobiscum, quam si uno in loco alterutrum conspicientes taciti sederemus, nulla uocibus signa sensus intimi proferentes, nullis corporum motibus nostros animos indicantes. Quocirca intelligis ideo unumquemque sibi esse praesentem quam alterum alteri, quod unumquisque sibi magis quam alteri notus est, non faciem suam, quae nisi absit speculum gestatur & lucet, sed conscientiam contuendo quam & clausis oculis uidet quanta est, quia etiam uita, quae pro magno habetur, nostra.

Augustinus Naucelioni temeritatem Donatistarum ex condemnatione Feliciani Maximianista & eiusdem restitutione asseuerat, conuincens eadem temeritate eos erga catholicos agere. Et haec est imperfecta, & erat corruptissima. Tractat ferè idem quod CLXXII. in numero epistolarum. Epistola V.

D Omno dilectissimo & honorabili fratri Naucelioni, Alipius & Augustinus. Cum retulisses nobis quid a patre nostro Clarenceo restitutum fuerit, id est de Feliciano Mustitano non eum negasse, & donatum ab ipsis & postea in honore suo receptum, sed innocentem fuisse damnatum, quia absens fuerit, & absentem se fuisse probauerit: hoc dicimus, ut ad hoc respondeat, quia non licuit damnari inauditum, quem innocentem fuisse ipsi modo dicunt qui eum donauerunt. Aut ego innocens donari non debuit, aut nocens recipi donatus non debuit. Si innocens receptus est, innocens donatus est, si nocens donatus est, nocens receptus est. Si nesciebant qui illum damnauerunt, utrum innocens fuerit, arguendi sunt temeritatis, quia inauditum innocentem, de quo nesciebant, donare ausi sunt: & de praesenti factum intelligimus eadem temeritate illos donasse etiam

Ratio Deum trinum praesentem, Ratio coaeterna Deo.

Locus corruptus.

Locus corruptus.

etiā superiores quos traditionis crimine infamauerunt. Si. n. potuit ab ipsis innocens damari, potuerunt ab ipsis traditores et dici, qui non erant traditores. Deinde idem Felicianus dānatus ab ipsis, multo tpe cum Maximiano cōicāt: si innocens erat qñ damnatus est, quare posteriore tpe cum scelerato Maximiano cōicans multos baptizauit extra cōionem ipforum? Teites sunt ipsi qui egerunt apud consulem, vt idem Felicianus tanquam cum Maximiano de basilica excluderetur. Parū ergo erat damnasse absentē, damnasse inauditū, dānasse (sicut dicunt) innocentē, insuper & additus est contra illū, Pro consul ait, de Ecclesia expellatur. Vel tunc qñ illum expellebant de Ecclesia, fatētur quia inter dānatos & sceleratos & Maximianistas eum deputauerunt. Qñ ergo ille baptizabat hoīes, Maximiano cōicans, verū dabat an falsum? Si verū baptis mū dabat, qui cū Maximiano cōicabat, quare accusatur baptismus orbis terrarum? Si aut falsum baptismum dabat, qñ cōicabat cum Maximiano, quare sic sunt recepti cum illo, quos schismate Maximianus baptizauit, & nemo eos in parte nostra rebaptizauit.

Augustinus Palatinum vt terrena, quod iam cēperat, contemnens, in Christi sapientia sese exercent: adhortatoria non est integra. Epistola VI.

Domino dilectissimo & desideratissimo filio Palatino Augustinus. Conuersatio tua fortior atque fructuosior ad dñm Deum nostrum magnum nobis attulit gaudiū. Eleggisti. n. à iuuentute doctrinam, vt inuenias vī que ad canos sapiētia. Cani sunt ergo sensus hominis, & senectutis ætas vita immaculata. **H** quam donet tibi dñs petenti, quarenti, atq; pulsanti, qui nouit bona data dare filiis tuis. Quauis. n. abundant tibi adhortationes, & exhortationes ad viā salutis & gloriæ sempiternæ, maxime ipsa gratia Christi, quæ tibi salubriter in corde tuo locuta est, tñ et nos pro dilectionis officio, quod tibi debemus, afferimus aliquid exhortationis in hac resalutatione nostra. quare non pigrū vel dormientē excitemus sed prouocem, incitemus, quod currentē sapere te oportet, fili, vt perseueres, quia sapiuisti vt eligens sit hoc ipsum sapientia tua, scire cuius donū hoc est. Reuela ad dñm

Psal. 36.

viam tuā, & spera in eum, & ipse faciet: & ducet velut lumen iustitiā tuam, & iudicium tuum velut meridiem: ipse faciet rectos cursus tuos, & itinera tua in pace producet. Sicut spreuisti q̄ sperabas in seculo, ne in abundantia diuitiarum gloriareris, quas more filiorum seculi huius concupiscere cēperas, ita nunc ad tollendum iugum dñi & sarcinā eius in virtute tua non confundas. Et illud leue erit & hæc i leuis. Pariter quippe improbantur in Psalmo, & qui confidunt in virtute sua & qui in abundantia diuitiarum suarū gloriantur. Ergo diuitiarū gloriam non iam habebas, sed quā habere cupiebas, prudentissime contēpisti. Caue ne tibi subrepat in tua virtute confidere: homo es. n. & maledictus omnis qui spē suā ponit in homine. Sed plane in Deo tuo toto corde cōfide, & ipse erit virtus tua, in qua pius gratusq; confidas, cui dicas humiliter & fideliter, Diligam te dñe virtus mea, quia & ipsa charitas Dei q̄ perfecta foras mittit timorem, non per vires nostras, i. humanas diffunditur in cordibus nostris sed (sicut dicit Apostolus) per spiritum sanctum qui datus est nobis. Vigila ergo & ora ne intres in tentationem. Ipsa quippe oratio admonet te quod indigeas adiutorio dñi tui, ne spē bene viuendi in te ponas. Oras. n. non iam vt accipias diuitias & honores præsentis seculi, aut aliquid vanitatis humanæ, sed ne intres in tentationē. Quod utiq; si homo sibi p̄stare posset volendo, non posceretur orando. Quapropter vt non intremus in tentationē, si voluntas sufficeret, non oraremus: quæ tñ si deesset, nec orare possemus. Absit ergo vt velimus, oremus aut vt valeamus, q̄ voluerimus cū ipso donante rectē sa puerimus. Quod bonū qm iam accepisti, est vnde gratias agas. quid. n. habes q̄ non accepisti? Si aut accepisti, caue ne glorieris, quasi non acceperis: hoc est, quasi ex te ipso habere potueris. sciens autem unde acceperis, ab illo pete vt perficiatur, à quo datum est vt nō interciperetur. Cum timore itaq; & tremore tuā salutem operare. Deus est enim qui operatur in te & velle & perficere, pro bona voluntate: quoniam præparatur volūtas à dño, atque ab ipso gressus hominis diriguntur, & viam eius vult. Hæc cogitatio sancta seruabit te, vt sapientia tua pietas sit: id est, vt ex Deo sis bonus, & Christi gratiæ non ingratus.

Hic. 17.

Psal. 17. 2. Ioan. 4.

Rom. 5.

Mat. 14.

1. Co. 11.

Phil. 1.

Psal. 111.

Letus, desiderantes te parentes tui, fideliter cōgratulantur meliori spei tuæ, quā in dño habere cēpisti. Nos aut te siue absentē cōpore, siue p̄sentē, in vno spū habere cupimus, p quem diffunditur charitas in cordibus nr̄is, vt quolibet loco fuerit caro nra nullo mō separata possit esse aīa nostra. Gratissime accepimus cilicia q̄ misisti, nos de frequentāda humilitate oratio non prior ipse monuisti.

Rom. 5.

Non potuit legi hic locus.

Augustinus Feliciæ virgini, q̄ mala quorū dñi Ecclesiæ pastorū vita, nō leuiter scādalisata fuerat monēs ne scādalis offensa ab Ecclesia recedat. Docta & pia oīno. Epi. 7.

2. Co. 11.

Mat. 18.

1. Co. 11.

Dominæ merito suscipiēda & in Christi mēbris honorādē filia Feliciæ, Augustinus in dño salutē. Nō dubito animū tuū & pro tua fide & pro aliorū infirmitate vel iniquitate turbatū, cū sanctus Apostolus plenus visceribus charitatis cōfiteatur & dicat, Quis infirmat & ego non infirmor? quis scādalisatur, & ego nō vror? vnde et ego ipse cōpūctus, & pro tua q̄ in Christo est salute sollicitus, has vel consolatorias vel exhortatorias literas ad tuam sanctitatem dandas putauit: qm̄ in dñi nostri Christi corpore, q̄ est Ecclesia eius & vnitas mēbrorū eius germanissima nobis facta es, quæ tanquā honorabile mēbrū in eius cōpage diligeris, & nobiscū illius sancto spiritu viuus. Vñ te admoneo ne graui⁹ pturberis his scādalis, q̄ ideo vētura p̄dicta sunt, vt qñ venirēt reminisceremur esse p̄dicta, & non eis valde cōmoueremur. Nā hæc ipse dñs in Euāgelio ita prædixit. Vē mūdo ab scādalis. Oportet venire scādala vā at homini illi, per quē scādalu venit. Qui sunt ipsi homines nisi de quibus dicit Apostolus, sua quarentes, nō q̄ Iesu Christi? Alij sūt ergo qui p̄p̄ea tenent pastorales cathedras, vt Christi gregibus consulant: alij vero quæ propterea in eis sedens, vt suis honoribus temporalibus & cōmodis secularibus gaudeāt. Ista duo genera pastorū, alijs moriētibus, alijs nascentibus, in ipsa catholica Ecclesia necesse est vique ad finē seculi, & vsque ad domini iudicium peruenerint. Si enim temporibus Apostolorum fuerunt tales inter quos falsos fratres Apostolus gemeret, & diceret, periculis in falsis fratribus, nec eos per superbiam separaret, sed per tolerantia

sustineret: quanto magis temporibus nostris necesse est vt sint, cū de tēpore huius seculi qd̄ p̄pinquat ad finē, apertissime dñs dicat, quoniā abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorū? Sed quod sequitur nos debet consolari & exhortari, Qui perseuerauerit vsque in finē, hic saluus erit. Sicut at sunt pastores boni & mali, sic et in ipsis gregibus sunt boni & mali. Boni ouīū nomine significatur, mali vero hædi appellanē, sed cōmixti pariter pascūt donec veniat princeps pastorū, qui dictus est vnus pastor, & (quæ ad mouū ipse promisit) separet sicut pastor oues ab hædis. Nobis enim imperauit congregationem sibi at seruauit separationē; quia ille debet se parare qui nescit errare. Nā qui separare ante tēpus, q̄ sibi dñs seruauit, superbi serui facile ausi sunt, ipsi potius ab vnitate catholica separati sunt. Nā schismate immūdi mundū gregē vñ habere potuerunt? Vt ergo in vnitate maneamus, nec offensi scādalis palearū areā dñicā deseramus, sed potius vsq; in finē ventilationis frumenta perseueremus, cōmunitā stipulā firmo caritatis pōdere toleremus. Ipse pastor noster in Euangelio de pastoribus bonis nos admonet, vt propter bona opera eorū nec in eis ipsis nostrā spē ponamus, sed eū q̄ tales illos fecit patrē qui in celis est glorificemus, & de pastoribus, malis quos noīe. Scribarū & Phariseorū significare voluit docentes bona & facientes mala, nā de bonis pastoribus ita loquitur, Vos estis lumē mundi. nō pōt ciuitas abscondi sub monte cōstituta, neq; accendunt lucernā & ponunt eā sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnib. qui in domo sunt. Sic luceat lumē vestrū corā hoībus, vt videāt opera vestra & glorificent patrē vestrū qui in celis est. De malis aut pastoribus oues admonet dicēs, Super cathedrā Moysi sedent, quæ dicunt, facite, quæ aut faciunt, ipsi facere nolite: Dicūt & nō faciūt. His auditis oues Christi et per malos doctores vocē ipsius audiūt, & vnitate illius nō relinquūt: quia bonū q̄ eos audiūt dicere, non est iptorū, sed illius. Et iō securē oues pascunt, quæ & sub malis pastoribus pascunt dñicis nutriunt. Non at faciunt malorum facta pastorū, quæ talia opera, non sunt illius, sed iptorū. Quos at bonos vident, non solum audiunt bona quæ dicunt, sed etiam imitantur bona quæ faciunt. De talibus

A

Mat. 24.

Mat. 10.

B

Mat. 5.

Mat. 23.

1. Co. 11

C

bus

Phil. 3. Gal. 7. bus erat Apostolus, qui dicebat, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Iste lumē erat illuminatū à lumine sempiterno ipso dño Iesu Christo & in cadelabro positū erat, qa in eius cruce gloriabat: vnde ait, Mihi aut ab sit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. Et quia nō sua q̄rebat, sed quæ Iesu Christi, quāuis ad imitationē suā quos per Euan geliiū genuerat, hortatur, tñ corripit grauitē eos q̄ per Apostolorū nomina schismata fecerunt, & obiurgat illos qui dicūt, ego sum Pauli. Nunquid Paulus p̄ vobis inqt, crucifixus est, aut in noīe Pauli baptizati estis? hinc intelligimus & bonos pastores nō sua quēres, sed quæ Iesu Christi, & bonas oues quāuis imitenē facta pastorū bonorū, tñ in eis nō ponere spē suā quorū ministerio sūt cōgregate, sed in dño poti⁹ cuius sanguine sunt redeptæ: vt qñ forte incurrerint in pastores malos doctrinam illius prædicantes & sua mala opera facientes, quæ dicūt faciāt quæ autem faciunt, non faciant: nec propter filios iniquitatis pascua deserant vnitatis. In catholica enim ecclesia, quæ non in sola Aphrica, sicut pars Donati, sed per oēs gētes (sicut p̄missa est) dilatat atq; diffunditur, in vniuerso mūdo, sicut dicit Apostolus fructificans & crescēs, & boni sunt & mali. Ab ea vero se parati, quādiu contra illā sentiūt, boni esse nō possunt: qa & si aliquos eorū bonos viderent ostēdere quasi laudabilis cōuersatio, malos eos facit ipsa diuisio: dicēte dño, Qui me cū non est, aduersum me est: & qui me cū nō colligit, spargit. Vñ & exhortor (dñā merito suscipiēda & in Christi mēbris honorāda filia) vt quod tibi dominus præstitit, fideliter teneas eumq; corde toto diligas, & eius ecclesiā, qui te nō permisit virginitatis tuæ fructū cū perditis pdere vel perire. Si enim de isto seculo exires separata ab vnitāte corporis Christi, nihil tibi prodesset seruata integritas corporis tui. Sed Deus qui diues est misericordia, fecit iuxta te q̄ in Euāgelio scriptū ē, cū excusarent inuitati venire ad cenā patrisfamilias, inter cetera dicit seruis suis, Exite in vias & sepes, & quoscūq; inueneritis cogite intrare. Tu ergo quāuis dilectiōne sincerissimā debeas ēt bonis seruis eius, p̄ quorū ministeriū intrare coacta es, in illo tñ debes spē ponere qui cōiuuiū p̄parauit, cui & tu ad vitā æternā beatāq; sollicita es. Ei quippe cōmē

I. Cor. I. dās cor tuū & propositū tuū & sanctā virginitatē tuā & fidē & charitatē tuā, nō moueris scādalo quod abundabit vsq; in finē, sed stabili robore pietatis salua eris atque in dño gloriosa in eius vnitāte pseuerādo vsq; in finē. Quo aut hanc acceperis p̄ te sollicitudinē meā, quā quib. potui Iſis tibi insnuare curauī, fac vt nouerim rescriptis tuis. Dei misericordia & gratia te semper protegat.

Augustinus, libro quodā suo in eā rem conscripto, Celerem instruxerat, mera leuitate Donatistas se ab ecclesia catholica segregasse. Cui, si eo codice satis factū non sit promittit adhuc scripta. In fine cū amico quodam Donatista, Celeri subdito, cōferre rogat. Epistola VIII.

Domino dilectissimo meritoq; honorabili ac suscipiēdo filio Celeri, Augustinus in domino salutē. Nullam fuisse iustam causam cur ab orbe terrarum quo ecclesia catholica secundum Prophetica & Evangelica promissa diffunditur, se pars Donati dirimeret, credo quod magis quoq; considerās prudentia tua facillime intelligit. De qua re, diligentior disputatio necessaria est, memini me ad legendū dedisse beneuolentiæ tuæ codicem, cum te petisse charissimus mihi filius meus Cæcilius intinasset, qui codex nō paucis diebus apud te fuit, quem si rei huius cognoscendæ studio, vt inter occupationes tuas legere siue voluisti siue potuisti non dubito cōperisse prudentiā tuā nō eos habere qd̄ pbabiliter cōtradicat: & si quid te forte adhuc mouet, quātū Deus donat ac finit, forte poterimus rñdere interroganti, aut ad legendū itidē ad te dare, domine dilectissime meritoq; honorabilis ac suscipiēde fili. Qua propter peto vnitātē catholicā regioni Hipponēsī diligētius cōmēdes hoībus tuis maxime Paterno & Maurusio. Vigilantiā cordis tui noui, nec opus est, arbitror, plura scribere cū si volueris facillime possis, & qd̄ alij curēt & caueāt in possessionib. tuis, & in re tua q̄ agatur addiscere. In re tua eē mihi valde affirmatū ē amicū cū quo cupio cōcordare: peto faueas ad hāc rē, vt & inter hoīes magnā laudē, et apud Deū habeas magnā mercedē. iā. n. mihi p̄ qndā vtriusq; nrū med. māda uerat, se nescio quos violētōs suos timere ne faceret,

Aug. Romulū potētē hoīem, quē in Christo genuerat, obsecrat ne nimīū acerbus & iniustus exactor sit tributorū administrato rib. suis solutorū: minitans ei, si tyrannicē exigere pergat, extremū iudiciū. Hæc vix legi potuit ex veteri. Vnde & post mediū epistolæ subobscurior est. Epist. IX.

Domino dilectissimo Romulo filio Augustinus in dño salutē. Veritas & dulcis est & amara. Qñ dulcis est, parcat, & qñ amara, curat. Si non recusās bibere q̄ in hac epistola offero, probabis q̄ dixi: vtinā sicut mihi nō obest, sic nec tibi obestet quicquid cōtumeliarū mihi irrogas. Et vtinā vel tñ tibi obestet iniquitas quā miseris & pauperibus facis, quantū obest ipsis quib. eam facis. Illi ad tps laborant, tu aut vidē q̄ tibi thesaurizes in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei qui reddet vnicuiq; secundū opera sua. cuius misericordiā dep̄cor, vt hic te corrigat, quō ipse nouit, potius q̄ referuet in illū diem, qñ nullus iā erit correctionis locus: vt q̄ tibi dedit timorē suū, pp̄ quē de te nō despero, aperiat tibi sensum vt videas quæ facis, & exhorreas, & emendes. Parua. n. & quasi nulla tibi videntur, q̄ tā mala sunt, vt qñ te domita cupiditas ea considerare pmiserit, riges lachrymis terrā vt Deus misereatur tui. Aut si ego iniquus sum qui hoc tecū ago, ne miseri & egeni hoīes bis reddant q̄ debent, cū coloni actori suo dederint, subditi p̄posito & iubēti seruiētes, nec ille se accepisse negare potuerit. Si ergo ego iniquus sū, quia mihi vñ iniustū ut bis exigant, qui vix semel reddere sufficiunt: fac q̄ vis. Si aut tu vides quia iniustum est: fac q̄ decet, fac q̄ Deus iubet, & ego rogo. Nā pro illis magis nouit ille quē timeo,

sed pro te ipso te ipsū rogo, vt quō scriptum est, miserearis aīæ tuæ placēs Deo. Et modo quidē nō rogandus, sed obiurgāndus es. Nā & hoc scriptū est, Ego quē amo redarguo & castigo. Ego tñ si pro me rogandus esses, forte nō te rogare. Quia vero pro te rogandus es, rogo te iratū vt parcas tibi, ut tibi placeat ille quē rogas. Misi ad te die sabbati cum adhuc pranderes ut nō proficiscereris nisi meuidifēs: renunciaſti ita te esse facturū. Surrexisti die dñico, & (vt audiui) venisti in ecclesiā, & orasti, & p̄fectus es, & me videre noluiſti. Deus tibi ignoscat. Quid. n. aliud tibi dicā nisi q̄ ipse nouit quia cupio. Sed scio, qa nisi te correxeris, ille iustus est. Cū aut tibi parcis, & mihi parcis, neq; n. tā miser sū & alienus à uiscerib. Christi, ut nō grauisimo uulnere feriatur cor meum qñ sic agunt quos in eius Euāgelio genui, iterū dicturus es. Non eis iussi vt darēt Pōticano, nec possent distinguere quousq; seruirēt, & quousq; nō seruirent, maxime cū ea peteret, q̄ se debere sciebant. Tuas aut literas habere debuerunt, quas proferrēt exactori, si te nolente exigebat, & relegerēt ei nō se debere dare, nisi cū tuas literas accepissent. Nā si verbo aliquñ iussisti ne exactori aliquid darent, multū est vt meminerint, multū est ut tu ipse memineris, an uere iusseris an ipsis iusseris, an alijs, an oibus: maxime qui ēt nunc alteri actori audisti datam, & salutā esse ipsam pecuniā, & nō tibi displicuit quia dederūt. Sed cū ego dixissem, quid si & iste interuertisset, ab ipsis iterū exigendū erat rursus, tibi cepit displicere quia dederunt: & cū mihi sæpe dixisses, nunquā te iniūxisse uices tuas uel Valerio uel Aginesī, subito cū denuo ageretur, quia debuerūt ostēdere si accrescere cōperat, & diceret tibi q̄ absens erat: credo excidit tibi, qui mihi toties dixerat, & dixisti, quia habuerūt Aginesī ostēdere, & ipsius agere arbitrio. Ibi ego cū dixissem certe uices tuas istis nō soles iniungere: rñdisti, sed literas meas habebat Aginesī quā si semper illi, quibus aliquid iniungis, literas tuas recitent rusticis hoīb. ut credant quia tu iussisti. Sed quia eos uident tibi sic iungi, non utiq; credūt temere illos aliquid audere præsumere, nisi à te data p̄tate. Ideo q̄ inter ista incerta nō apparet quid iubeas, nec p̄nt firmū aliqd̄ retinere nisi literas tuas habuerint, quas omnibus proferāt, & non nisi tuis literis

faceret, quos in re tua & te fauētē timere nō poterit, nec ipse in eo debes diligere non cōstantiā, sed planē pertinaciā. Turpe est. n. mutare sententiā, sed veram, & rectam. Nam & flul tam & noxiā & laudabile & salubre est. Sicut aut constantia non finit hominem deprauari, sic pertinacia non finit corrigi: proinde sicut illa laudanda, sic ista est emendanda, & PP. quem nisi reliqua tuæ prudentiæ planius intinuit. In columem felicemq; te Dei misericordia tueatur, dñe dilectissime meritoq; honorabilis ac suscipiēde fili.

Aug. Romulū potētē hoīem, quē in Christo genuerat, obsecrat ne nimīū acerbus & iniustus exactor sit tributorū administrato rib. suis solutorū: minitans ei, si tyrannicē exigere pergat, extremū iudiciū. Hæc vix legi potuit ex veteri. Vnde & post mediū epistolæ subobscurior est. Epist. IX.

Domino dilectissimo Romulo filio Augustinus in dño salutē. Veritas & dulcis est & amara. Qñ dulcis est, parcat, & qñ amara, curat. Si non recusās bibere q̄ in hac epistola offero, probabis q̄ dixi: vtinā sicut mihi nō obest, sic nec tibi obestet quicquid cōtumeliarū mihi irrogas. Et vtinā vel tñ tibi obestet iniquitas quā miseris & pauperibus facis, quantū obest ipsis quib. eam facis. Illi ad tps laborant, tu aut vidē q̄ tibi thesaurizes in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei qui reddet vnicuiq; secundū opera sua. cuius misericordiā dep̄cor, vt hic te corrigat, quō ipse nouit, potius q̄ referuet in illū diem, qñ nullus iā erit correctionis locus: vt q̄ tibi dedit timorē suū, pp̄ quē de te nō despero, aperiat tibi sensum vt videas quæ facis, & exhorreas, & emendes. Parua. n. & quasi nulla tibi videntur, q̄ tā mala sunt, vt qñ te domita cupiditas ea considerare pmiserit, riges lachrymis terrā vt Deus misereatur tui. Aut si ego iniquus sum qui hoc tecū ago, ne miseri & egeni hoīes bis reddant q̄ debent, cū coloni actori suo dederint, subditi p̄posito & iubēti seruiētes, nec ille se accepisse negare potuerit. Si ergo ego iniquus sū, quia mihi vñ iniustū ut bis exigant, qui vix semel reddere sufficiunt: fac q̄ vis. Si aut tu vides quia iniustum est: fac q̄ decet, fac q̄ Deus iubet, & ego rogo. Nā pro illis magis nouit ille quē timeo,

sed pro te ipso te ipsū rogo, vt quō scriptum est, miserearis aīæ tuæ placēs Deo. Et modo quidē nō rogandus, sed obiurgāndus es. Nā & hoc scriptū est, Ego quē amo redarguo & castigo. Ego tñ si pro me rogandus esses, forte nō te rogare. Quia vero pro te rogandus es, rogo te iratū vt parcas tibi, ut tibi placeat ille quē rogas. Misi ad te die sabbati cum adhuc pranderes ut nō proficiscereris nisi meuidifēs: renunciaſti ita te esse facturū. Surrexisti die dñico, & (vt audiui) venisti in ecclesiā, & orasti, & p̄fectus es, & me videre noluiſti. Deus tibi ignoscat. Quid. n. aliud tibi dicā nisi q̄ ipse nouit quia cupio. Sed scio, qa nisi te correxeris, ille iustus est. Cū aut tibi parcis, & mihi parcis, neq; n. tā miser sū & alienus à uiscerib. Christi, ut nō grauisimo uulnere feriatur cor meum qñ sic agunt quos in eius Euāgelio genui, iterū dicturus es. Non eis iussi vt darēt Pōticano, nec possent distinguere quousq; seruirēt, & quousq; nō seruirent, maxime cū ea peteret, q̄ se debere sciebant. Tuas aut literas habere debuerunt, quas proferrēt exactori, si te nolente exigebat, & relegerēt ei nō se debere dare, nisi cū tuas literas accepissent. Nā si verbo aliquñ iussisti ne exactori aliquid darent, multū est vt meminerint, multū est ut tu ipse memineris, an uere iusseris an ipsis iusseris, an alijs, an oibus: maxime qui ēt nunc alteri actori audisti datam, & salutā esse ipsam pecuniā, & nō tibi displicuit quia dederūt. Sed cū ego dixissem, quid si & iste interuertisset, ab ipsis iterū exigendū erat rursus, tibi cepit displicere quia dederunt: & cū mihi sæpe dixisses, nunquā te iniūxisse uices tuas uel Valerio uel Aginesī, subito cū denuo ageretur, quia debuerūt ostēdere si accrescere cōperat, & diceret tibi q̄ absens erat: credo excidit tibi, qui mihi toties dixerat, & dixisti, quia habuerūt Aginesī ostēdere, & ipsius agere arbitrio. Ibi ego cū dixissem certe uices tuas istis nō soles iniungere: rñdisti, sed literas meas habebat Aginesī quā si semper illi, quibus aliquid iniungis, literas tuas recitent rusticis hoīb. ut credant quia tu iussisti. Sed quia eos uident tibi sic iungi, non utiq; credūt temere illos aliquid audere præsumere, nisi à te data p̄tate. Ideo q̄ inter ista incerta nō apparet quid iubeas, nec p̄nt firmū aliqd̄ retinere nisi literas tuas habuerint, quas omnibus proferāt, & non nisi tuis literis

Eccl. 30

literis probatis obtemperant, quoniam eis aliquid dandum est. Sed quid opus est tam diu tecum disputare, & onerare verbis occupationes tuas, ut forte cum irasceris verbis meis velis sequi in homines miseros. Illis imputabitur ad meritum bonum, quia pro salute tua, pro quam tibi tanta loquor, te patiunt iratum, tibi autem nolo aliquid grauius dicere, ne putes me non timere, sed

M male optato tale aliquid loqui. Time Deum si non vis decipi: ipsum teste inuoco super animam meam, plus me tibi timere cum haec dico, quam illis pro quibus apud te intercedere videor. Si credis, Deo gratias. Si autem non credis, consolamur me quod dominus ait: dicitur pax huic domui, & si est ibi filius pacis, requiescet super eam pax vestra. Si quominus, ad vos reuertetur. Dei misericordia te tueatur domine dilectissime fili.

Aug. Pancario de presbytero quodam ab haereticis criminis insimulato, Pancarij, s. opera commendat ne eiusdem presbyteri domus diripiatur. Imperfecta est. Epistola X.

Domino dilectissimo meritoque honorabili filio Pancario, Augustinus in domino salutem. Cum antequam veniret religio tua, presbyter Secundinus Germanitanensibus non diuulceret, unde modo factum est ut eum (sicut scripsisti) et de nescio quibus criminibus accusare parati sint, nescio domine dilectissime meritoque honorabilis fili. Verumtamen nullo modo nos possumus contemnere quod presbytero videtur obijcere, tamen si catholici sunt quod obijciunt. Nam haereticorum accusationes contra catholicum presbyterum admittere, nec possumus nec debemus. Proinde hoc primo agat prudentia tua ut haeretici non sint, ubi ante aduentum tuum non fuerunt, & audiemus causam presbyteri sicut eam oportet audiri. Illud sane mones, quia dignaris, quoniam & salus, & existimatio tua charissima nobis est, & ipsi Germanitanenses pertinent ad curam humilitatis nostrae, ut ea quae a gloriosissimis Imperatoribus impetrasti, & ea quae apud competentes iudices egisti, fidenter allegare digneris: ut appareat omnibus nihil te inordinate agere, ne iterum in causa vestra qui de possessione contenditis, ipsi miserari fatigentur, & grauius afflicti dispereant. Simul et commendo, ut eiusdem presbyteri domus non diripiatur, neque vastetur. Nam de ecclesia sua nunciatum est nobis, quod eam nescio qui

A presbyterum admittere, nec possumus nec debemus. Proinde hoc primo agat prudentia tua ut haeretici non sint, ubi ante aduentum tuum non fuerunt, & audiemus causam presbyteri sicut eam oportet audiri. Illud sane mones, quia dignaris, quoniam & salus, & existimatio tua charissima nobis est, & ipsi Germanitanenses pertinent ad curam humilitatis nostrae, ut ea quae a gloriosissimis Imperatoribus impetrasti, & ea quae apud competentes iudices egisti, fidenter allegare digneris: ut appareat omnibus nihil te inordinate agere, ne iterum in causa vestra qui de possessione contenditis, ipsi miserari fatigentur, & grauius afflicti dispereant. Simul et commendo, ut eiusdem presbyteri domus non diripiatur, neque vastetur. Nam de ecclesia sua nunciatum est nobis, quod eam nescio qui

velint deponere, sed non puto quod villo pacto possit hoc a tua religione permitti.

Haec epistola refutat incomprehensibilitatem Platoniorum, videturque cum libris Academicorum transmissa. Est ut aliquid imperfecta. Epistola XI.

Hermogeniano Augustinus. Academicos ego ne inter iocandum quidem unquam lacescere audeam: quoniam enim me non tantorum virorum moueret authoritas, nisi eos putarem longe in alia quam vulgo creditum est fuisse sententia. Quare potius eos imitatus sum quantum valui, quam expugnauimus, quod omnino non valeo: videtur enim mihi satis congruissimè poribus, ut siquid sincera de fonte Platonico flueret, inter umbrosa & spinosa dumeta potius in possessionem paucissimorum hominum duceretur, quam per aperta manans irruentibus passim pecoribus nullo modo posset liquidum purumque seruari. Quid enim conuenientius pecori est quam putare animam corpus esse? Contra hominum homines opinor ego illam vtiliter excogitatum Dei veri artem atque rationem: hoc autem seculo cum iam nullos videmus Philosophos, nisi forte claculo corporis, quos quidem haud censuerim dignos tam venerabili nomine, reducendi mihi videntur tam ingenium a rerum comprehensione terruit, sententia in spem reperiendae veritatis: ne id quod eradican-
C dis altissimis erroribus pro tempore accommodatum fuit, iam incipiat inferendae scientiae impedimento esse. Tantum enim tunc variarum sectarum studia flagrabant, ut nihil metuendum esset, nisi falsi approbatio. Pulsus autem quisque illis argumentis, ab eo quod se firmum & inconcussum tenere crediderat tanto constantius atque cautius aliud quaerebat, quanto & in moribus maior erat industria, & in natura rerum atque animorum altissima & implicatissima latere veritas sentiebatur. Tanta porro nunc fuga laboris & incuria bonarum artium, ut simul atque sonuerit, acutissimis Philosophis esse visum nihil posse comprehendere dimittant mentes: ut in aeternum obducant. Non enim audent viuaciores se illis credere, ut sibi appareat, quod tanto studio, ingenio, otio, tanta denique multa multiplicique doctrina, potestremo vita etiam longissima Carneades inuenire

nire non potuit. Si vero etiam aliquantulum obniten-tes aduersus pigritiam, legerint eosdem libros quibus quasi ostenditur natura humanae denegata perceptio: tanto tempore indormiscunt, ut nec caelesti tuba euigilent. Quam obrem cum gratissimum habeat fidele iudicium tuum delibellis meis, tantumque in te momenti ponam, ut nec error in tua prudentia, nec in amicitia si mulario cadere possit, illud magis diligentius peto considerare, mihique rescribas, utrum approbes quod in extremo tertij libri suspiciosus fortasse quam certius, vtilius tamen, ut arbitror, quam incredibilius putari credendum. Equidem quoniam se habeant illae litterae, non tam me delectat (ut scribis) quod Achademicos vicerim: scribis enim hoc amantius forte quam verius, quam quod mihi abruperim odiosissimum retinaculum, quo ab philosophiae vbere desperatione veri, quod est animi pabulum, refrenabar.

Adhortatur in hac epistola Aug. Zenobium, ut ceptam inter se disputationem semel finiant. Est manca ut praecedentes. Epist. XII.

Zenobio Augustinus. Bene inter nos conuenit, ut opinor, omnia quae corpore sentis attingit, ne puncto quidem temporis eodem modo manere posse, sed labi effluere & praesens nihil obtinere, id est, ut latine loquar non esse. Horum itaque perniciosissimum amorem, penarumque plenissimum vera & diuina Philosophia monet frenare, atque sopire: ut se totus animus, et dum hoc corpus agit, in ea quae semper eiusdem modi sunt, nec peregrino pulchro placent, feratur atque cuset. Quae cum ita sint & cum te verum ac simplicem, qualis sine vlla solitudine amari potest, in semetipsa mens videat, fatemur tamen congressum istum atque conspectum tuum, cum a nobis corpore discedis, locisque se-
E iungeris, quaerere nos, eaque dum licet cupere. Quae profecto vitium, si te bene noui, amas in nobis: & cum omnia bona optes charissimis & familiarissimis tuis, ab hoc eos sanari metuis. Si autem potest animo es, ut agnoscere hunc laqueum & eos captos arridere valeas, ne tu magnus atque alius. Ego quidem quod diu desidero absentem, desiderari me volo. Inuigilo tamen quantum queo, & nitor, ut nihil amem quod ab esse a me inuito potest. Quo cum officio admoneo te interim, qualiscumque sis, inchoatam tecum disputationem perficiendam, si cure nobis

metipsis sumus. Nam eam cum Alipio perfici nequaquam sinere, et si vellet. Non enim est humanitatis eius nunc mecum operam dare, ut in qua multis possemus literis te nobiscum teneamus nescio qua necessitate fugere tecum.

Locus corruptus.

Fastius quidam aere alieno obrutus ad ecclesiam confugerat, cuius creditoribus mutua accepta pecunia Augustinus satisfecit, eum publica collatione per Christi fideles orat Fastio impertiri. Epist. XIII.

Dominis dilectissimis & desiderantissimis sanctae plebi cum ministro membris. Christi Augustinus in domino salutem. Notissima mihi & probatissima deuotio sanctitatis vestrae in domino Iesu Christo fiduciam dedit, ut etiam absens praesumerem unde praesens gauderem consueui. Qui semper spiritu vobiscum sum, non solum quia gratia domini nostri Iesu Christi tanta suauitatis flagrare non cessat, sed et quia me ipsum, qui vobis in Euangelio seruiuo, angustiam pati non permittitis. Cum enim frater noster Fastius debito decem & septem solidorum ab opinatoribus vrgeretur ut redderet, quod ad praesens unde explicaret se non inueniebat, ne corporale patere iniuriam, ad auxiliam sanctae ecclesiae conuolauit: illi et exactores cum proficisci cogentur, & ideo dilationem dare non possent, grauissimis me querelis onerauerunt, ita ut eis illum traderem: aut quod sibi deberi ostendebant, unde acciperent prouiderem. Cuique obtulisset Fastio ut vestrae factitatem de necessitatibus eius alloquerer, pudore deteritus ne facere deprecatus est. Ita ego maiore necessitate coarctatus a fratre nostro Oracedomo decem & septem solidos accepi, quos in causam eius continuo dedi promittente illo quod ad certum diem cum eis reddendis posset occurrere: & consentiente ut si non posset occurrere, sermo de illo fieret ad vestram misericordiam, quam fraternam fratribus exhibere consueuistis. Nunc ergo quoniam absens est, resta ut subueniatis, non illi quem nemo compellat absentem, sed pollicitationi meae, cuius existimatio nobis semper est praesens. Iam enim dies, ad quem se promiserat occurrerem, transactus est, & ego ei qui solidos suos fidei meae commisit, & quid respondeam non inuenio, nisi faciam quod me facturum esse promisi. Sed quoniam non sum de hac re commonitus, ut die pentecostes

ites, qñ aderat maior vestra frequentia, ser-
monē inde facere, peto vt has literas pro lin-
gua mea plēte habere dignemini, admonē-
te vos & exhortate in cordib. vestris Deo &
dño nostro cui credidistis, qui nunq̄ disce-
dit à vobis timentibus & honoratib. nomen
suū, in quo vobis nūc & semper cōiuncti su-
mus, quāuis corpore à vobis profecti esse vi-
demur: qui nobis bonorū operū semine mes-
sem vitæ æternæ promittit, dicēte Apostolo
Bonū autem facientes nō deficiamus. tpe. n.
suo metemus infatigabiles. Itaq; dum tēpus
habemus, operemur bonū ad oēs, maxime
aut ad domesticos fidei. Qm̄ ergo domesti-
cus fidei est, Christianus fidelis, catholicus
frater noster, pro cuius supplenda necessitate
vos peto vt faciatis quod dñs imperat, si-
ne tristitia, sine murmuratione, & cū letitia
& hilaritate facite: Deo. n. creditis nō homini
quia ille promittit vos nihil eorū quæ miseri-
corditer facitis perdituros, sed in illo die cū
vsuris immortalibus recepturos. Et qm̄ ipse

Gal. 6.

1. Cor. 9.

H

Apostolus dicit, Hoc aut dico q̄ parce semi-
nat parce & metet. Intelligere debetis tēpus
esse vt domū vitæ æternæ, cū adhuc in ista vi-
ta sumus, festinanter & alacriter cōparemus:
quia cū finis seculi venerit, nō dabit nisi eis
qui fide sibi hoc meruerunt, antequā videre
potuissent. Scripsi eis et presbyteris, vt siquid
minus fuerit post collationem sanctitatis ve-
stræ, cōpleant ex eo quod habet ecclesia, dū
tñ vos secundū quod placet hilariter offeratis:
quia siue de vestro siue de ecclesia detur,
omnia Dei sunt, & deuotio vestra dulcior
erit thesauris ecclesiæ: sicut Apostolus dicit,
Nō quia quæro datū, sed requiro fructū. le-
tificare ergo me, quia de fructib. vestris gau-
dere cupio. Vos enim estis arbores Dei, quas
assiduus imbribus & per nostrum ministeriū
rigare dignatur: Tuas vos dominus ab omni
malo & hic & in futuro seculo, domini dile-
ctissimi & desiderantissimi fratres.

Phil. 4.

Corrupta & nō integra ē hęc epistola, vixq;
legi ex veteri potuit. Obiurgat verò Paulū
quendā Episcopū, qui ecclesiā leui sua vi-
ta grauitè offendebat, vt ad frugē & Epif-
copo dignam vitam redeat. Epist. 14.

Domino synceriter dilectissimo & votis
omnibus beatificando fratri & cōsacer-

doti Paulo Augustinus in domino salutē. Iā
in exhortabile me nō vo cares, nisi et mēda-
cē putares. Quid. n. aliud de animo meo cre-
dis, qñ mihi talia scribis, nisi me tenere aduer-
sus te manū discordiæ & odiū detestandū;
quasi in re manifesta non caueā, ne predicās
ipse reprobis inueniar? aut ita velim eijcere
stipulam de oculo tuo, vt in meo trabē nu-
triā? nō est quod putas. Ecce iterum dico &
testor Deū, si tu ibi ea velles quę tibi ego vo-
lo, iam olim securus in Christo viueres, & in
nominis eius gloria totā eius ecclesiā lætifi-
cares. Ecce iam scripsi non tm̄ te esse fratrem
meū, sed et collegā meum. Neq; n. fieri pōt,
vt non sit collega meus quilibet Episcopus
ecclesiæ catholicæ, qualificūq; sit, nullo ec-
clesiastico iudicio damnatus. Sed, vt tibi cōi-
cē, nulla causa est, nisi quia tibi adulari non
possem. Tibi. n. maxime debeo, quia in Chri-
sto Iesu per Euangeliū ego te genui, salubrē
mordacitatē charitatis, veraciter obiurgan-
do. Et ita gaudeo multos in ecclesiam catho-
ticam adiuuante dño per te esse collectos, vt
nō debeā plangere plures inde dispergi. Sic
enim vulnerati ecclesiā Hipponensem, vt ni-
si te dñs omnib. curis & sarcinis secularib. ex-
peditū, ad verā episcopālē vitā mecū reuocauerit,
tale vulnus sanari non possit. Cū aut tu magis
magisq; implicare te non cesses, vt et rebus
quib. renunciaisti, te post renunciatōnē inferueris,
quod nec apud humanas ipsas leges vllō modo
defendi pōt: & in ea professione viuere dicaris,
cui fragilitas ecclesiæ tuæ sufficere nō possit: vt
quid quæris cōmunionē meā, cum audire nunquā
volueris admonitionē meā? an vt quicquid facis
mihi imputent homines, quorū querelas sustinere
non possum? Frustra aut supicaris eose esse ob-
tractatores tuos, q̄ tibi semper & in vita prio-
re aduersati sunt. Non est ita, nec mirū quod
multa te latent. Sed et si hoc verū esset, nihil
in tuis moribus inuenire debuerunt; quod
recte reprehenderent, & vnde ecclesiam bla-
sphemarent. Adhuc me putas fortasse ideo
ista dicere, quia nō accepi satisfactionē tuā.
Immo propterea dico, ne ipse non possim
satis Deo facere de peccatis meis, si hoc tibi
tacuero. Noui quia cor habes, sed & tardū, se-
curū est & acutū: cor nihil est qñ in terra est.
Nō est Episcopatus artificii transigendæ vi-
tæ fallacis: docebit te quod dico dñs Deus,
qui

qui tibi interclusit omnes vias ad quas illo
vti voluisti, vt dirigat, & si intelligas in illam
viam propter quam ambulandam tibi san-
cta sarcina imposita est.

Augustin⁹ Victorino Episcopo, cōciliū Epif-
coporū iure primatis cōuocanti, excusa-
toria quare ad cōcilium nō venturus sit.
Rogat vt prius cum Xantippo Epō super
iure primatus & cōcilij Epōrum conuo-
candi placide componat. Epistola XV.

Domino beatissimo & venerabili patri
& cōsacerdoti Victorino, Augustinus
in domino salutē. Tractoria ad me decimo
Nouembris venit, iam finito die, & me val-
de indispositum, inuenit, vt occurrere omni-
no non possem. Veruntñ siue imperitiā meā
mouerit, siue iuste motus sim, tuæ sanctita-
tis & grauitatis est arbitrari. Legi in eadē tra-
ctoria etiā ad Mauritanas esse scriptū, quas
prouincias scimus nobis nos habere prima-
tes. Quod & ex eis Numidiam conuocandū
esset cōciliū oportuit utiq; vt aliquorum
Maurorū Episcoporū, qui illic priores sunt,
nemina in tractoria ponerētur. Quid in ista
tractoria reperiens, multum miratus sum.
Deinde ad ipsos Numidas ita perturbato &
neglecto ordine scriptum, vt nomen meum
tertio loco inuenerim qui noui quam post
multos Episcopus factus sum. Quæ res & a-
lijs iniuriōsa est satis & mihi inuidiosa. Præ-
terea venerabilis frater & collega n̄ Xan-
tippus Tagonensis dicit, quod eū primatus
iple contingat, & erga plurimos sic habetur,
& tales mittit epistolas. Qui etiam error si fa-
cile inter vestram sanctitatem cognosci cor-
rigi potest, non debuit tamen in tractoria,
quam misit venerabilitas tua, nomē eius præ-
termitti. Quod si in medijs locis conscriberetur,
& non in primo poneretur, multū mi-
rarer: quanto magis mirandū est, quod nulla
tibi eius admemoratio facta est, qui maxime
ad cōciliū venire debuit, vt de ipso prima-
ordine, quæ causa omnium Numidarū Episco-
pis ecclesiarum primatus ageretur? His de
causis etiam venire dubitarem, ne forte falsa
esset tractoria, qua tanta peruersitas appare-
ret: quāquā & angustia temporis & aliæ gra-
ues necessitates me multipliciter impedirēt.
Vnde peto beatitudinem tuam vt mihi igno-

scas: & primo, instare digneris, vt inter tuam
sanctimoniam & senē Xantippū concorditer
constet, quis debeat conuocare cōcilium:
aut, certe (quod salubrius arbitror) siue cui-
usquā præiudicio ambo cōuocate collegas
vestros: eos maxime, q̄ vobis epatus ætate vi-
cini sunt, qui facile quis vestrū verum dicat
agnoscant: vt inter vos paucos eadem præ-
teris quęstio dirimatur, & errore sublato mi-
nores à ceteris conuocentur: qui nec pos-
sunt nec debet: nisi vobis in hac re tanquam
prioribus credere, & nunc ignorant cui ve-
strum potissimum credant. Hanc epistolam
signatam misi annulo, qui exprimit faciem
hominis attendentis in latus.

Longa & docta est hęc Epistola, tractans de
baptismo paruulorum contra Pelagium:
quem tamen clementer hac Epistola tra-
ctat. Hęc per exemplaris vetustatem diffi-
culter legi potuit, propter quod aliqui
bus locis obscura est. Epistola XVI.

Charissimo filio Marcellino Augustinus
Ep̄s seruus Christi seruorumq; Christi
in dño Salutē. De quæstionibus qua mihi p-
posueras, vt ad te aliquid scriberē, aduersus
eos qui dicunt, Adā etiā si nō peccasset fuis-
se moriturū, nec ex eius peccō quicquam ad
eius posteros propagādo transisse: maxime
pp̄ baptismū paruulorū, quē more pijsimo
atq; materno vniuersa frequētat ecclesia: &
qđ in hac vita fuerint futuriq; sint filij homi-
nū, nullū hñtes omnino peccatū, iam duos
plexos absoluerā libros. Quibus mihi visus
sum nō quidē omnibus omnium occurrere in
hac causa motibus animorū: quod vel à me
vel à quoquam vtrum fieri possit, ignoro,
immo fieri non posse non dubito: sed tamen
egisse aliquid, quo de his rebus a maioribus
traditæ fidei defensores, contra nouitates eo-
rū qui aliter sentiunt non inermes vsque qua-
que cōsisterent. Verū post paucissimos dies
legi Pelagij quādā scripta, viri, vt audio, san-
cti, & non paruo prouectu Christiani, quæ
Pauli Apostoli expositiones breuissimas cō-
tinerent. Atq; ibi comperi cum ad illū venis-
set locū, vbi dicit Apostolus, Per vnū hoīem
peccatū intrasse mūdū, & per peccatū mortē
atq; ita in oēs homines ptrāsisse: quādā eo-
rū argumētationē qui negāt paruulos pecca-
Aug. Tomus secundus. K K tum

Pelagius

Rom. 5.

diximus, & aliud fortasse dicemus quod tñ huic intellectui non sit aduersum, & ipse Pelagius non vno modo id exposuit. Cetera vero que ibi dicuntur, si diligenter aduertatur atq; tractentur, sicut in primo illorū duorū libro vtcunq; comatus sum, et si subobscurū pariunt rerū ipsarū necessitate sermonē, nō tñ poterunt aliū sensum hñe nisi per quē factū est, vt antiquitus ecclesia retineret fideles paruulos originalis peccati remissionē per Xpi baptismū consequutos. Vnde nō im merito beatus Cyprianus ostendit, q̄ hoc ab initio creditum & intellectū seruet ecclesia. Qui cū paruulos à materno vtero recentissimi mos iā idoneos ad percipiendū Chri baptismū affereret, qm̄ cōsultus fuerat, vtrū hoc ante octauū diē fieri deberet: quantū potuit conatus est, eos demonstrare perfectos: ne quasi pro numero dierū, quia octauo antea circuncidebātur infantes, eos adhuc perficiendos existimaret. Sed cū magnū eis defensionis patrociniū prætstitisset, ab originali tñ peccato eos immunes non esse cōfessus est. Quia si hoc negaret baptismi causā, pp̄ quē percipiendū eos defendebat, auferret. Potes ipsam epistolā memorati martyris de baptizandis paruulis legere si volueris. Neq; n. pōt deesse Carthagini. Verū in hac etiā nostra, quantū p̄senti quęstioni satis visum est, pauca inde trāsferenda arbitratus sum. Quę prudenter attēde. Quantū vero, inquit, ad causā infantū pertinet, quos dixisti intra secundū vel tertium diē quo nati sunt constitutos, baptizari non oportere: & considerandam esse legē circuncisionis antiquę, atq; intra octauum diem cū qui natus est, baptizandū & sanctificandū non putare: longe aliud concilio sancto visum est. In hoc. n. quod tu putabas esse faciendū, nemo consensit, sed vniuersi potius iudicauimus nulli hominū nato misericordiā Dei, & gratiā denegandam. Nam cum dñs in Euangelio suo dicat. Filius hominis nō venit animas hominū perdere, sed saluare: quantū in nobis est, si fieri poterit, nulla anima perdenda est. Aduertis ne qd dicat, quēadmodū sentiat, non tantū carni, sed animę quoq; infantis exitiabile esse atq; mortiferū sine illo salutari sacramento exire de hac vita? Vnde si iam nihil aliud diceret intelligere nostrū fuit, sine peccato animam perire non posse. Sed vide paulopost

defendens innocentiam paruulorū, quid tñ de illis apertissime fateatur. Ceterū si hoies, inquit, impedire aliquid ad consecutionem gratię possent, malis adultos & prouectos & maiores natu possent impedire peccata grauiora. Porro autē si etiā grauisimis delictoribus, & In Deū multū ante peccātibus, cum postea crediderint remissio peccatorum datur, à baptismo atq; grā nemo prohibet: quanto magis prohiberi nō debet infans, q̄ recens natus nihil peccauit, nisi quod scdm̄ Adā carnaliter natus contagium mortis antiquę prima natiuitate contraxit? Qui ad remissionē peccatorū accipiendā, hoc ipso facilius accedit, q̄ illi remittuntur nō propria, sed aliena peccata. Vides quanta fiducia ex antiqua & idubitata fidei regula vir tātus ista loquitur, quia hęc documēta certissima iō protulit, vt illud quod erat incertū, vnde cōsuluerat ille cui rescribit, & vnde concilij de consensisse* cōmemorat, vt scilicet etiā ante octauū diem, ex quo die natus esset infans, eū afferretur baptizare nemo dubitaret: per hęc firmamēta probaretur? Neq; enim hoc tunc quasi nouum, aut quasi aliqua cuiusquā contradictione pulsatū, cōcilio statuebatur firmabatur, q̄ obstricti originali peccato tenerentur infantes. Sed cū illic alia cōsultatio versaretur, & disceptaretur pp̄ legē carnalis circuncisionis, vtrū eos & ante octauū diem baptizari oportet: ideo ei q̄ hoc negabat nemo consensit: quia iā nō cōsulendū, nec disceptadū sed firmū certumq; habebatur, animam salutē æternę, pariturā, si hanc vitā sine illius sacramenti consecutione finiret: & quanuis ab vtero recentissimi paruuli solo reatu essent peccati originalis obstricti, quare illis etsi multo facilior q̄ alienorū, sed tñ esset necessaria remissio peccatorum. His certis illa incerta de octauo die quęstio dissoluta est, atq; in concilio iudicatū, homini nato in æternū pereat, omni die debere succurrī: cum et de carnali circuncisione ratio redderetur quod vmbra esse futuri, non q̄ intelligeremus etiā baptismum octauo die ex quo natus est homo dari oportere: sed nos in Xpi resurrectione spiritaliter circuncidi, qui tertio quidem post diē passionis, in diebus hebdomadarum, quibus tempora prouoluuntur, octauo hoc est, post sabbatum primo die à mortuis resurrexit. Et nunc nescio cuius

Ioan. 10.

All. con. fuit unus esse.

Ioan. 2. vus.

ius nouę disputationis audacia quidā nobis facere conatur incertū, q̄ maiores nostri ad dissoluenda quędā, quę nōnullis videbatur incerta, tanquā certissimū proferebant. Quñ. n. primitus hoc disputari ceperit nescio. illud tñ scio, q̄ et sanctus Hieronymus, qui hodieq; in literis ecclesiasticis tā excellentis doctrinę fama ac labore versatur, ad quasdā soluendas in suis libris quęstiones et hoc certissimū adhibet sine vlla disceptatione documētū. Nā in eo, q̄ in Ionā Prophetam scripsit, cū ad eū venisset locū vbi cōmemorantur et paruuli ieiunio castigati: maior inquit etas incipit, vsq; ad minore puenit. Nullus. n. absq; peccō, nec si vnus quidē die fuerit vita eius, & innumerabiles anni vitę illius. Si. n. stellę mundę non sunt in cōspectu Dei, quāto magis vermis & putredo, & ij qui peccato offendentes Adam tenentur obnoxij? Hęc doctissimū virum, si facile interrogare possemus, q̄ multos vtriusq; linguę diuinarū scripturarū tractatores Christianarūq; disputationum scriptores cōmemoraret, qui non aliud ex quo Christi est ecclesia constituta senserunt, non aliud à maiorib. acceperunt, non aliud posteris tradiderunt? Ego quidem quāuis longe pauciora legerim, nō memini me aliud audisse à Christianis, qui vtrunque accipiunt testm̄, non solū in ecclesia catholica, verum et in qualibet heresi vel schismate constitutis: non memini me aliud legisse apud eos quos de his reb. aliquid scribentes legere potui, qui scripturas canonicas sequerentur, vel sequi se crederent, credive voluissent. Vnde nobis hoc negociū repente emerferit nescio. Nā ante paruū tps a quibusdam transitorie colloquentibus, cursim mihi aures perstrictę sunt, cū illic apud Carthaginē essemus non ideo paruulos baptizare, vt remissionē accipiant peccatorum, sed vt sanctificetur in Xpo. Qua nouitate permotus, & q̄ opportunū nō fuit, vt contra aliquid dicerē, & non tales hoies erant de quorū essem auctoritate sollicitus, facile hoc in trāctis atq; abolitis habui. Ecce cōtra Ecclesiā studio flā mante defenditur: ecce scribendo et memorię cōmendatur: ecce res in hoc discriminis adducitur, vt hinc et à fratrib. consulamur: ecce cōtra disputare atq; scribere cogimur. Ante paucos annos Romę quidā extitit Iouinianus, qui sanctimonialibus et ætate iam

prouectiorib. nuptias persuasisse dicatur, nō illiciedo, quo earū aliquā ducere vellet vxorē, sed disputando virgines sanctimonie dicatas nihil amplius fidelib. coniugatis apud Deū habere meritorū. Nunq̄ tñ hoc ei commentū venit in mentē, vt asserere conaretur, sine originali peccato nasci hominū filios. Et vtiq; si hoc astrueret multo procliuus vellet femina nubere, fetus mundissimos paritura. Huius sanē scripta (nā & scribere ausus est) cū fratres ad Hieronymū refellenda mississent, non solū in eis nihil tale cōperit, verū et ad quędā eius vana cōsultanda, hoc tanq̄ certissimū de hois originali peccō, vnde vtiq; nec ipsum dubitare credebat, iter multa sua documenta deprōpsit. Id agentis hęc verba sunt, Qui dicit se, inquit, manere in Christo debent sicut ille ambulauit & ipsi ambulare. Eligat aduersarius è duob. q̄ vult, optionem ei damus. Manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet vt Christus. Si autē temerariū est similitudinē virtutū dñi polliceri, non manet in Xpo: quia non ingreditur vt Christus. Ille peccm̄ non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius: qui cū malediceretur non maledixit, & tanquā agnus coram tondeute sic non aperuit os suum: ad quē venit Princeps mundi istius, & inuenit in eo nihil: qui cū peccm̄ non fecisset, pro nobis peccm̄ eū fecit Deus. Nos autē iuxta epistolam Iacobi, multa peccamus oēs, & nemo mundus a peccatis, nec si vnus quidē die fuerit vita eius. Quis. n. gloriabitur castū se habere cor, aut quis confidet mundū se esse a peccatis? Tene murq; rei in similitudinem prauaricationis Adam. Vnde & Dauid dicit. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis cōcepit me mater mea. Hęc non ideo cōmemorauit, q̄ disputatorū quorūlibet sententijs tanquā canonica auctoritate nitamur, sed vt appareat ab initio vsq; p̄sens ad tps, quo ista nouitas orta est, hoc de originali peccō apud ecclesię fidē tanta constantia custoditum, vt ab eius, qui dñica tractarent eloquia magis certissimū proferret ad alia falsa refutanda, q̄ id tanquā falsum refutari ab aliquo tentaretur. Ceterum in sanctis canonicis libris viget huius snie clarissima & plenissima auctoritas. Clamat Apostolus, Per vnū nomine peccm̄ in trauit in mundū, & per peccatū mors: & ita in omnes homines pertrāsiit, in quo oēs pec

Es. 53.

Ioan. 14.

Iac. 3.

Psal. 50.

G

qua nūc oēs morimur: an secundæ, qua tunc impij moriētur? Nulla causa est exagrandi q̄stionē, nullus tergiversandi locus. Apostoli verba quibus id agebat, interrogata r̄ndent.

1. Co. 15. Cū mortale hoc, inq̄, induerit immortalitē, tūc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria, vbi ē mors victoria tua, Vbi est mors aculeus tuus, Aculeus autē mortis p̄ctm̄, virtus vero peccati lex. De resurrectione corporis agebat, qua absorbebitur mors in victoria, cum mortale hoc induerit immortalitē. Tūc ipsi morti insultabitur, q̄ in victoria resurrectione corporis absorbebit: tūc ei dices. Vbi ē mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Morti ergo corporis hoc dicitur: hanc. n. absorbebit victoriosa immortalitas, cū mortale hoc immortalitē induet. Morti, inq̄, corporis hoc dicitur, vbi est victoria tua, qua oēs sic vicerat vt ēt Dei filius tecū cōfligeret, teq̄; nō vitādo sed suscipiēdo superaret? vicisti in morientibus: victa es in resurgētib. Victoria tua qua absorberas corpora morientū, r̄p̄alis fuit: victoria n̄ra qua in corporibus absorpta es resurgētū, æterna cōstabit. Vbi ē aculeus tuus, hoc ē peccatū, quo puncti & venenati sumus, vt ēt in corporib. nostris fieres, & ea tā longo t̄pe possideres. Aculeus autē mortis est p̄ctm̄, virtus vero p̄cti lex. Peccauimus in vno oēs, vt moreremur in vno oēs accepimus legē, nō vt emēdatione finiremus p̄ctm̄, sed vt trāsgressione aueremus: Lex. n. subintravit vt abūdaret. Et cōclūsit scriptura oīa sub p̄ctō. Sed Deo gratias qui dedit nobis victoriā p̄ dñm̄ n̄rum Iesum Christū, vt vbi abundauit delictū, superabūdaret gratia atq̄; vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, & vinceremus mortē qui per immortalē resurrectionē, & aculeū eius peccatū per gratuitā iustificationē. Nemo itaq̄; de hac re fallatur & fallat. Oēs adimit atq̄; aufert iste sanctæ scripturæ sensus manifestus ambages. Quemadmodū ab origine trahitur mors in corpore mortis huius, sic ab origine tractū est peccatum in hac carne peccati. Propter quod sanandum & propagine attractū: & voluntate auctum, atque ad ipsam carnem resuscitandam medicus venit in similitudine carnis peccati: qui non est opus sanis sed ægrotantibus: nec venit vocare iustos sed peccatores. Proinde qđ ait Apostolus, cum fide-

Rom. 6.

1. Cor. 6.

les moneret vt se ab infidelibus coniugib. nō disungerent, Sanctificatus est. n. vir infidelis in vxore, & sanctificata ē mulier infidelis in fratre: alioquin filij vestri immundi essent, nūc autē sancti sunt; Aut sic ē accipiēdū quēadmodū & nos alibi, & Pelagius cū eandem ad Corinthios epistolā tractaret exposuit, qđ exēpla iā p̄cesserāt & virorū quos vxores, & feminarū quas mariti lucrificerāt Christiano & paruulorū ad quos faciēdos Christiana nos volūtas Christiana ēt vnus parētis euererat: aut, si qđ magis verba Apostoli vident sonare & quodāmodo cogere, aliqua illic intelligēda est sanctificatio, qua sanctificabatur vir vel mulier infidelis in cōiuge fidei: & qua sancti nascebatur filij fidei, siue qua in mēstruo cruore mulieris à cōcubitu cōtinebat, quicūq; vir vel femina id in lege didicerat. Nā hoc Ezechiel inter illa p̄cepta ponit, qđ nō figurate accipiēda sunt, siue p̄p̄ aliā quālibet q̄ ibi aperte p̄posita nō est, ex ipsa necessitudine cōiugiorū atq; filiorū sanctitatis asperginē: Illud tñ sine dubitatione tenēdū est, qđ cūq; illa sanctificatio fit, nō valere ad Christianos faciēdos atq; ad dimittēda p̄ctā, nisi Christiani ecclesiastici institutione sacramēti efficiantur fideles. Nā nec cōiuges infideles, quālibet sanctis & iustis coniugibus hæreant, ab iniquitate mūdantur, qđ à regno Dei separatos in dānationē venire cōpellit: nec paruuli de quibuslibet sanctis iustisq; p̄creati originalis peccati reatu absoluantur, nisi in Christo fuerint baptizati. Pro quib. tāto impensus debemus, qđto p̄ se ipsis min⁹ p̄nt. Id. n. agit ista disputatio: cōtra cuius nouitatē antiqua veritate nitēdū est, vt infantes oīno superfluo baptizari videantur. Sed aperte hoc nō d̄r, ne tā firma salubriter Ecclesiæ cōsuetudo violatores suos ferre nō possit. Sed si pupillis op̄e ferre præcipimur, quāto magis p̄ istis laborare debemus, qđ destitutiores & miseres pupillis ēt sub parētib. remanebūt si eis Xpi gr̄a denegabit, quā per se ipsi flagitare non possunt? Illud autē qđ dicit sine vllō p̄ctō aliquos hoīes iā ratione vtētes in hoc seculo vixisse vel viuere: optandum est vt fiat conandum est vt fiat, supplicandum est vt fiat non tamen quasi factū fuerit confitendum. Hoc. n. optātibus & conātibus & digna supplicatione deprecantibus, quicquid remāserit p̄ctōrū p̄ hoc quotidie

Mat. 6.

1. Ioan. 1.

Ps. 142.

H

tidie soluitur, qđ veraciter in oratione dicimus. Dimitte nobis debita n̄ra, sicut & nos dimittimus debitorib. n̄ris. Quā orationē quis quis cuilibet homini sancto & Dei voluntate faciēti atq; faciēti, p̄ter vnū fructū sanctorū, dicit in hac vita necessariā nō fuisse, multū errat, nec pōt oīno illi ipsi placere quem laudat. Si autē seipsū talē putat, ipse se decipit & veritas in eo nō est: nō ob aliud nisi quia falsum putat. Nouit ergo ille medicus qđ nō est opus sanis sed ægrotantibus, quēadmodū nos curādo p̄ficiat in æternā salutē: & ipsam quauis peccati merito inflicta sit, nō aufert in hoc seculo eis quibus p̄ctā dimittit, vt ēt cū eius timore superando suscipiant p̄ fidei sinceritate certamē: & in quibusdā ēt iustos suos, qđ adhuc extolli p̄nt, nō adiuuat ad p̄ficiēda iusticiā: vt dū no iustificatur in cōsp̄ctu eius oīs viuens, actione gratiarū semper indulgētiā ipsius debeamus: & sic ab illa prima causa omnīū vitiorū, hoc est, à tumore superbiæ sancta humilitate sanemur. Hanc epistolā dū disputatio mea breuē parturit, liber prolixus est natus: vtinam tam perfectus quam tandem aliquando finitus.

Nebridius Augustino quæstionem proponit vnde nocturnæ imagines, & somnia dormientibus subreant. Debat hæc præponi Epistolæ CXV. quæ huius est responsoria. Epistola XVII.

Augustino Nebridius. Festinanti mihi ad rē peruenire, nullum proxiū, nullum placet exordium. Quid sit mi Augustine, vel qui modus est ille, quo vtuntur superiores potestates, quas cælestes intelligi volocū eis placet nobis dormientibus aliqua somnia demonstrare? Qui (inquā) modus est, id est, quomodo id faciūt qua arte quibus imaginibus, quibusq; instrumentis aut medicamentis animum vel nostrū per cogitationes suas impellunt, vt nos etiā ea cogitando imaginetur. An ipsam in suo corpore vel in sua phantasia facta nobis offerunt & ostendunt. Sed si in tuo corpore ea faciunt, sequit vt & nos alios oculos corporeos intrinsecus habeamus cū dormimus, quibus illa videmus quæ illi in suo corpore formauerūt. Si vero ad istas res nō corpore adiuuatur suo, sed in fantastico suo ista disponunt, atq; in phanta-

stica nostra contingūt, vt sit visum, quod est somniū, cur (quæso te) nō ego phantastico meo tuū phantasticū ea somnia gñare compello, quæ mihi primo meo ipse formauit? Certe mihi est phantasia, & qđ voto potens fingere, cū oīno nullū tibi facio somniū, sed ipsum corpus n̄rum video in nobis somnia gñare. Nā cū semel habuerit per affectū quocūq; copulatur cogit nos id ipsum miris modis p̄ phantasiā simulare. Sæpe dormiētes cū sumus bibere somniamus, & esuriētes quasi comedētes videmur, & multa alia qđ quasi cōmercio quodā à corpore in animam phantastice trāserūt. Hæc pro sui obscuritate, p̄ nostraq; imperitiā ne miretis si minus eleganter minusq; subtiliter explicata sunt: tu id facere quantum poteris laborabis.

Epistola hæc, p̄ter pauca qđ in initio sunt, tota inserta est epistolæ numero. CXV. cuius initium, Quamquam mei animi cognitor sis. Epistola XVIII.

Nebrius Augustinus. Recētissimis literis tuis audere malui, nō qđ contēpserim præcedentia quæ sita tua, minusue me delectauerint, sed qđ in r̄ndēdo maiora qđ opina ris molior. Quamquā. n. largiorē qđ longissimā epistolā tibi mittendā esse præscripseris, nō tñ tantū habemus ocij. quantum existimas, qđ semper optasse nos nosti, & optamus. Ne qras cur ita sit. Illa. n. facilius quibus impedior, qđ cur impediar exposuerim. Scribis cur ego & tu cū sumus singuli eadē multa faciamus, sol autē nō idē faciat qđ cetera sydera. Cuius rei causam conarer. Nam si eadem nos agimus, multa & ille cum ceteris agit. Si non ille, nec nos. Ambulo & ambulas & mouetur & mouentur: Vigilo & vigilas, Lucet & lucent: Disputo & disputas, circuit & circumueunt: tamen si actus animi nullo modo est ijs, quæ videmus, cōparandus. Si autē animum, ita vt æquum est, animo conferas, magis idē vel cogitare, vel cōtēplari, vel siquid aliud cōmodius dicitur, si vllus eis in est animus, sydera qđ homines cōsideranda sunt. Ceterū in corporū motibus, vt si soles diligēter attēdas, nihil omnino à duobus idem fieri potest. An tu cum deambulamus simul, satis idem nos agere existimas? absit à prudentia tua. Septentrioni nanque vicinior nostrū qui

qui deambulat, aut alterū pari motu antecedit, aut, tardius ingrediatur necesse est: neutrum tñ sentiri pōt. Sed tu, nisi fallor, quid intelligamus nō qd sentiamus expectas. Quod si ab axe in Meridiē tendamus, cōiuncti nobis atq; inherentes quantū valemus, innitaturq; marmori leui, & equali vel et ebori, tñ nō pōt esse amborū idē motus, q̄ vena pulsus, q̄ forma, q̄ facies. Remoue nos & pone Glauciā prolem, nihil egeris. Quippe hic et simillimis geminis tanta est necessitas, ut proprie moueant, quāta fuit ne singuli nascerēt. At. n. hoc inquires rationi tñ: q̄ aut sol ab astris differt, sensibus et clarū atq; manifestū est. Si magnitudinē me cogis aspiciere, nostri de interuallis q̄ multa dicant, & ad quantum incertū perspicuitas ista reuocetur. Sed ut cōcedam ita esse ut apparet, sic. n. & credo, cuius tñ & sensum fefellit illa proceritas, ne se ptem pedū longioris q̄ quē sex longissimis. Qui te credo nimis quāsisse hominē equalē, Et cum minime reperisses, vsq; in eius formā nostram epistolam tēdere voluisse. Quare cum in terris quoq; aliquid tale existat, nihil de cēlo puto esse mirādū: Si aut te mouet quod prater solē nullius syderis lumen implet diem: quis (quāso te) hominibus tātus apparuit quātus ille homo quē Deus suscepit longe aliter q̄ ceteros sanctos atq; sapientes. Quē si cū alijs hoīb. conferas maiori distantia continētur, q̄ collatione solis cetera sydera. Quā sanē similitudine diligēter intueri: Fieri. n. potest mente, qua excellis, ut quandā questionē de homine Christo à te ppositam transeuntes dissoluimus. Itē quāris vtrū summa illa veritas & summa sapientia & forma rerū, p quē facta sunt oīa, quem filiū Dei vnicū sacra nostra p̄sententur, generaliter hominis an et vniuscuiusq; nostrū rationē cōtineat. Magna quēstio. Sed mihi videtur, quod ad hominē faciendū attinet, hominis quidē tantū, non meā vel tuā ibi esse rationē: quod aut ad orbē tēporis, varias hominē rationes in illa synceritate viuere. Verū hoc cū obscurissimū sit, qua similitudine illustrari possit, ignoro: nisi forte ad artes illas quę insunt animo nostro cōfugiendum est: Nam in disciplina mittendū vna est anguli ratio, vna quadrati. Itaque quotiens demonstrare angulum volo, non nisi vna ratio anguli mihi occurrit. Sed quadratum nequaquā scri-

Glaucia proles q̄ geminorum erat admodū similitum.

berem, nisi quattuor simul angulorum rationē intuerer. Ita quilibet homo vna ratione, qua homo intelligitur, factus est. At ut populus fiat quā vis & ipsa vna ratio, non tamen hominis ratio sed hominum. Si igitur pars huius vniuersi est Nebridius, sicut est: & omne vniuersum partibus confit, nō potuit vniuersi cōditor Deus rationē partium nō habere. Quamobrē quod plurimorū hominū ibi ratio est, non ad ipsam hominem pertinet, quanquam miris rursus modis ad vnū omnia redigantur. Sed tu id commodius cogitabis: his contentus sis interim peto, quam iam excesserim veniam.

Augustinus Nebridio de animae corpore. In fine quæstiones tales ad se nihil pertinentes rogat ut dimittant. Epistola 19.

Nebridio Augustinus. Vistata tibi scribere non libet, noua non licet. Alterum enim video tibi non conuenire, alterum nō mihi vacare. Nam ex quo alijs abs te, nulla mihi oportunitas, nullum ocium datum est, ea quę inter nos quærere solemus, agitandi atque versandi. Sunt quidem hyemales nimis longę noctes, nec à me totę dormiuntur, sed se obijciunt magis cogitanda cum ocium est, quę definiendo sunt ocio necessaria. Quid ergo faciam, mutus ne apud te an tacitus sim? Neutrum vis, neutrum volo. Quare age atque accipe quod de me excudere potuit vltimum noctis, quandiu exquebatur, quo hęc epistola scripta est. Necesse est te meminisse quod crebro inter nos sermone iactatum est, nosq; iactabit anhelantes, atq; æstuantēs de animæ scilicet velut perpetuo quodam corpore vel quasi corpore quod nonnullis etiam dici vehiculum recordaris. Quam rem certē, siquidem loco mouetur, non esse intelligibilem clarū est. Quicquid intelligibile non est intelligi non potest. At quod intellectum fugit, si saltē sensum non refugit, æstimare inde aliquid verisimile non vsquequaque denegatur. Quod vero neq; intelligi neq; sentiri potest, temerariam nimis atq; nugatoriam gignit opinionem & hoc de quo agimus tale est. Cur ergo (quāso te) non nobis ad hanc quęstionculam indicimus ferias, & nos totos impreato Deo in summam serenitatem naturę summę

summę viuētis attollimus? Hic forsitan dicas, quanquam corporea percipi nequeant, multa nos tñ ad corpus pertinentia intelligibiliter posse percipere: ut est q̄ nouimus esse corpus. Quis. n. neget, aut quis hoc ius simile potius quā verum esse fateatur? Ita cum ipsum corpus verisimile sit esse tñ in natura tale quiddam verisimum est. Ego corpus sensibile, esse aut corpus intelligibile iudicat. Non. n. possit aliter percipi. Ita nescio quid illud de quo ad locum transeat putatur, quāquam et si non sensib. nostris tñ quibusdam longe vegetiorib. sensibile sit, vtrum tñ sit intelligibiliter cognosci pōt. Hoc si dices, veniat in mentem illud, q̄ intelligere appellamus, duob. modis in nobis fieri: aut ipsa per se mente atq; ratione intrinsecus, ut cum intelligimus esse ipsum intellectum: aut admodum a sensib. ut id q̄ iam dictum est, cum intelligimus esse corpus. In quib. duobus generibus illud primum per nos, i. de Deo, q̄ apud nos est Deum consulendo: hoc autem secundum de eo, q̄ à corpore sensuq; nunciatur, nihilominus Deum consulendo intelligimus. Quę si vera sunt, nemo de illo corpore vtrum sit intelligere potest, nisi cui sensus vtrūquam de illo nūciarit. In quo animā tñ numero, si vllus est, nos qm̄ non esse perspicimus, illud etiam perfectum puto quod dicere cęperam, non ad nos istam pertinere quęstionē: Hęc et atq; etiam cogites velim, & q̄ cogitando genueris, ut nouerim cures.

Augustinus Felici de pupilla quadam ecclesię tutelę commissā. Imperfecta epistola. Epistola XX.

Domino dilectissimo meritoq; honorabili & pręferendo fratri Felici Au-

gustinus in domino salutem. Nouit optime religio tua, quam curam tuendis cum omnibus hominibus, tum maxime pupillis ecclesię vel Episcopi debeant. Vnde receptis literis tuis, & exemplo literarum viri spectabilis fratris nostri, nec potui nec debui passim puellam cuiquam committere, pręsertim quia eam ecclesię commendauit, domine dilectissime meritoq; honorabilis & pręferende frater. Proinde aduentum eius expecto, ut siquid fieri oporteat, eius pręsentia deliberem, & faciam quod dominus faciendum esse inspirauerit, &c.

Epistola hęc mutila est ad Peregrinum. Excusat autem breuitatem epistolę ad Maximum datę, quę incipit, Cum à sancto fratre. Epistola XXI.

Domino beatissimo, & venerabiliter charissimo fratri & coepiscopo Peregrino, Alipius, & Augustinus in domino salutem. Ad honorabilem fratrem nostrum Maximum literas dedimus, credentes eum gratanter eas sumpturum vtrum tamen aliquid profecerimus, proximum occasione quam reperire potueris dignare rescribere. Sciat sanē prolixas epistolas ad familiarissimos nostros non solum laicos verum etiam Episcopos sic quo ista scripta est ad eos nos scribere non solere, ut & cito scribantur, & certa teneantur commodius cum leguntur, ne forte istum morem nostrum nesciens factam sibi arbitretur iniuriam.

Tomi secundi, qui complectitur epistolas diu Augustini, & nonnullas aliorum ad ipsum. Finis.

Series Chartarum.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes sunt Quaterniones.

INDEX EPISTOLARVM

A		Donato proconsuli epist. 127. fol. 192. & 128 fol. 193.
A Cta in designatio Augustini successore Eradio. 110. fol. 155	Donato presbytero epist. 201. fol. 254	
Alipio epist. 67. fol. 97	Donatistis epist. 165. fol. 226. & 170. fol. 232.	
Anastasio epist. 143. fol. 202	Dulcitio epist. 61. fol. 93	
Antonio epist. 126. fol. 192	B	
Apringio epist. 159. fol. 217	E Dicia epist. 196. fol. 144	
Armentario & Paulinae epist. 45. fol. 47	Elpidio epist. 149. fol. 207	
Astulico epist. 197. fol. 237	Emerito epist. 163. fol. 224	
Audax Aug. epist. 139. fol. 199	Eudoxio Abbati epist. 81. fol. 111	
Audaci epist. 140. fol. 199	Eudoxio epist. 99. fol. 115. & 100. fol. 134. & 101. fol. 135. & 102. fol. 136.	
Aurelio episcopo epist. 62. fol. 94. & epist. 76. fol. 103.	Eudodius episcop. Aug. epist. 98. fol. 132	
Aurelio Papae epist. 77. fol. 103	Eusebio epist. 168. fol. 231. & 169. fol. 231.	
Auxilio episcopo epist. 75. fol. 102	F	
B		
B Onifacio episcopo epist. 23. fol. 27	F Abiolae epist. 4. fol. 253	
Bonifacio comiti epist. 50. fol. 61. & 70. fol. 99. & 137. fol. 197.	Felici & Hilarino epist. 136. fol. 197	
Bonifacius Augustino & Augustinus	Felicitati & Rustico epist. 87. fol. 128	
Bonifacio epist. 180. & aliquot sequentes fol. 242. & 243.	Felici epist. 20. fol. 262	
C		
C Aio epist. 84. fol. 112	Feliciae epist. 7. fol. 254	
Casulano epist. 86. fol. 114	Festo epist. 166. fol. 229	
Ceciliano epist. 60. fol. 92	Florentinae epist. 132. fol. 195	
Celestino epist. 62. fol. 93. & 63. fol. 94.	Fortunatiano epist. 111. fol. 155	
Chryfino epist. 83. fol. 112	G	
Circensibus epist. 130. fol. 192	G Enerofo epist. 165. fol. 227	
Clero & vniuersae plebi epist. 137. fol. 197. & 128. fol. 198.	Glorio Eleusio, Felici Grammatico & alijs nonnullis epist. 161. fol. 218. & 162. fol. 222.	
Consentio epist. 85. fol. 112. & 146. fol. 205.	H	
Cornelio epist. 125. fol. 191	H Ermogeniano epist. 11. fol. 255	
Crispino epist. 172. fol. 232. & 173. fol. 233	Hesychio epi. 78. fol. 103. & 80. fol. 105	
D		
D Ardano epist. 57. fol. 81	Hesychius Aug. epist. 79. fol. 104	
Deogratia. fol. 49. fol. 102	Hieronymo epist. 8. fol. 11. & 9. fol. 12. & 10 fol. 13. & 12. fol. 18. & 15. fol. 19. & 21. fol. 28. & 29. fol. 33.	
Deuterio episcopo epist. 74. fol. 76	Hieronymus Alypio & Augustino epist. 24. fol. 20.	
Dioscoro epist. 56. fol. 75	Hieronymus Aug. epist. 11. fol. 14. epist. 13. fol. 18. & 14. fol. 18. epist. 17. fol. 21. epist. 18. fol. 21. epist. 25. fol. 28. epist. 26. fol. 29. epist. 30. fol. 36.	
Dioscorus Aug. epist. 55. fol. 75		Hiero-

INDEX EPISTOLARVM.

Hieronymus Marcellino & Anapsychie epist. 27. fol. 29.	& 18. fol. 181. & 19. fol. 261.	
Hilario epist. 89. fol. 119. & 94. fol. 128	Nebrius August. epist. 71. fol. 130. & 114. fol. 166. & 17. fol. 194	
Hilarius August. epist. 68. fol. 119	Nectario epist. 202. fol. 169	
Honorato epist. 120. fol. 1. & epist. 160. fol. 218. & 179. fol. 240	Nectarius Aug. epist. 198. fol. 247	
I		
I Anuario epist. 68. fol. 97. & 118. fol. 167. & 119. fol. 168	O Lympio epist. 124. fol. 191. & 129. fol. 193.	
Innocentio Pontifici epist. 90. fol. 125. & 92 fol. 127. & 95. fol. 128	Optato epist. 156 fol. 213	
Innocentius Papa epist. 91. fol. 125. & 93. fol. 127. & 96. fol. 130. & 97. fol. 131	Orontio epist. 123. fol. 191	
Italicae viduae epist. 6. fol. 9. & 113. fol. 195.	P	
Iulianae Demetriadis matri epistola 142. folio 200.	P Alatino epist. 6. fol. 253	
L		
L Argo epist. 82. fol. 112	Pammachio epist. 134. fol. 196	
Leto epist. 38. fol. 42	Pancario epist. 10. fol. 255	
Licentio epist. 39. fol. 43	Pascentio epist. 173. fol. 234. & 174. fol. 237 & 176. fol. 237	
Longiniano epist. 20. fol. 26. & 22. fol. 26	Pascentius comes epist. 179. fol. 237. & 177 fol. 238	
Longinianus Aug. epist. 21. fol. 26	Paulinus Aug. epist. 31. fol. 36. & 33. fol. 38. & 58. fol. 86	
M		
M Acedonio epist. 52. fol. 69. & 54. folio 72.	Paulinus Alipio. epist. 31. fol. 39	
Macedonius August. epist. 51. fol. 69. & 53. fol. 71	Paulinus & Therasia Romano epist. 36. fol. 40.	
Marcellino epist. 5. fol. 4. & 7. fol. 9. & 157. fol. 216. & 158. fol. 216	Paulino epist. 33. fol. 38. & 58. fol. 88. & 106 fol. 143	
Marcellinus Aug. epist. 4. fol. 4	Paulino & Therasia epist. 34. fol. 38. & 65. fol. 95.	
Martiano epist. 154. fol. 212	Paulinae epist. 112. fol. 157	
Madaurensibus epist. 42. fol. 44	Pablo epist. 14. fol. 256	
Maximus Aug. epist. 43. fol. 45	Peregrino epist. 21. fol. 262	
Maximo Grammatico epist. 44. fol. 46	Plebi Hipponensi epist. 13. fol. 256	
Maximino epist. 200. fol. 249	Posidio epist. 73. fol. 102	
Maximo medico epist. 66. fol. 96	Prasidio epist. 16. fol. 20	
Maximo epist. 141. fol. 199	Proculiano epist. 146. fol. 205	
Memorio epist. 131. fol. 194	Profuturo epist. 148. fol. 207	
N		
N Auelioni Alipp. & August. epist. 5. folio 189	Probae & epist. 121. fol. 185. 155. fol. 213	
Nebrius August. epist. 72. fol. 101. & 115. fol. 166. & 116. fol. 166. & 167. fol. 150. fol. 208.	Probae & Iuliana epist. 178. fol. 240	
Q		
Q Vintiano epist. 103. fol. 138	Publicola Aug. epist. 152 fol. 210	
R		
R Estituto diacono epist. 69. fol. 99	Publicolae epist. 153. fol. 211	
R Romaniano epist. 113. Romulo		

INDEX EPISTOLARVM.

Romulo epist. 9.

fol. 255

v

S Anctimonialibus epist. 109.
 Sebastiano epist. 144.
 Seleucianæ epist. 108.
 Seuerio epist. 135.
 Seuerus Aug. epist. 37.
 Seuerino epist. 169.
 Siluanus ac ceteri episcopi de concilio Zer-
 tensi. epist. 151.
 Sixto presbytero epist. 104. fol. 138. & 105.
 fol. 138.

fol. 152
 fol. 203
 fol. 152
 fol. 196
 fol. 41
 fol. 231
 fol. 208

V Alentino epist. 46. fol. 48. & 47. fol. 49
 Valerio epist. 147. fol. 206
 Victoriano epist. 122. fol. 189
 Victorino epist. 15. fol. 257
 Vicentio epist. 48. fol. 50
 Vitali charta epist. 107. fol. 148
 Volufiano epist. 1. fol. 2. & 3. fol. 1
 Volufianus August. epist. 2. fol. 2
 Zenobio epist. 12. fol. 256

F I N I S.